72

Ex lib. Jo. Allemand 1825



9-A-26

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

24 9

9.7.43
A
29

L 1000

204.17.E.8

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

204.17.E.8

JOH. CHRISTOPHORI WAGENSEILII

SOTA.

Hoc est:

LIBER MISCHNICUS

De

UXORE ADULTERII SUSPECTA

Una cum

LIBRI EN JACOB

EXCERPTIS GEMARÆ

Versione Latina, & Commentario perpetuo, in quo multa Sacrarum Literarum, ac Hebræorum Scriptorum Loca explicantur, horum etiam emendantur, longe plurima ex MSS. Codicibus producuntur, illustrata.

Accedunt

CORRECTIONES LIPMANNIANÆ.

ALTDORFI NORICORUM,

Sumtibus JOHANNIS ANDREÆ & WOLFGANGI ENDTERI JUNIORIS Hæredum.

Excudit Johannes Henricus Schönnerstædt.

ANNO CHRISTI M. DC. LXXIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

JOHANNI CAPELLANO
Illuſtri Viro, ac Chriſtianiſsimi Galliæ & Navarræ Regis Conſiliario,
Joh. Christophorus Wagenseilius *S. P. D.*

NOnus iſte, CAPELLANE ILLUSTRIS, nunc volvitur annus, cum mihi primum tam felici eſſe licuit, Lutetiam, auguſtiſſimam civitatem, Orbisque totius imaginem verius, quam partem, fauſto pede ut deferrer. Cura continuo tum mihi, una & præcipua, eadem, quæ ſolet eſſe omnibus peregre adventantibus: Nimirum, tantæ Urbis, quodq; ei annectitur, vaſtiſſimi Imperii DOMINUM, cui Fata auſpicio, Cœlum favore, Natura rerum obſequio, pleræque Nationes applauſu, Regii decoris palmam gratulantur, ut mihi homuncioni quoque intueri paululum liceret. Quemadmodum vero nunquam excludit ſimplicitatem admirantium Divinus Princeps, ſed ultro invitat, nihilque minus captat quam latebras, ita haud difficulter ad Majeſtatem ſacro-ſanctam, & cœleſtem illam formam, inuſitatam animi magnitudinem expreſſisſimis indiciis referen-

Digitized by Google

ferentem, ſpectandas ſum admiſſus. At, vix vultum ſuſtuleram, & illico talis mea fuit conditio, qualis eorum deprehenditur, quibus ex propiore loco, in oppoſitum Solem oculos contingit intendere. Quamobrem, cum ſublimis ille, & multiplicatis fulgoribus coruſcans ſplendor, privatæ meæ mentis humilitatem, longiſſime ſuperaret, non tam facile reverſurus, mox gradum referre inſtitui. Ne tamen fraudi eſſet, in Aulam ſupernis plenam pignoribus, & Sacra Principatus, ac penetrales Virtutum Genios complexam, temere aut profane irrepſiſſe: quæ Pietatis ratio, vota & bona verba dictabat, prius fudi, DEUM precatus, Regem incomparabilem, quem, tanquam præſtantiſſimum munus, ex beatiore ſuorum operum officina, Felicitati Galliæ, ornamento Seculi, venerationi Poſteritatis, æternoque Principum exemplo eſt gratificatus, tardiſſime ad ſe reciperet, ſimulq; concederet, ut ipſe interim, orbem terrarum gloria, Rempublicam Literariam beneficiis ſuis, ceu hactenus fecerat, aſſidue porro repleret. Ergo, ſuccedente deinde tempore, in id, quod meam ſortem, vitæque quod profiteor genus, maxime decebat, ſedula cogitatione cœpi incumbere, atq; hoc agere, ut Inſignes iſtos Viros, almæ Urbis incolas, quos ob doctrinam & eruditionem, quibus velut communes præceptores, Europam univerſam erudiunt, pridem devote ſuſpexeram, coram venerarer, illorumque favorem mihi exorarem. Equidem, conſtitueram, a te,

AM-

Digitized by Google

AMPLISSIME CAPELLANE initium facere, cui perſonam illuſtrandi Orbis literarii, DEUM vel maxime impoſuiſſe, & quem elegantium ac eruditorum hominum quorumque, velut patrem haberi, apprime noveram Quia vero fautor commendatorque ad te conciliandum, omnino omnis mihi deerat, diu, animi pendens, trepidavi, nec ignoto mihi fas eſſe ratus ſum, mea allocutione, in tua ardua negotia peccare. Cæterum, poſtquam ii, quos ſic hæſitans, conſulueram, de tua humanitate multa teſtabantur, jusjurandum dare parati, te uno, minus moroſum, aut minus peregrinis adverſum, non reperturum me ullum hominem usquam gentium, fortunæ me committere decrevi, ædesque tuas, & Muſeum ſum ingreſſus. Hujus in limine dum adhuc hæreo, & ſinceriſſima voluptate, ob pulcherrimum ſpectaculum, & ſimul novo, ex tenuitatis conſcientia, timore, quod hinc arceri me verebar, perfuſus ſum. Videbar enim mihi ipſum Delubrum Apollinis & Muſarum introire, quibus tu Pontifex, foco tuo, (erat enim bruma) velut aræ aſſidens, victimas ſacrificares, in media Virorum Spectatiſſimorum, qui Sacerdotes Collegas referebant, & quos inter Supremorum in Europa Principum ac Rerumpublicarum Legatos quoque fuiſſe memini, te cingente corona. Metum tamen, ut poteram, premens, ac vultu ſpem ſimulans, cum obviam procederes, manum, quam offerebas, ori meo admovi, & pauciſſimis verbis, ne quid tibi, a-

bi,aliisq;faſtidio eſſem; Ignoſce, inquam, CAPELLANE CLARISSIME, ſi tui celebritas nominis, hominem peregrinum, Bonam Mentem, & Literas ſerio amantem, tam audacem facit, ut te adire unice expetat, hocq;pretium ingens itineris ſui referre velit, tecum ſermonem contuliſſe, apud ſuos Francos,olim ut jactare poſſit. Fac,obſecro,periculum, invenies me tui reverentiſſimum, ſi te colere permiſeris. Ibi tu, vultu in blandiſſimam humanitatem compoſito, Salvus ſis reſpondebas,miPopularis magis,quamHoſpes: haud inauſpicato re huc tetuliſti. Talibus, qualem tu profiteris,patet mea domus,itaque,quoties voles, in eam intromitteris,imo vero, ſi mereberis,complectar te quoque hoc animo : En dextram,fidemque, quæ neminem unquam fefellit. Interea loci, aſſide nobiscum, atque accipe hoc primum meum beneficium, quod tam honorato cœtui interveniendi, facultatem largior. Nec mora, veniam, apud Graviſſimos, qui aderant, Viros præfatus, parui ego juſſis, tu vero, CAPELLANE ILLUSTRISSIME, interruptum meo adventu, orationis filum repetebas. Non diu protraxeras ſermonem, & huc denique, circuitione quadam,evaſit, ut a me quæreres,quibus maxime ſtudiis fuiſſem intentus ? Reſpondebam, præterquam quod Divini Humanique Juris ſcientiam aliquam, cum multis mihi communem, paraſſem, ſatisfeciſſe me imprimis ardentiſſimo affectui,quo ſacras Judæorum

rum Antiquitates,veteremq; Hebraicam,cum cognatis Linguis,amare adoleſcens cœperim, nec perdidiſſe forſitan in iſto doctrinæ genere parando, oleũ me cum opera. Quæ,cum ita dixiſſem, Macte,Hoſpes,inquiebas,eruditione hac recondita. Fateor,eſt aliquid,noſſe Hiſtoriam victoris terrarum Populi, ejusque ſermone terſo uti & nitido. Placent,qui apud Græcos ſepulta eruunt,& eo modo loquuntur,quo & Homerus, & Orpheus,& Dodona,& Apollo, & Oracula loquuta ſunt. Tua dignior eſt occupatio, nam Lingua, quam diſcis, non Naturæ,non hominum, non Dæmoniorum, ſed ipſius veræ Divinitatis genuina vox eſt, quæ,ſub iſta verborum conceptione,hanc univerſi machinam condidit,eademq; humano generi primũ innotuit, Legesq; poſtea illi dictavit, inter validos terræ motus,fulmina, & tonitrua. Atq;,quo rariores,poſt abductos in poſtremam captivitatẽ Judæos,omnibus ſeculis reperti ſunt, qui de Gente Judaica,illiusq; Lingua,amplius ut ſoliciti eſſent, dignati fuere, tanto magis tute cœptos labores urge,& in Patriam redux,ad Reip. ab æterno Numine ordinatæ,veteres ritus & inſtituta,quorum ignorantia nos adhuc graviter exercet, ſedulo enarranda, aliquid conare. His ita prolatis,cum & geſtu,& voce ſignificaſſem, fere deſperare me, ut tanta exſpectatione dignum quid præſtiturus ſim,mota poſtea a te quæſtio fuit; Ecquæ cauſa eſſe poſſet,quod cum circa veterum Græcorum & Romanorum, Patrum etiã quorundam

Eccleſiæ, relicta monumenta, tam diligentes ſe præſtiterint poſteriorum ætatum eruditi, ut omnia aut Verſionibus, aut Commentariis, etiam bene multis, in unum & eundem librum coacervatis, redderent explicatiſſima, Hebræorũ interim ſcripta, penitus neglecta abjectaq; manſerint? Miſchnæ, ajebas, tractatuum pauci, Gemaræ, vix ullus a tanto tempore Latine extant, fieri tamen non poteſt, ut nihil ſani ſobriiq; in immenſo ſit opere, imo delectant me multa, ex iis, quæ inde fuerunt prolata, conferuntq; ad Scripturæ intellectum, & notitiam canæ illius Vetuſtatis, cui præ omnibus aliis circumſpecta ac religioſa debetur reverentia. Cum ceſſaſſes, vel ipſas, dicebat aliquis, putidiſſimas Judæorum fabulas, divulgare operæ pretium erat, allaturas momentum aliquod, ad eos redarguendos. Ateniim, inquiebat alius, credo conceſſuros omnes qui ſapiunt, Alcoranum Muhammedanorum, minus quam Talmud utilitatis, affaniarum æque ſatis continere, proinde valde mirum, quod Chriſtiani de hoc neutiquam, at de illo, in varias linguas convertendo, ſoliciti fuerunt utique. Hîc, tertius, quaſi interpellans, vero mirum id eſt, inquit, cum Judæi paſſim per Europam nobis Chriſtianis immixti ſint, Turci omnes, extra ejus propemodum terminos, & a Fidelibus plane ſecreti degãt, atq; a raris viſitentur. Quin, addebat alius, eſto, nihil a Talmudiſtis, cæterisq; quotquot unquã extitere, Rabbinis, lectione valde dignum editum fuiſſe, ſal-

tem

tem Maimonides excipiendus fuerit, & ratio flagitabat,ut ii,qui illius hominis lucubrationes,tantis deprædicarunt laudibus, earum integra translatione procurarent Reip. Literariæ commoda, nec fruſtra nobis ſalivam moverent. Mox tu, CAPELLANE ILLUSTRISSIME,iterum loquentis partes ſumens,nimirum , huc res omnis, ajebas, recidit; difficilis eſt Hebræorum altior literatura , & hæc maxime cauſa, ab iſtis diſcendis, multos Chriſtianorum arcuit. Quoniã paucis inter ipſosmet Judæos, datum eſt in illa abdita penetrare, qui tamen huic uni ſtudio vacant, inter id nutriuntur, educantur, ætatemque conſumunt ſuam, non licet alienigenis promiſcue multa addiſcere,quorum profectibus inſuper, & Magiſtrorum & librorum inopia , Judæorumque ſcita ſua revelare detrectantium livor,vehementer obſtant. Cum in hanc ſententiam crebris itum eſſet ſuffragiis, denique ſoluto ſplendidiſſimo conſeſſu, diſceſſimus, & ego nimium gaudens, proſpere, atque ex ſententia omnia mihi ſucceſſiſſe, domum meam repetebam, illico apud Amicos profeſſus, longe majora, de te, tuaque eruditione,& humanitate, ipſa re , quam fama me comperiſſe. Sic vero tui admiratione pariter, & amore penitus captus, probeque perſpiciens, quantum ex tua, eorumq; qui te ſectantur, converſatione , capere poſſem commodi,nolui occaſionem tam optatam, & affectibus, quibus te ſerio complectebar, & meæ

in diſcendo cupiditati indulgendi, amittere. Proinde, non facile ullum intermiſi diem, quin ſemper ad te venerim. Certum eſt,& ſine fraude aut ambitione hoc dico, haud aliud tempus, irreligioſis occupationibus dicatum, tota vita collocavi melius. Aderant enim mecum, omnium ordinum, omnium ætatum, omnium in Europa gentium Viri, modo de verbis aliquid ſciſcitantes, modo de rebus, plane perſuaſi, quæ cuncti ubiq; ignorarent, te unum poſſe explicare ſine moleſtia. Et ſane, non memini, quenquã dubium, ſuisq; difficultatibus implicitũ, a te receſſiſſe. Illa enim diffuſa in immenſam varietatem eruditio tua, ſatisfaciebat ſingulis, illuſtrabat obſcura, ſolvebat problemata, expediebat quæſtiones, & quaſi exerto digito, pulchre monſtrabat nobis veritatem. Atque iſta quidem, mira verborum ſuavitate, ſine faſtu, ſine oſtentatione, ſine ſupercilio peragebas. Non enim doctior, quam melior es, CAPELLANE OPTIME, tuamq; animi moderationem, aſſiduam vitæ frugalitatem, continentiam perpetui cælibatus illibatam, cæterosq; ad virtutem examuſſim compoſitos mores, cum cogito, in eximium ſolidæ laudis, ac boni viri exemplum, a præſide Naturæ Genio, formatus mihi videris. Neq; vero fieri poteſt, ut aliam opinionem, aut de doctrinã tua, aut vitæ ſanctimonia forment, qui præclariſſimum, & quale Gallia prius nunquã viderat, nec viſura deinde eſt, Poëma tuum, AURELIANENSEM PUELLAM, oculis

lis ſuis leviter uſurparunt. Etſi enim, ad vere de illo judicandum, unum hominem ſufficere negant, tamen, eam vim dictionis, ſententiarum pondus, ubertatem rerum, tamq; ſubitos & divinos motus, nemo non ibi deprehendit, ut facile Polyhiſtoris lectionem, Philoſophi diſciplinam, & facultatem Poëtæ, ultro agnoſcat. Libet gratulari DIs Manibus FORTISSIMÆ HEROINÆ, cui tu laudator obtigiſti, & cujus diſcrimina, victorias, manubiasq;, modo in cumulum, modo in ſeriem, dum colligis, explicasq;, tandem, quod diu debebatur, ea dignum, duraturumq; cum rerum æternitate tropæum excitaſti. Fateor, magnum libro præmium ſtatuit, Excelſiſſimus & perennis memoriæ Princeps, HENRICUS LONGEVILLEUS, nec audivi ego, nec adeo legi, unquam majus, vel ab ullo Cæſare aut Rege, quenquam Eruditorum, ob ſuas ei dicatas lucubrationes, retuliſſe. Sed, manſerunt te alia inſuper, non minoris forſitan facienda, quæ inter, celebritas præcipue & claritudo nominis tui, cujus fama orbem literarium univerſum poſtquam pervaſit, cum jam, quo ultra progrediatur, non inveniat, miſſa tellure, plenis alis ſuperna petit,

VIAMQUE AFFECTAT OLYMPO.

Verum, ad me redeo, quem brevi, etſi immerentem, ita amare cœpiſti, ut inter cariores tuos locum me habere, non tam verbis mihi teſtatus ſis, quam ipſo facto.

Ut enim cætera taceã, auctor & hortator Amicis quoq; tuis fuisti sedulo, benevolentia me complecterentur, neq; cessasti, priusquã magnos illos, & sine sincera veneratione nunquam nominandos mihi Viros, GAULMINIUM, HARDYÆUM, TEVENOTIUM, MENAGIUM, VALESIOS Fratres, BULIALDUM, LAUNOIUM, BIGOTIUM, VATTIERIUM, DALÆUM Patrem & Filium, omnes Reip. Literariæ, quosdam ad hæc etiam Supremæ Parisiensis Curiæ Proceres, nec non illud muliebris sexus luculentissimum ornamentum, Illustrem MAGDALENAM SCUDERIAM, mihi redderes quam faventissimos. Quæ, in Urbe cum mihi præstitisses, Hispanicum postea ingressum iter, iis literis instruebas, ut Eminentissimus, qui tum Madriti morabatur, CHRISTIANISSIMI REGIS Legatus, EBORODUNENSIS ARCHIEPISCOPUS, Richelii & Mazarini Cardinalium, sagacis non minus prudentiæ, quam gloriæ æmulus, creberrime & colloquio dignaretur, & cœnæ insuper adhiberet. His talibus, tantisq; tuis in me meritis, etsi jam planissime impar eram, tamen non constitit interea tua benevolentia. Illum enim, ex Hispanica peregrinatione ad te reverso mihi, cum jam Patriam meam repetere decrevissem, deniq; addidisti cumulum, quem profiteri summopere erubesco. Ne tamen turpissima ingrati hominis nota mihi inuratur, dicendum aliquid, etiam cum meæ modestiæ periculo. Notaveras, CAPELLANE ILLUSTRIS, ex meis sermo-

ſermonibus, me non perfunctorie obſervare ſuſpicereq; , ſolertiſſimam illam ſapientiam , qua Primarius apud Vós REGIS Miniſter, Excellentiſſimus JOHANNES BAPTISTA COLBERTUS, non in noſtri tantum, ſed omnis ævi Summis Viris numerandus, graſſanti ad ſublimia virtuti fortunæque AUGUSTI PRINCIPIS ſui, per omnia obſequii munera ſufficit: Ita, ut quicquid inventi novitate inſtaurandũ, emendationis induſtria reparandum , dirigentis autoritate muniendum, domi, & in Aſiæ, Africæ , ac Americæ Coloniis, rerum conditio, aut temporum caſus ſuppeditant, ipſe ſua dexteritate egregie moderetur. Id igitur me penitus clam, & nihil tale, ne per inſomnia quidem fingente, enixe operam dabas, ne a Vobis diſcederem, huic Galliæ Palladio, omniumq; Artium & Literarum apud Regem ſuum Patrono, prius ſacra quam feciſſem, illumq; compellaſſem, per quem Divina LUDOVICI Liberalitas, ſeſe terrarum orbi dispenſat, ſuaq; ſparſis per omnes populos Eruditis, munera dilargitur. Atq; hercle, reddidiſti effectum, quod fu eras aggreſſus; propitiaſti mihi Genium incluti Mecænatis, & quidem in tantum, ut non alloquio ſolum me bearet, ſed & ea conceſſerit, quæ vota vel ambitioſiſſimi mortaliũ poterant ſuperare. Non plura eloquor, ne quis arbitretur eo me veſaniæ progreſſum eſſe, ut digno mihi obtigisſe credã congiaria maxima, quæ toties fuerunt tributa. Quin vero, ſi quid unquã ex animi mei ſententia dixi,

id

id nunc edico ac teſtor, verum, certum, & exploratum eſſe, vix potuiſſe ulla ignobilius collocari. Sed, uti in cæteris, REGUM MAXIMUS, formoſiſſimum mundi lumen SOLEM, cujus Symbolum refert, imitatur, ita, quoniam hic, etiam pecudi paſcenti, facem quaſi miniſtrat, eapropter ipſus pariter, ſæpe indignos muneribus ſuis afficere juſſit, ne pauciores bearet. Tot nominibus, CAPELLANE ILLUSTRIS, cum tibi obſtrictus hactenus vixerim, dispiciendum deniq; erat, abſenti mihi, & procul a te remoto, de modo aliquo, hunc animum beneficiorum memorem tibi teſtandi. Quod, etſi pro tuorum meritorum dignitate, meoq; voto, facere nunquam poſſum, tamen iſte liber, tuo hortatu, tuisque auſpiciis cœptus, & quem tibi, veteri formula, DO, DICO, CONSECRO, ſi quid boni, quod non deſpero, ei ineſt, apud ſuperſtites æque ac poſteros, ſemper fidem faciet, non defuiſſe mihi voluntatem. Probe ſcio, ſufficit tibi ingenuus iſte affectus, nec alia abs me poſtulas. Sat enim præconum habes laudis tuæ, nec mea ad illam deterendam, valde opus eſt linguæ hæſitantia. Mihi ſuffragationis gloria relicta eſto, qua iis, quæ alii, & prorſa & verſa facundia, de te ſcripſerunt, calculum adjicio, imprimis vero, illud invidendum elogium, quod, Vir, ſi quis alius, hoc ſeculo ſublimis ingenio doctrinaq;, *Petrus Gaſſendus*, pronunciavit, & quo verbis pauciſſimis, quicquid in viri conſummatiſſimi, prædicationem

nem enunciari potuit ac debuit, admirabiliter magnificeque complexus est, comprobo, & repetere totus gestio. Magni enim illius, immortalisque Vestri *Peireskii* vitam persequens, inter cætera, *Non longe post*, inquit, *renunciata est, quam acerbe profecto tulit, amicissimi Malherbii mors. Cum vero luctum non modo sibi, sed Musis etiam Gallicis indicendum arbitraretur, consolationi tamen fuit, quod successisse videretur, & sui amicus, & Gallicæ Linguæ, Poëseos q. arbiter, singularis Vir*, JOHANNES CAPELLANUS; *in quo semper eruditionem, cum sapientiæ studio, & morum lenitatem, cum animi candore conjunctam, suspexit.* Non Apollinis magis, quam hoc effatum, verum fuisse deprehenditur, talis profecto es, CAPELLANE OPTIME, & talem te æternum Numen diutissime nobis præstabit. Vale, Fave. Altdorfi Noricorum a. d. XV. Decemb. Anno CIↃ IↃCLXXIII.

Digitized by Google

Qualiter è patriis excitus ſedibus ardens
Spe Mercator opum, peregrino Sole calentes
Lætus adit terras, ſeu quas Eous adurit,
Seu quas occiduus tepefacta luce ſerenat:
Non hunc flexanimi fletus & vota parentum,
Fratrum & Amicorum, non dona oblata retardant
Conſilio indicto, ſed nec longinqua viarum
Propoſitiqué animo cautes, non horrida ſilvis
Avia teſquorum, non quæ dumeta paludes
Occultare ſolent, tubulisqué excuſſa latronum
Fulgura, & incicuri ſpelæa horrentia rictu,
Non radii urentes, non inclementia brumæ,
Non nivei montes, non ruptis turgidus antris
Æolus inſurgens, non naufraga ſaxa Malææ,
Scyllæiqúe canes, & vecta cadavera ponto,
Dum ſpolia ex variis terris detracta propinquis
Victor ovans referat, poſtes & lauribus ornet;
Haud alia inceſſit retrò volventibus annis
WAGENSEILIADEM, Genio ſtimulante, cupido,
WAGENSEILIADEM, qui non ſine Numine Divûm
Cùm venis ſacram puer effervescere flammam,
Virtutem penitis totam ebullire medullis
Sentiret, mitemqúe ſimul miſcere Minervam
Ingenio pietatem, & jungere moribus artes,
Quæ tùm (nam memini partim) exſiliére latentes
Pectore ſcintillæ? quis ad ardua contendenti
Mente recurſabat vigor, ut, quam fixerat ardor
Indolis, impleret pernix induſtria metam?
Jam cum lacte favos quæ quondam immulſerat ori
In ſomnis puero Pallas, conceſſit adulto

Eloquii expreſſiſſe decus Latialis ad unguem,
Mox Veneres Grajæ multoqué ſatellite junctæ
Deſpondére ſibi Juvenem, & diſcedere longè
Juſſere æquales, queîs victis, ſacra profanis
Conjungens, cum Moſe Sinam, cum Nuniade ipſam
Ingrediens Canaan, Salomonis ad atria demum
Pergere conſtituit, mox Zorobabelis in æde
Luſtravit, ſi quid Thalmudis Miſchna recondit
Verſibus, aut Miſchnæ ſuccenturiata Gemara,
HACKSPANI auſpiciis recluſit id omne ſagaci
Ingenio, è ſcoriis aurum ſcrutatus opimum,
Hinc ad Chaldæos progreſſus opesqué Syrorum
Sollicitans, gazasqué Arabum, quotcunque putaret
Inſervire DEI templo, Chriſtiáque tuendis
Laudibus, invitis quas verum extorquet Apellis.
Fama Viri anguſtis nequiit ſe claudere campis,
Quin priùs implêrat propriâ loca turgida laude,
Quàm pede contigerat. Verpûm Synagoga ſtupebat
Liminibus prodire ſuis Thalmudica poſſe
Dogmata, Gentiles quæ non ſpectare deceret.
Interea fuſis paſſim excurrebat habenis
Corpore & ingenio, inque ſui rapiebat amorem
Galliæ & Italiæ florem, cultosque Britannos,
Et Batavos, ipſos demum eſt aggreſſus Iberos,
Hosque omnes dubios, num plus cognoſcere poſſent
WAGENSEILIADA Doctore, an plura referret
Diſcipulus gratus. Noſtram hæc dixiſſe Camœnam
E Phœbi tripode, an potius dixiſſe minora,
Pro candore Tuo demum arbitrabere Lector.

Nobiliſſimo Dn. Autori meritiſſimam ob præclarum opus famam, ſibi autem feliciſſimum eventum, concepti ante annos XX. & haud paulò ampliùs ominis, gratulatur

Joh. Conradus Dürrius P. P.

ODE

ODE EPIGRAPHICA,

Nuncupationem & Tractationem Libri hujus exponens.

DOctæ Sorores, pectus an dolor clauſit?
Pimplæus humor, humor ille
Fontis ſub ulva cur latet?
Quis pudor ora ſubit?

Dicamne? luctus, vel timor novem Muſas
Habet: Silentium loquetur,
Quod Mentium Deæ timent:
Nec reticebit amor.

Lugent Camœnæ mortuum CAPELLANUM,
Fratrem ſorores, non; parentem
Suum queruntur filiæ:
Hinc lacrymæ Aonidum!

Nolite, quæſo, fletibus deturpare
Pulchrè nitentis ora libri;
Quem Principis veſtri favor,
Juſſerat eſſe ſuum.

Auctoris ingens ſanctitas colit Manes,
Præſtatque debitos honores
Heroicis virtutibus:
Sic juvat eſſe pium!

Hæc grata mens eſt, quæ diu mori neſcit;
Sed Mortuum, viventis inſtar
(Nam vivit Ille mortuus)
Gratibus inſequitur.

Doctos amavit Gallus Ille Germanos,
Germana Muſa, ſic amato

Gallum: *Hoc amoris prælio,*
Vincitur hoſtis amans!

Hoſtile nil, crudele nil, bonos inter
Viros; amica ſunt amicis
Concordiæ certamina:
Hæc mihi pugna placet!

Sed quid ſtupetis? Vos *adulteram*, credo,
Caſtæ puellæ dum timetis,
Stantem *ſolutis crinibus*,
De decus hoc fugitis.

Spectate teſtes; damna ferre damnatam
Videtis, atque *caſtitatem*
Qui *caſta* mens eſt, legibus
His decorare DEUM

Nudata pectus terret, & *ſinu ſciſſo*,
Dicetis? ecce, cor ſupremus
Et ipſe Judex inſpicit:
Pectora veſtit honos!

An vos *Sacerdos* ille terret *Hebræus*,
Senex verendus? at *Sacerdos*
Et vos Apollo *virgines*
Spectat, honorat, amat.

Aqas amaras, pergitis, Caballinus
Fons neſcit; hinc dulces poëtæ
Lambunt liquores: Haud *tumet*
Venter, ut ingenium.

Ex fonte templi *veritas* ut hauritur;
Haurire ſic *artes* ſoletis,
Ex fonte vos Permeſſio:
Fundit uterq; ſuum!

Sic

Sic eſt: timor luctusque veſter haud proſunt
Quicquam; faceſſat omnis angor;
Vivit CAPELLANUS; *Viri*
Gloria non moritur!

Vovete: WAGENSEILIUM DEUS SERVET
Sapphyrinumque ſtamen Illi
Ducendo, gemmata colu
Deproperet Lacheſis!

Ita vovet Suo,
Norimbergæ

C. ARNOLDUS, Hiſtor. Eloq.
Poëſ. & Græc. Ling. P.P.

— Dryadum ſylvas, ſaltuſq; ſequamur
Intactos.

Loca Scripturæ S. pleraque, quæ exponuntur ex ſententia Rabbinorum, aut aliter.

GENESIS.

Cap. III.	v.	6.	263
XXXV.		27.	289. 293
XXXVI.		24.	215
XXXVIII.		15.	194. 197
		24.	206. ſeq.
		26.	209
XXXIX.		11.	771
XLVIII.		27.	261
L.		7.	287
		25.	312

EXODUS.

Cap. I.		8.	225
		11.	258. 259
		12.	250
		15.	243
II.		2.	265. 266
		4.	224
		6.	275
		7.	280
XII.		11.	49
XIII.		29.	299
XV.		1.	608
XXXII.		20.	1128

LEVITICUS.

Cap. XVII.		13.	191
XIX.		19.	857
		29.	856
XX.		7.	562
XXI.		14.	555

NUMERI.

Cap. XI.		5.	240
XIII.		2.	713
		23.	721
XXXV.		4.5.	606

DEUTERONOMION.

Cap. III.		26.	316
VIII.		14.	99
XIII.		4.	329
XVI.		21.	863
XX.		1.	849
		2.	839
		5.	852. 855
		6.	853
		7.	853
		8.	867. 869
XXI.		1.	893
		7.	911
XXII.		24.	381
XXIV.		5.	866
XXVII.		12.	796
XXVIII.		3.	528
XXXI.		2.	317
XXXIII.		6.7.	117

JOSUA.

Cap. VIII.		33.	758. 796
XXIV.		32.	299

JUDICUM LIBER.

Cap. III.		20.	863
XIII.		25.	168

XIV. 1. 185
XVI. 4. 162
21. 172
28. 171

RUTH.

CAP. I. 4. 878

I. SAMUELIS.

CAP. I. 10. 448
11. 448. 592
VI. 20. 744. 746
XVII. 8. 877
16. 878
XXVI. 19. 744

II. SAMUELIS.

CAP. VI. 7. 741
13. 746
VII. 23. 731
X. 18. 883
XIV. 27. 213
28. 212
XVIII. 5. 211
18. 211. 223
XXI. 16. 882
20. 879

I. REGUM.

CAP. III. 1. 146

II. REGUM.

CAP. II. 19. 1037
23. 1030
24. 1036
V. 2. 1031
23. 1040
XXIII. 7. 431

I. CHRONICORUM.

CAP. XIX. 16. 883

ESTHER.

CAP. V. 2. 274

PSALMI.

PSAL. XXXIII. 1. 150
LVI. 1. 195. 198
LXXVII. 21. 1003
CXIX 54. 743

PROVERB.

CAP. XVI. 5. 96

CANTICUM CANTIC.

CAP. II. 2. 865

ESAIAS.

CAP. XXVI. 19. 104
LIX. 17. 131
LXIII. 9. 621

JEREMIAS.

CAP. VI. 26. 731

EZECHIEL.

CAP. XLIV. 22. 557

ZACHARIAS.

CAP. XII. 10. 68

MATTHÆUS.

CAP. II. 1. 515
V. 1. 995
39. 821. seq.
VI. 4. 98
X. 17. 854
XIII. 1. 2. 3. 996
55. 597
XVI 19. 13
XVII. 25. 11
XVIII. 15. 9
XIX. 12. 315. 583
17. 176
28. 417
XX. 15. 810
XXIII. 2. 995
3. 4. 512
5. 405. 548
7. 110

	7.	110
	15.	754
	27.	291
XXV.	14.	295
	31.	417
	34.	335
XXVII.	19.	681

MARCUS.

Cap. III.	32.	997
XII.	41	99

LUCAS.

Cap. I.	10.	423
	23.	431
II.	46.	995
IV.	1.	996
	16.	1134
	27.	677
	20.	675
VI.	29.	821 seq.
XI.	46.	513
XVI.	25.	467

JOHANNES.

Cap. III.	14. 15.	1003
IV.	9.	515
V.	1.	306
VII.	49.	518
VIII.	1. seqq.	30. seqq.
XIII.	13.	1027

ACTA APOSTOL.

Cap. III.	2.	39
XXII.	3.	993

I. AD CORINTHIOS.

Cap. IX.	10.	44
XIII.	12.	122
XIV.	16.	378

II. AD CORINTHIOS.

Cap. XII.	4.	121

AD EPHESIOS.

Cap. II.	14.	1080
V.	12.	476

I. AD THESSALONIC.

Cap. IV.	3.	386

I. AD TIMOTH.

Cap. V.	9.	574

AD HEBRÆOS

Cap. VI.	13.	208

EPIST. JACOBI.

Cap. V.	25.	687

EPIST. JUDÆ.

Vers.	9.	484

INDEX

Vocum Hebræarum, quæcum cura explicantur.

א

אבנים	244.246	איתן	908
אגרתא	826	אכסדרא	862
אילנית	572	אלמימר	1133
אירום	964	אל תקרי	68
		אנשי	

1080	הפרגוד	989	אנשי מעשה
849	הקלגסים	13	אסור
13	התר	126	אסכרה
ו		789	אף על גב
254	ורד	260.971	אפרין
ז		125	אראה בנחמה
507	זוז	933	אשכולות
ח		188.189	אשל
47	חבל מצרי	ב	
1026	חבר	601	בו ביום
675	חזן	514	בור
1111	חילה	681.1133	בימה
856	חלל	878	בינים
855	חנך	9	בית
343	חסר	857	בית האוצר
ט		1101	בית הדדים
703	טונא	527	בית הבנסת
964	טנבורא	527	בית המרחץ
י		862	בית שער
223 •	יד	ד	
215.seqq.	ימים	174	דובלא
54	ירך	319	דיוזני
כ		778	דיוקנא
730	כביכול	367	דפתרא
209	כבושים	ה	
138.1101	כומז	244.246	האבנים
697	כיפא	933	האשכולות
294	כירה		
90	כבר		
בלפי			

אלהים	488	
אמר	315	
אנכי	324.1115	
את	42	
בן	189	
בנה	1080	
בנו	88	
בנים	366	
בנימן	355	
בעבור	516	
בקש	796	
ברא	966	
ברך	1008.1146	
גבול	130	
גדל	42	
גוי	315	
דבר	2	
הוא	53	
הלך	322	
הנה	827	
השמים	131	
ויאמר	515	
ויהי	53	
ויקרא	322	
ויתן	129	
זאת	676	
זה	183.1099	
זכר	277	
זרע	366	
חיה	907	

יהוה אלהים	737	
יהוה צבאות	ibid.	
יום	366	
יושב	2770	
יכל	3660	
ילד	697	
ים	294	
ישב	232	
כבד	515	
כה	53	
כל	225	
כלה	976	
כסא	131	
כפר	880	
כתב	2	
לב	234	
לבב	ibid.	
לבן	871	
לדת	233	
לחם	195	
לילה	977	
לך	53	
מאד	1114	
מבול	881	
מגדל	554	
מדבר	941	

ש

שוטרים	854
שכינה	83
שמעתא	826
שפרה	1107
שפתים	241
שקל	214
שרף האילן	372.1117

ת

תומן	031
תלוי ראש	1003
תפלות	497
תרומה	11
תרקב	129

צ

צדקה	343
צפצוף	277

ק

קונה	97
קומום	372
קטני אמנה	1076
קיבור	354
קלגסים	849
קלקנטום	374
קפנדריא	815
קריעה	42
קשקושים	170

ר

ראש הבנסת	675

INDEX RERUM SELECTIORUM.

A.

AB mensis, Judæis infaustus est. 736

Ablationes, quibus comedere liceat. 10.

R. Abneris, Judaicæ fidei desertoris historia. 164

Absalom an fuerit Nazaræus. 213

Absalom fuit ingentis staturæ. 214

Absalomis sepulchrum. 221

Abrahamus juvenis, idola parentis comminuit. 192

Abrahami mater quo nomine vocata fuerit. 162

Abrahami Nummi. 574

Abrahami spelunca duplicata qualis. 191

Adami nomen quæ mysteria contineat. 112.1100

Adami vestiur hiſtoria. 339. 341

Adamus ubi se, ultus. 293

Adulatio vitanda. 829.835

Adulatio quandoq; permissa. 831

Adulter multipliciter reatum contrahit. 804. seqq.

Ægrotos quomodo visitent Judæi. 335

Ægypti feracitas. 722

Ægyptus num pluviis humectetur. 301

Ætas quæ apta ad docendum. 542

Aggadot quid. 827

Agitatio Oblationum in templo Hiero-

Hierosolymitano quomodo peracta. 421
Aggrippas num Rex fuerit Judæorum. 682
R. Akibæ historia. 982
Androgyni secundum Hebræos jus. 458
Amen an jurisjurandi formula. 379
Angeli num Syriacæ linguæ gnari sint. 688.1135
Anginæ dolor. 126.739
Animæ sedes in homine ubi. 1016
Aqua diu incorrupta permanens. 1145
Aqua Sotæ cur amara dicatur. 440
Arabes itinera odore explorant. 1029
Arca fœderis Jordanem transvolavit. 740
Atramentum Judæi quomodo conficiant. 372.375
Aurum, num combustione in pulverem redigi possit. 1128

B.

BAr Cosibæ, Pseudo-Messiæ historia. 851
Bella juste gerenda. 844
Benedictiones & Imprecationes quomodo a Judæis recitatæ. 654
Benedictio Sacerdotalis apud Judæos quomodo peragatur. 670 1131
Benedictionem Sacerdotalem Deus summopere exigit. 807
Benjamin quare dicatur Hospes Divinitatis. 792
Berurja fœmina apud Judæos clarissima. 436.500
Bestiæ quædam cum dolore pariunt. 249
Bestiarum sermo. 635
Bethesda piscina. 306.1113
Bitterensis urbis excidium. 852
Bononiæ num asserventur S. Scripturæ volumina Esdræ manu exarata. 372
Bractea Pontificis qualis. 673
Brutorum sermo. 635

C.

CÆruleum colorem Christiani S. Johannis aversantur. 417
Calceum Læviro exuendi ritus. 663
Calvitiei ignominia. 1033
Canum fidelitas. 86.1099
Capernaum. 464
Cedri arboris proprietates. 735
Census quid. 11
Chaninæ Ben Dusæ miracula. 985
Christiana nutrice num Judæis uti liceat. 282
Christiani cum festa celebrant, quid Judæis observandum. 775
Christiani num Judæorum opinione salutis æternæ fiant compotes. 751
Christiani S. Johannis aversantur cæruleum colorem. 417
CHRISTUS quo die natus sit. 944
Circumcisi quidam nascuntur. 199
Civilitatis laus. 174
Civitates Maritimæ quæ dicantur. 294
Clamores horridi Judæorum in Synagogis. 616
Comitatus præstandus est hospitibus. 1020.1023.1030
Collyrium ad videndos Dæmonas. 482
Conjugia Deo dispensante contrahuntur. 66

Connu-

Connubii apud Judæos cum Proselytis jus. 142.seqq.
Consídendi vetus ratio in Synagogis. 816.823
Cor furari,quid. 56
Corripere proximum privatim oportet. 204
Coronæ Sponsorum Sponsarumq; apud Judæos quales. 963.965
Crapula libidinis est causa. 20
Creatio fœminæ quomodo a Deo instituta. 637
Crines suos Judæorum fœminæ sedulo tegunt. 42

D.

Dactylorum Babyloniorum qualitas. 1028
Dactylorũ Judææ præstantia. 1083
Dæmones, noctu iter facientibus, solent occurrere. 475
Dæmones,interdiu etiam sunt molesti. 480
Davidis Nummi. 574
Davidis matri quod nomen fuerit. 161
Deus induit phylacteria. 407
Dei nomen, qua circumspectione scribendum. 22.seqq.
Dei nomen, non est temere proferendum, 167
Deo ex amore servire,quid.611.623
Delinquentes privatim corripiendi. 204
Desponsata, eodem jure censetur, quo uxor. 381
Discenda Lex est Judæis omnibus. 522
Discentes a curis vacui esse debent. 1005
Discipulorum,in Synagogis, vetus consídendi ratio. 816.823
Discipuli apud Judæos quando sedentes discere cœperint. 993
Discipulus quo honore Præceptorem afficere debeat. 537.
Dos Hebræis quid. 551

E.

EBal mons. 666
Eleemosynas clam dare oportet. 98
Ephod,quomodo Tribuum Israëliticarum nomina continuerit. 759.767
Esdræ manu exarata Scripturæ volumina, num Bononiæ asserventur. 372
Eucharisticum Judæorum poculum. 809
Eunuchi duorum sunt| generum. 582
Eunuchis num liceat uxores ducere. 584
Ezechielis Prophetæ sepulchrum. 717

F.

FAscinationis vis. 763. seqq.1034
Fastus reprehensus. 95. 99. 103
Fastus Rabbinorum veterum. 109
Fax,quantum commodum præstet noctu iter facientibus. 478.seq.
Festa Christianorum cum celebrantur, quid Judæis observandum. 775
Fictile vas,quare adhibitum, in Sota potionanda. 356
Fideicommissorum apud Judæos jus. 510
Fidejussionem Judæi pro se invicem, in monte Sinai præstiterunt. 803

Filiam

Filiam num mater deſpondere poſſit. 452
Filiam pater quomodo deſponde-at. 451
Filiam patri quo caſu vendere lice-at. 450
Filium Pater Naziræatui quomodo devoveat. 447. ſeqq.
Flumina quantum ſpatii in ſingulos dies curſu ſuo conficiant. 713
Fœminarum & virorum diſcrimen. 446
Fœminam quomodo Deus crearit. 637
Fœminæ num literis Divinis ſint erudiendæ. 434
Fœminarum eruditarum exempla. 1120
Fœminæ ad ſacras literas diſcendas non obligantur. 471
Fœminas intentius intueri non licet. 51
Fœminis non cantandũ. 1066. ſeqq.
Fœminæ num in templo Hieroſolymitano habitaverint. 1119
Fœminarum ſine dolore parientium exempla. 249
Fœmineus ſexus Judæis eſt in contemtu. 593
Fœminæ ſunt libidinoſæ. 501
Fœtus in utero materno quomodo formetur. 71
Fratres num Sororem deſpondendi jus habeant. 452
Fur quomodo Hebræorum jure vendatur. 457
Furari cor, quid. 56

G.

GArizim mons. 666
Gladii pœna Judæis fuit uſitata. 125
Græcanicam linguam Judæis num diſcere liceat. 967

H.

HAllel quis compoſuerit. 610
Hallel quomodo recitetur. 615
Hæreditatis paternæ quomodo apud Judæos inter liberos fiat diviſio. 509
Helenæ tabula aurea cui Sectio de Sota inſcripta. 363
Henricus III. Imperator contumelioſe habitus a Judæo. 498
Hieroſolymitanæ urbis privilegia. 900
Hieroſolymæ quo anno poſtremùm expugnatæ. 1145
Hieroſolymis quis dies fuerit fatalis. 942
Hieroſolymitana civitas num inter Tribus fuerit divila. 793
Hordeum beſtiarum eſt cibus. 354
Hoſpitibus comitatus præſtandus eſt. 1020. 1023. 1030
Hyacinthina fila quomodo olim tincta fuerint. 396

I.

IEjunare licet Sabbato ob ſomnia infauſta. 1126
Jericho urbs quantum a Jordane diſtet. 1032
Jeſu quis ſit, de quo in Talmude mentio. 1053
Ignis differentiæ variæ. 388
Ignoranter quidam vaticinantur. 1109
Imprecationes a Judæis quomodo recitatæ. 664
Infernus aliquis eſt ſupra cœlum. 221
Inferni manſiones & portæ. 220

Injuſſi , qui opus bonum faciunt, majus reportant præmium, quam qui juſſi. 473
Interpretes Rabbinorum in Concionibus. 823
Jobus quando vixerit. 231
Jobus num fuerit vere pius. 622
Jochananis Saccai filii, hiſtoria. 926
Jordanem quomodo Judæi tranſiverint. 693. ſeqq.
Joſe Jochananis filii, hiſtoria. 928
Joſe Joëſeri filii, hiſtoria. ibid.
Joſephi cadaver ubi fuerit conditum in Ægypto. 300
Joſephus Nutricius Chriſti, num fuerit faber lignarius. 1122
Iter nemo noctu facere debet. 475
Itinera odore explorant Arabes. 1029
Judæ oſſa, ſe volutabant in ſarcophago. 117
R. Judæ Sancti hiſtoria. 999
Judææ fertilitas. 722
Judææ fructuum præſtantia. 959
Judæa palmis nobilis eſt. 1085
Judaicæ fœminæ crines ſuos ſedulo tegunt. 42
Judæi pro ſe invicem fidejuſſionem in monte Sinai præſtiterunt. 803
Judæorum in Synagogis horridus clamor. 616
Judæi Orientales, in Synagogis ſuis, noſtris ſunt modeſtiores. 1124
Judæis omnibus præceptum eſt Legem diſcere. 522
Judæi, num ad defunctos preces fundant. 332
Judæi, Scripturã auſi ſunt corrumpere. 68
Judæi, Sepulchris, libros ſacros indunt. 310
Judæorum in bellis moderatio. 844
Judæorum quorundam veneficia. 529. 961
Judæorum ſupplicia capitalia quot generum fuerint. 124
Judicium olim in portis urbium exercebatur. 35
Juliani Imp. vanus conatus in reædificando Judæorum templo. 235
Jurisjurandi remiſſio quomodo fiat. 785
Juſſi, qui opus bonum faciunt, majus reportant præmium, quam qui injuſſi. 473. ſeqq.

K.

KRiſchma quid, & quando recitandum. 873

L.

LAbrum æneum Templi. 357
Lapidationis ſupplicii quomodo apud Judæos peractum. 455
Lapides, feretro nequam hominis Judæi imponunt. 311
Legem propter ſeipsã diſcere quid. 547
Liberi a patribus erudiendi. 519
Libidini, etiam viri magni ſuccubuerunt. 525
Libri veterum quales. 676
Libros ſacros, Judæi in ſepulchris condunt. 310
Lingua familiari precandũ eſt. 657
Linguæ in orbe quot ſint. 669
Linguam Syriacam num Angeli intelligant. 688. 1135
Linguas LXX. Reges Ægyptii fuerunt edocti. 783
Longævitatis conſequendæ media. 811

Lora Phylacteriorum qualia esse debeant. 397
Lotionis manuum necessitas. 91
Lotio manuum quomodo peragenda. 94
Lugentes, quomodo Judæi solentur. 338
Lus civitas, multis gaudebat privilegiis. 1020. seqq.

M.

MAgnetes duo, num aliquid in medio aëre possint suspensum tenere. 1045
Magni sæpe viri, humillimis parentibus geniti sunt. 596
Magni viri, crebro manuarias artes tractarunt. 597
Magus quis. 515
Mannæ supra terram altitudo. 698
Mansuetorum Rabbinorum exempla. 818. seqq.
Mansuetudinis laus. 819
Manuum lotionis necessitas. 91
Manuum lotio quomodo peragenda. 94
Mare æneum Templi Salomonis. 357
Maritimæ civitates, quæ dicantur Talmudistis. 294
Mater non obligatur ad liberos erudiendos. 471
Mater num filiam despondere possit. 452
Mater suo lacte infantem nutrire debet. 282
Matrimonia Deo dispensante contrahuntur. 66
R. Meir. 974
Membranæ usus quando introductus. 371
Membrana, cui Judæi res sacras inscribunt, quomodo conficienda. 368
Membranæ variæ species. ibid.
Mendacio uti num liceat. 837
Mensis Ab Judæis est infaustus. 736
Meretrices an apud Judæos fuerint velatæ? 197
Ministrandum Discipulis Sapientum. 513
Miracula Templi Hierosolymitani. 426
Modestiæ laus. 111
Montes gradati. 318
Mosis sepulchrum ubi. 325
Mosis sepulchrum quare occultatum. 329
Muhamedis sepulchrũ quale. 1046
Mulieres ineptæ ad dicendum testimonium. 639
Mulierib, non cantandũ. 1066. seqq.
Mulieres piæ, experiuntur etiam dolores partus. 264
Mulierem quomodo Deus crearit. 637
Mulierum sine dolore parientium exempla. 249
Mulieres sunt libidinosæ. 501
Mulos num Ana repererit. 215

N.

NAsus animæ sedes. 1016
Naziræatui filium quomodo pater devoveat. 447. seqq.
Nethinæi qui. 568
Nicanoris porta in Templo. 37
Nili incrementa unde? 302
Noctu iter facientibus Dæmones solent occurrere. 475
Nodi Phylacteriorum quomodo nectendi. 399

Nodos quos nectere Sabbato non liceat. 404
Nomen cujusque hominis, præbet de ejus fortuna augurium. 163
Nothus Judæis quis? 563.seqq.
Nummi Abrahami. 574
Nummi Davidis. ibid.
Nummi Hebraici Christi vultu notati. 579
Nutrice Christiana num Judæis uti liceat. 282

O.

OBlationes quot generum. 351
Oblationum agitatio quomodo peracta. 421
Octonarius numerus perfectus. 108
Oculos antiqui fucabant. 136
Ogi, staturæ immensitas. 274
Ornatrices crinium. 137
Osculorum apud Talmudistas genera. 284

P.

PAlma excisa non repullulat. 736
Palmis Judæa nobilis est. 1083
Pantomimorum histrionia. 1025
Pater ad liberos erudiendos obligatur. 471
Pater filium Naziræatui quomodo devoveat. 477.seqq.
Patri filiam quo casu vendere liceat. 450
Patris circa erudiendos liberos officium. 519
Patris jus, circa filiæ sponsalia. 451
Pauperes Christiani, quomodo a Judæis tractandi. 507
Peccãtes privatim corripiendi. 204
Pectoralis Summi Pontificis apud Judæos forma. 766
Pharaonis habitus corporis. 230
Pharisæorum diversa genera. 543
Pharisæorum simulatio pietatis. 98
Phylacteria Dei qualia sint. 407
Phylacteria quomodo induenda 401
Phylacteria quomodo paranda 409
Phylacteriorum nodi quomodo nectendi. 399
Phylacteriorum lora qualia esse debeant. 397
Pinchasi familia materna quæ fuerit. 886.seqq.
Piscium quorundam immensitas. 766
Plagium literarium cavendum. 200
Plebejus, Judæis quis. 516.518
Plebejis, Sapientes inter Judæos, erant infensissimi. 518
Pluviis num Ægyptus irrogetur. 301
Pœna gladii Judæis fuit usitata. 125
Pœnam, quam diu Deus differat exequi. 462
Pœnam Talionis luunt scelerati. 123. 127
Pontifex quomodo olim benedictionem peregerit. 674
Pontifici soli, num apud Judæos prohibitum fuerit viduam ducere. 555
Portæ urbium, quondam judicii locus. 35
Præceptores honore afficiendi. 537
Precandum submisse. 686
Preces lingua nota faciendæ sunt. 657
Preces in quibus locis sint concipiendæ. 527
Primitias quomodo Judæi obtulerint. 659

Proſelytorum jus connubii cum originariis Judæis. 142
Puellarum naſcentium vultus ſurſum ſpectant. 247
Puerorum naſcentium vultus proni terram reſpiciunt. ibid.

Q.

QUadrageſimus ætatis annus aptus ad docendum. 542

R.

RAbbinorum immodeſtia. 170
Rabbinorum veterum faſtus. 109
Reges Judæorum quomodo in templo, Scripturæ Sectionem prælegerint. 678
Remiſſio jurisjurandi quomodo fiat. 785
Requdiatam num Judæis repetere licuerit. 383
Repudiatam Sacerdoti ducere non licet. 562
Repudii libellus quomodo ſcribatur. 376
Romanorum in bellis feritas. 847
Roris beneficio, mortui reviviſcent 956
Roris differentiæ. 955
Ruben, an comiſerit inceſtum. 118

S.

SAbbato jejunare licet ob ſomnia infauſta. 1126
Sacerdos ad bellum unctus quis. 842
Sacerdotalis benedictio, quomodo peragatur. 670. ſeqq. 1131
Sacerdoti cur repudiatam ducere non liceat. 662
Sacerdotis maris, & filiæ, diſcrimen. 443
Sacerdotibus quibus nefas ſit, ſeſe mortuis polluere. 445
Sacerdotum filiæ, quando Ablationibus veſci prohibeantur. 444
Samaritanis, Judæi erant infenſiſſimi. 515
Sanguis avium, & ferarum quæ comeſturæ cedunt, tegendus eſt. 391. 1118
Sanguis quomodo operiendus. 391
Sapientes inter Judæos, Plebejis erant infenſiſſimi. 518
Saron urbs. 864
Schamir vermiculus, quem uſum præſtet. 1071
Scripturam divinam Judæi auſi ſunt corrumpere. 69
Sedentes quando Diſcipuli apud Judæos diſcere cœperint. 993
Senex Judæis quis. 573
Senes honore afficiendi. 1011
Sepulchris, Judæi libros ſuos indunt. 310
Sermone utuntur beſtiæ. 635
Sermonis ſpurcities vitanda. 170
Serpens, intra quod tempus pariat 155
Serpens, quomodo pulverem comedere dicatur. 157
Serpentes an pedibus ſint inſtructi. 157. 1103
Serpentis primævi pœna. 152. 154
Serpentum oculi, cum humanis an conveniant. 154

Servi, inepti ſunt ad dicendum teſtimonium. 639
Sichem urbs. 666
Siclus quid. 214
Simſonis matri, quod nomen fuerit. 161
Somniorum interpretationes. 624. ſeqq.
Somniorum infauſta auſpicia etiam Sabbati jejunio emendare licet. 1126
Sorte, officia in Templo Hieroſolymitano diviſa fuerunt. 41
Sororem, num fratres deſpondere poſſint. 452
Sotæ oblatio. 348
Sotæ oblatio quomodo facta. 420
Spelunca duplicata Abrahami, qualis. 291
Sponſa eodem jure cenſetur quo uxor. 381
Sponſa quæ ſcortatur, probationi aquarum amararum non ſubjicitur. 550
Sponſorum apud Judæos coronæ quales. 963
Studia, quietum a curis animum exigunt. 1005
Sudarium Veronicæ allatum Conſtantinopolim. 131
Superbia reprehenſa. 95. 99. 103
Supplicium Lapidationis, quomodo apud Judæos peractum. 455
Suſpenſionis ſupplicium, quomodo apud Judæos peractum. 456
Synedrii differentiæ. 15
Synedrii Senatores callebant LXX. Linguas. 783
Syriacæ linguæ num Angeli gnari ſint. 688. 1135

T.

TAbula aurea Helenæ cui Sectio de Sota inſcripta. 363
Talionis pœnam luunt ſcelerati. 123. 127
Tallonis pœnam Deus obſervat. 52. 55. 57
Talmudis Babylonici & Hieroſolymitani diſſenſus. 421
Talmudiſtarum in ſermone ſpurcities. 884. ſeq.
Templi Hieroſolymitani miracula. 426
Templi Judæorum Julianus fruſtra reædificationem molitur. 235
Teſti unico in quibus caſibus fides habeatur. 638
Teſtimonium, qui dicere nequeant. 639
Tribuum nomina quomodo pectorali inſculpta fuerint. 766
Tribuum nomina quomodo in Ephod fuerint deſcripta. 759. 767
Trumâ quibus veſci liceat. 10

U.

VAticinantur quidam ignorantes. 1109
Venditio furis quomodo fiat. 457
Veneficæ non vehuntur per aëra niſi capillis paſſis. 44
Veneficia tractant multi Judæorum. 529. 961
Venæſectio quibus & quando adhibenda. 545
Venti quatuor quovis die ſpirant. 107
Veronicæ ſudarium allatum Conſtantinopolin. 131

Veſtibulum quid. 862
Veſtium Adami hiſtoria. 339
Victimas immolandi vetus mos. 935
Viduam ducere num ſoli Pontifici apud Judæos prohibitum. 555
Virgines votivæ, num cellas habuerint in Templo Hieroſolymitanoi 431
Viri magni humillimis ſæpe parentibus geniti ſunt. 594
Viri magni manuarias artes ſæpe tractarunt. 597
Virorum & fœminarum diſcrimen. 446
Viſitatio ægrotorum commendata. 335
Vitæ producendæ media. 811
Umbilicus centrum eſt humani corporis. 904
Vormatienſes Judæi aranearum telas e Synagoga non removent. 26
Vulpes quomodo dicatur animal retrogradum. 173
Urim & Tummim num fuerint in ſecundo Templo. 1070
Uvæ prægrandes. 708
Vultus puerorum naſcentium proni terram reſpiciunt. 247

Z.

ZElus maritalis quid,
Zelus maritalis adverſus quos locum habeat. 3
Zelus maritalis quomodo exercendus. 8
Zelum exercere quare ſoli marito permiſſum. 3

FINIS.

יהי שם

מבורך לעולם ועד:

SIT NOMEN EIUS QUI

Vindicantur a profano uſu verba Martialis libr. V. ep igr. 25.

OMNIA SOLUS ET TER UNUS

BENEDICTUM IN SECULA.

PRÆFATIO.

Libros Talmudicos, ſeu vaſtum æque ac difficile illud Opus, quo Judæorum παραδόσεις, ita urgente neceſſitate, etſi contra Majorum inſtituta, literarum monumentis conſignatæ ſunt, extra Rempublicam Literariam Chriſtianorum non penitus eliminandum eſſe, pridem a Viris Doctis probatum eſt. Neque ſane, niſi rerum valde imperitus, unquam negaverit, eſſe in eo longe plurima, e quibus (quod palmarium eſt) & Veteris, & Novi Teſtamenti Tabulæ, tum deinde Prudentia Civilis, Facultas medendi, Morales, & Contemplatrices Diſciplinæ, denique, verbo, omnes tam divinæ quam humanæ res, inſigniter lucem, auxilium, conſilium accipiant. Equidem, non ignoro, eſſe multos, qui abjecte nimis & humiliter, de Talmudicis Pandectis ſentiant, arbitrantes, nihil præter aniles fabulas, & Rabbinorum amentium deliria, in iis contineri, & jactantes crebro, illud duorum Reipublicæ Literariæ primariorum Virorum effatum: *Solum Moſen Maimonidem* (Actis Seculo poſt natum Servatorem noſtrum, XII. demum floruit) *inter ſuos deſiiſſe nugari.* Ergo inferunt, quotquot illum antecеſſere, architectos futilium gerrarum fuiſſe, & inſanire cum harum venditoribus, ſi quis illas liceri velit. Sed, condonabunt nobis, haud gravatim, qui ita colligunt, ſi nos contra reputando, in re non minimi momenti, id, quod a ſola authoritate deducitur argumentum, non omne negotium, continuo effectum reddere, intrepide aſſerimus. Abſit vero a me quam longiſſime, ut celebri famæ, quam Summi illi Viri, Literarum elegantiorũ incomparabili peritia, ſuo merito ſibi pararunt, vel tantillum detraham, nam, & ſuſpicio illos ex animo, & aſſurgo ſemper tantis nominibus. Tantummodo ii, qui tam frequenter hoc dictum in

ore habent, ac crude acceptum, etiam præter ipſorum met, uti plane perſuaſum habeo, Autorum mentem, late nimis extendunt, ne longe multumque cum Veritatis detrimento ſerpat error, monere me cogunt, cautione aliqua hic opus eſſe, & fieri poſſe, ut Viri Eximii, aliis curis diſtracti, non Talmudis tantum, ſed ne Maimonidis quidem lectioni, ſedulo vacaverint. Atque, de uno horum, id quodammodo ſuſpicor, de altero, res plane caret dubio. Quippe, eſt, ubi iſte in ipſo nomine ceſpitat, & Maimonidem modo a *Rambam*, modo a *Moſe Ægyptio* diverſum facit; quorum utrumque prave factum eſſe, probatione longa non indiget. Nam, ut Danielis Heinſii, præſtantiſſimi virorum, in Ariſtarcho pag. 415. verbis id dicam: *Maimonides tantum ex contractione, aut primis literarum notis, Rambam appellatur.* Inter Moſen vero Ægyptium, & Moſen Maimonis filium, nihil intercedere diſcriminis, ipſe, de quo, pace Deorum Manium illius, agimus, Inſignis vir, oblitus eorum, quæ antea ſcripſerat, diſerte alibi profeſſus eſt. Imo, in eodem illo loco, quo ipſe Plinii de Diodoro Siculo, verbis, Maimonidem primum inter ſuos deſiiſſe nugari, pronunciavit, ita hunc allegat, ut facile conſtet, plus eum alienis oculis indulſiſſe, quam ſuis: addit q;, æternum illud Opus *Jad*, quo ſuo merito is Scriptor, immortalem ſibi gloriam, non inter ſuos tantum, ſed Chriſtianos etiam, paravit, *eſſe inſtar Commentariorum in Præcepta qua Affirmantia, qua Negantia:* quod & ipſum, niſi recte accipiatur, cuiquam erroris anſam præbere utique poſſet. Scilicet, quod argumentum ſit Operis Jad, illis, quibus hoc ad manus non eſt, nullo negotio perſpicue diſcere licet, ex ætatem prædicandi Johannis Buxtorfii, Avi, Bibliotheca Rabbinica: & breviſſime, id, quod res eſt, ediſſerit Genebrardus, dum l. 4. Chron. *Rabbi Moſes*, inquit, *filius Maimon Anno* 1176. *abſolvit ſuum Miſchna*, (Opus Jad enim alio nomine משנה תורה ſeu *δευτέρωσις τῦ νόμυ* dicitur) *quo totum Talmud, lingua pure Hebraica, elegantiſſime eſt complexus.* Talmudis igitur Compendium, Opus Jad eſt, nec Commentarii vicem in Præcepta Affirmantia & Negantia id præſtare, dicendum fuerit, niſi ſimul de ipſo Talmude idem quoque prædicare quis præſumat. Quod, etſi aliquo ſenſu verum eſt, ſaltem a noſtro tamen loquendi uſu, id nonnihil videtur re-

tur remotum. Atque ſane, tantum abeſt, ut ipſe Maimonides ſuum Jad pro Commentario in Præcepta Affirmantia & Negantia agnoverit, ut potius egregio illo opere perfecto, in iſthæc ſeorſim ſcribere cœperit: Cujus quidem Comentarii memoriam, tantum apud Authorem Schalſchelet Hakkabbala pag. 43. a. reperi: Niſi de eo loquitur ipſe quoq; Maimonides, ſub calcem Epiſtolæ, miſſæ ad R. Pinchaſum Judicem Alexandrinum, quæ, modo laudati Buxtorfii Inſtitutioni Epiſtolari Hebraicæ, ſubjungitur: & tum dicendum fuerit, Arabice primum conſcriptum eſſe librum, ac deinde vel ab ipſomet Autore, vel ab alio, in Hebraicam linguam fuiſſe converſum. Sed, hæc miſſa facimus. Interim, ſi talis tantusq; eſt Maimonides, qualis, & quantus, a Viris doctiſſimis prædicatur, jam alia omnia potius, quam quæ vulgo eliciunt, inde ſequi neceſſe eſt. Quippe, aut vehementer fallor, aut Talmud in pretio habendum, *Cum ſolidæ & ingentis doctrinæ vir, quig, primus inter ſuos deſiit nugari*, id dignum judicaverit, quod contractum, & puriore ſermone donatum, poſteritati conſecraret. Niſi quis hoc admiſerit, tum fateatur oportet, inſignem quoque nugatorem fuiſſe Maimonidem; nec enim fieri poteſt, ut Epitome toto genere differat, ab uberiore operis contextu; &, ut ii qui Trogum, & Livium abbreviarunt, ſani quid & ſobrii nobis memorent, ſi alteri non præceſſerint. Nempe, ex ungue, de Leone, aut, ut magis appoſita utar ſimilitudine, ex Manu (Maimonidis enim opus, יד חזקה ſive *Manus Robuſta* inſcribitur) de reliquo Corpore, fit judicium; ut proinde laus, quæ Maimonidis Jad tribuitur, non poſſit non in ipſum Talmud redundare. At, dicat quis: Non operæ pretium eſſe, in legendo Talmude, bonas horas conſumere; excerpſiſſe optima quæque Maimonidem, iisque nos contentos vivere poſſe. Imprimis, cum ſcribat R. Alia Chajim in præfat. אגרת חמודות ſive *Epiſtola de Rebus Inſignibus*:

מעיד אני שראיתי כתב כמהרר עובדיה האומר
שבאו בימיו בירושלם יהודים שהיו באים ממקצוע דרומית
מזרחית על ים אוקיינוס ואמרו שאין להם פסק אחר זולתי
ספר היד של הרמבם וגם אני הצעיר קבלתי מוקני הדור
שבסלוניקו

שבסלוניקו ואומרים שיש קבלה בידם שזה החבור נתפשט מעבר לחלח ונהר גוזן ביד י שבטים: Id eſt: *Teſtor, me legiſſe ſcriptum ab excellenti omni genere laudis R. Obadia, ſuo tempore Hieroſolymas veniſſe Judæos a plagis Auſtralibus, & Orientalibus, per Oceanum co vectos, qui profeſſi ſint, uti ſe* (domi) *in foro, ſolis deciſionibus Libri Jad a Rambam conſcripti. Ego quoq; minimus* (illorum, qui ſapiunt,) *audivi viros non minus doctrina, quam ſenio venerabiles, Theſſalonicæ mihi narrantes, Avorum traditione ſe tenere, illum librum evulgatum ultra Chalach, & fluvium Gozan, atq; ceri manibus decem Tribuum* (a Salmanaſſare in captivitatem abductarum.) Eſto, hæc ita ſe habere; & fateamur tantisper, etiam illos Judæos, quos nullus Sol luſtrat, in Maimonidis Jad legendo, pervigiles lucubrare. Illud tamen, in vicem omnino nobis concedendum, non quævis utilia, ita Maimonidem e Talmude excerpſiſſe, ut mera putamina reliquerit. Egit Maimonides, quod agendum ſibi ſumſerat, & Deciſiones ac placita Magiſtrorum, de Dubiis, quæ circa Divinas, & a Sapientibus, his ſuperadditas Leges, naſci poterant, congeſſit, perque materias, & titulos ordine diſpoſuit, ea, quæ alterius argumenti ſunt, ne minimo quidem digito attingens. Adde, quod nec ipſe Maimonides, Opus Jad concinnando, id unquam intendit, ut Talmud hominum manibus excuteret. Nam, aliam longe ei mentem fuiſſe, non ſolum oſtendit illius Commentarius in Miſchnam; verum R. Abraham Ben David, Maimonidis ætati ſuppar, illiusque æmulus, in ſuis השגות inſuper teſtatur, Maimonidem Opus Herculeum, ingens, atque adeo immenſum, redigendo in unum, Talmud Babylonicum, Hieroſolymitanum, & Toſephot, moliri cœpiſſe. Quin, & ipſe rurſus Maimonides, in Præfatione Miſchnæ, memorat, ſe ſuper tres partes Gemaræ ſcripſiſſe Commentarios, qui, utinam tandem ad nos pervenirent, quam præclara, & hactenus occulta, diſcere poſſemus. Etſi enim Cl. Buxtorfius Filius, in Præfatione More, eos non extare aſſerit, tamen, niſi de ſolo Occidente noſtro loquitur, decepit eum opinio, excideratque illi, legi de iis apud Autorem Schalſchelet Hakkabbala pag. 43. a. לא נתפשטו בארץ אדום אמנם ראינו מהם

ב או ג מסכתות ובלשון ערב כתבם: Id eſt: *Non extant in Regionibus Chriſtianorum, nihilo minus vidi de iis duas aut tres Maſſichtot, ſcriptæ autem ſunt Arabice.* Fallor, an de his Commentariis accipiendus quoque Ferdinandus Nuñez Pincianus, in Notis ad Johannis de Mena Cordub. Labyrinthum Poëticum Cantu 124. quando ait: *Rabbi Moſés de Egypto, Medico del Soldan, compuſò un libro en Medicina, que ſe llama, Flores del Galieno, y el Moreto* (citra dubium More Nevuchim inſuitur,) *en Theologia, y copilò ſobre el Talmud, grande eſcriptura.* Cæterum, non magna conjectura indiget, ut aſſequamur, quid tandem occaſionem dederit Viris Doctis, ut cum Maimonide, & natam primum, & fere mortuam quoque, apud ſequioris ævi Judæos, Sapientiam arbitrarentur. Etenim, quam acri judicio, quam ſolida Philoſophiæ cognitione, præditus is fuerit, ex translationibus variis Libri More Nevuchim, quem Arabice Autor ſcripſit, perſpexerant. Accedebat Operis Jad, purum, nitidum, & terſum illud dicendi genus, nullis, ut alia Hebræorum ſcripta, difficultatibus obnoxium, nullas tenebras legentium oculis offundens. Placuit pulcherrima illius diſpoſitio, in qua artis dividendi, & παιδείας regulæ ad amuſſim obſervantur. Cum vero omnia ita recitet Maimonides, quaſi non aliunde, ſed ex ingenio depromta ſint, illi ſoli accepta referenda eſſe Lectores arbitrati ſunt, quæcunque literis conſignavit, & pro illius peculiaribus rebus accepere, quas tamen non niſi commodato, a Talmudiſtis acceperat. Ergo, ex illa Autorum ſuppreſſione, id ſane propemodum evenit, quod eventurum jam olim ſuſpicati ſunt Judæi, & Maimonidi adhuc vivo vehementer exprobrarunt. Scilicet, evidens periculum eſſe querebantur, ne periret, aut ſaltem magnum detrimentum pateretur, memoria Talmudiſtarum, metuebantque ſolum ipſum volaturum per ora hominum, & famam ſibi paraturum ac gloriam. Prolixe Maimonides, in ea, quam ſupra allegavimus, ad Alexandrinum Judicem ſcripta epiſtola, probare ſatagit, non ſe dolo malo feciſſe, quicquid fecerit, neque unquam in mentem ſibi veniſſe, hoc conari, ut veterum Sapientum nominibus oblivionem induceret. Interim tamen, (quod ex occaſione adjicimus) cum ipſe

quoque incommodum aliquod, ex illa, quam ſecutus fuerat, ſcribendi ratione, emergere deprehendiſſet, fere eandem ſibimet diſplicuiſſe animadvertimus. Nimirum, narrat in iisdem literis, veniſſe aliquando ad ſe nonneminem, & quæſiviſſe, qua autoritate in Opere Jad, in materia quadam damni illati, ita de jure pronunciaſſet? cumque reſponderet, ſic haberi, aut in propria ſede in Talmude, aut in Capite אלו הן הנזקין aut in Sanhedrin, ubi de Homicida agitur, ſubjeciſſe alterum: Pridem ſe conſuluiſſe omnia illa loca, & addidiſſe quoque Talmud Hieroſolymitanum, & Toſephot, verum fruſtra. Ibi vero obſtupuiſſe ſe penitus ait Maimonides, per horam integram, tandemque dixiſſe, redeo in memoriam hæc legi in Gittin; verum, cum prolato libro, nihil reperiſſet, juſſit hominem diſcedere, ſeque amplius cogitaturum, eſt pollicitus. Poſtquam multa verſaſſet, meminit denique illud effatum in Jebamot fundari, & de illa re percontatorem reddidit certiorem. Hanc ob rem, tum quia turpe exiſtimavit Maimonides, ſi autor Epitomes, non poſſit illico oſtendere, e quo loco, libri, quem abbreviandum ſibi ſumſit, quodque dictum ſit congeſtum; tum, quia fontis perveſtigationem, quæ ſibi negotium faceſſebat, tanto difficiliorem reliquis futuram, non abs re arbitrabatur, ideo ait:

נחמתי שלא חברתי עם חבור זה ענין שאני אומר לך
וברעתי אם נזור השם יתברך שאעשנו אף על פי שיש בו
טורח הרבה שכל הלבה שאינה במקומה באותו
ענין אודיע מקומה Id eſt: *Diſcructor animi, non me addidiſſe Operi meo, illam, de qua ſermo hactenus fuit, Indicinam locorum Talmudicorum: At q. propoſitum mihi, volente Deo B. eandem elaborare, etſi res multi laboris eſt, apertum faciendo, unde ea, quæ in Talmude, in loco proprio, non extant, ſint depromta.* Ex hactenus dictis, ſatis perſpicue apparet, tantum abeſſe, ut Maimonides Talmudiſtis opponi poſſit, ut potius omne ingenium, ſtudium ac diligentiam, in hoc impenderit unice, quo Talmud illuſtraret, ornaret, & hominibus redderet commendatiſſimum, atque in his laboribus, ætatem illum conſumſiſſe ſuam. Sed enim, queruntur vulgo, innumeras in Talmude fabu-

de fabulas eſſe, adeo craſſas, ineptasque, ut non niſi ipſo communi ſenſu carentes homines, eas comminiſci potuerint; ridere eas ipſos Judæos Karaitas, ac Cl. Buxtorfio in Notis ad Coſri pag. 204. teſte, quendam R. Aharonem, etiam librum מורה אהרון inſcriptum, adverſus eas edidiſſe. Equidem, non diſſimulo, deprehendi in Talmude, ipſoque adeo quem explicandum nobis ſumſimus libro, multa frivola, putida, ac ab omni ratione aliena. His vero, uti ex præcepto Apoſtoli, Tit. I, 14. minime aſſentiendum, ita tamen, vel ipſa illa aliquem uſum habent, imprimis quando adverſus Judæos diſputamus, & ſaniora, (O utinam tandem de hoc ſerio cogitemus!) homines edocere volumus. Niſi enim provide & ſuo quoq; illos gladio adoriamur, incaſſum eſt, quod molimur, nec unquam victas manus porrigent, vel *Alcorano*, in, *de Ape*, & *de Aranea* Suratis, dicente teſtimonium. Attamen, non admodum refragari velim Talmud venerantibus Judæis, dum contendunt, ſub ipſis illis fabulis, quandoque veritatem abſcondiſſe veteres, more quondam recepto, ut ænigmatis & parabolis, arcana Sapientiæ traderentur. Revocant nobis in mentem, in ipſis Sacris literis, multa hyperbolice dici, & memorari ibi, Urbes ad cœlum usque munitas; Arbores, de Rege eligendo celebrantes Comitia; & plura hujus generis. Juvat adire Talmud in Chullin fol. 90. b. & Maimonidem in Præfat. Seder Seraim, ubi prolixe, & erudite in hanc rem diſſerit. Nec defuere, inter Talmudiſtis obnoxios Judæos, qui Gemaræ Paradoxa, adverſus Karaitas & Chriſtianos a contemtu vindicare conati ſunt. Conſulendus Liber עוללות אפרים pag. 135. ſeqq. Et, qui ante annos paucos excuſus, שני לוחות הברית Præcipue vero liber בְּפתור ופרח qui totus, ob eam, quam dixi, cauſam, eſt conſcriptus: Cl. Buxtorfius in Bibliotheca Rabbinica, librum egregium & jucundum merito vocat, atque nos, in Notis noſtris, quædam ex illo repræſentabimus. De ipſo hoc argumento, Autor Schalſchelet Hakkabbala, pag. 66. b. librum ספר הלמודים inſcriptum, edidiſſe ſe aſſerit: quin & de eodem, commentarium pollicitus eſt ipſe rurſus Maimonides, circa finem Præfationis, quæ explicationi Chelek præmittitur. Æquum enim erat, ut ipſe fidem faceret

faceret dictis ſuis, dum loco ante allegato audacter affirmavit, inter Judæos, non niſi ſcientiarum prorſus rudes, &, qui nec ſibi ipſis conſulere poſſunt, nec alios, qui bene ſuaderent, unquam habuere, verba incredibilium illarum narrationum, in literarum ſenſu accipere. Atque profecto, ne ipſi quidem Muhammedani, omnes tam bardi, ac fatui ſunt, ut veteres ſuas fabulas, quarum magnam partem Judæis illos debere, notius eſt, quam ut dici oporteat, ſine ulla ſalis mica accipiant. Adſcribamus verba Murtadi Filii Gaphiphe, e libello de Ægypto, prout Arabica, ex MS. Bibliothecæ Cardinalis Mazarini, in vernaculam ſuam convertit, doctiſſimus optimusq; quondam Amicus noſter, *Petrus Vattierius*, Medicus, & Arabicæ Linguæ Profeſſor Regius, Lutetiæ. *L'on dit que ceux qui eſtoient dans l'Arche, ſe trouuerent incommodez de la fiente des animaux, ce qui obligea Noé de donner un ſouflet a l'Elephant, par la vertu duquel ſouflet l'Elephant eſternua, & jetta un pourceau, qui recueillit cette ordure. L'on dit auſſi que les rats les incommodants, Noè donna vn ſouflet au lyon, qui eſternua vn chat, lequel mangea les rats. Les autres diſent, que ces Hiſtoires ont eſté inventées a plaiſir, & qu'elles ne ſont pas de la foy, parce qu'elles n'ont point de fondement.* Antequam hinc diſcedo, verbo monere operæ pretium fuerit, jactare cõmuniter, (bene an male, nunc non diſputo) Judæos, abſq; Talmude eſſet, caricturos nos Chriſtianos, magnis Religionis noſtræ præſidiis, & ne quidem adſtruere ſine hoc poſſe, Servatori noſtro fas fuiſſe, ut ſacro cœtui interveniret, cum concedamus, a Ruth Moabitide illum genus trahere, dici vero de Moabitarum ſemine Deut. XXIII, 3. *Ne venito Ammonites & Moabites in congregationem Domini: Etiam decima generatio illorum, ne venito in congregationem Domini uſq; in æternum.* Placet ſibi hoc argumento Lipmannus in Nizachon Num. CXII. eum legat, qui volet: nobis, ex inedito Nizachon Bibliothecæ Argentoratenſis, quem integrum aliquando deſcripſimus, quædam producere lubido eſt; ſic autem ibi:

המינים מונים אותנו לאמור שהתלמוד מעוות ומקלקל כל
תולתינו וגורם לנו שלא לעמוד על העיקר ועל האמת כי
הוא מרחיקנו בדרכים משובשים: ויש להשיב שהתלמוד

הוא

הוא גדר וסייג לכל התורה כי כל המצוות מפוזרים הם
בכל ספרי פה מעט ופה מעט ומי שלומד זה ישכחיהו טרם
שיגיע לשני וקבעו חכמים מסכתות וסדרו בהן כל אשר
שייך לכל המסכתא כגון מסכת שבת כל דיני שבת מפורשים
בה וכן מסכת פסחים כל דין פסח מבואר בה וכן מסכת
יבמות כל דין יבום נמצא בו וכן כל המסכתות כל אחת
ואחת מפרש מצוותה ועוד יש להשיב שאפילו הם לא יכלו
לעמוד על אמונתיהם זולתי התלמוד דכתי׳ לא יבוא עמוני
ומואבי בקהל ״ אלמלא שהתלמוד ביאר עמוני ולא עמונית
מואבי ולא מואבית והם שאינם לומדים תלמוד ואינם
יודעים פירוש זה איך דוד בא בקהל ״ ואיך בא ישו בקהל ״
שהוא בא מרוד לדבריהם: Id eſt : *Infideles criminantur nos, dicendo : Talmud pervertere, & depravare univerſam noſtram Legem, & in cauſa eſſe, quo minus fundamento, & veritati inſiſtamus, nosq; ab eo in vias erroneas ſeduct. Sed, in promtu eſt reſponſio, Talmud eſſe ſepimentum, & maceriam totius Legis. Leges enim Divinæ diſperſæ ſunt per XXIV. Libros Canonicos, ita ut quid earum, modo hic, modo ibi deprehendatur : Ideo una re percepta, prius ad aliam quam quis pertingit, metuenda oblivio. Hinc compoſuere Sapientes varios Libros Talmudis, & in quemq; collegere, quod illi conveniebat. Verbi cauſa, in Libro Schabbat, omnia quæ de Sabbato fuere præcepta, continentur. In Libro Peſachim, quæ ad Paſcha attinent, explicantur. In Libro Jebamot, deprehendes univerſum Leviratus negotium. Eadem ratione, unumquiq; illorum Librorum, ſuum habet argumentum. Amplius reſponderi poteſt, etiam ipſos, ſine Talmude non poſſe tueri Religionem ſuam. Scriptum enim :* Ne venito Ammonites & Moabites in congregationem Domini *Niſi Talmud explicaret : Ammonites, non Ammonitis ; Moabites, non Moabitis ;* (inextricabili involveremur difficultati.) *Ipſi vero, qui Talmud non diſcunt, & hanc expoſitionem ignorant,* (nunquam rationem reddent,) *quomodo Davidi licitum fuerit, intereſſe cœtui divino : aut, quomodo Jeſus*

in hunc cœtum admiſſus ſit, cum ex ſententia ipſorum, Davidi originem debeat.

Quod reliquum eſt, uti ſuo quemvis ſenſu abundare permittimus, quia noſtra tamen ſic eſt ratio, & ſic animum induximus noſtrum, Talmudis lectionem, emolumentum aliquod Reipublicæ Literariæ afferre; itaque Magnorum Virorum, & inter cæteros, *Johannis Cocceji*, qui poſt Gerſonem, e Judæo Chriſtianum, ſolus, quod equidem ſciam, cum Miſchna, particularum Gemaræ quoque, prout Autor Libri *En Jacob* easdem excerpſit, vertendarum, periculum fecit, veſtigiis inſiſtere decrevimus. Placuit ex omnibus Talmudis Libris, is, qui SOTA inſcribitur, & præter veterem bellandi modum, atque expiationem latentis Homicidii, totam imprimis rationem explicat, qua illa, cum de mulieris adulterii ſuſpecta diſceptabatur, prodigii plena veritatis exploratio, in Templo Hieroſolymitano, fuit peracta. Certe enim jucunditate, & materiæ quam perſequitur dignitate, facile principem locum meretur; nec injuria Iſaac Abarbenel Comment. in Legem pag. 280. col. 4. laudat dictum R. Moſis Nachmanidis, qui cenſuerat:

שאין בכל משפטי התורה דבר כלו נם מפורסם כענין הזה שהוא פלא קבוע שיעשה השם בישראל בהיות רובם עושים רצונו של מקום: Id eſt: *Non eſſe inter omnes Legis* (Divinæ) *ſanctiones, præter unam hanc* (de uxore adulterii ſuſpecta) *ullam rem aliam, quæ tota, ſic a manifeſto miraculo dependeat. Etenim, fuiſſe hoc prodigium ſtatum, quod Deus Iſraëlitis ſe editurum pollicitus ſit, majore illorum parte voluntatem ſuam adimplentibus.* Notas adjicere viſum eſt, in quibus obſcurius dicta explicamus, & alia miſcella, quæ ad rem faciunt, commentamur. Proprios excuſſimus loculos, quæque noſtra nobis in his literis aſſiduitas ſuggeſſit, adducimus in medium. Quod ſi tamen ita facto uſus fuit, ut a Viris Doctis quædam commodato accipe-

acciperemus, eam in rebus alienis custodiendis præstamus diligentiam, quam leges imperant publicæ, & neminem unum in ulla vel minima re, defraudamus sua laude, aut memoria, etiam ne ob paucorum verborum Hebræorum quidem, quæ nosmet interpretati non sumus, translationem. Plagium enim committere, & alieno labore partam gloriam, clanculum in se transmovere, id quidem illiberale est, non nostrum facinus. Quia vero, in rebus ad eruditionem spectantibus, cuique suam opinionem afferre permittitur; ideo utimur subinde jure nostro, nec pedibus semper in aliorum suffragia descendimus. Fit autem id, non ostentandi ingenii, aut captandæ gloriæ ergo; quippe, ipsas has res tam procul habemus, quam earum causas. Sed, nunc veritatem indagare, interdum, ex officio, ejus, quam natura inter nos instituit, Caritatis, quantum in nobis est, prohibere studemus, ne ad eundem lapidem multi impingant. Servamus tamen ubique, modestiæ modum, & neminem Bonum, vel verbo temere lacessimus, plane tales aliis nos præbentes, quales circa illa, ubi & nosmet nostros Manes egregie passi sumus, alios futuros, & vovemus ex animo, & certissime non tam speramus quam confidimus.

Cæterum, site, Mi Lector, hanc quantulamcunq; industriam, æqui bonique consulere sensero, ἰὰν ὁ Κύριος θελήσῃ καὶ ζήσωμεν, difficiliora aggrediar, & מסכת פורים, sive Librum Pseudo-Talmudicum, de Festo Sortium, quem, postquam Venetiis ante centum & amplius annos excusus est, Judæi magno studio, suppresserunt, ex Vaticano, & nostro MSS. probe emendatum, tecum communicabo. Hujus, præter Mischnam, dum Gemaram quoque integram, versione & notis illustrabimus, verum modum ostendemus, quo Talmudistæ argute subtiliterque altercantur, facemq; præferemus, ad scrutanda intima Talmudis adyta. Nempe, Judæi quoque, literis operam navantes, primum Mischna & Excerptis Gemaricis Libri En Jacob, imbuuntur, antequam contextum Gemaræ totum addiscant, qui eruditionis Judaicæ, Kabbala demta, finis quasi est, & complementum. Interea loci valere te jubemus, & bene rem gerere.

Nos

Nos vero, ex animi noſtri ſententia, inquimus veteri Judæorum formula:

אִם שגיתי בשום דבר ישאיני
עושיבי והיו כלא היו:

Quod, licet propemodum dicere his verbis Romanis:

SI QUID SCRIPTUM SIT, QUOD SCRIBI JUS NON SIT, ISTAM NOXAM, TU ALME DEUS CONDONA, EIUSQUE IN TOTA HAC COMMENTATIONE NE NIHILUM SCRIPTUM ESTO.

מסכת סוטה:

ID EST:

LIBER TALMUDICUS

De

UXORE ADULTERII SUSPECTA.

פרק א׳

משנה

א

המקנא לאשתו רבי אליעזר אומר מקנא לה על פי שנים ומשקה על פי עד אחד או על פי עצמו רבי יהושע אומר מקנא לה על פי שנים ומשקה על פי שנים:

Caput I.

MISCHNA I.

DE [1] Marito zelotypo, R. Elieſer cenſet, neceſſe eſſe, ut commercio,[4] cum homine ſuſpecto, Uxori[5] duobus teſtibus præſentibus, interdicat: Ad id vero, ut *deinde* aquas amaras eandem bibere compellat, ſufficere unius, vel ſui ipſius, *contra illam*, teſtimonium. At [6] R. Joſua contendit, tam ad Interdictum, quam ad id, ut aquis amaris potionare eam maritus queat, teſtes duos requiri.

1. Liber Talmudicus] Cl. Buxtorfius in Lex. Talm. Vocem מסכת à נסך derivat, atque eam Libris Talmudicis impositam perhibet, quod variæ, & diversæ res, in his confundantur. Paulo aliunde, origo vocabuli repetitur, in veteri nostro Codice MS. multarum ab homine Judæo congestarum observationum; etsi ipsa denominandi ratio, multum à Buxtorfiana haud differt. Legitur ibi: מסיכתא מלשון מסכת יינה כפי שיש בכל מסיכתא כמה מיני תערובת של הלכות: id est, *Vocabulum* מסכת *explicandum est ex phrasi* (Prov. IX, 2.) מסכת יינה *Miscuit vinum sicum:* Ac proinde radicem habet מסך. *Quippe in quaq; Massichta, Constitutionum multiplex est commixtio.*

2. Uxore adulterii suspecta.] Verbum סוטה plerique interpretantur, *Mulierem declinantem*, vel, *Mulierem declinantem ad adulterium.* Eodem sensu populares nostri Judæi, in libellis vernaculis exponunt, *Eine Abkehrerin, daß sie sich hat abgekehrt, von ihrem ehlichen Mann: Brandspiegel* c. 62. Et vero, negari non potest, tale quid notare Hebræam vocem, quippe cum Exodi XXXII, 8. dicitur סרו מהר מן הדרך quod Vetus Interpres transtulit: *Recesserunt cito de via:* Onkelos, & Jonathan, Chaldæi, παρεκλιναν: סטו בפריע מן אורחא Prorsus uti LXX. in hoc Exodi loco verterunt, παρέκλιναν ταχὺ ἐκ τῆς ὁδοῦ, & deinde Num. V, 12. pro איש איש כי תשטה אשתו pariter habent: Ανδρὸς ἀνδρὸς ἐὰν παρέκλιν ἡ γυνὴ αὐτοῦ. Sed nos, vocem סוטה *Mulierem adulterii suspectam*, reddentes, rei ipsius potius, quam etymi, habendam censuimus rationem. Non enim, quo mulier aliqua Sota audiret, id requirebatur, ut vere a virtutis & castimoniæ via declinasset; sed sufficiebat ad id nominis imponendum, sola etiam facti suspicio. Proinde in Rabbot f. 233. col. 2. traditur לעולם אין משקין אלא על הספק i. e. *Numquam, nisi in casu dubio locum habens aqua amara.* Et cum Num. V, 13. legatur: ושכב איש אתה שכבת זרע id est, *Ac concubuerit vir cum ea, concubitu seminis.* Illa verba Abarbenel Comment. in Leg. fol. 280. col. 2. probe exponit: לפי מחשבתו וסברתו id est, *de Mariti opinione ac conjectura.* Nempe, hanc explicationem, mox confirmat, ipse sacer Textus, commate 14. Quamobrem, Deliciæ nostræ, S. Chrysostomus, Homil. 5. ad v. Judæos, non minus rectè quam breviter asserit, loqui Scriptura in præsenti zelotypias negotio, de casibus: Ἐὰν μοιχεύσῃ γυνὴ, καὶ ὑποπτευθῇ τῷ μοιχείᾳ ὁ ἀνὴρ, ἢ μὴ μοιχευθῇ ἔστω ἢ ὑποπτεύσῃ.

3. De marito zelotypo.] Quid rei sit Zelus Mariti, prolixe inter se disquirunt Rabbini, in Gemara. Breviter definivit Maimonides Comm. in hunc locum: הקינוי הוא המניע מהדברים הרומים להביא החשד, Id est, *Zelus, est prohibitio earum rerum, quæ* sinistram *suspi-*

ſuſpicionem, inferre videntur. Atque, quia maritus Uxoris caput eſt, & in eam poteſtatem exercet, ideo illi competit jus zeli adverſus mulierem, huic vero adverſus virum, nequaquam : Ut non minus in Hebræorum, quam Romano jure, verum ſit illud Papiniani l. 9. D. de Stat. Hom. *In multis articulis deterior eſt conditio fœminarum, quam maſculorum.* Scilicet, ad Maritum attinet, tueri familiæ honorem, eundemque a majoribus acceptum, illibatum ad poſteros propagare. Ergo cavendum ſedulo, ne conjugis liberorumque fama, apud honeſtos bonosque detrimentum aliquod patiatur, & procul abigendi ii, de quibus, quod Juſtinianus in Nov. 117. c. 15. ait, ſuſpicio eſt, illos caſtitati uxorum velle illudere. Hinc adeo, דע שארם חייב לקנות על אשתו id eſt : *Sciendum, etiam teneri Virum, ad exercendum Zelum adverſus uxorem* ceu loco jamjam allegato, rurſus ſcribit Maimonides: Ut nimirum, quam ad vitæ decora, domeſticæ laudis exempla non provocant, ſaltem correctionis medicina compellat: l. un. C. de emend. propinq. וכל מי שאיני מפקיד על אשתו ועל בניו ובני ביתו ומזהירן ופוקד דרכיהן תמיד עד שידע שהן שלמין מכל חטא ועון הרי זה חוטא שנ' וידעת כי שלום אהלך ופקדת נוך ולא תחטא id eſt, *Quisquis non inquirit in ingenuitatem Uxoris, & liberorum, ſuæq; familiæ, & illos inſtruit, & actiones eorum ſedulo, ac eo usq; perveſtigat, quoad certus evadat, immunes illos eſſe ab omni culpa, & ſcelere, is pro impio habendus : Q. S. E. Et ſcias, quod pax tentorio tuo, reviſasq; habitaculum tuum, & non peccabis.* Qua ſententia, Maimonides, tanquam gemma aliqua, Hilchot Sota, obſignavit. *Job. v. 24.*

4. Cum homine ſuſpecto] Juſtinianus Cæſar, cum in modo laudata Novella 117. c. 8. inter juſtas matrimonium ſolventes cauſas, retuliſſet quoque : *Si cum viris extraneis convivatur mulier, aut cum eis lavat :* Quærit Celebris JCtus, Dion. Gothofredus, in Notis: *Extraneorum voce, num etiam intelligemus, ejus Agnatos, & Cognatos proximos ?* Sed nihil reſpondet, atq; incertiorem multo dimittit Lectorem, quam dudum fuerat. Hebræos, ſi de hoc dubio conſulamus, in eorum quidem foro, res omnis expedita eſt, nec minimæ obnoxia difficultati. Poſſidemus Codicem membranaceum, prorſus inæſtimabilem, qui עץ החיים inſcribitur: Eo, Rabbi quidam Iſaacus, [Alia, vel de ſorte Autoris, vel de ætate, qua ſcripſit, hactenus perveſtigare haud licuit;] univerſi Talmudis Epitomen fecit, vel potius Maimonidis Jad, ab erroribus quibusdam liberatum, & innumeris obſervationibus, quæ in eodem deficere videbantur, auctum, recenſuit. Si, quod Fati ſiniſteritas, operuit hactenus, & uſui ſubtraxit, publici juris fieret, inſigne Opus, næ habitura eſſet Sanctior Philologia, cur ſibi gratularetur; nihil enim in ſacris profaniſq; Judæorum rebus eſt, quod illo non contineatur: & ſufficit dicere, propoſitum

ſitum fuiſſe Autori, ut ſuperaret Maimonidem, neque ſpe, & egregiis auſibus, illum excidiſſe. Hæc monenda fuere, tum ut gratos nos præſtaremus, erga librum, e quo multa didicimus, tum quia ſubinde ex illo, Notis noſtris, quædam inſeremus. Cæterum in nullis ſatis laudibus deprædicando hoc volumine הלכות סוטה וקנם c. 1. perſpicuis verbis traditur, valere mariti zelotypi interdictum: אפילו הוא אביה או גוי או שחוף איש שאינו מתקשה ולא מוליד ופרוח שחוף שבועל כדרכו ולא מזריע; id eſt, *Etiam adverſus (uxoris) Patrem, aut Infidelem, aut Impotentem; qualis eſt, vel qui non arrigit, ineptusq; deprehenditur ad rem veneream; vel R. Ch. autore, qui fœmina quidem jungitur, ſed ſiccam veneremexercet.* Confer Maimonidem Hilchot Sota c. 1. §. 1. &, quem elegantiſſimis literis in membrana deſcriptum poſſidemus, Smag. præc. aff. 57. ſub initium. Ratio aſſerti, niſi fallor, principio fundatur in mortalium malitia. Etſi enim cæteroquin, argumento l. 19. C. de Epiſc. & Cler. *in Patre & Fratre, nihil ſævi criminis exiſtimari, fœdus naturale permittit:* tamen nihilo ſecius, quidam effractis omnibus naturalis pudoris repagulis, eo dementiæ progrediuntur, ut filias quoque ſororesque inceſtent. Quamobrem, quia cuivis accidere poteſt, quod cuiquam, etiam hic cauto nonnunquam opus eſt. Amplius, habet hæc zelotypiæ indifferentia, fundamentum in maritorum quoque ingenio: Quia enim diverſi, diverſo nati ſunt, nec, ut ille, Terentianus Senex, poſſunt immutarier; igitur ſuo quiſque indulgere permittitur, & omnibus ex æquo ſubventum eſt, etiam auſteris iis, qui vanum metum concipiunt, ob naturalem, congenitamque, ad male de aliis ſuſpicandum, proclivitatem. Proinde jus hoc non tantum de iis conſtitutum eſt, quæ, ut in l. 3. D. de Legibus, Theophraſtus dicit, ὀλίγα τὰ ἁμαρτήματα accidunt, ſed & de iis, quæ ἐν πολλῷ. Facit huc apprime nobilis locus in Gittin fol. 90. col. 1. qui idem habetur quoque in Rabbot fol. 229. col. 4. תניא ר' מאיר אומר כשם שיש רשות באשה כך רשות בנשים; יש לך אדם שזובב נופל לתוך כוסו וזורקו ואינו שותה וזו היא מדת פפוס בן יהודה שהיה נועל בפני אשתו ויוצא ויש לך אדם שזובב נופל לתוך כוסו וזורקו ושותה וזו היא מדת כל אדם שמדברת עם אחיה וקרוביה ומניחה ויש לך אדם שזובב נופל לתוך תמחוי מוצצו ואוכלו וזו היא מדת אדם רע רואה את אשתו יוצאת וראשה פרוע ושוה בשוק ופרומה משני צדדיה ורוחצת אם בני אדם עם בני אדם סד אלא במקום שבני אדם רוחצין: Labore, iſta interpretandi, ſublevavit nos, non Angliæ tantum ſuæ, ſed &

Seculi

Seculi noſtri decus, Johannes Seldenus, in eruditiſſimo Syntagmate de Uxore Hebraica l. 3. c. 15. ubi horum verborum, Hebraicis neglectis, ſententia Latina exhibetur, quare ad illud Lectorem ablegamus. Ne tamen penitus obſcurum, lucisque egens, etiam apud nos relinquatur id dictum, præcipue quia Seldeni liber, non promiſcue omnium manibus teritur, juvat afferre explicationem Judæorum Germanicam, e libro *Brandſpiegel*, quem Judææ noſtræ habent commendatiſſimum. Sic vero ibi c. 16. *Es ſteht in* מסכת גיטין *ſpricht* ר׳מאיר *die* חשות *ſein nit gleich an Leuten. Es felt ein Flieg in das Trincken: Sein etliche Leut, aſo daß er das Trincken gar ausſchut, mit der Flieg; es is ihm* אפונק מיאום *alles miteinander. Ein Theil thun die Flieg hinweg, und trincken den Trunck aus. Ein Theil ſaugen die Flieg aus, daß nicks* כלייח *wird, und is ihm nit* מיאום. *Aſo ſein Leut, die haben achtung auf ihre Weiber, daß ſie nit tharen ein Trit gehen aus dem Haus, und laſt ſie nit mit keinem frembden Mann reden* אפי׳ *mit nahede Freund, und ſchlieſt ſie ein allezeit, as Papus am (lege* Sohn*) Jehuda, vven er iſt aus dem Haus gangen, da hat er ſein Weib verſchloſſen. Ein Theil ſein ihre Weiber nit ſehr* חושר *und laſſen ſie mit ihren Freunden reden, aber nit mit jemand frembds. Ein theil leit nicks dran, und laſſen ihre Weiber auslauffen, und die Haar gehnen ihr heraus, und ſpint an der Gaſſen; die Kleider ſein ihr aufgetrennt, von beide Seiten, und man ſieht ihr den Leib, und bat ſich, vvo die Mannen baden.* Enim vero, adverſus hactenus tradita, grave, ſed feſtivum ſimul, τὸν ἀσβόλιον moveri poteſt dubium, ex Joma f. 62. col. 2. & Sanhedrin f. 64. col. 1. nam utrobique eadem, iisdem verbis leguntur. Locus cum prolixior ſit, ſententiam afferre ſufficiat. Scilicet, narratur ibi, pientiſſimos Judæos aliquos, cum mente reputaſſent, quantum damnum, Malus Genius, humano generi inferat, quodque is deſtructi templi, omnisque cladis, & exilii, quibus cum natio ipſorum conflictaretur, unica cauſa ſit, dolenter admodum tuliſſe, etiam nunc ei poteſtatem conceſſam, ſeſe mediis Judæis ingerendi: cumque haud alio fine a Deo conditum conſtet, quam ut ex ejus victoria, homines probos præmium maneret, tandem, quàm, inquiunt, vellemus & malo Genio carere, & iſto, ob illum devictum, præmio! Poſtquam igitur univerſi tridui jejunio ſe maceraverant, malus Genius ex ruderibus intimi penetralis templi, quaſi quædam ignis ſcintilla prodiens, illorum poteſtati fuit traditus, & præſto aderat Propheta, admonens, hunc eſſe malum Genium, ad Idololatriam homines concitantem. Dum vero Judæi Genium capiunt, crinis ei forte evellitur, ibi is tantum clamorem edidit, ut ad quadringentas usque parasangas exaudiretur. Poſthæc deliberare cœperunt, quid Genio faciendum eſſet, feſtinatione enim opus videri, ne cæteroquin Numen illius miſereatur, & ſuæ eum reddat libertati. Commodum, is qui aderat

Propheta, monuit, conjiciendum esse in ollam plumbeam, eamque plumbo, quod voces absorbet, [cujusq; in incantamentis magna vis est,] obturandam. Consilio mos gestus est, atque hinc evenit, quod ex illo inde tempore, Judæi ab omni idololatriæ crimine immunes fuerunt, ad quod tamen prisci majores illorum, tam cupide sunt prolapsi. Isti vero boni Viri, cum vidissent rem feliciter cessisse, & hoc tempus commodum crederent, quidvis à Numine impetrandi, inter se consentiunt, de illo obtestando, ut eo Genio, qui ad Venerem homines pellicit, pariter potiri liceret. Facti sunt, & hujus voti compotes, Propheta vero suasit, caverent sedulo, ne Genium occiderent; secus enim Orbi universo paratam vastitatem. Interea temporis, dum per triduum, illum in custodia detinent, ad homini ægroto medicinam faciendam, per universam qua patet Judæam, ovum recens, quæsitum est, sed non repertum. In captivitate enim degente Genio libidinis, non homines tantum, ad propagandum genus suum inepti erant, sed nec gallinæ ova, nec vel pediculi lendes, etiam jam intra viscera conceptas, parere poterant. Hic vero religiosi illi, suspensis animis esse cœperunt, & fateri, non constare, quid facto usus sit; haud enim interfici Genium posse, citra mundi ruinam; atque si preces fundere vellent, ut dimidium virium ei adimatur, certum esse, incassum eas futuras, cum perpetuus Numinis mos sit, non nisi indivisas concedere res, & indivulsas. Tandem omnibus circumspectis, nihil utilius visum, quam ut utroque oculo effosso Genium à se dimitterent: atque id malum, quo eum mactarunt, hoc saltem confert, quod sanguinis summa propinquitate conjunctos, mutuis amoribus adversus sese exardescere, haudquaquam facit. Hæc in Talmude traditur fabula, lepido susurro aures bibulas magis quam omnes Milesii sermones, permulcens. Soleo sæpe Judæis, qui sapere sibi videntur, injicere hunc scrupulum, & illis eodem negotium facessere. Si enim, inquam ego, miser iste, visusque expers Genius, Agnatos proximos, ad fœdum amoris excessum pellicere non valet, vani videntur Doctores esse, dum secretius uxoris cum patre, ac germano fratre commercium, marito prohibendi, facultatem concedunt. Et vero, hærere hic solent homines, neque tam facile reperiunt, qua ratione tantas lites componant. Equidem fateor, nec meam tantam esse solertiam, ut mihi relictus, modum, adversis frontibus pugnantia conciliandi, excogitare potuissem; præstitit tamen id Autor libri Chasidim n. 1138. cujus verba transcribam. אין להקשות בין שעיורו עיני יצר הרע של תאוה כראמרי' ביומא ובסנהדרין אהני דלא איגרי בקרובתא אם כן למה לא יתיחד עם קרובתו וההיא דא"ע בנה קטן מבנה גדול איך היה להם יצר אלא תלוי בראיית עינים ואינו שולט תחלה באת נאחות.

ואחות ובנקבות של בהמות כשנהנה המלאך מסיתו עור מאחר שנהנה כי המלאך מחטיאו על פי רגילותו ? i. e. *Non eſt, quod quis objiciat: quia execarunt lumina Genii Veneris, prout in Joma, & Sanhedrin traditur, & eare effecere, ne libido inter proximos Agnatos locum habeat, quare igitur ſoli cuiquam, cum agnata ſola, agere non licet? Aut quomodo fieri potuit, ut, ceu in Avoda Sara notatum eſt, cujusdam matris filius minor, a majore, per inceſtum fuerit procreatus? Nimirum, res ab intuitu oculorum dependet, non enim Veneris Genius prior in fratrem, ſororem, aut bruta quem concitat, ſed poſtquam quis oculos, horum alicujus aſpectu pavit, impellit porro Genius, & ex familiaritate, ad peccandum deinde inducit.* Alia ad rem pertinentia, vide in Avoda Sara fol. a. in f. & Kiduſchin fol. 81. a. nobis non vacat, diutius iſtis immorari.

5. Duobus teſtibus præſentibus.] In hoc plerique Rabbini conſentiunt, teſtes duos præſentes eſſe debere, ſi quidem maritus zelotypiam valide exercere intendat. Unus R. Joſe, Judæ filius, opinatur in Gemara, etiam legitime fieri interdictum, בינו לבינה בלא עדים ut obſcurior Gemaræ phraſis in Smag explicatur: id eſt: *Si ſolus maritus cum uxore ſola, nullo, teſte conſcio, illi familiaritatem ſecretiorem ejus quem ſuſpectum habet, prohibeat.* Sed hæc ſententia adſtipulatores non reperit.

6. R. Joſua contendit.] Hæc opinio, præ illa altera R. Eliezeris, omne ſuffragiorum punctum tulit, & הלכה כרבי יהושע. Ipſe conflictus diſputantium Magiſtrorum in Gemara videri poteſt, nos cauſam tantum, quare R. Joſuæ ſententia prævaluerit, breviter ex Rabbot fol. 233. col. 2. indicabimus. טעמיה דר' יהושע כי מצא בה ערות דבר ערוה זו הסתירה דבר זה הקינוי כי מצא אין מציאה בכל מקום אלא בעדים: id eſt, *R. Joſua pro fundamento habet verba: Quia invenit in ea turpitudinem rei. Explicando*, turpitudinem, *de occultatione:* rei, *de interdicto:* Quia invenit, *(de duobus in utroq; negotio teſtibus.) Quoties enim in Scriptura dicitur inventum quid eſſe, ſemper intelligitur, id factum eſſe teſtibus præſentibus.* Ubi ex trita Judæorum regula, animo recolendum eſt, pluralivum numerum, minimùm duo involvere. Deuter. XXIV, 1.

ב

ביצד מקנא לה אומר לה בפני שנים אל תדברי

II.

QUa ratione fit interdictum? In hæc verba Uxori coram duobus teſtibus *Maritus* edicit:

עם איש פלוני ודברת עמו
עדין היא מותרת לכיתה
ומותרת לאכול בתרומה
נבנסה עמו לבית הסתר
ושהתה עמו כדי טומאה
אסורה לבית ואסורה לאכול
בתרומה ואם מת חולצת
ולא מחייבמת׃

[a] Ne Cum Viro N. [b] Mihi Loquitor. Si poſt iſta, *in loco publico cum amatore ipſa* colloquatur, [4] maritalis tori legitime adhuc ſocia eſt; [5] atque τὰς ἀπαρχὰς, ſive Ablationes, porro comedere illi licet. Enim vero, ſi cum amatore, in ſecretius conclave ingreſſa, [6] tantam ibi moram fecerit, [7] quanta ad coinquinandos ſeſe, ſatis eſt, tum & marito ulterius jungi, & Ablationibus veſci, [8] prohibetur. Atque ſi fato ſuo fungatur *maritus*, *cauſa nondum cognita*, ipſa [9] donatur calceo, neutiquam vero Leviro ducenda fuerit.

ANNOTATA.

1. Qua ratione fit interdictum?] Omnino Interdicto opus eſt: quippe; אם לא קדם הקינוי ובאו שני׳ והעידו שנסתרה עם זה ושהתה כדי טומאה לא נאסרה ולא שותה׃ id eſt: *Niſi præceſſerit interdictum, ſi maxime duo teſtes veniant, aſſeverantes, cujuspiam uxorem cum aliquo diutule ſecreto egiſſe, non tamen jure conjugalis tori ipſa excidit, nec aquis potionatur*: Smag. Cæterum, in ipſo interdicto, circumſpecte marito agendum, ordoque rerum obſervandus eſt, qui qualis eſſe debeat, docetur in MS. noſtro עץ החיים parum diverſis verbis, ab ils quæ habet Maimonides Hil. Sota c. ult. paulo ante finem. In MS. lego: אין ראוי לאדם לקפוץ ולקנות בפני עדים תחלה אלא בינו לבינה בנחת וברוך טהרה ולא יקנא לה מתוך שחוק ושיחה קלות ראש ומריבה ולא להטיל עליה אימה ואם עבר וקנאה מתוך כך הוי קנוי׃ id eſt: *Non decet maritum, ut ſtatim coram teſtibus proſiliat, ac zelotypias interdictum edat, verum prius remotis arbitris, amanter, modeſteq; mulierem corripito. Sed nec zelotypias interdictum edendum, inter riſum, aut confabulationem, ineptiasq;, vel jurgia, nec etiam ad terrorem incutiendum conjugi. Si tamen hæc præcepta transgrediatur maritus, & ejusmodi aliqua ratione zelotypiam exerceat*, id factum, ſuum in jure habet effectum, *eſtq; interdictum legitimum*. Atque iſta, lucem aliquam affundunt dicto Servatoris noſtri, quo Matth. XVIII,

XVIII, 15. seq. inquit: Ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ὕπαγε ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου· Ἐὰν δὲ μή σου ἀκούσῃ, παράλαβε μετὰ σοῦ ἔτι ἕνα ἢ δύο.

2. Ne cum viro] Præmittitur vulgo a marito: מה לך לשחוק עם פלוני מה לך לדבר עמו id est: *QUID TIBI CUM N. RISIO EST? ECQUID SERMOCINATIO?* Jelammedenu fol. 69. column. 3. in fine.

3. Mihi loquitor] Huic Miſchnæ pronunciato, quod ſæpe accidit, autoritatem derogat Gemara fol. 5. b. Neq; enim ſermonis, ſed occultationis prohibitio, zelotypiæ interdictum facit, proinde, ut cum effectu quis zelum exerceat, dicendum eſt teſtatò; אל תסתרי עם פלוני id eſt: *NE MIHI CUM N. IN LOCUM SECRETUM TE RECIPITO*; uti ex Gemara, præter alios, tradit quoque Raſchi Num. V, 14. Hinc Maimonides Hil. Sota cap. 1. §. 4. אמר לה בפני שנים אל תדברי עם פלוני אין זה קנוי ואף על פי שנסתרה עמו בעדים ושהתה כדי טומאה לא נאסרה עליו ואינה שותה: בקינוי זה id eſt: *Si quis uxori, teſtibus præſentibus, dicat: Ne cum N. mihi loquitor: non id verum zelotypiæ interdictum eſt; unde ſi maxime mulier illa, cum viro ſuſpecto, aliis inſpectantibus, in ſecretius conclave ſe recipiat, & per tantum temporis ſpatium ibi moretur, ut commixtio abſolvi potuerit, non tamen ideo conjugalis tori exſors eſt, nec aquarum amararum probationi ſubjicienda.* Addamus, quod paucis interjectis, ſubjungit idem Hebræus Sapiens; אמר לה אל תסתרי עם איש פלוני והיה קטן פחות מבן תשע שנים ויום אחד או שאמר לה אל תסתרי עם בהמה זו אין זה קינוי: id eſt: *Si quis dicat: Ne cum homine N. in locum ſecretum te recipito, atq; is homo puer ſit, minor annis novem, & die uno: Aut, ſi quis dicat: Ne occultato te cum bruto iſto, non hæc interdicti legitimi vim habent.* Cujus quidem aſſerti, eam cauſam allegare licet, quod Num. V, 13. dicitur: *Et concubuerit VIR cum ea:* Hoc in dicto, *Viri* vox, tam Pueros, quam bruta animalia, Rabbinis ſegregat.

4. Maritalis tori] Sic phraſis Hebræa interpretanda eſt; unde Raſchi exponit: מותרת לשמש עם בעלה id eſt: *Fas eſt ei adhuc cum marito facere, quæ conjuges ſolent.* Uti vero hic loci vox בית Maritum denotat, ita eſt, ubi Judæi eam de Matrefamilias accipiũt. Nempe, in initio Jomæ, adducto loco Lev. XVI, 6. & 11. וכפר בעדו ובעד ביתו id eſt: *Et expiationem faciet pro ſe, & Domo ſua:* mox ſubjicitur: ביתו זו אשתו id eſt, *Vocabulo* ביתו *ad Uxorem, fit reſpectus.*

5. Atque τὰς ἀπαρχὰς] Supplendum omnino אם היתה ישראלית אשת כהן id est: *Si sit Judæa, nupta Sacerdoti:* id enim & sensus requirit, & omnes Commentatores, inculcant. Quod ad ipsam rem attinet, scire volentibus, quid *Truma* sive *Oblatio*, aut, quod Cl. Coccejo in Sanh. p. 131. magis placet verbum, *Ablatio*, proprie innuat, consulendi sunt Doctissimi Viri, Casaubonus Exerc. 1. adv. Baron. n. 8. & Buxtorfius in Lexic. Talm. p. 265. quorum scrinia non compilamus. Nobis potius ostendendum venit, eccui fas fuerit Oblationibus vesci, id enim præsens Mischna sumopere requirit, & ab iis quos laudavimus Viris, quia ad institutum haud faciebat, fere neglectum est. Audiamus igitur Maimonidem Hilch. Truma c. 6. §. 1. תרומת ותרומת מעשר נאכלת לכהנים בין גדולים בין קטנים בין זכרים בין נקבות הם ועבדיהם הכנענים ובהמתן שנ' וכהן כי יקנה נפש קנין כספו וגו' עבד כהן שברח ואשת כהן שמרת הרי אלו אוכלין: id est: *Ablationem* (magnam,) *& Ablationem Decimarum, comedunt Sacerdotes, tam adulti, quam impuberes, tam mares quam fœminæ; ipsi, in-* Levitic. XXII, 11. *quam, & servi ipsorum Cananæi, quin & pecudes ipsorum: Q. S. E. Cum Sacerdos emerit animam, emtionem pecuniæ suæ, &c. Sacerdotis servo transfugæ, ejusdemq; viduæ, & ipsis, Ablationibus vesci fas est.* Sequitur apud eundem §. 3. ישראלית שנשאת לכהן אפילו קטנה בת שנים ויו' אחד תאכל בתרומה וחזק ושוק ודין תורה שתאכל משנתארסה שהרי היא קנינו אבל אסרו חכמים שתאכל עד שתכנס לחופה שמא תאכיל תרומה לאביה ולאחיה כשהיא ארוסה בבית אביה id est: *Judæi laici filia, desponsata Sacerdoti, etiamsi infans adhuc sit, nec nisi annos tres, & diem unum nata, Ablationem tamen, Pectus, & Armum comedendi, jus habet. Atq; ex lege divina patet, ejus eam vesci debere, continuo postquam fuit desponsata, est namq; ipsa Sacerdotis acquisitio. Enim vero, Sapientes vetarunt hanc comestionem, usq; dum in thalamum fuerit deducta, ne cæteroquin parte aliqua Ablationum, etiam patrem, aut fratres frui concedat, cum desponsata, in paternis ædibus adhuc moratur.* Minime prętereundum quoq;, quod addit idem Maimonides, infra §. 10. לא הכהנית בלבד אלא אפילו לוית וישראלית שנבעלת לאסור לה חואיל ונעשית זונה אסורה לאכול בתרומ' לעולם ואפי' שיש לה זרע מכהן: id est: *Non tantum Sacerdotis filia* (quæ Sacerdoti nupsit,) *sed etiam si qua homine Levitâ, aut communi Judæo prognata,* (Sacerdotale matrimonium contrahens,) *illicito concubitu sese polluit, quia scortum facta est, æternùm Ablatione vesci* probi-

prohibetur, licet maximè ex Sacerdote prius peperisset. Atque sic jam perspicua sunt, ea quæ mox sequuntur in Mischna nostra, & tenemus causam, quare Sacerdotis Conjux, quæ contra mariti edictum, cum homine suspecto se occuluit, ab esu Ablationum arceatur. Quia enim adulterii commissi suspicio est, eapropter tamdiu carendum sacro cibo, quoad castam piamque matremfamilias se esse, probatum dederit. Obiter notetur, quod etsi, quantum quidem meminimus, Judæi, voce *Truma*, haud unquam aliter utuntur, quam de parte aliqua annonæ demta, & Sacerdoti concessa; tamen id verbi pereleganter, Autorem, quisquis ille fuit, Evangelii Matthæi Hebraici, quod ante hoc seculum, Johannes Tilius Lutetiæ edidit, ad Censum, qui Magistratui penditur, significandum, transtulisse, dum, quod cap. XVII, 25. in Græco est: Οι βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι τέλη ἢ κῆνσον· Ipse reddidit: מלכי הארץ ממי יקחו מס ותרומה Si recte mentem assequor, accepta est ab eo vox תרומה pro ea pensitatione, quam pro modo facultatum, & ut Theophilus in §. fin. Instit. de Libertinis dixit, κατὰ μέτρον τῆς ἰδίας ὑποστάσεως, quisque præstat. Aliter Syrus, qui pro κῆνσος tam hoc loco, quam Matth. XXII, 19. habet כסף רישא id est: *Argentum Capitis*, sive pecuniam, magis ob caput, & personam, quam res, & patrimonium, exactam. Si consultissimum Gothofredum audimus, non videtur Syrus cognitam habuisse vim vocabuli, nam ad Inscriptionem tituli Codicis, *Sine censu & rel.* annotavit: *Census, est tributum, vectigal, publica pensitatio, onus agrorum, non personarum.* Equidem, haud refragari velim, hac notione, vocem Census, a plerisque Veterum adhibitam. Sed tamen, ne gravem dicam scribamus, ejus ætatis, & optimæ notæ Interpreti, citra hæsitationem accedo erudito Grotio, qui in Comment. ad Matth. c. XXII. Census nomen, non tantum ad prædiorum, sed & capitum onera referri posse, existimat, ac se tuetur tum l. 8. §. 7. D. de Cens. ubi Cæsarienſibus narratur remissum a Vespasiano tributum capitis: tum imprimis Ulpiani illo in l. 3. ejusd. tit. *Ætatem in censendo significare necesse est; quia quibusdam ætas tribuit, ne tributo oneretur: veluti in Syriis a quatuordecim annis masculi, a duodecim fœmina, usq; ad sexagesimum quintum annum, tributo capitis obligantur.*

6. Tantam ibi moram fecerit] ושהתה est constanter in duabus, quibus utimur, Mischnæ editionibus, Amstelodami excusis; harum altera adscripta habet puncta vocalia, altera, Menasse Ben Israël curante, prodiit: nec profecto aliter legere, analogia finit grammatica. Ergo corrigendum illud ושהתה quod in Talmud Amstelod. irrepsit perperam.

7. Quanta ad coinquinandos] Quoniam tantum momenti in ea re ſitum eſt, merito quis exigat, ut hoc ſpatium exacte definiatur. Atque ſane Rabbini, pro ſua in talibus diligentia, quidvis potius paterentur, quam id intentatum relinquere; non una tamen omnium fuit ſententia. Gemaræ locus verboſior eſt, paulo contractius opinionum diſſidia exhibent, Jelammedenu fol. 70. col. 1. Jalkut. fol. 206. col. 1. & Rabbot fol. 229. col. 2. Adducamus verba Operis poſtremi: כמה שיעור סתירה כדי טומאת כמת היא טומאת כדי ביאת כמת והיא ביאת כדי הראות כמת הראות ר' אליעזר * אומר כדי חורת דקל ברוח ר' יהושע אומי כדי מיגרת הכוס בן עזאי אומ' כדי לשתותו ר' עקיבא אומ' כדי גלגול ביצה ר' יהודה בן בתירא או' כדי לגמות ג' ביצים מגולגלות זו אחר זו ר' אלעזר בן פנחס או' כדי שיקשור גרדי ארת הגימדי פנימן או' כדי שתושיט ידה ותטול כבר מן השל:

** fic legē dum, non* אלעזר *prout noſtra habet editio.*

id eſt: *Quantum temporis ſpatium, accipiendum de occultatione? Tantum, quantum eſt Contaminationis. Quantum eſt Contaminationis? tantum, quantum Concubitus. Quantum eſt concubitus? tantum, quantum denudandi artus. Quantum eſt denudandi artus? R. Elieſer cenſet, tantum, ut arbor a vento ſuccutiatur. R. Joſua, ut vini ſcyphus aqua diluatur. Aſaides, ut is ſcyphus hauriatur. R. Akiba ut ovum aſſetur. R. Judas F. B. ut tria ova aſſa, ordine ſorbeantur. R. Eleaſar F. P. ut textor ſuum instrumentum modare queat. Pnimon denique, ut quis manum extendens, e caniſtro panem accipiat.* Enim vero, nulla tamen harum opinionum, communem Magiſtrorum aſſenſum meruit, quia כל אחד ואחד בעצמו שיער: *quisq; ex ſua tantum natura, rem definivit.* Quin ergo, ut eſt in MS. noſtro עין החיים, eo temporis intervallo vera occultatio abſolvitur כדי לצלות ביצה ולגומרה id eſt: *Quo ovum* [ad mediocrem ignem] *poteſt aſſari, ac dein ſorberi:* quod aſſertum Maimonides in Comment. Michnæ, & Smag præc. Aff. 56. confirmant. Interea loci Autor ☞ Smag hactenus quidem erravit, quod hujus opinionis R. Akibam autorē citat, nam in Gemara, Rabbot, & Tanchuma quoq;, R. Akiba, ſpatium ſufficiens ad occultationem, cum eo tantum tempore, quo ad ovum aſſandum opus eſt, comparaſſe dicitur; in Jalkut vero, loco indicato, lego: בן עזאי אומר כדי לצלות ביצה ר' עקיבא אומר כדי לגומעה id eſt: *Aſaides dixit* [tantum ſpatium intelligi,] *quantum exigitur ad aſſandum ovum; R. Akiba opinatur, quantum ad illud ſorbendum.* Utra traditio vera fuerit, non tamen niſi dimidium ejus moræ, qua vere opus eſt, Akiba ſua aſſeveratione, comprehendit. Eſt tamen non levis hæc,

qua

qua Gemaræ, Tanchumæ, & Rabbot, tam diſerte Autor operis Jalkut obloquitur, contradictio.

8. Prohibetur] In textu Hebræo habemus verbum אסורית id inflexum eſt, ab אסר quod proprie notat *Ligare*, opponiturque huic התיר *Solvere*; prius vocabulum, poſtea, ad res quæ licitæ, poſterius, ad eas, quæ illicitæ pronunciantur, perpetuo Rabbinorum uſu transfertur. Elias in Tisbi p. 26. b. אסור והתר זה כנגד זה כל דבר שיש בו עון ועונש לעשותו נקרא אסור וכשאין בו עון נקרא מותר: id eſt: *Vocabula* אסור & התר *ſibi invicem opponuntur; quicquid peccatum eſt, pœnamq; ſi perpetretur, infert, dicitur* אסור, *quod autem peccati expers habetur, id vocant* מותר. Si tritiſſimum inter Judæos loquendi morem expreſſit Servator, cum Matth. XVI, 19. in hanc ſententiam loqueretur Petro: ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς, quod quidem ſuſpicio eſt ſenſiſſe Syrũ, certe penitus perſuaſus fuit vetus Interpres Hebræus, Evangelii Matthæi, dum vertit: וכל מה שתאסור בארץ יהיה אסור בשמים וכל מה שתתיר בארץ יהיה מותר בשמים paulo alius utique verborum ſenſus fuerit, quam, quem vulgo edocemur. Sed ego quidē rem arduam, aliis arbitrandam relinquo: QUIA VITÆ MEÆ ET PROPOSITI CONSCIUS, SICUT DIVINÆ LEGIS ME STUDIUM HABERE NON DENEGO, ITA DOCTOREM DICERE NON PRÆSUMO: quod Junilii, Epiſcopi Africani, in Præfat. Librorum de Partibus Divinæ Legis, dictum, plane meum facio. Jam hæc ſcripſeram, & commodum, gratanter incidi, in luculentum & multa eruditione refertum librum, quem Johannes Lightfootus, Theologus Anglus edidit, atque Hôras Hebraicas & Talmudicas, inſcripſit. In eo, ubi ad Matthæum commentatur, Vir literatiſſimus, id quod agere volebamus rerum peritos, jam egiſſe deprehenditur, & terna teſtimoniorum decade producta, probat, illum loci apud Matthæum ſenſum eſſe, quem ex occulto conjecturavimus. Supereſt, ut pie docti, rem ad rationis trutinam expendant, ſuisque ſuffragiis judicio, quod Lightfootus tulit, aut demant, aut addant fidem. Nos interea loci, emendare jubemus, ἁμάρτημα, quod Vir cæteroquin citra controverſiam, harum literarum peritiſſimus, *Johannes Coccejus*, ſive aliud cogitans, ſive obrepente ſomno, comminiſit, quando in Sanhedrin a ſe edito pag. 321. verbis שאלתינהו ואמרי כי אסו e regione oppoſuit: *Conſului, qui averſati*: [*Formula Ebræa, ad verba: Sanus ſis, proſpere tibi ſit, Talia* εὐφήμια, *bene ominare, bona verba*, ἰλεώς σοι, *propitius tibi.*] Scilicet, gratis iſta dicuntur omnia, & nullus εὐφημισμὸς hic locum habet, pro אסו enim legendum אסור, vertendumque: *Conſului eos, & dixere mihi, hoc eſt pro-*

Tom. I. Bibliothec. SS. Patrũ.

eſt prohibitum. Oculos viri docti decepit, quod in En Jacob, ſive Cracovienſi, ſive Pragenſi, quorum alterutro uſus videtur, non tantum אסו truncatum finali litera, repererat, ſed &, quod lineola, defectum ר Reſch in aliis exemplaribus probe excuſis indicans, caſu non ſatis fuit expreſſa. Scribitur vero אסור plene planeque in Talmude Amſtelodamenſi, & in Veronenſi libri En Jacob editione utraque, quarum una octava, uti loquuntur, forma, cum Commentario; altera, eo priva, minore duodecima, prodiit. Unde & Chriſtianus Gerſon, in Chelek pag. 47. locum tranſtulit: *Habe ich doch gefragt, und ſie haben mir geſagt, es ſey nicht erlaubt.* Docet hæc inſignis Viri ceſpitatio, non penitus de nihilo eſſe, quod vulgus hominum credit, vel muſcam, ſuæ ſeſſionis in libro Hebraico veſtigia relinquentem, integrum ſenſum poſſe corrumpere, & quadrata rotundis permutare.

9. Donatur calceo] Rationem habes in Gemara fol. ſ. b. ſed verbis paulo obſcurioribus; dilucide Maimonides in Comment. אמרה התורה בארס שמצא באשתו ערו' דבר דומה לזה הענין ויצתה מביתו והלכה והיתה לאיש אחר ואמר לאחר ולא ליבם ולכך לא תתייב' ועל כל פני' צריכה חליצה לפי שהיתה צריכה גט מבעלה ולכך אנו מצריכין אותה חליצה ואז תהיה מותרת לשאר בני ארס: id eſt:

Deuter. XXIV, 1, 2. *Ait Lex de Viro, qui invenit in uxore ſua turpitudinem rei, id quod de Sota, imprimis verum eſt:* Et egreſſa e domo ejus, & abibit, & erit viro alii. *Cum igitur* VIRO ALII *dicatur, non vero, Leviro; ideo Leviratus jure non ducenda fuerit. Nihilo minus calcei donatione opus eſt, quia non exturbari domo potuiſſet a marito, ſine libello repudii: proinde calcei donatio exigitur, at q; ſic demum cum aliis ineundi matrimonium, facultatem habet.*

ג

ואלו אסורות מלאכול
בתרומה האומרת טמאה
אני לך ושבאו עדים שהיא
טמאה והאומרת איני
שותה שבעלה אינו רוצה
להשקותה ושבעלה בא

III.

HIs [*quæ ſequuntur Sacerdotum uxoribus,*] Ablationes comedere non licet. Illi, quæ Viro labem adulterii fatetur. Illi, quam teſtes ab alio ſubactam, aſſeverant. Illi, quæ ſe aquas amaras potaturam negat. Illi, cui maritus, ut aquas amaras

bibat

עליה ברך ביצד עושה
לה מוליכה לבית דין שבאותו
מקום ומוסרין לו ב' תלמידי
הכמים שמא יבא עליה ברך
רבי יחודה אומר בעלה
נאמן עליה׃

bibat, non concedit. Illi deniq; cum qua marit⁹ concubuit, cum [*Hieroſolymas, ad eam de adulterii ſuſpicione deferendam,*] iter faceret. Quid Uxori ſuper adulterio ſuſpectæ, [*Maritus*] facit? Siſtit eam [1] Magiſtratui, loci, quem incolit; [2] Is vero duos [3] Diſcipulos Sapientum illi [*comites*] aſſignat, ne in itinere cum Uxore commiſceatur. [4] R. Judas tamen opinatur, Viro fidem habitam, [*nec ullo adeo comite opus fuiſſe.*]

ANNOTATA.

1. Magiſtratui loci quem incolit] Quæ diverſorum Magiſtratuum apud Judæos fuerit ratio, præclare oſtendit Maimonides Hil. Sanhed. cap. 1. quem integrum locum, quia recenſet, ac latinitate donat, Nobiliſſimus Joſephus Voiſinius, in Obſervat. ad Raymundi Martini Pug. fid. part. 2. cap. 4. pag. 267. non eſt, cur actum agamus. Breviter: Tres fuere judiciorum Claſſes, in Judæorum Republica; Suprema, Media, & Infima. Suprema dicebatur *Synedrium Magnum*, conſtans judicibus LXXI. nec erat niſi unicum in univerſa Judæa, ſedem habens Hieroſolymis in Templo, deque rebus graviſſimis, utpote Propheta, Tribu integra, Magno Sacerdote, eligendo Rege, gerendo Bello, & cæteris hujus commatis, tulit ſententiam. Media Claſſis vocabatur *Synedrium Parvum*, collectum ex XXIII. Judicibus, quale tribunal erectum paſſim per Judæam, in omni nimirum loco, cujus incolæ CXX. aut plures, erant numero. Hieroſolymis quoque geminum ejusmodi fuit judicium, quorum alterum in Porta Atrii, alterum in Porta Montis, colligebatur; atque ad hoc Forum, etiam cauſæ capitales ſpectabant. Infima Claſſis, ſolis *tribus* conſtabat judicibus, quali Magiſtratu gaudebant, vici, & oppida minora, quæ pauciores, quam CXX. habitatores, numerabant. Hic de rebus minoris momenti, & cauſis imprimis pecuniariis, nunquam vero de criminibus capitalibus, inſtituebatur cognitio. Tres hi Judiciorum Ordines, vocantur communi nomine בתי דינין ſeu *Domus Judiciorum*; priores duo, aliàs etiam *Synedrii* appellatione veniunt, ſed nunquam poſtremus. Monemus hoc, propter Cl. Schickardum, qui in Miſchpat. pag. 59. locum quendam Maimonidis ex Hil. Sanhed.

hed. ad præſens negotium attinentem, nec plene adduxit, nec ſatis convenienter tranſtulit. Apud Schickardum legitur: מי שלקה בבית דין על אסור כרת ולקה פעם שנייה על אותו כרת עצמו כגון שאכל חלב אם אכל שלישית אין מלקין אותו אלא מכניסין אותו לכיפה והוא מקום צר כפי קומתו ואינו יכול לשכב בו ונותנין לו לחם צר ומים לחץ עד שיצרו מעיו ויחלח ואחר כך מאכילין אותו שעורים שכריסו נבקעת: In iſtis, poſt verba ולקה עליו ואכל חלב פעם שנייה, inſerendum שאכל חלב, mox poſt verba מכניסין, addendum פעם, poſt verba ולקה עליו vero ſupplendum, אותו. Vertit Schickardus: *Qui vapulavit in Synedrio propter peccatum, ſub exciſione vetitum, & vapulavit altera vice ob idem v. g. quod ederit adipem, [prohibitum Levit. III, 17. & cap. VII, 23.] ſi comederit tertia vice, non amplius verberatur, ſed includitur cavea ad id factæ, [quales etiam apud Monachos quondam in uſu fuiſſe, oſtendit locus quidam vicini Cœnobii Bebenhuſiani.] quæ humilior eſt humana ſtatura, nec tamen ſedendi facultatem præbet, ibi ſuſtentatur pane afflictionis & aqua preſſuræ [quod præter meritum expertus eſt verax Propheta Michæas 1. Reg. XXII, 27.] uſq; dum affligantur inteſtina ejus, & ægreſcat. Deinceps cibant illum hordeis, donec venter ejus disrumpatur.* At vero, voces בית דין non commode hic loci redduntur, *Synedrium*; quaſi ſcilicet flagellationis pœna, tantum a ſummæ, aut mediæ, non vero infimæ ſortis Magiſtratu potuerit decerni, nam contrarium verius eſt, & expreſſe Maimonides c. 5. §. 4. eorundem Hilchot. מכות בשלשת ואפי׳ שאיפשר שימות בשמלקין אותו id eſt: *Flagellationis pœna etiam a tribus, ſeu infimo Magiſtratu, irrogari poteſt, licet maxime fieri queat, ut quis huic ſupplicio immoriatur.* Ergo, vertendum ſimpliciter: *Qui vapulavit coram Judicio.* Porro, pro verbis: *Quæ humilior eſt humana ſtatura*: mallem ſubſtituere: *Quæ eſt locus anguſtus, ſtaturam ejus exæquans*: vox enim כפי qua Maimonides utitur, non tantum ſimilitudinem infert, ſed præterea eruditiſſimus Coccejus in Sanhedrin pag. 74. ita annotat: כיפה explicat R. Jehuda מלא קומתו Clarius: מושב מאסר ששישין בבית הסהר גבהו כשיעור קומת האדם שוה בשוה ואין לו שם מקום להתפשט ולא לישן id eſt: *Clauſtrum in carcere altitudine æquans hominis menſuram examuſſim, ita arctum, ut porrigendi ſe ad ſomnum capiendum facultas nulla ſit.* Hactenus Coccejus.

2. Is vero] Oportet prius querelam ſuam maritus deferat, dicatque verbis conceptis, quæ ſunt in MS. noſtro עין החיים Maimonide quoque Hilch. Sota cap. 3. §. 1. & Smag: אשה זו קנאתי לה עם פלוני

פלוני ונסתרת עמו ואלו הן עדיי והיא אומרת שטהורת היא ואני רוצה להשקותה לברוק הרבר: id eſt: *HUIC MEÆ UXORI SECRETIUS COMMERCIUM CUM N. PROHIBUI; IPSA VERO SE CUM ILLO OCCULTAVIT; EIUS REI HOS HABEO TESTES. INTERIM QUIA EA NIHILO SECIUS SE PUDICAM ESSE CONTENDIT, IGITUR CURABO, UT AQUAS AMARAS BIBAT, QUO REI VERITAS PATEFIAT.* Scilicet, inſtituta in minore judicio quædam Διάκρισις, ſeu prævia inquiſitio, non judicandi, ſed ſuperioris Judicis edocendi cauſa; quo ſenſu vocem διάκρισις accipit Marcianus in l. 6. D. de cuſtod. & exhibit. re. Juſtinianus quoque, Nov. 142. c. 2. præbetque hujus διακρίσεως, elegans, & luculentum nobis exemplum, Feſtus Actor. XXV, 24. ſeqq.

3. Duos Diſcipulos Sapientum] Poſt factam occultationem, nondum edita innocentiæ probatione, nunquam amplius cum uxore ſola, agebat maritus, ſed שכר לה בית והיה מעלה לה מזונות ולא חיה מתיחד עמה אלא בפני בניה: id eſt: *Conduxit ei domum* (ſeparatam,) *& attulit ei cibaria, neq; niſi liberis præſentibus, cum ea verſatus eſt:* Rabbot fol. 233. col. 3. Quamobrem, quia in itinere liberorum & domeſticorum præſentia, cariturus erat Maritus, alii cuſtodes requirebantur, quos a Magiſtratu oppidano accipiebat. Cur duobus opus fuerit, nec unus ſuffecerit, ridicula aſſignatur cauſa in iisdem Rabbot. Quippe, unico tantum teſte, conjuges comitante, ſi hunc inter peregrinandum natura ad ejiciendum ventris onus, ſecedere coëgiſſet, fieri poterat, ut interea temporis in gratiam mutuam redirent conjuges, & amori indulgerent. Aut ſane, viro, ob eandem cauſam de ſemita declinante, etiam bonus ille Diſcipulus Sapientum, incipere potuiſſet, ad uxorem proximi ſui alludere. Fatendum tamen, non admodum probari hanc rationem Gemaræ, quæ minus inepte, duos viros eruditos graveſque, additos innuit, ut in ſummo Synedrio, τῆς διακρίσεως in inferiore judicio inſtitutæ, redderent legitimum teſtimonium.

4. R. Judas] Iterum Jalkut a Talmude, Rabbot, aliisque, diſcrepat, & fol. 206. col. 3. autorem hujus opinionis, non R. Judam, ſed R. Joſe, fuiſſe perhibet. Videant Judæi, quid iis in hac lite, facto uſus ſit; nos paucis e Maimonide indicabimus, cui fundamento hæc aſſertio fuerit ſuperſtructa, & quomodo hoc ipſum, ſit labefactatum. רי יהודה אומר אחר שבעלה נאמן כשהיתה נדה שהוא אסור בה לא יהיה נאמן

עַל אִסּוּר לֹאו וְחכמ' אמרי' לקורת האסור מתגבר עליו יצר הרע ואין הלכה כר' יהודה׃ id eſt : *R. Judas ait : Cum marito nulli Cuſtodes apponantur, quando e menſibus laborat mulier, quo tempore tamen, concubitus exciſionis pœnam inducit, quare hic non et fides haberetur, ubi de ſimplice tantum interdicto agitur? At Sapientes regerunt, ipſam peccati levitatem efficere, ut tanto magis prona ſit libido : quare R. Judæ ſententia neutiquam eſt amplectenda.*

ד

היו מעלין אותה לבית דין הגדול שבירושלים ומאיימין עליה כדרך שמאיימין על עדי נפשות ואומרים לה בתי הרבה יין עושה הרבה שחוק עושה הרבה ילדות עוש' הרבה שכני הרעים עוש' עשי לשמו הגדול שנכתב בקדושה שלא ימחה על המים ואומ' לפניה דברים שאינה כדי לשומען היא וכל משפחת בית אביה׃

IV.

Adducta fuit mulier adulterii ſuſpecta, [1] in magnum judicium Hieroſolymitanum : ibi eam territabant, ſimili prorſus modo, quo [2] in cauſa capitali teſtimonium dicturis, formidinem incutere ſolebant. Et vero, [3] ajebant illi: FILIA CARISSIMA, FORSITAN (*ut delinqueres*) [4] VINUM IMMODICUM IN CAUSA FUIT, AUT [5] PETULANTIA VEL ETIAM [6] IUVENTA, NIMIA. FORTASSE MULTITUDO, [7] IMPROBORUM VICINORUM OCCASIONEM PRÆBUIT. AGE, IN GRATIAM NOMINIS ILLIUS MAGNI, QUOD [8] SANCTISSIMA CÆRIMONIA DESCRIBITUR, NON COMMITTE, UT ID AQUA [9] DELERE OPORTEAT. His alia addebant blandimenta, quæ audire [10] nec ipſa, nec univerſa ejus familia paterna, merebantur.

ANNOTATA.

1. In magnum Judicium Hieroſol.] Maimonides Hilch. Sanhed. c. 5. §. 1. אין עושין נקי ממרא ולא עושין עיר הנדחת ולא

ולא משקין את הסוטה אלא בבית דין הגדול ואין מסיפין על העיר
ועל העזרות ולא יוצאין למלחמת הרשות וממירדת ההלל אלא
על פי בית דין הגדול: id est: *Nemo proclamatur* κήρων ὑποδέτος, *neq; ulla Urbs, universalis idololatriæ condemnatur, neq; mulieres quæ violati tori suspectæ sunt,* (aquis amaris) *potionantur, nisi ita jubentibus magni Synedrii Senatoribus. Pari modo tantum ad horum placita, Hierosolyma & Atria, accessione augentur, in* πόλεμον αὐθαίρετον *proceditur, & intervalla Urbium ob repertum trucidatum mensurantur.* Mirum vero videri cuiquam queat, quare cum Synedrium Minus, capitis judicium exercere posset, tamen hæc de fœmina adulterii suspecta cognitio, ei fuerit ademta. Dubio huic mederi conatur, Gemaram secutus, idem Maimonides, in notis ad Mischnam, sed nescio num usque adeo feliciter. Confert inter se loca Num. V, 30. & Deut. XVII, 11. quorum altero de uxore adulterii suspecta, altero de Sene apostata agitur; cumque utrobique eadem vox התורה occurrat, & vero certum sit ex Talmud Sanhedrin, vocem תורה id respectu Senis apostatæ exigere, ut illius causa in magno Synedrio dijudicetur, igitur infert, ejusdem vocis, etiam circa adulterii suspectam, eandem vim esse. Verba Autoris adducere supersedeo, quia ut verum fatear, hæc sententia minime mihi satisfacit: & malim ego causam cur citra summi Synedrii præscitum, mulier adulterii suspecta, aquas amaras haud biberit, conjicere in ipsam negotii arduitatem. Quia enim singulare miraculum ut Deus ederet, flagitabatur, merito supremi inter Judæos Magistratus partium fuit, cavere etiam atque etiam, ne quis temere au leret Κύριον τὸν Θεὸν ἐκπειράζειν, quod facere prohibitum est Deut. VI, 16. & repetitur Matth. IV, 7.

2. In causa capitali.] Etiam in Causis Pecuniariis, non incuriose ad dicendum testimonium, testes fuere admissi, sed & ipsis his, timor prius est incussus. Interim cum de capite hominis Judæi agebatur, ibi vero in summum metum conjicere testimonium dicturos, manibus, quod ajunt, pedibusque, Judices nitebantur. Omnem rem discès ex Cl. Cocceji Sanhed. pag. 25. & 33. Conveniunt cum his, quæ Cæsarei & Pontificii juris Interpretes tradunt ad l. 29. C. de Appellat. & C. ubi periculum. de Elect. in Sexto. Cæterum Autor MS. nostri Ez Hechajim, Maimonides, & Smag. in eo consentiunt, marito discedere jusso, Synedrium seorsim cum uxore egisse, & num formidinem illi incutere posset, feciſſe periculum. Nec prætereundum, quod Gemara annotat, & ex ea, fere omnes, qui de Hilchot Sota scripsere, repetunt: כדרך שמאיימין
עליה שלא תשתה כך מאיימין עליה שתשתה אומרים לה בתי

אם ברור לך הדבר שטהורה ארת עמדי על בורייך ושתי
לפי שאין מים המרים דומים אלא לסם יבש שמונח
על בשר חי אם יש שם מכה מחלחל ויורד אין שם מכה
אינו מועיל כלום: id eſt : *Uti dehortantur adulterii ſuſpectam vi ſumma, ne bibat, ita & hortantur pariter illam ad bibendum, ac inquiunt : FILIA MEA, SI OMNINO CERTUM EST, INNOCENTEM TE ESSE, DEO TUO CONFIDE, ET AUDACTER BIBE: QUONIAM AQUÆ AMARÆ NON ALITER SE HABENT, AC VENENUM SICCUM CARNI ANIMALIS VIVI IMPOSITUM. SI VULNUS IBI FUERIT, DOLOREM AFFERT, ET PENETRAT ALTISSIME, SIN VERO VULNUS IBI NON SIT, NIHIL METUENDUM PERICULI.*

3. Ajebant] Talmud Amſtelod. habet ואומר Sed neutrubi ſenſui aliquid decedit : Singularis enim numerus, ad בירת דין habet relationem, ideo hæc vox in eodem numero, etiam in omnibus Miſchnæ editionibus, paulo poſt ſequitur.

4. Vinum immodicum] Cum, Libero & Cerere, præſentibus, calere Venerem, indicare volebant familiares R. Janai, proverbio dicere ſoliti ſunt: אין ארי נוהם מתוך קופרת של תבן אלא מתוך קופרת של בשר: id eſt: *Leo non rugit ſi ei apponatur caniſtrum repletum palea, ſed, ſi plenum carne.* Berachot fol. 32. a. Unde ibidem fol. 63. a. למרת נסמכרת פרשרת נזיר לפרשרת סוטרת לומר לך שכל הרוארת סוטרת בקלקולרת יזיר עצמו מן היין: id eſt : *Quare in Scripturis connectuntur leges de Nazireo, cum iis quæ de Muliere adulterii ſuſpecta agunt? Scilicet, docemur, quod quisq; videns fœdum iſtud quando Sota bibit, ſpectaculum, æternum vino abſtinere debeat.* Quippe, ut Raſchi Num. V. adducto hoc loco Gemaræ, vere ſubjungit : שהוא מביא לידי ניאוף id eſt : *Vinum occaſionem adulteriis præbet.* Multa in hanc rem diſſerit Autor כלי יקר f. 100. column. 1. atque quia inter reliqua Obſervationem quandam ſuam in medium producit, qua mire ſibi placet, ac reperiſſe ſe credit, non quod pueri clamitant in faba, haud ea Lectorem defraudabimus. ולולא מסתפינא לומר דבר חידוש אשר לא שערום ראשונים היתי אומר כי תשטרת בטירת כמו כי תשתרת בתיו כי ט מתחלפרת בתיו באותיות דטלנרת וכן פירשי סוף פ מקץ בפסוק ומרת נצטרק שטירת

שטירת ז במקום ת׳׳ו וכן לשון תועת בכל המקרא בת׳׳ו ובלשון רז׳׳ל טועה בט׳׳ת כאלו אמר כי תשתרת אשתו יין ושכר המרגילת לערות: id est: *Fortaſſe* (circa locum Numeror. V, verſum 12. cum ibidem dicitur איש איש כי תשטרת אשתו) *afferre licebit, novam rem, prioribus non animadverſam. Scilicet, inquam ego, verbum* תשטרת *quod literam* ט *in medio habet, ita accipi poſſe, quaſi ſit* תשתה *cum* ת, *Elementa enim, unius organi, facile inter ſe permutantur. Atq; ſic Jarchi docet Gen. XLIV, 6. in voce* נצטרק *eſſe* ט *poſitum pro* ת: *quin & verbū* תועה *in univerſa Scriptura cum* ת *exaratum deprehenditur; Rabbini vero* טועה *cum* ט *dicunt: Quare ſenſus verborum eſſe poteſt: Cujuscunq; viri uxor biberit vinum, aut ſiceram, quæ ad libidinem concitant.* Sed, dignus eſt homo, cum ſua obſervatione odio; nodum in ſcirpo quæſivit.

5. Petulantia] Sapienter R. Akiba, in Pirke Avot. c. 3. שחוק וקלות ראש מרגילין את האדם לערות: id eſt: *Riſus, & mentis levitas, hominem in libidinem præcipitant.* Id quomodo fiat, non inepte ibi exponunt Commentatores.

6. Juventa nimia] Etiam Ariſtotelis 8. de Moribus c. 3. teſtimonio, ſunt omnino Ερωτικοὶ οἱ νέοι· Cum vero ſecundum Juſtinianum Nov. 75. c. 5. in pr. *furorem Amoris, quo nihil vehementius, ſolius Philoſophiæ perfectæ ſit, retinere*: ideo, quando hæc diſciplinæ ſanctitas, in juventam non cadit, facilis lapſus eſt, imprimis in ſequiore ſexu. S. Chryſoſtomus Homil. in laudem Bernices & Prosdoces. Καὶ θαλάμοι καὶ γυναικωνῖτιδες, καὶ θύραι, καὶ μοχλοὶ, καὶ φύλακες, καὶ θεραπαινίδες, καὶ τιθῆναι, καὶ μητρὸς φροντὶς εἰα, καὶ πατρὸς πρόνοια, καὶ πολλὴ μετὰ πάντων τῶν γονέων σπουδὴ γίνεται, ὅπως διατηρηθῇ τὸ τῆς παρθενίας ἄνθος, καὶ μόλις οὕτω διασώζεται· Quæ, Interpres transtulit: *Thalami, gynæcea, januæ, vectes, cuſtodes, procubitores, ancillæ, nutrices, ac matris aſſiduitas, & patris providentia, multaq; parentum cura adhibetur, ut virginitatis flos cuſtodiatur, & vix ita conſervatur.* Pol! ſi ex animo hæc dixit Beatus Pater, neque, (Comici illud huc transferre nobis ut liceat) ſervaſſet ipſe fœminas, neque iis ſervandum quicquam, dare fuiſſet auſus.

7. Improborum vicinorum] S. Hieron. Ep. 47. de vitando ſuſpecto contuber. *Inter illecebras voluptatum, etiam ferreas mentes libido domat.* Et mox: *Narrant Gentilium fabulæ, cantibus Sirenarum, Nautas iſſe in ſaxa præcipites, & ad Orphei citharas, arbores, beſtiasq;, ac ſilicum dura, mollita.*

8. Sanctiſſima cærimonia &c.] Locus flagitat, ut doceamus, qua religione, circumſpectaque diligentia, in Nominibus Divinis

vinis deſcribendis, Judæi utantur, idque tanto magis, quia Vir Doctus, qui antehac aliquid ea de re tradere voluit, Judæorum mentem minime eſt aſſequutus. Atque nos, noſtro quidem officio, haud certe melius defungi poſſumus, quam vocando in ſubſidium, Codicem noſtrum MS. Ez Hechajim, in quo תוס׳ Hilchot Sophrim cap. 1. omnia tam accurate traduntur, ut non poſſint melius.

מי שכתב אפילו אוכרה אחת
מסורת חום שלא לשמן של
אוכורת פסולין אבל שאר
מילות אין צריך לשים המילה
עצמה שאפילו כתב בשם
מילה אחרת כשר והכותב
השם אפילו מלך בישראל
שואל בשלומו לא ישיבנו
הירה כוהב שנים ושלשה
שמות מפסיק ביניהם ומשיב
הטובל הקולמוס לכתוב השם
יתחיל משלפניו ולא יתחיל

id eſt: *Si quis vel unicum, ex propriis & peculiaribus Deo nominibus, in Pentateucho, Phylacteriis, aut Liminaribus ſchedis, ſine expreſſim, in illud directa intentione*, (quod tale Nomen exarare inſtituat,) *deſcribit, tum omnis illa Scriptura vitioſa eſt. Quod vero ad reliqua verba attinet, ad horum ſingula, mentem tantopere intentam habere, non eſt neceſſe; etiamſi enim aliam vocem ſcribat, aliam mente cogitet, tamē illa ſcriptura cenſetur legitima. Cum quis, in ſcribendo aliquo proprio Divino Nomine, occupatur, ſi maxime Rex Iſraëlitarum, eum ſalute impertiat, haud licet illi*, (nondum plane finita ſcriptione Divini Nominis, e veſtigio) *ſalutem referre: Quod ſi vero duo, aut tria Divina Nomina*, (ſermone continuo, uti verbi cauſa יי אלהינו יי vel אל אלהים aut יי אלהינו יי quorū prius ſæpe, poſtrema Pſ. L, 1. & Deut. VI, 4. occurrūt,) *ſcribenda ſint*, (uno abſoluto,) *inter media nomina ceſſare, &* (ſalutantē Regem,) *reſalutare licebit*, (haud tamen in hoc opere fas eſt, ut Scriba, prior illū compellet.) *Qui calamum ad ſcribendū* (mox) *Nomen Divinum*, (atramento) *imbuere volet*, (non ita ceſſato, ut ab ipſiſſimo Divino Nomine, noviter impleta penna, ſcribendi faciendum ſit initium; poſſent enim, vel humor nimius, quem forte penna imbibit, Divinum Nomen obruere, vel adhærens feſtuca minutiſſima, ejus efficere lituram, eapropter,) *a quibusdam quæ præcedunt* (literis,) *non vero ab ipſo Divino Nomine, ſcribere rurſus incipito. Qui per errorem Divinum Nomen* (integrum,) *ſcribere neglexit, illud in linearum interſtitio ſuperne appingere poteſt. Sed vero*, (cum tantum quædam

ſunt

לכתוב בשם טעה לכתוב
השם תולהו בין השטות אבל
מקצת השם בשיטה ומקצתו
תלוי פסול ובשאר התיבות
אם שכחה כותב מקצת התיבה
בשיטה ומקצת למעלן וזה
בסרת אבל בתום אין תולין
אפי׳ אות אחת ואם שכח
אפילו אות אחת גונז מה
שכתב וכותב אחרת דהוי
ככתבן שלא בסדרן ואם
דילג אות אחת והניח ריוח
בסדר השורה לא יכתוב שם
אך פסולה היא ומותר לכתוב
השם על מקום חגרר ועל
מקום המחק בכולן גרר פי׳
מדיו יבש מחק פי׳ מדיו לח
אם דילג השם טוב לגרוד
החול לאחר שיבש ויכתוב
השם על אותו גרר והחול
שמחק יכתוב בין השטים ולא
יכתוב השם בין השטים כותבי
ספרים אסורים להפוך יריעה

sunt ex ipso omissæ literæ,) *si quis parti in linea expressa, partem adesse deesse, desuper adjicere velit, ita nefas foret. At in reliquis vocabulis, si quid omissum sit, partem eandem in linea, partem in interstitio scripsisse, nihil officit. Cæterum hactenus dicta, tantum de Voluminibus Pentateuchorum capienda sunt, nam in Phylacteriis & Liminaribus Schedis, ne unicam quidem literulam*, (extra lineas appingere fas est:) *Quod si igitur quis literam unam scribere oblitus sit, integra Scriptura recondenda, ac nova facienda est, quia peccatum fuit, contrarium ordinem, qui in hac scriptione accurate observari debet: Atq; si maxime, neglecta literula, tantum spatii in ipsa linea quis relinquat*, (ut litera deficiens commode inseri possit,) *tamen ne sic quidem literam supplere licebit, est enim & hoc vitiosum. Licet describere Nomen Divinum, super ea quæ rasa, & quæ deleta fuere, sine discrimine; Radere autem dicimur eas literas, quarum atramentum quo scriptæ fuerant, exaruit; Delere eas, quæ nondum sunt siccæ. Optimum fuerit, si quis,* (forte in Pentateucho neglecto Divino Nomine,) *verbum aliquod profanum, postquam arefactum est, eradat, & in ejus locum Nomen Divinum substituat, sic enim alterum profanum superne adjici potest, quod minus recte fit in DEI Nomine. Scribæ*, (ab opere nonnihil cessare volentes, custodituri adversus pulverem,

aut

על פניה אך פירש עליה בגד
או כופלה סת" וחום שאמר
הסופר אחר שיצאו מתחת
ידו לא כתבתי אזכרות לשמן
אינו נאמן לפוסלן אבל נאמן
הוא להפסיד כל שכרו ולמה
אינו נאמן לפסלן שמא לא
נתכון אלא להפסיד על הלוקח
או על זה ששכרו וסבור שלא
יפסיד משכירותו רק שכר
האזכרות ואם אמר סת" זה
ותפלין אלו עורותיהן אינם
מעובדות לשמן נאמן אף
לפוסלן שהרי הכל יודעין
בשאין חעורות מעובדות לשמן
שפסולין מותרי קלפי סת" חום
מותר לכתוב בהם מה שירצה
שאין בהזמנתם איסור ומעלין
בקדש ולא מורידין אבל

aut alias injurias ea quæ ſcripſerunt,) *non debent membranam, in eam faciem cui inſcriptum eſt vertere, ſed aut linteo tegenda, aut complicanda eſt. Si quis Scriba* (conductus, aut Scriba venditor,) *poſtquam Volumen Pentateuchi, Phylacteria, aut Liminares Schedas accepta mercede ſcripſit, aut vendidit, tum deinde dicat: Equidem Divina Nomina ſcripſi, ſine ea quam adhibere debebam, intentione: Hujus aſſerti non ea vis eſt, ut illud quod ſcripſerat, vitiet, ſed tamen ut omni ſua mercede mulctetur.* (Quærat quis:) *Quare non ipſam quoq; ſcriptionem ſuam, hac ratione profanam reddit? Nimirum, fortaſſe iſti Scribæ,* (cum hæc diceret,) *nihil aliud propoſitum fuit, quam ut damno afficeret, illum ſive emtorem, ſive conductorem ſcriptionis ſuæ,* (quaſi is in ſcripturam inutilem nummos erogarit; interea loci, etſi perperam, & ex mera juris ignorantia,) *ſibi perſuadens, non perditurum ſe eo pacto totum quod tulerat pretium, ſed tantum pretium ſcribendorum Divinorum Nominum. Quod ſi vero quis dicat: Membrana iſtius Pentateuchi, aut Phylacteriorum,* (qua ad ſcribendum uſus ſum,) *non rite & cum ea quæ conveniebat, intentione, eſt præparata, huic fides habetur, etiam in tantum, ut ſcriptio pro vitioſa habeatur, nemo enim neſcit, membranas ineptas, profanum reddere, omne quod iis inſcribitur,* (ac proinde, ſi quis in aliqua ejusmodi, ſe ſcripſiſſe profiteatur, perditurum ſeſe certo certius, univerſæ ſcripturæ mercedem.) *Si quid ex membranis Pentateuchi, Phylacteriorum, & Liminarium Schedarum, reſiduum fuerit,*

בגליונים אסור לכתוב אין כ
כותבים סת"ם ותו"ם אלא כתב
אשורית ודווקא בימיהם הותר
לכתוב סת"ם כתב יווני כל אות
שאין מוקפת גויל מד' רוחותיה
או שאין תינוק שאינו חכם
ולא סכל יכול לקרות בנון
שדומה ליו"ד וכ"ף לב"ת ור"ש לד"ת
ולהפך וכל ביוצא בזה פסולה
עור שניקב משנכתב אם ניקב
בתוך האות כגון ה"א או ם"ס וכן
בשאר אותיות כשר ניקב
בירך של אות עד שנפסקה
אם נשתייר ממנה מלא אות
קטנה כשר והוא אם לא
תדמה אות אחרת ואם לא
נשתייר מלא אות קטנה
פסולה סת"ם ותו"ם שחסר אפי
אפילו אות אחת פסולים:

rit, ei quodcunq; animo collibitum est, inscribere licet, neq; enim, illa rei sacra destinata praparatio, contrarium flagitat, aut (hic locum invenit, illud tritum:) *Rebus sacris dedicata, dignitatis augmentum, non vero imminutionem, admittere. At, margini* (voluminis sacri) *quicquam inscribere, nefas est. Non licet adscribendum Pentateuchum, Phylacteria, & Liminares Schedas, alio uti charactere, quam Assyriaco, sola enim Priscorum Sapientum aetate, Pentateuchum Graecis * quoq; literis exarare permissum fuit. · Si quae litera suos non habeat nudos & vacuos terminos, quaquaversum, aut, si quam, puer, qui nec plane adhuc sapit, nec plane infans est, non queat discernere, ob similitudinem quae inter Jod & Vau, inter Caph & Beth, inter Resch & Daleth, vel contra, intercedit; aut, si quid aliud peccatum sit ejusmodi, tum Scriptura vitiosa est. Membrana, si post scriptionem perforetur, atq; illud foramen in mediam literam,* (habentem ventrem inanem,) *quales He, Mem & similes sunt, cadat, nihil id refert: Sed, si foramen in latus cadat, ita ut minuatur litera, si quidem tantum supersit, ut quantitati solummodo ademtum quid appareat, etiam id nihil obest, modo* (litera formam suam adhuc retineat,) *nec alienam induerit. At, si* (ob foramen,) *minus relinquatur, quam, ut residuum, pro parva litera accipi possit, id vitiosum est. Est quoq; vitiosum, si in quo Pentateucho, Phylacterio, aut Liminaribus Schedis, unica litera deficiat.*

* In Hexaplis & Octaplis Origenis, Textus Hebraeus Graecis characteribus exhibebatur.

9. Delere oporteat] Judæos magna ſolicitudine cavere, ne nomen DEI deleatur, aut polluatur, atque hinc extra ſacros libros, ſchedasque, tetragrammaton imprimis, ne exprimi quidem, tralatitium eſt, & ea de re, multi egerunt. Illud fortaſſe, nemo adhuc indicavit, quod Autor Schalſch. Hakkab. pag. 54. a. pridem tradidit de Judæis Vormatienſibus: יש קבלה אצלם שבבירת הכנסת ההוא נכתב שם המפורש בכותל ואינם מרשי להסיר העכביש שיש שם שמא לרוב קנוותו לא ימחק השם: Id eſt: *Habent antiquam traditionem, in fornice ipſorum Synagogæ, deſcriptum eſſe nomen tetragrammaton, igitur non permittunt ut removeantur telæ aranearum, quæ ibidem ſunt, ne ob nimiam vetuſtatem, nomen divinum deleatur.* Cæterum, quia השם & nomen DEI & ipſum DEUM, Judæis promiſcue notat, vulgo autem fertur, ſub telis aranearum, in Vormatienſi Schola, deliteſcere השם ideo non dubitaverim, quosdam imperitiores Judæos, ſuperſtitionibus, & ignorantia, effaſcinatam mentem habentes, credere, ipſum Numen (Vereor in talibus DEUM dicere, Numinis vox profanior eſt,) illas incolere latebras: Ut proinde nulla iniuria affecerit homines, ille, qui ipſorum partes deſerens, inque Chriſtianum mutatus, in libro *Schlangenbalg*, nefandam & execrabilem hanc opinionem, iis exprobravit. Equidem fateor, nondum me ipſum librum oculis uſurpaſſe, feciſſe tamen Autorem, quod diximus, patet ex Hebraicis literis, ſed vocibus Germanis expreſſa, immodeſta, nequiſſimaque confutatione, quam Judæus Samuel Zvi, Offenhauſenſis, illi ſcripto oppoſuit, &, *den Jüdiſchen Tiriack* vocavit, ſic enim ipſe, magna cum impudentia, & protervitate: *Jetzund ſchreibt Schlangenbalg in ſeiner Narrheit, und ſagt: er hat ſich von freyen Willen auffgemacht, und vvär gen Worms gezogen, die Schul zu beſehen: dann vvir halten die, für ein kl·in* בהמ *und die Juden daſelbſten kehren darum kein Spinnvveben ab, dann ſie ſagen, Gott* יתי *der ruhe dort in einer Spinnvveben, und hab einer einmal abkehren vvollen, hat ſich das Gevvölb geneiget, und einfallen vvollen.* בספר אשר הכינותי לנוצרים מומר *hab ich den hübſch ausgeſpottet mit ſeiner vveiten reis, und* הבל, *und laß ihm vviſſen, daß* השם יתי *in keiner Spinnvveben- oder giffigen Schlangenbalg ruhet:* כי שמים ושמי השמים לא יכלכלהו *Warum aber die Wormſer die Schul nit abkehren, vverden ſie beſſer vviſſen, als ich: Es is hierinnen vveder* מעלה *noch* מוריד, *es is keiner unter den* יג עיקרים *daß einem Juden von nöthen is zu vviſſen.* Enim vero, monſtri aliquid alere illas aranearum telas, non tamen penitus negare audet homo nequam, nec ſcrupulum, quem

quem alter injecerat, plane eximit. Posset quem curiosum, eadem res exstimulare, ad iter faciendum Vormatiam, nam fortasse non minor harum telarum copia est, quam ab Heliogabali servis, quondam Romæ collectum fuisse, apud Lampridium legimus. Ah! si ad DEUM converteretur Israël, & Christus γαιήοχος (sic Nonnus eleganter vocat) ἄλγιστα, ὃν ζόφος ἀνέιμαρθε, prædicaretur in Synagoga, dubium nullum est, etiam sua sponte casuras, portentosissimas illas Vormatienses telas, quale quid in Trullo, cum Macarius hæreticus, a Patribus Concilii damnaretur, accidisse, Analtasius Bibliothecarius, in Agathone, commemorat. Sed, proh dolor! *Judæi ova aspidum excludunt, & telas aranei texunt: qui comedit ex ovis eorum, morietur; etiam qui aspergitur, quasi irrumpat vipera.* Non vero est, ut quis existimet, solum ἀνεκφώνητον nomen, citra reatum, deleri communiter non posse: plura sunt ejus generis, atque, quæ expungere fas, quæ nefas habetur, eorum aliqua recensentur in Schevuot fol. 35. a. Es. LIX. 5.

יש שמות שנמחקין ויש שמות שאין נמחקין כגון אל אלהיך אלהים אלהיכם אהיה אשר אהיה אלף דלת ויוד הי שדי צבאות הרי אלו אין נמחקין אבל הגדול הגיבור הנורא האדיר והחזק והאמיץ והעיזו חנון ורחום ארך אפים ורב חסד הרי אלו נמחקין: "Versionem addere supervacuum foret: quæ priore loco enumerantur Divina Nomina, delere haud licet, licet quæ posteriore. Nobilissimus Codex noster MS. Ez Hechajim, magis luculente, Hilchot Jirah Vekiddusch Hasschem cap. 2. בכלל קדוש השם שלא לאבד ולמחוק שם הקבה ולוקה משום לא תעשון כן ליי אלהיכם ז שמות אין מוחקין יי בכתיבתו ובקריאתו אלהים אהיה שדי צבאות אלוה אל וכל הנטבל להם מאוריהם כגון אלהיך שהשם מקרשן ולוקין על העיקר ומכין מרחות על תשבל אל מאלהים יה מיי אין נמחק אבל שה משדי צב מצבאות נמחק וכן הכנויים כמו רחום חנון גדול גיבור נאמן נורא חוק נמחק: Id est: *Illud quoq; ergà Deum reverentia, complectitur, ne Nomen ejus tollatur, aut deleatur:* [Id enim si quis faciat, præcepto Magistratus,] *flagellandus est, ob violatum præceptum* (Deut. XII. 4.) Non faciatis sic, Domino Deo vestro. *Sunt vero VII. Nomina Dei, quæ delere prohibemur;* ארני *tam quod ita scribitur, quam quod ita tantum enunciatur.* אלהים. אהיה. שדי. צבאות. אל. אלוה. *& quicquid his est in fine annexum, utt verbi causa,* בה *in Vocabulo* אלהיך *Nam ista (affixa,) Dei nomen consecrat: sed tamen ob deletum ipsum Nomen Divinum flagellationis, ob deletum affixum, sola-*

caſtigationis pœna irrogatur. אל *ex voce* אלהים *&* יה *ex nomine* יהוה *delere nefas eſt: Sed vero,* שר *ex* שדי *&* צב *ex* צבאות *delere fas eſt: Idem de DEI cognominibus tenendum, qualia ſunt* חנון. רחום. חוק. נורא. נאמן. גדול. גיבור *nam, & hæc delere, non omnino vetamur.*

10. Nec ipſa] Etſi שאינה in omnes Miſchnæ, quibus utimur, editiones, & Talmud quoque Amſtelod. receptum eſt, non tamen dubium, rectius eſſe, ſi legatur שאין, quomodo in Rabbot etiam, fol. 234. col. 1. ubi eadem verba adducuntur, ſcriptum reperi.

ה

אם אמרה טמאה אני
שוברת כתובתה ויוצאת
ואם אמרה טהורה אני
מעלין אותה לשער המזרח
שעל פתח שער ניקנור ששם
משקין את הסוטות ומטהרין
את היולדו ומטהרין המצורעי
וכהן אוחז בבגדיה אם ק
נקרעו נקרעו ואם נפרמו ז
נפרמו עד שהו מגלה את
לבה וסותר את שערה רבי
יהודה אומר אם היה לבה
נאה לא היה מגלהו ואם
היה שערה נאה לא היה
סותרו:

V.

FAtente ea, POLLUTA SUM: [1] Ipſa proſcindens [2] inſtrumentum ſuum dotale, [3] res ſuas ſibi habebat. Dicente vero, ILLIBATA SUM, [4] deducta fuit ad [5] fores Templi [6] orientales, ſeu ad portam [7] Nicanoris, [8] quippe, ibi adulterii ſuſpectis, aquas potandas dare, puerperas purificare, & leproſos mundare, conſueverunt. Cæterum, [9] Sacerdos, arreptis ejus veſtibus [10] nihil penſi habens, ſi maxime finderentur, aut diſſuerentur, eo usque (*trahendo vim faciebat,*) quoad [11] ſinum mulieris denudaret; [12] crines quoq; ejus explicabat. [13] R. Judas (*tamen hæc limitat,*) dicens, ſi ſinum venuſtum ipſa haberet, non fuiſſe eum a Sacerdote revelatum: nec capillos ſolutos, ſi eſſent decori.

ANNO-

ANNOTATA.

1. Ipſa proſcindens inſtrumentum] Expreſſimus tantisper communem verbi סבר notionem, ſed Raſchi, alia, nec ullis Lexicographis notata, hoc loco illud accepit, dum ſignificatum שוברת a שובר quod Rabbinis *Apocham* notat, arceſſit: quaſi non laceraſſe Inſtrumentum dotale, ſed quibusdam ſubſcriptis, caſſum & irritum id reddidiſſe, ipſa dicatur. Etenim, vult exaraſſe in eo, adulteram ſua manu: וניתי והפסדתי כתובתיך: Id eſt: *Adulterium commiſi, atq; dotis tuæ merito jacturam fero.* Placet hæc opinio, præ altera Maimonidis, qui, in Miſchnam Coment. Inſtrumentum dotale ſi extaret, revera ſciſſum eſſe, nec niſi cum perierat, apochã fuiſſe ſcriptam, contendit. Scilicet, quæ ſemel pudore ſuo prodige uſa fuerat mulier, potuiſſet deinde pergere gnaviter impudẽs eſſe, & ex interjecto tempore omnia quæ geſta ſunt, præfracte negare, dotemq; exigere, de inſtrumento autem dotali quæſita, cauſari, id periiſſe. Sane, licebat contra marito, & teſtium, & Actorum Synedrii fide, ſe tueri: certiſſimum enim eſt, eam quondam, in conſultis illius Senatus conſignandis, diligentiam adhibitam, quam in noſtris judiciis requirunt Canoniſtæ ex c. quoniam 11. Extr. de Probat. & videri poteſt Maimonides Hilch. Sanh. item Miſchna Sanhedrin apud Coccejum c. 4. §. 3. Sed, quando datur evitare, judiciorum plenum aleæ opus, ſtultum fuerit ei ſe committere, quod pluribus docent Doctores prudentiæ Civilis juris, ad l. 51. D. de Pecul.

2. Res ſuas ſibi habebat] Sic Codex quoque MS. Ez Hechajim. אמרת הן נטמאתי או איני שותה יוצאת בלא כתובה והולכת לה: Id eſt: *Si diceret: Polluta ſum, aut bibere recuſaret, dimittebatur ſine dote maritali, & ibat, quo collibitum erat.* Non igitur capitis ſupplicio in hujus farinæ adulteram fuit animadverſum, ſed dote tantum maritali excidit, nec alii pœnæ fuit obnoxia. Eandem ſententiam defendunt Maimonides Hilch. Sota c. 3. §. 2. Baal Smag quoq; imo, quos de hac re conſulere licuit, Rabbini ad unum omnes. Cauſam præterea, cur capitis ſupplicium hic ceſſarit, docet Raſchi in Comm. ad Miſchnam noſtram, inquiens: אינה נהרגת שלא היתה ברה עדים בשעת מעשה Id eſt: *Non occiditur, quia a flagitio perpetrando, nulli teſtes eam abſterruerunt.* Cum obſcuriora iſta ſint, lux aliunde affundenda eſt, tradit autem nobis lampada Maimonides Hil. Iſſure Bia, c. 1. ea utamur. הבא על אחת מכל העריות האמורות בתורה במזיד חייב כרת שנ' כי כל אשר יעשה מכל התועבות האלה ונכרתו הנפשות וגו' שניהם הבועל והנבעלת ואם היו שוגגין חייבין חטאת קבועה ויש מן העריות שהוא במיתת

במיתת בית דין יתר על הכרת השורף בכולן: אותן העריות שיש בהן
מיתת בית דין אם היו שם עדים והתראה ולא פרשו ממעשיהם
ממיתין אותן מיתת האמורה בהן ואפי' היה העובר תלמיד חכם: אין
ממיתין ולא מלקין עד שתהיה שם התראה שלא נתנה התראת בכל מקום
אלא להבחין בין שוגג למויד: Id eſt: *Qui ullo concubitu, in Lege prohibito, conſulte ſe polluit, reus eſt excidii. Q.S.E.* (Lev. XIIX, 29.) Quisquis fecerit aliquam ex omnibus abominationibus illis, & excindetur animæ illæ *&c. Ambo nimirum, tam mas, quam fœmina. Quod ſi vero per imprudentiam peccent, determinatum piaculare ſacrificium offerendum eſt. Atq; ſunt inter ſpecies prohibiti concubitus, quædam, quæ ultra excidium, quod omnes ex æquo involvunt, etiam extremum capitis ſupplicium attrahunt. Cæterum, concubitus iſti, annexam habentes pœnam capitalem, non aliter reos quoscunq;, etiam Diſcipulos Sapientum, illi ſubjiciunt, quam ſi teſtes adfuere, qui factum prohibuerunt, quibus obſequium præſtitum non eſt. Nimirum, nec pœna capitis, nec fuſtigatio locum inveniunt, niſi præceſſerit commonitio, hæc enim unice introducta eſt, ut* τὰ ἑκούσια καὶ ἀκούσια *inter ſe diſtinguat.* Et vero, ex hactenus traditis, nove, verum καθ' ἀναλογίαν τῆς πίστεως, conabimur explicare locum apud Johannem cap. VIII, v. 4. Διδάσκαλε αὕτη ἡ γυνὴ κατειλήφθη ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένη· Scilicet, deprehenſa fuerat mulier ἐν ἔργῳ, uti Solon, & Plato dixere; vel, ut loquebatur vetus lex Julia, *In ipſa*, adulter eſt deprehenſus. At, quia deprehenſa tantum erat, & nulla præceſſit dehortatio, ideo, id, a Chriſto, niſi fallimur, quærere videntur Phariſæi & Scribæ, quid in hoc caſu, facto uſus ſit, & num ſecundum rigorem Legis Moſaicæ, lapidibus obrui debeat, an vero ſufficiat more Majorum, dote ipſam mulctare? aut, ſi omnino [quod quidem Cl. Seldenus in Uxor. Hebr. l. 3. c. 11. voluit,] de nec dum nupta, & deſponſata tantũ ſermo eſt, quæſitum fuit, num ſufficiat, ut Sponſus eam a ſe ſegreget? Sed, ipſa ſacri Textus verba, paulo uberius explicemus, atque ut tanto clariora omnia evadant, præmittamus etiam illa, in quibus nulla eſt difficultas.

l. 23. in pr. D. ad L. Iul. de adult.

Ἰησοῦς δὲ ἐπορεύθη εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν· Ὄρθρου δὲ πάλιν παρεγένετο εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἤρχετο πρὸς αὐτὸν· καὶ καθίσας ἐδίδασκεν αὐτούς· Ἄγουσι δὲ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς αὐτὸν γυναῖκα ἐπὶ μοιχείᾳ κατειλημμένην·

JESUS autem, profectus eſt in montem Olearum. Et diluculo rurſus adfuit in templo, & totus populus venit

ad

ad eum, & ſedens, docebat eos. Adducunt autem ad eum Scribæ, & Phariſæi, mulierem in adulterio deprehenſam.

Nimirum deprehenſam a teſtibus multis, aut minimùm duobus, cæteroquin enim, nulla potuiſſet inſtitui accuſatio. Smag. fol. 65. col. 4. כתוב בפרשת שפטים לא יקום עד אחד באיש לכל עון ולכל חטאת בכל חטא אשר יחטא ותניא בספרי לא יקום עד אחד באיש אין לי אלא בדיני ממונות בדיני נפשות מניין ת"ל לכל עון קרבנות מניין תלמוד לומר ולכל חטאת למכות מניין ת"ל בכל חטא אשר יחטא לכל ולכל בכל לרבות להזהרות לכהונה ולהתרים מן הכהונה ולרבות את האשה: Id eſt : Præcipitur Deut. XIX, 15. Neque ſurgito teſtis unicus in virum, pro ulla iniquitate, aut pro ullo peccato, ex omnibus peccatis, quibus quis peccat. *In quæ verba Siphrita commentatur:* Ne ſurgito teſtis unicus in virum : *Hoc videtur tantum reſpicere cauſas pecuniarias, ſed unde probabitur, idem valere de cauſis capitalibus ? Nota dictum:* Pro ulla iniquitate. *Unde probatur, idem valere, in caſibus de offerendis ſacrificiis expiatoriis ? Nota dictum :* aut pro ullo peccato. *Unde probatur idem valere, cum de fuſtigatione agitur ? Nota dictum :* ex omnibus peccatis, quibus quis peccat. *Ergo hæc capienda, de negotiis in univerſum omnibus. Atq; verba,* ex omnibus, *eum caſum quoq; includunt; quando quæſtionem ſtatus movet, aut patitur Sacerdos : quin & eadem Fœminas includunt,* [ne quis opinetur, de viris ſolis, ſermonem eſſe.]

Καὶ τοῦτο ἀυτὴν ἐν μέσῳ, λέγουσιν ἀυτῷ· Διδάσκαλε, ἥυτη ἡ γυνὴ κατειλήφθη ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένη· ἐν δὲ τῷ Νόμῳ Μωσῆς ἡμῖν ἐνετείλατο τὰς τοιαύτας λιθοβολεῖσθαι·

Et cum ſtatuiſſent eam in medio, dicunt ei : Magiſter : Hæc mulier deprehenſa eſt in ipſo facto, cum mœcharetur. In Lege vero Moſes præcepit nobis, ut tales lapidentur.

Quaſi dicerent : Clara ſunt verba Deuter. XXII, 22. ſeqq. כי ימצא איש שוכב עם אשה בעלת בעל ומתו גם שניהם את האיש השכב עם האשה

האשה והאשה ובעדת הרע מישראל: כי יהיה נער בתולה מארשת לאיש ומצאה איש בעיר ושכב עמה והוצאתם את שניהם אל שער העיר וסקלתם אותם ומתו: Id eſt : *Si quis deprehendatur cubans cum muliere maritata marito, omnino morientur pariter ambo, vir, qui cubaverit cum muliere, & mulier ipſa : Sic fuſtuleris malum e medio tui. Si puella virgo, deſponſata eſt viro, quam inveniens quis in civitate, concubuerit cum ea : Omnino productus eis ambobus, ad portam ipſam civitatis, obruetis eos lapidibus, ut moriantur.* Sic ſane ſcriptum eſt : Enim vero, non te latet, bone Magiſter, aliud vulgo Sapientes opinari, ac facere; qui, ad capitis damnandam adulteram, minime ſufficere crédunt, ut de nudo delicto conſtet, ſed id requiri inſuper, ut adverſus aliorum pias admonitiones, ſeſe obſtinaverit; quod niſi fiat, ſatis eſſe cenſent, ſi dote privetur, & abigatur. Non exprimunt Phariſæi, poſterius membrum ſuæ interrogationis, quod præſentem fori conſuetudinem, nemo homo ignoraret, atque ſic res ipſa, quid ſibi vellent, facile loqueretur. Imo, neceſſe quoque erat, linguam cohibere, ne ſuopte teſtimonio, arguerentur πεφωσιωσθαι τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ, διὰ τὴν παράδοσιν αὐτῶν· Deeſſe quædam, & plus quam dicitur, intelligi debere, utique omnis orationis contextus evincit. Nam, ſi nihil mutationis, aut interpolationis, Divina Lex paſſa eſſet, quomodo, quæſo, unquam, in mentem venire poterat Phariſæis, quærere, num ad ejus dictamen ſententia adverſus adulteram promulganda ſit?

Σὺ οὖν τί λέγεις;

Tu ergo quid dicis?

Anne ſecundum tenorem Moſaicorum verborum, an potius ſecundum interpretamenta Sapientum judicandum eſt?

Τοῦτο δὲ ἔλεγον πειράζοντες αὐτὸν, ἵνα ἔχωσι κατηγορεῖν αὐτοῦ.

Hoc autem dicebant, tentantes eum, ut poſſent eum accuſare,

Vel, tanquam contradictorem Legis Moſaicæ, ſi ab ejus diſertis, ac perſpicuis verbis, recederet: vel, ſi iisdem ſtricte inhæreret, tanquam immitem, immiſericordem, & humani ſanguinis prodigum, quique id unum agat, ut Sapientum placitis, etiam ſumma æquitate & clementia nixis, atque ex Lege, per connexionem legitimam illatis, adverſetur.

ὁ δὲ Ἰησοῦς κάτω κύψας, τῷ δακτύλῳ ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν.

Jeſus autem incurvatus deorſum, digito ſcribebat in terra.

Non poſſum ſilere, ingens gloſſema, quod in Illuſtris *Pauli, Eubesvvaldii Baronis*, veteri Codice MS. Græco, quatuor Evangeliſtarum, cum olim in Hungaria eo uterer, poſt iſta verba, reperi: Subjicitur enim ibidem: Ἐκάστου αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας. Quæ interpolatio, unde nata eſſe poſſit, aſſeram ſimul conjecturam. Apud S. Hieronymum lib. adv. Pelag. c. 6. habetur: *Jeſus inclinans ſe, digito ſcribebat in terra. Eorum videlicet, qui accuſabant, & omnium peccata mortalium: Secundum quod ſcriptum eſt in Propheta: Relinquentes autem te, in terra ſcribentur.* Videtur hæc legiſſe quispiam, cumque prius, de accuſantium peccatis, ſe ob ſpeciem, quam habet, commendaret, annotavit id in ora libri, poſterius autem, de omnium hominum criminibus ſimul expreſſis, tanquam per nimiam hyperbolen dictum, neglexit. Quippe, ad iſta quidem deſcribenda, non tantum non templi area, ſed nec, ut Judæorum phraſi dicam: אם יהיו כל הימים דיו ואגמים קולמוסים ושמים יריעות id eſt: *Si omnia maria atramenti, omnesq; cannæ paluſtres calamorum ſcriptoriorum, & cœlum ipſum, membranæ vicem præſtarent*; erant ſufficturæ. Quod in margine notatum fuerat gloſſema, Scribæ alicujus imperitia, uti ſæpe factum eſt, ipſi poſtea textui, infarſit. *Schabbat fol. 11. a.*

Ὡς δὲ ἐπέμενον ἐρωτῶντες αὐτὸν,

Cum autem perſeverarent eum interrogare,

Ecquid tandem cum muliere iſta incipiendum eſſet? Cogitantes interim; victus eſt, habet: Nihil eſt quod dicat nobis.

Ἀνακύψας εἶπε πρὸς αὐτούς· Ὁ ἀναμάρτητος ὑμῶν, πρῶτος τὸν λίθον ἐπ' αὐτῇ βαλέτω.

Seſe ſurrigens, dixit ad eos, qui veſtrum immunis eſt a peccato, primus in eam jaciat lapidem.

Non aliunde magis, Divina Sapientia hujus reſponſi, ſe prodit, quam ſi interpretationi hactenus indicatæ, inhæreamus. Sic enim Dominus noſter, eadem opera cavit, &, ne quid decederet Legis Moſaicæ autoritati,

&, ne quis ſe, tanquam crudelem & ſanguinarium, poſſet calumniari; omnesque dolos, quibus petebatur, mire eluſiſſe deprehenditur. Hæc verborum fuerit ſententia. Dixiſtis probe: Moſes præcepit vobis, ut in ſimili reatu deprehenſæ mulieres, lapidentur, proinde hac utique pœna, iſta quam adduxiſtis, jure affici debet. Apage enim futiles veſtras παιγνιοπαιγδόσεις, quibus ſemper DEI Leges elevatis: non placent. Sed heus, inter Vos, o eximii, iſti primi jaciant in eam lapides, qui a peccatis, & præcipue adulterio, immunes ſunt. Ipſi enim vos, qui ſummam ſanctitatem ſimulatis, nebulones, & adulteri magni eſtis, & ſemper matrumfamilias honori inſidiamini. Vide omnino infra Excerptorum Gemaræ hujus capitis Num. XI. Jam conveniunt quoque optime, reliqua, nec vel hilum ſupereſt difficultatis:

Καὶ πάλιν κάλω κύψας, ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν. Οἱ δὲ, ἀκούσαντες καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι ἐξήρχοντο εἷς καθ' εἷς, ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἕως τῶν ἐσχάτων. Καὶ κατελείφθη μόνος ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἡ γυνὴ ἐν μέσῳ ἑστῶσα. Ἀνακύψας δὲ ὁ Ἰησοῦς, καὶ μηδένα θεασάμενος πλὴν τῆς γυναικὸς, εἶπεν αὐτῇ· Ἡ γυνὴ, ποῦ εἰσιν ἐκεῖνοι οἱ κατήγοροί σε; οὐδείς σε κατέκρινεν;

Ipſi vero, cum hæc audiviſſent, & a conſcientia redarguerentur, ſingulatim, alius poſt alium exierunt, initio facto a Senioribus, usque ad ultimos: & derelictus eſt, ſolus JESUS, & mulier in medio ſtans. JESUS autem ſeſe ſurrigens, & nemine conſpecto præter Mulierem, dixit ei: Mulier, ubi ſunt illi accuſatores? nemo te condemnavit?

Nemo te condemnavit? id eſt: An nemo unus, eam quam pronunciaveram ſententiam, exequi ſuſtinuit? Non opinor, aliud quæſiviſſe Servatorem. Ipſus utique, jam ſuo ore damnaverat Mulierem, ita ut novo decreto opus haud eſſet. Phariſæi & Scribæ quoque, non Judices, ſed Accuſatores venerant, nec ulla ratione per Legem Moſaicam licebat, utroque munere ſimul defungi. Facile admittit, eam, quam dedimus, explicationem, verbum Κατακρίνειν, quam ne ſimplex Κρίνειν quidem reſpuit, ſæpe Sacris Scriptoribus, pro *Caſtigare*, & *Punire*, uſurpatum, ceu Reverendo

rendo Glaſſio in Rhetorica Sacra p. 19. quoque notatum, videriſque poſſunt loca, Gen. XV, 14. 2. Paral. XX, 12. Pſal. IX, 20. Act. VII, 7. Hebr. XIII, 4. His addas licet loca, in quibus pro *Pœna*, & *Supplicio*, voces Κεῖμα & Κείσις ponuntur, qualia ſunt: Ex. VI, 6. Prov. XIX, v. ult. Rom. II, 3. 1. Cor. XI, 29. 1. Pet. IV, 17.

Ἡ δὲ εἶπεν· Οὐδείς Κύριε, εἶπε δὲ αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· οὐδὲ ἐγώ σε κατακρίνω·

Ipſa vero dixit: Nemo Domine. Dixit autem ei Jesus, Nec ego te condemno.

Id eſt: Nec ego, merita pœna te mulctabo: Non enim veni in hunc mundum, ut facinoroſos ſuppliciis afficiam, ſed ut ad pœnitentiam eos vocem, & pro illorum peccatis, ego mortem luam. Quin igitur:

Πορεύου, καὶ μηκέτι ἁμάρτανε·

Vade, & ne deinceps pecca.

3. Deducta fuit] Non hæc ita capienda, quaſi Sota e veſtigio in eum locum perducta ſit, in quo ipſa ſubſtiterit: Nam, ut Raſchi ad Num. V, 18. notat: מסיעין היו אותה ממקום למקום כדי ליגעה ותטרף דעתה ותודה: In noſtro ingenti Pentateucho MS. qui præter ſacrum textum, etiam Onkeloſi Paraphraſin, & R. Salomonis Commentarium, complectitur, pro ותטרף quod in Buxtorfianis Bibliis, aliisque extat, melius legitur שתטרף ſenſus vero verborum eſt: *Prius de loco in locum illam circumducunt, deſatigandi cauſa, ut ejus mens turbetur, atq; fateri occipiat,* Codex MS. Ez Hechajim, eadem habet, additurque ibi, illos, qui præſentes erant, cinxiſſe etiam mulierem corona, ut laſſitudini ipſi eſſent, & in eas anguſtias miſellam redigerent, ut quo ſe verteret, penitus neſciret.

4. Fores Templi] Haud inconvenienter: Scilicet, ſpecies quædam judicii, ſed ab ipſomet Deo peragenda erat, igitur ad Portam Templi itum, ſic enim quondam Senatores & Judices, jura civibus redditurі, in foribꝰ Templi, ac civitatum conſidebant; imo juxta portas urbium, & larium paternorum, certis caſibus, propter ſanctionem divinam Deut. XXII. promulgatam, de mulieribus adulteris, ſumtum eſt ſupplicium. Codex noſter MS. Ez Hechajim Hilch. Dajanim cap. 2. מעמידין שני בתי דינין של כ"ג כ"ג דיינים אחד על פתח העזרה ואחד על פתח הר הבירה וכן בכל עיר מישראל שיש בה מאה ועשרה או יתר מעמידין סנהדרי קטנה וישבת בשער העיר: id eſt: *Hieroſolymis conſti-*

tuta fuere judicia duo, quorum quodq; Judices XXIII. complectebatur, eorumq; alterum in Porta Atrii, alterum in Porta Montis templi, colligebatur. Pari ratione, in quoq; oppido, quod CXX. aut plures Judæi, incolebant, constitutum fuit Synedrium parvum, atq; ejus Senatores, in Porta Civitatis, jus dicebant. Porro in eodem MS. Hilch. Nidda cap. 2. traditur: הנערה מאורסה אם זנתה בבית אביה אעפ"י שלא העידו עליה עדים אלא אחר שבאה לבית חמיה נסקלת על פתח בית אביה ואם אין לה אב או היה לה אב ואין לו בית נסקלת בבית הסקילה ולא נאמ' פתח בית אביה רק למצוה: זנתה בבית חמיה קודם שימסור אותה האב אעפ"י שהעידו עליה אחר שחזרה אביה נסקלת על פתח שער העיר ואם היתה עיר שרובה גוים נסקלת על פתח בד: id est: *Virgo desponsata, si scortetur in domo Patris sui, licet testes indicium ante non faciant, quam in domum Soceri illa est deducta, lapidibus obruenda, juxta fores ædium paternarum. Quod si orba patre sit, aut habeat quidem patrem, ille vero ædibus careat, hoc supplicio, in loco, ei rei destinato, afficitur: nam domus paterna* (Deut. XXII, 21.) *mentio tantum fit,* τῆς δικαιοκρισίας ἕνεκα· *Si scortata sit in domo Soceri, antequam in hanc, Patris voluntate, plene concessit, etiamsi testes tantum post reversionem in domum paternam, delicti admissi indicium faciant, ipsa lapidibus obruenda, secundum Portam Urbis. Sed, si in ea urbe, majorem incolarum partem,* οἱ ἐξω *constituant, pœna hæc infligenda, ad fores Curiæ.* Forsitan mos in Portis Urbium judicandi, a Judæis, ad Hispanos traductus est. Nam cum in veteri Lege, Alphonsus Sapiens, edixisset Carmonensibus, ne neophyti, hæretici, desertores veræ religionis, & excommunicati, unquam in ulla porta confidendi jus habeant: *Mando y otorgo por fuero, que qualquiera, que aya estado de otra ley, o fuere sospechoso de heregia, o saliere de orden, o fuere publicamente descomulgado, que nunca sea en ningun Portillo.* Ad ea verba, Don Rodrigo Caro, en las Antiguedades y principado de la Ciudad de Seuilla l. 3. cap. 44. sequentia, quæ Latina, pro Hispanicis, Lectori damus, annotat: *Non sedere in Porta, est, non gerere Magistratum, quondam enim Judices judicabant in Portis Civitatum. Atq; sic quando Ecclesia pro Defunctis orat, ut illos Deus a Portis Inferni liberet, id precatur, ut Deus e sententia mortis æternæ, eos qui obierunt, eripere dignetur.* Cæterum, pro לשער המורח proque eo, quod mox sequitur, שער ניקנור ut Mischnæ habent editiones, in Talmude Amstelod. est בשערי המזרח & שערי ניקנור tam levi differentia, ut vix indicasse eam, operæ pretium sit.

5. Ori-

5. Orientales] Portæ hujus, facies anterior, Orientem reſpiciebat, perque eam patebat aditus, in Atrium Iſraëlitarum. In Occidente, e regione opponebatur, Sanctum Sanctorum, ſeu Templi adyta penetralia, ad quæ cum ſemper reſpicerent adorantes, ideo non Occidentali tantum, ſed &, quæ huic obvertitur, Orientali mundi plagæ, nata quædam inter Judæos veneratio, plena ſuperſtitionis, imo vero amentiæ. Exponemus rem, verbis Rambam Hilch. Bet Habbech. cap. 7. §. 9. e quibus conſtabit, etiam bonum Maimonis filium, aliquando in idem lutum cum cæteris Magiſtris prolabi, & in eo ſe volutare, אסור לאדם לעולם שיפנה או שישן בין מזרח למערב ואין צריך לומר שאין קובעין בית הכסא בין מזרח למערב בכל מקום מפני שההיכל במערב: לפיכך לא יפנה למערב ולא למזרח מפני שהוא כנגד המערב אלא בין צפון לדרום נפנים וישנים: id eſt: *Nunquam homini fas eſt, aut ventris onus ſecernere, aut dormire, inter Orientalem, & Occidentalem, Orbis plagas. Neq; opus eſt monere, nusquam gentium faciendam eſſe latrinam, inter hos mundi cardines, Sacrarium enim in Occidente eſt. Quam ob rem, nec Occidentem, nec Orientem verſus, urgenti naturæ ſatisfacere convenit, nam Oriens Occidenti reſpondet: quin potius inter Septentrionem & Auſtrum, tam abjicienda ciborum retrimenta, quam ſomnus capiendus eſt.* Ad Orientalem vero Portam ducenda erat Sota, quia præcipit Moſes Num. V, 16. והעמדה לפני יי id eſt: *ut ſiſtatur coram Domino.* At, ex veteri traditione, quæ habetur in Rabbot fol. 232. col. 2. בכל מקום שנ' לפני יי הוא במזרח: id eſt: *Quotiescunq; in Scripturis adhibetur Phraſis, CORAM DOMINO, ſemper de Orientali plaga, ſermo is accipi debet.*

6. Nicanoris] Ne diu hæreamus, in exponenda ratione, cur Atrii Virorum, Portæ Orientali, a Nicanore nomen inditum ſit, & in narrando miraculo, quod circa eam contigiſſe Judæi ferunt, facit induſtria Doctiſſimorum Virorum, Johannis Ligthfooti, & Conſtantini l' Empereur, quorum alter in Horis Talm. Chorogr. c. 30. alter in Middot. c. 2. ſect. 3. hanc rem præceperunt, illi igitur viſendi. Interim, iis quæ l' Empereur ex Talmud Hieroſolymit. de miraculo Portæ Nicanoris prodidit, omnino addendum fuerit, non in omnium Judæorum animis eam ſententiam inſediſſe, quod Porta Nicanoris ſub navigio paulatim e mari in portum prorepſerit. Nam, in Joma Babylonico fol. 38. a. ubi idem ex mente quorundam refertur, mox additur: ויא בריה שבים בלעתה והקיאתה ליבשה: id eſt: *Sunt, qui dicant, immanem marinam belluam eam ſubglutiviſſe, ac iterum in continentem evomuiſſe.* In

Confer Schevet Jehuda. p. 368. verſion. Gentii.

hoc Talmudis loco obiter emendamus vocem quæ videtur corrupta. Dicit enim R. Elieſer, Portam Nicanoris fuiſſe conflatam ex נחשרת קלוניתא. Atque recte quidem judicat Raſchi, ſignificari poſteriore vocabulo certam æris ſpeciem, ſed qualis iſta fuerit, non dicit, neque ulla fortaſſe unquam, reperta ejus nominis. Proinde opinor קלוניתא depravate ſcriptum eſſe, pro קורינתא & innui, *Corinthium æs*, Portæ huic præbuiſſe materiem. Corinthii enim æris quoddam genus Plinio l. 34. H. N. c. 2. teſte, Auri fulvam naturam imitatur, qualem ſplendorem, æs Portæ Nicanoris habuiſſe, Magiſtri ibidem, & in Middot cap. 2. perhibent. Magnam depravationem paſſa eſſe propria nomina in Talmude, ob Judæorum ſupinam in Hiſtoriarum, & Geographiæ ſtudiis, inſcitiam, norunt omnes, qui in ejus lectione, mediocriter ſunt verſati; atque velint nolint, ultro agnoſcere, id ipſi etiam Rabbini cogûtur. Unde, cum in Succa Talmudis Hieroſolym. cap. החליל legitur, Alexandrum Macedonē innumeros occidiſſe Judęos, in Urbe Alexandria: Baal Schalſchel. Hakkab. p. 29. b. id aſſertum tueri non valens, tandem ait: נוכל לומר שבהמשכות הזמן נפלו טעיות במעתיקי וברפוסים id eſt: *Licebit dicere, tractu temporis, irrepſiſſe vitia in Codices Manuſcriptos, & in impreſſos.* Enim vero, ut ad Portam Nicanoris, a qua receſſi, revertar, non levem hic diſſenſum, inter viros doctos, quos ſupra laudavimus, notare licet. Conſtantinus l' Empereur enim l. c. & in Ichnographia Templi, Nicanoris portam, ante Atrium Mulierum ſtatuit, ad eamque ex Antemurali, per gradus XII. fuiſſe aſcenſum exiſtimat. Contra Ligthfootus per Portam Nicanoris, patuiſſe aditum in Atrium Iſraëlitarum, ac XV. gradibus, Mulierum Atrio, eam fuiſſe editiorem, perhibet. Priori ſententiæ, quantum ſuſpicor, occaſionem dedit, quod Joſephus ὑπόστυλος l. 6. de Bello c. 14. verbis diſertis dicit, Portam Atrii Mulierum, ex ære Corinthio fuiſſe conflatam; cum vero idem hoc Rabbini de Nicanoris Porta prædicare videantur, igitur de eadem, utrisque ſermonem eſſe, l' Empereur arbitratus eſt. Interim, ſtat pro Cl. Ligthfooto vetus Talmudiſtarum traditio, quam toties in Hilch. Bet Habbech. tuetur Maimonides, ac ſequitur quoque Jacobus Jehuda Leo, in libello de Templo Hieroſol. a Cl. Sauberto Latinitate donato l. 2. cap. 44. Baal Schalſch. Hakkab. p. 15. b. nec non Abraham Medicus, in Schilte Haggibborim fol. 18. col. 3. imo non credimus, inter Rabbinos eſſe, qui diſſentiant, quare & nos huic opinioni, paulo ante ſubſcripſimus. Quod autem ad allatam modo, difficultatem attinet, ea tolli forſitan poteſt, ſi dicamus, fuiſſe omnino Portam Atrii Mulierum, Corinthiacam, cum Joſephus oculatus teſtis, ſic memoriæ prodiderit: habuiſſe item Portam Atrii Iſraëlitarum, a Nicanore nomen; ſed illos decipi Magiſtros, qui hanc Alexandria allatam, plane-

planeque æream fingunt, cum potius verum ſit, aurum argentumque, ut apud Joſephum eſt, illi ornatum præbuiſſe; inditum vero nomen eſſe, a Nicanore Duce, ætate Chaſmonæorum, Hieroſolymis occiſo; ceu alios quosdam Rabbinos ex Taanit c. 2. ſentire, autor eſt Baal Juchaſin, loco, quem Ligthfootus adduxit. Quia in eo ſumus, ut Templi Hieroſolymitani Portas contemplemur, priusquam hinc discedimus, age eam quoque, quando ſic fert occaſio, quæramus, quam Lucas Actor. III, 2. 10. Ὡραίαν vocat. Ii, cum quibus hactenus egimus, viri eruditi, Ligthfootus, & l'Empereur, nunc in eo rurſus conveniunt, fuiſſe hanc Portam, in Orientali plaga, Atrii mulierum; cui ſententiæ, ne penitus accedam, ſcrupulus facit, qui injicitur. Principio enim dubito, num juxta Atrii Mulierum Portam, ob loci religionem, fas fuerit homini claudo, & qui ne loco quidem ſe movere poterat, conſidere, ſtipemque colligere. Scilicet, ſi ut eſt in Kelim cap. 1. §. 9. בין האולם ולמזבח אין בעלי מומין ופרועי ראש נכנסים לשם: id eſt: *Locus inter Porticum & Altare, tam ſanctus erat, ut* (etiam Sacerdotibus) *corpore vitiatis, aut nudis capite, in eum ne quidem ingredi liceret:* jure quis ambigat, num mendicis ægris, & corporis vitio laborantibus, fuerit conceſſum, ut prope Portam Atrii mulierum, aſſidue eleemoſynam peterent. Et ſane, cœcum quoque natum, apud Johannem, non intra, ſed extra templum mendicaſſe, patebit, ſi Evangeliſtæ cap. VIII. verſ. ult. cum cap. IX. verſ. 1. & 8. conferantur. Porro, nec Porta Atrii Mulierum, ſatis commoda apparet, ad ſtipem colligendam; utique enim magis e re erat, juxta extimam aliquam ſedere, ut tanto plures, & imprimis pii Alienigenæ, undecunque gentium Hieroſolymam ad ſacra facienda confluentes, & ipſis Judæis haud dubie liberaliores, poſſent exorari. Ergo, ſalvis aliorum judiciis, mihi quidem probabile fit, τὴν θύραν τῦ ἱεροῦ, τὴν λεγομένην Ὡραίαν, in Gentium Atrio extitiſſe. Et vero, fallor, an ipſe Lucas id aperte indicat, quando de claudo ad illam portam confidente ſic v. 3. loquut, deprehenditur? ἰδὼν Πέτρον καὶ Ἰωάννην μέλλοντας εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν, ἠρώτα ἐλεημοσύνην λαβεῖν· item quando v. 8. de jam ſanato ſcribit: Καὶ ἐξαλλόμενος ἔστη, καὶ περιεπάτει· Καὶ εἰσῆλθε σὺν αὐτοῖς εἰς τὸ ἱερὸν· Ex his enim, omnino conſequitur, nondum Petrum & Johannem, per Atrium Gentium, & Antemurale penetraſſe, ſed extra omne Templum fuiſſe conſtitutos. Cæterum, huic opinioni illud unum adverſatur, quod Lucas, Portam, juxta quam locabatur mendicus claudus, Ὡραίαν vocat, quæ appellatio in nullam ex Templi extimis portis, videtur quadrare, bene autem in Orientalem Atrii Mulierum, cujus ſpeciem tantopere Joſephus deprædicat. Audebo, & hic dicere, quid in mentem mihi venerit. Nimirum, cenſeo, vocem Ὡραίαν non tam vertendam eſſe, *Specioſam*, aut *Pulchram*, ceu tranſtulere Interpretes, quam, *Lætam*, *Hilarem*, *Amœnam*: Sic enim & Cantic.

Cantic. I, 15. pro הנך יפה רודי אף נעים *Ecce tu pulcher es dilecte mi & amœnus*: LXX. dixerunt: Ἰδοὺ σὺ καλὸς ἀδελφιδός μου καὶ ὡραῖος. Ergo, cum hanc explicationem vocabulum admittat, eſt fortaſſe πύλη ὡραία, ipſa Porta orientalis Atrii Gentium, dicta alias שער שושן ſeu *Porta Suſan*, hanc enim, *Portam Gaudentem, vel Lætam; vel Gaudii, & Lætitiæ*, (Sic vox SUSAN, in Interpretatione veteri nominum propriorum, quæ in Bibliis occurrunt, & quam bis in membrana deſcriptam poſſidemus, exponitur;) merito quis vocaverit. ששון enim & שושן cognatæ voces ſunt, ac frequentiſſime Judæi propria nomina appellativorum notione, in ſimilibus caſibus uſurpant, ceu alias a me oſtendetur. Sive autem Porta hæc, Suſan dicta fuit, quia in ea ſculpta fuit figura Suſan metropoleos Perſicæ, in ſubjectionis ſignũ, quod ex Gloſſa Middot l' Empereur cap. 1. ſect. 3. & quoque Ligthfoot, contendunt: ſive, quo magis cum Baal Juchaſin pag. 65. b. inclino, verior eſt expoſitio, Interpretum aſſerentium שוה עשו בני הגולה כדי שיזכרו הנס של פורי שנעשה בשושן: id eſt: *Imaginem Suſan a Judæis e captivitate poſtliminio reverſis, expreſſam eſſe, in memoriam miraculi Purim, quod in ea civitate acciderat*: Haud enim credibile eſt, Judæos, æternum ſubjectionis Perſicæ ſignum, tolerare voluiſſe, etiam, cum illius gentis ſupercilium non amplius formidarent. Nihilo minus, utra, inquam, harum opinionum in re fundamentum habet, nihil cauſæ hactenus decedit. Nam, ſi Suſan ſubjectionis fuit ſignum, receptiſſimo more ſuo Judæi, mali ominis rem in melius converterunt, & quod triſtitiæ nota erat, gaudium ac hilaritatem interpretabantur. Si vero, ob Eſtheris memoriam, imago urbis Suſan efficta eſt, merito LÆTA dicitur Porta, quæ in mentem revocabat, rem, qua nulla unquam, Judæis majorem gaudii ac hilaritatis occaſionem præbuit, quæq; etiamnum ſeris Nepotibus, cor intra præcordia exultare facit, quoties de ea cogitant.

7. Quippe ibi &c.] Cur ita pronunciet Miſchna, ratio redditur in Gemara noſtra fol. 8. a. & Jalkut fol. 207. col. 1. Quæ, quia contorta videtur, ideo eam non adducimus. Indubie autem hoc loco, cum editionibus Miſchnæ, & Jalkut, legendum מטהרין ſic, ut מטהרות quod in Talmude Amſtelod. comparet, pro vitioſo haberi debeat.

8. Sacerdos] Ecquis iſte fuit, & qualis? Petrus Cunæus l. 1. de Republica Heb. c. 12. docet Sacerdotem qui pars Senatus erat, hoc officio functum eſſe. Sed, num idonea fultus autoritate, id dixerit, fere animi pendeo. Quid enim, num ſi nemo Sacerdotum in Synedrium lectus fuiſſet, ob hanc cauſam ceſſaturum erat, mulieres adulterii ſuſpectas explorandi, beneficium? Minime vero gentium, & alia omnia credere, ratio po-

tio poſtulat. Equidem, non ignoro, in Supremum Senatum, Sacerdotes communiter fuiſſe adſcitos, veruntamen, id abſolute neceſſarium non erat, & aliter res ſe habere potuit. Eſt in hanc rem locus illuſtris apud Maimonidem Hilch. Sanh. c. 2. §. 2. quem Doctiſſimus Caſaubonus Exerc. 13. adv. Baron. n. 5. quoque laudat, etſi eum paulo negligentius adduxit, transtulitque. Sic habet integer: מצוה להיות בסנהדרין גדולה כהני ולויים שני ובאה אל הכהני הלוי ואם לא מצאו אפילו היו כולם ישראלים הרי זה מותר: Quæ interpretor: *Factum bonum eſt, ſi in Synedrium legantur Sacerdotes & Levitæ; Scriptum enim* (Deut. XVII, 9.) *Et adibis Sacerdotes Levitas. Sed, ſi inter hos* (iſto honore digni) *non reperiantur, ſi maxime totus Senatus, Judæis laicis conſtet, pro legitimo habendus eſt.* Quæ cum ita ſint, haudquaquam firmo talo ſubſiſtit Cunæi opinio. Interim, nec Judæi ipſi, ſatis in hac re ſibi conſtant. Nam in Jalkut fol. 206. col. 4. traditur: כהנים מטילין גורלות ביניהם וכל מי שעלה גורלו אפילו כהן גדול יוצא ועומד בצד סוטה: id eſt: *Sacerdotes inter ſe Sortem jaciunt, & quem ea tetigerit, etiamſi ipſe fuerit Summus Pontifex, ad explorandi munus ſe accingit.* Contra, in noſtris Annotationibus MS. ſuper R. Salomonis Comment. in Legem, aſſeritur, has partes relictas לכהן שבאותו משמר: id eſt: *Sacerdoti τῆς ἐφημερείας, quam ordo miniſterii ſacri tangebat.* Hanc ſententiam, priori prætulerim, quando nihil cauſæ video, quare, cum cætera omnia munera ſacra, peragerent ſtatis ſuis temporibus, cujusque Claſſis Sacerdotes, ad ſolam Sotæ explorationem, quisque, ex quocunque ordine, extra legitimum miniſtrandi tempus, potuerit admitti. Inter ipſos vero, divinis officiis fungentes, ἐφημερίας Sacerdotes, quis circa Sotam occupare ſe deberet, ſorte exploratum fuiſſe, libens conceſſero. Etenim, iſta ratione diviſa eſſe munera, ex Joma c. 2. & ex Tamid paſſim, conſtat. Ejusdem rei teſtimonium, habemus quoque in Novo Teſtamento. Lucas enim cap. I, v. 9. de Zacharia ait: Κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἱερατείας, ἔλαχε τοῦ θυμιάσαι: Quæ verba, inter omnes, quotquot nobis conſulere licuit, Interpretes, ſolus, optime intellexiſſe videtur, vetus Vulgatus; vertit enim ſcitiſſime: *Secundum conſuetudinem Sacerdotii, ſorte exiit, ut incenſum poneret.* Λαγχάνειν enim, pro κλήρῳ aut κυάμῳ λαβεῖν, apud Scriptores, non eſt infrequens. Nos igitur, ex duabus differentibus, Judæorum ſententiis, aliam tertiam facimus, & veritati quidem ſimillimam.

9. Nihil penſi habens &c.] Eruditiſſimus Heinſius, in Ariſtarcho c. 28. phraſin hanc, ad verbum vertit: *Si rumpantur veſtes, rumpantur; ſi diſſuantur, diſſuantur.* Nos, ſenſum expreſſimus, præeunte MS. Codice noſtro Ez Hechajim, ubi in Hilch. Malkut c. 2. pro

altera illa, Miſchnæ noſtræ locutione, ſubſtituitur, plane uti tranſtulimus : ולא יחוש אם יקרעו או יפרמו Quomodo vero פרימה & קריעה inter ſe differant, docet Buxtorf. Lexic. Talmud. voce פרם. ex Baal Aruch. Cum ejus expoſitione, conſentit Maimonides, Comment. in Miſch. noſtram, inquiens : ונקרעו שנקרעו באורך ונפרמו שנקרעו מן הצדדין id eſt : *Verbo* קרע *indicatur ſciſſio veſtium, ſecundum longitudinem, verbo autem* פרם *ea, quæ fit in lateribus*, (ſive futuris.)

10. **Sinum mulieris denudaret**] Id fiebat, ut Mulier eo magis afficeretur ignominia. *Brandſpiegel* c. 16. *Auch reiſt der* כהן *(der* Sota*) die Kleider auf, alles von vvegen Schand.* Quippe, etiam nunc, ingens probrum eſt, ſi mulieris Judææ, quantulacunque corporis pars, præter eas, quas honeſte omnes oſtendunt, queat conſpici. Hinc idem inculcat Autor : *Ein jegliche Frau, ſol haben gantze Kleider, vvann ſie ſchon nit gut ſeyn, neiert gantz, und reintlich, daß ihr nicks blos am Leib heraus geht, und die überhembder nit offen ſeyn unter der Ackſel : und die Weiber, die ſich zu Fleiß machen ſolche überhembder, die offen ſeyn unter der Ackſel, die vverden kein Freud ſehen an ihren Kindern, und es vvär beſſer, ſie hätten keine Kinder.*

11. **Crines quoque ejus explicabat**] Joh. Seldenus judicium ſuum, eruditionemque, non adhibuit in conſilium, cum lib. 3. Ux. Hebr. c. 15. illam, quam perſequimur rem, enarrans, ſcripſit : *Sacerdos tunc alius, veſtes ei corde tenus dilacerabat, nudato uſq; ad crines capite, cincinnos, ſi qui erant, abſcondebat.* Nam, ut verbo tantum moneam, omnium Rabbinorum conſenſu, nequaquam alium, ſed unum eundemque Sacerdotem, peregiſſe omnia : tum etiam illud alterum, nulla ratione ſalvari poteſt, quod deceptus vocis Hebrææ, ambiguitate, Sacerdotem, cincinnos mulieris abſcondiſſe docet, quos tamen certum eſt, ab illo fuiſſe ſolutos, perque humeros ſparſos : סתר enim hoc loco non *Abſcondere*, ſed *Diſturbare* notat : quam aſſertionem præter argumentum, quod Miſchnæ noſtræ contextus συμφέρεται, liquido ſuppeditat, in promtu quoque eſt, confirmare ipſis Judæorum interpretationibus. Autor libri *Brandſpiegel* c. 62. *Da führt man die* Sota *zum* כהן *der ſtellt ſie zur Thür des* בה"מ, *und reiſt ihr forn die Kleider auf, und zieht ihr den Schleyer ab, und flicht ihr die Zopff auf, daß ſie in Haaren ſteht.* Idem c. 16. *Die* תורה *hat geheiſſen die* Sota *ſtellen in Haaren, und der* כהן *flicht ſie auf.* Sic in Notis quæ adjiciuntur Pentateucho Judæorum Germanico, Paraſcha נשא. *Er thut ihr auf die Flechten von ihre Haar.* Zenna Renna fol. 92. column. 4. *Der* כהן *macht ihr die Zopff auf, und vvirfft ihr die Haar hin und her.* Nullum igitur dubium relinquitur,

Sotæ

Sotæ crines, à Sacerdote fuiſſe diſplicatos, atque ſi Jalkut, fol. 207. col. 2. ſequimur, oculos avertendo, retroſpexit Sacerdos, cum ita Sotam tractaret. In Rabbot fol. 230. col. 3. ſuperſunt quoque verba, quibus hoc agens, uſus eſt Sacerdos, dixiſſe enim fertur: את פרשת מדרך בנות ישראל שדרכן להיות מכוסות ראשיהן והלכת בדרכי הגוים שהן מהלכות ראשיהן פרועות; id eſt: *Tu peccaſti contra conſuetudinem filiarum Iſraëlis: Ipſæ enim, caput tegunt; tu vero, Gentilium faminas, imitata es, quæ nudis capitibus, ſic obambulant.* Scilicet, quia de adulterio ſuſpectæ, aperto ſtabant capite, מכאן לבנות ישראל שגלוי הראש גנאי להם: ut Raſchi ait ad cap. V. Numer. v. 18. id eſt: *Exinde diſcimus, nuda capita, probro eſſe fœminis Judaicis.* Adde Cetubot fol. 72. a. Atque hinc, illa ſolicitudo ortum habet, qua Judæorum mulieres hodienum, crines ſuos abſcondunt, ne a quoquam conſpiciantur; nam illos ſolvere, vix ſolis, & in interius conclave ſeſe abdentibus, permittitur: Suntque inſuper perſuaſæ a Magiſtris, malignos Spiritus, in capillos ſuos ſi paſſi ſint, actutum involare. Non vidi, qui curatius de hac re egerit, Autore libri *Brandſpiegel*, & proderit, pluſcula ex illo, in medium proferre. Sic habet p. 49. b. *Wann ein Frau, allein is, in einem* חדר *vvol verſchloſſen, da thar ſie gleichvvol nit nacket gehn, oder mit bloſen Kopff, die heilige* שכינה *is überal: auch mocht es ſich treffen, es vver ein groß Geſchrey, da möcht ſie vor Schrecken heraus lauffen, auch thut ſie von ſich Gottesforcht, oder muß ſich fürchten der* שד *vvird ſie ruffen, und ſie thut auf.* Sequitur p. 51. a. *Ein Frau die ſich abſchleyert, oder außzieht, und gedenckt, kommt ein fremder Mann, da vvill ich flucks alles umhüllen, und vvill die Hand auf den Kopf legen Unſer* חכמים *loſen ſich nit begnügen an dem, Wann ſie geht eingehüllt, da gedenckt man, daß ſie is nacket geveſen, und mocht Sünden mit den Gedancken, und daß ſie den Kopff mit der Hand zudeckt, rechnen es die* חכמים *as barhauptig: vvill ſie das Fürtuch auf den Kopf legen, da deckt ſie ſich fornen auf. In* פרקי ר' אליעזר *ſteht, ein boſer* מלאך *heiſt* עזואל *is drauf geſetzt, vvann er ſieht aſo ein Frau, as ich da ſchreib.* Denique pag. 54. a. traditur: *Die* חכמי הקבלה *ſchreiben, daß ein jegliche Frau ſol ſehr gevvarnt ſeyn, an Züchtigkeit und* בפרט *mit den Haaren, vvie viel boſes Leid, kommt davon, von Himmel und Erd, auff ſich, und auf ihren Mann, und auf ihre Kinder, und bringt Armuth ins Haus. Schreiben von vvegen* ר' שמעון בן יוחאי *vvo einer Frau ein Haar heraus geht, da kommen die boſen* רוחות *und ſitzen drauf, und verderben alles im Haus, und die* גמרא *zählt dreyerley an einer Frauen, is ein Schand; vvann ſie hoch ſchreyt, und vvann ſie vveiſt den Leib, und die Haar gehnen ihr heraus.* Fallor, an huc pertinet, quod vulgo Judæis

(fortaſſe etiam multis, e noſtra plebe) creditur, Mulieres Veneficas, non vehi poſſe per aëra, niſi capillis paſſis? Quaſi, cum hi conditi ſunt, dæmon poteſtatem in Sagas exercere, & e ſuis locis dimovere eas, neque-at. Baal Chaſidim Numer. 464. השטריאה צריכין לנפץ שערם קודם שיברחו לכך משביעין אותן שתבאי בנפוץ שער ולא תהא רשאה לצאת אלא ברשותי: id eſt: *Striges, ſi aliquò contendere velint, crines prius ſolvere debent. Quamobrem, in adjurando eas, utuntur verbis:* (Volo, jubeo,) *ut venias crinibus paſſis, &, ne ſine mea venia, recedas.* Hactenus allata, annotanda duximus, propter locum difficilem, 1. Cor. IX, 10. quo Apoſtolus, Fœminis imperat, Ἐξουσίαν ἔχειν ὀφὴ τῆς κεφαλῆς, διὰ τὲς Ἀγγέλυς· Etſi enim minime exiſtimo, eandem S. Paulo, quæ Judæis eſt, mentem fuiſſe, tamen hanc ſpeciem habent verba, & ſaltem aliquid, ad ea magis illuſtranda, conferre poteſt, quod Magiſtri produnt, nam, & Veritati contrariis, ſæpe mens noſtra, in intelligendo juvatur. Ad ipſum autem locum Apoſtoli, quod attinet, video, hunc Viros Doctos, varie exercuiſſe. Ampliſſimus Gothofredus, in ſua, de Imperio Maris, ſeu ad l. 9. D. de L. Rhod. de Jactu, Diſſertatione, non ſolvit nodum, ſed ſecat. Pro voce Ἐξουσίαν enim, Ἐξυβίαν quæ Exuvias, & velamentum capitis, notat; pro Διὰ τὲς Ἀγγέλυς, ipſe Διὰ ἀγελαίυς, vel διὰ τὰς ἀγέλας, legere jubet, atque ἀγελαίυς, aut τὰς ἀγέλας, *Juvenum greges*, interpratur; ut, propter Juvenum illecebras, & cupiditates, oportere fœminas velatas eſſe, ſecundum Gothofredum, Apoſtolus ſcripſerit. Laudo ingenium, non tamen iis, quæ Vir Inſignis exigit, morem geſſerim. Nam, ſi qui ſunt, quibus religio eſt, in ſacroſanctis literis, citra Scripti Codicis, aut Veteris Interpretis, vel S. Patris cujusdam, occaſionem, ἰῶτα ἕν, ἢ μίαν κεραίαν, ex proprio ingenio tollere, aut immutare, in his ego, quoad vixero, nomen profitebor meum. Quin, nec ἐξυβίαν, pro ἐξουσίαν, legere, ulla evidens nos compellit neceſſitas, & ſine correctione ſenſus conſtat. Amplector enim, illud, neſcio cujus Veterum, in Catena Oecumenii, ſuper Epiſtolas, p. 450. Ἐξουσίαν ἔχειν τυτέςι κάλυμμα, ἵνα φαίνηται, ὅτι ὑπὸ ἐξουσίαν τυγχάνει· τὸ γὰρ κάλυμμα κάτω ἄγειν ἢ κεκρύφθαι ποιεῖ, ὅπερ σύμβολόν ἐςι ἢ δεικτικὸν, τῆ ἀρχῆς ἀυτῆ· His admiſſis, res omnis ſalva eſt. Deinde, ad alteram correctionem, progrediendo, ſi maxime ἀγέλας παίδων, Strabo (ad hunc enim provocat Gothofredus) dixiſſe deprehenditur, tamen, ſi recte putemus, haud magnum id ejus cauſæ adjumentum præbet. Quippe, ἀγέλας ſimpliciter, nudeque, de Juvenum gregibus, Veteres, & præcipue Sacros Scriptores, uſurpaſſe, id vero probandum erat, ſi qualitercunque, Emendationem ſuam probabilem reddere, moliebatur. In Opuſculis, quæ ſub Pauli Colomeſii nomine, nuper Ultrajecti prodierunt, p. 78. *Angelorum nomine*, inquit Autor, *ſpirituales DEI miniſtros*

ſtros vulgo intelligunt Theologi; ſenſu frigido. Nos, cum bona ipſorum venia, Angelos hic dici putamus, viros ſanctos & fideles, quomodo Sethi poſteri Gen. VI, 2. in antiquiſſimo Codice Alexandrino verſionis LXX. Interpretum Ἄγγελοι θεοῦ *vocantur.* Quod Colomeſio in mentem venit, idem jam olim viſum fuerat Clementi Alexandrino, cujus verba Oecumenius p. 451, allegat, & nos ex iſto: Ἀγγέλους φησὶ τοὺς δικαίους καὶ ἐναρέτους· Κατακλυπτέσθω οὖν, ἵνα μὴ εἰς πορνείαν ἀυτοὺς σκανδαλίσῃ· Sed, huic opinioni, illud forſitan incommodat, quod ſoli fere imbecilli fide, & quorum virtus in mores nondum tranſiit, offenduntur intuitu fœminarum, ac perturbationibus ſuis, fræna laxant. Ergo, his ſuccurrendum, deque illis potius ſermo concipiendus erat. Boni enim, ſanctique viri, non ſolent βλέπειν γυναῖκα, πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι ἀυτῆς, quin, vincunt cupiditatum illecebras, nec facile majore re, nedum crinibus mulierum, ad μοιχᾶσθαι ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, ſolicitantur. Non alienum vehementer eſt ab inſtituto, quod in Cetubot c. 2. legitur: רב אחא מרכיב הכלה אכתפיה ומרקד אמרי לית רבנן אנן מהו למעבד הכי אמר להו אי דמייא עלייכו ככשורא לחיי ואי לא לא; id eſt: (Cum ſit inter præcipua bona opera, Sponſum & Sponſam, in die Nuptiarum exhilarare, igitur, hoc officio functurus,) *R. Acha, Sponſam humeris imponere ſolebat, ac ita ſaltare. Quærunt ex eo Rabbini: Num idem, & Nobis licet? Ait illis: Si* (tantum, in via ad Bonam Mentem, profeciſtis, ut Sponſam geſtando,) *ſignum vobis ferre videamini, id fas eſt; ſecus vero, illud neutiquam conceditur.* Quid, ſi omnem, ubi vexatus Scripturæ locus, habetur, contextum conferendo, quis dicat, Apoſtolum comparationem inſtituere inter Mulieres, & Angelos, atque hoc velle: Vir, quia poteſtatem exercet in Mulierem, & ob iſtud imperium, quaſi quodam ſingulari jure imago & gloria DEI eſt, (vide c. 19. C. 33. q. 5.) igitur in ſacris quoque cærimoniis, illi capite aperto eſſe permittitur. At Fœmina, cum propter Virum condita ſit, eique ſubjiciatur, in ſacro cœtu velare caput debet, nam & Angeli, cum quodammodo cum Mulieribus conveniant, & ſint λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν, & ipſi, κατ' οἰκονομίαν loquendo, idem hoc agunt, hymnosque DEO cantantes, alis ſuis, faciem obvelant: Eſai. VI, 2. Facit huc, quod per ſimilem κατάβασιν, Petro in 1. Epiſt. c. I. v. 12. Angeli dicuntur in ſacro ſancta myſteria παρακύψαι, quaſi limis oculis, ſubter peplum clanculum ſpectarent. Enim vero, nihil quicquam aſſerimus, ſed Sapientiorum judicio penitus nos ſubmittentes, ad Judæos noſtros, quos deſeruimus, revertimur; qui, uti cuique bono operi, ſuam, apud DEUM repoſitam mercedem volunt, ita magna manere præmia eas Fœminas dictitant, quæ diligentiſſime, & cum omni circumſpectione,

crines occulunt. Habemus exemplum in Joma fol. 47. a. ubi legitur: שבעה בנים היו לה לקמחית וכלן שמשו בכהונה גדולה אמרו לה חכמי מה עשית שזכית לכך אמרה להם מימי לא ראו קורו ביתי קלעי שערי; id est: *Kimchit VII. peperit filios, quorum quisq; Pontificatu ſummo functus eſt. Quæſtvere igitur ex illa Sapientes: Quid feciſti, ut tantæ felicitatis, compos fieres? Reſpondit ipſa; nullo unquam tempore, viderunt trabes domus meæ, cincinnos meos.* Adi librum שני לוחות הברית fol. 71. b.

13. R. Judas] Cauſam, quæ R. Judam impulit, ut a communi Sapientum opinione, recederet, affert Maimonides, Comment. in Miſch. ex Gemara fol. 9. a. Metum enim eſſe ajebat, שמא תצא נקייה וישחקו בה פרחי כהונה id eſt: *Ne forte, ſi* (Sota formoſa,) *innocens deprehendatur, juvenes Sacerdotes*, (ob viſas ipſius maſſas, ac crines,) *eam derideant.* Sed, ſubjungit Maimonides: וחכמי מפקידין בניולה ובגנותה והלכה כחכמים id eſt: *Sapientes, tantum ad eam fœdandam, & inhoneſtandam attendunt, atq; horum opinione ſtandum eſt.*

V I.

1 SI quæ (*Sota*) albis induta erat veſtibus, eam 2 nigris operiebat; 3 Si auro, monilibus, inauribus, ac annulis ornaretur; auferebat iſta ab eâdem, ut illam deturparet. His ita peractis, accepto 4 laqueo ſaligno, eodem 5 mammas ſupra, illam 6 præcingebat. 7 Omnibus ſpectare volentibus, ſpectatum venire, permiſſum erat, 8 ſolis ſervis atque ancillis, mulieris reæ excluſis, ne in eos, ipſius animus, ſpem aliquam reponeret, 9 Mulieribus etiam quibuscunque, huic rei intereſſe licebat.

ו

היתה מכוסה בלבני מכסה בשחורי היו עליה כלי זהב וקטליאות נזמים וטבעות מעבירם ממנה כדי לנוולה ואחר כך מביא חבל מצרי וקושרו למעלה מדדיה וכל הרוצה לראות בא לראות חוץ מעבדיה ושפחותיה מפני שלבה גם בהן וכל הנשים מותרות לרואתה שנאמר

ונוסרו כל הנשים ולא תעשינה כזמתכנרי׃

licebat. Q.S.E. (Ezech. XXIII, 48.) *Ut erudiantur omnes fœminæ, ne faciant ſecundum ſcelus veſtrum.*

ANNOTATA.

1. Si quæ albis induta] Miſchnæ Editiones habent היתרי מכוסרי Talmud vero Amſtelod. היתרי מתכסרי quorum utrumque bene ſe habet. Similes, in veritate lectionum, minutiæ aliæ, in ſequentibus cum ſe offerent, eas, conſilio miſſas faciemus. Id ſemel monuiſſe ſufficiat.

2. Nigris operiebat] Poſt hæc ſupplent Smag fol. 138. col. 4. & Maimonides Comm. in h. l. ex Toſephot. ואם היו השחורין נאים לרי מתכסרי בבגדים שאין להם נוי: id eſt: *Si quam vero, pullæ veſtes ornarent, aliis, in quibus nulla ei ſpecies, induebatur.*

3. Si auro] In Talmud Amſtelod. nec non Miſchna quæ vocales adſcriptas habet, & Jalkut, eſt היתרי עלירי. Sed præfero היו עלירי ceu legit Menaſſe, in ſua Miſchnæ editione.

4. Laqueo Saligno] Quis vocum חבל מצרי ſenſus ſit, non caret difficultate. Maimonides, & Baal Smag, ſequentes Talmud Hieroſolymit. accipiunt de funeÆgyptiaco, atque talem ſi copia ejus haberi poſſet, adhibitum aſſeverant; ſin minus, undecunque allato, uti licuiſſe. Horum ſententiam, ex parte ſuam fecit, Seldenus, dum in Ux. Hebr. l. 3. c. 15. ſcribit: *Funem, ſi comparari poſſit Ægyptio (quo Ægypti miracula in animum ei facilius reducerentur) veſtes ei laceras ſupra mammillas, circumcingebat.* Quibus verbis, quod ad funem quidem attinet, convenit ei, cum laudatis Scriptoribus; ſed, in aſſignanda ratione, ab iis receſſit, neſcio quo compulſus argumento; nec enim tam abſurda cauſa eſt, quam reliqui aſſignant, adhibitum nimirum funem Ægyptium, כדי להזכירה מעשה מצרים שעשתרי: id eſt: *Ut in mentem ei Sacerdos revocaret vitia Ægyptiorum, quæipſa eſt imitata.* Porro, Cl. Buxtorfius in Lexic. Talm. p. 1243. optime factum credit, ſi quis petita ſignificatione a radice צור per חבל מצרי intelligat *Funem parvum, ſubtilem.* At, quia hæc Interpretatio, & exemplis ſimilibus, & autoritate Rabbinorum deſtituitur, non a me impetro, ut illi ſubſcribam. Quin igitur, mihi propius ad verum accedere videtur, R. Salomonis Jarchi, in Com. in h. l. & utriusq; Aruch, expoſitio, quibus חבל מצרי *Funem vimineum ſeu ſaligneum* notat, factum ex corticibus illius arboris. Ab hac ſententia

tentia non longe abit liber antiquiſſimus ספרי in quo teſte Jalkut, (ipſe enim Liber ad manum non eſt) pro חבל מצרי eſt חבל מגג ſive *funis junceus.* Et vero, ſi oſtendi poſſet, apud Judæas quoque mulieres, obtinuiſſe veterem conſuetudinem, quam ex Alexide Comico, apud Athenæum, inter alias Gentes receptam fuiſſe, docet, Vir egregie doctus, Samuel Petitus lib. 7. Miſcell. c. 9. ut ſcilicet fœminæ, ventrali e virgis ſalignis confecto, ventris tumorem comprimerent, & cohiberent, quo graciles, formoſæque viderentur; nihil æquius erat, quam ut adulterii ſuſpecta, funе ſaligno ligaretur; quo etiam in iſta re, ſicut in aliis omnibus, τὸ μέτρον ἀντὶ τοῦ μέτρου, locum reperiret. Equidem memini, legiſſe me in Talmude aliquid de ventralibus, ſed jam, explicare rem dicere non poſſum, deliberabo amplius, & in ſequentibus faciam indicium.

5. Mammas ſupra] In ſolo Jalkut fol. 207. col. 2. ex Siphri, deprehendo R. Elieſerem docuiſſe, שני חגורים היתה חגורה אחד למעלה מדדיה ואחד למטה מדדיה: id eſt: *Bis cincta fuit Sota; ſemel ſupra, & iterum, ſubter mammillas.* Cum vero de hac re, in Gemara noſtra, & aliis Scriptoribus, altum ſit ſilentium, vix eſt, ut credam, pro R. Elieſere veritatem militare.

6. Præcingebat] Cingenda erat mulier rea, כדי שלא ישמטו בגדיה מעליה: id eſt: *Ne veſtes penitus prolaberentur:* ita cauſam indicante Gemara fol. 8. b. nam Sacerdos, eas ruperat, & lacerarat. Cæterum, quia de præcinctura, hactenus agendum erat, mentem ſubiit argutum, ſolers, acutiſſimumque dictum, quod olim quidam Judæus, qui ad me, Viennæ Auſtriacæ viſerat, cum diſcedere vellet, pro memoria mihi ſuggeſſit, morem in ea re, & Inſtituta Majorum, obſervare volens; de quibus in Erubin fol. 64. a. רבא בר שומני ורב מנשיא בר ירמיה מגיפתי הוו קא מפטרי מהדדי אמעברא דנהר יופטי אמרי נימא מילתא כל חד וחד מינן דלא שמיע ליה לחבריה דאמר מרי בר רב הונא לא יפטר אדם מחבירו אלא מתוך דבר הלכה שמתוך כך זוכרו: id eſt: *Raba, filius Schumni, & Raf Menaſchja, Jeremiæ filius, Giphtenſis, diſceſſuri a ſe invicem erant, juxta trajectum fluminis Juphti, quare, Dicamus, inquiunt, alter alteri, rem, nunquam prius auditam. Nam, ſic præcepit Mari, R. Hunæ filius: Nemo a ſocio diſcedat, niſi inter medium aliquod ſapiens dictum, ſic enim evenict, ut ſemper ſui ſervet memoriam.* Et hercle, effecit is homo, ne unquam ejus poſſim obliviſci, & adeo, ut ſcitum illud, quod protulit, nunc memoriæ conſecrem. Ajebat vero, ortam aliquando in Germania controverſiam, de Caſeis, neſcio qua ratione confectis, num iis veſci fas eſſet? Cumque non poſſent convenire

convenire inter ſe Academiarum Judaicarum, per Europam Doctores, tandem; poſt multas altercationes, neceſſe erat deferre litem, ad ſupremum in urbe Hieroſolymitana Magiſtrum. Ad hunc, cum pro conſuetudine, multa urbanitate refertam Epiſtolam, Europæi dediſſent, & verboſe tum ipſum dubium, tum rationum momenta indicaſſent, ipſe duobus tantum verbis reddidit reſponſum, magnæ chartæ inſcribens ex Exod. XII, 11.

מתניכם חגרים

id eſt: *LUMBI VESTRI SUCCINCTI SUNTO.*

Allatis literis, cum, quo valeret dictum, nemo intelligeret, diu multumque conferre cœperunt conſilia eruditiores, etſi fruſtra. Fuit poſtremo, qui arbitrabatur, conſulendam eſſe Onkeloſi Paraphraſin Chaldaicam, ſi forte exinde, ſubſidium aliquod, ad eruendum ſenſum reconditum, & abſtruſum, peti poſſet. Ceſſit id ex voto, nam, pro verbis memoratis Hebraicis, ibi offendebant חרציכון יהון אסירין quæ, non tantum, *Lumbi veſtri ſuccincti ſunto*: ſed & præterea, alio ſenſu: *CASEI VESTRI INTER RES PROHIBITAS HABENDI*, ſignificant. Sive hæc, ita geſta ſunt, ſive a quoquam, ad ſimilitudinem veri efficta, tam ingenioſum tamen hoc inventum eſt, ut nihil ſupra. Crediderim, ex iſta re, occaſionem ſumſiſſe alios, ultra progrediendi acumine ſuo, & carmina quoque integra, quæ eâdem opera, toto genere diverſas linguas, ſimul exprimerent, meditandi. Non habeo ſatis exploratum, an quisquam usquam gentium, tale quid, præter Judæos auſus ſit, ſcio tamen, Junilium, Epiſcopum Africanum, l. 1. de part. Div. Leg. c. 9. pro re impoſſibili id habuiſſe, cum ſcriberet: *Nulla dictio, Metrum in alia lingua conſervat, ſi vim verborum, ordinemq; non mutat.* Quando igitur, digna admiratione res eſt, hujus quoque dabimus exemplum, ut ii qui inter nos, otio, & ingenio, abundant, ac Muſis, & Apolline faventibus, nati ſunt, periclitentur, num quid ſimile, poſſint dare effectum. Enim vero, primus ſolertiæ iſtius, indicium mihi fecit, R. Judas, Doctor Medicus, qui, in laudata modo Auſtriæ metropoli, ante hanc nuperam gentis expulſionem, medendi artem exercebat; isque Epithalamium, amico cuidam, ſe ſcripſiſſe, teſtabatur, juxta Hebraice ſonans, & Germanice. Sed, non recordari poterat, niſi ſolius primi verſus, quem quidem, meæ ego memoriæ, ſedulo impreſſi.

יַעֲקֹב אִישׁ יוֹשֵׁב אֹהָלִים אבן הָרֹאשׁ וּפִינֶרֶת׃

Jaacob is jo ſo vvol im eben heraus auf eina.

Reliquorum, uti dixi, non amplius meminit. Ex interjecto poſtea tem-

pore, cum in Italia peregrinarer, incidi in librum גלורית יהודית in quo *R. Leo Mutinenſis*, difficiliora quæque Sacrarum Literarum vocabula Hebraica, ſecundum ſeriem Capitum, in Itala lingua expoſuit. Illi ſubjungitur, mantiſſæ loco, ſimile Epicedium ἀμφοτερόγλωσσον, quod idem, & Hebraicum eſt, & Italicum. Ergo, hoc, prout expreſſum eſt, tranſcribam, una cum iis, quę ipſe Poëta, in laudem, ſui ἀβιοφάτου ὕμνου, præmiſit. *Ho voluto per curioſità de' Lettori, qui porre un' Ottava, da me nell' età di XVII. anni, e non più, compoſta, in morte d' un mio Precettore, nomato Moſe: doue non traducendo, ma facendo communi, queſte due, tanto diverſe lingue, che nello ſteſſo ſuggetto, ſi proferiſcono, con le medeſime voci, ſi è reſo coſa notabile, e capriccio dilettevole, a ciaſcuno: ed è queſta:*

קִינָה שְׁמוֹר · אוֹי מַה כְּפֶס · אוֹצֵר בּוֹ

Chi naſce muor, Oime, che paſs' acerbo.

כָּל טוֹב עֵילוֹם · כּוֹסֵי · אוֹר דִּין אֵל עָלוֹ

Colto vien l' huom, così ordin' il Cielo.

מֹשֶׁה מוֹרִי מֹשֶׁה יָקָר דָּבָר בּוֹ

Moſe morì Moſe gia car de verbo.

שָׁם תּוֹשִׁיָּה אוֹן יוֹם כְּפוֹר הוּא זֶה לוֹ:

Santo ſia ogn' huom, con puro zelo.

כְּלָה מֵיטָב יָמַי · שֵׁן צָרַי · אֲשֶׁר בּוֹ

Ch' alla metà, gia mai ſenza riſerbo.

יַחֲרִיב אוֹם · מָוֶת רָע · אֵין כֵּאן יֵרָפֶה לוֹ

Arriu' huom, ma vedran in cangiar pelo,

סְפִינָה בְּיָם קַל · צֵל עוֹבֵר יָמִינוֹ

Se fin habiam, ch' al Cielo vero ameno,

הֲלוֹם יוֹבֵא שִׁבִי וְשִׁי שְׁמֵנוֹ:

Va l' huomo và ſe viva aſſai, ſe meno.

Patet

Patet hinc, non deſtitui Judæos, omni, quod quidam exiſtimant, mentis acumine: Sed, utinam eodem, ad ſerias magis res, & imprimis, ſanæ Philoſophiæ ſtudia diſcenda, uterentur!

7. Omnibus ſpectare volentibus] Non fruſtra hæc monentur, nam de Viris, num Spectatores adeſſe poſſent, in proclivi erat dubitare, his enim cæteroquin nefas eſt, mulieres intentius intueri, nedum, parte aliqua corporis nudis, intervenire. Nedarim fol. 20. a. כל הצופה בנשים סוף בא לידי עבירה כל המסתכל בעקבה של אשה הויין ליה בנים שאינן מהוגנין: id eſt: *Quisquis, mulieres* (fixis oculis) *aſpicit, tandem in peccatum prolabitur: Quisquis, calcaneum fœminæ intuetur, ſuſcipit liberos degeneres.* Raſchi notat ad Geneſ. XII, 11. מדרש אגדה עד עכשיו לא הכיר בה מתוך צניעות שבשניהם ועכשיו הכיר בה על ידי מעשה: Quæ verba, quia obſcuriora ſunt, eapropter, pluribus explicanda veniunt. Hoc vult: Offert ſe in Scripturæ loco præſenti, difficultas; Abrahamus enim, cum Ægypto vicinus eſſet, ita Saræ loquitur, quaſi tum demum, poſt tot annos, in Conjugio exactos, deprehendere cœpiſſet, eam forma eſſe eximia. Illi dubio, Medraſch ita occurrit, ut dicat, Abrahamum hactenus latuiſſe, quanta Saræ eſſet pulchritudo, ob ſummam, quæ inter utrosque conjuges erat, verecundiam. At in itinere, cum flumē transeundo, Sara veſtes ſublevans, nudos forte pedes conſpiciendos præbuiſſet, ibi vero vidit Abrahamus, quis color, & nitor, eſſet Saræ corporis. Multa huc facientia, Rabbinorum dicta, collegit Cl. Buxtorfius in Florileg. Hebraico tit. Mulier, quæ inde perenda: Exemplum vero, quod in hanc rem in Taanit fol. 21. b. extat, afferre, & exponere non pigebit. אבא אומנא הוה אתא ליה שלמא כל יומא ממתיבתי דרקיעא ולאביי ממעלי שבתא למעלי שבתא לרבא ממעלי יומא דכפורי למעלי יומא דכפורי הוה קא חלשא דעתיה דאביי על דאבא אומנא אמרו ליה לא מציית למיעבד כעובדיה דאבא אומנא מאי עובדיה דאבא אומנא דכי הוה עביד רפואה הוה עביד ליה דוכתא דגברי לחודיה ובנשי לחודיה והוה ליה לבושא דאית ביה קרנא והוות בזעי כי כוסילתא דכי הות אתיא איתתא מלביש לה כי היכי דלא ליסתכל בה: id eſt: *Abba Chirurgus, quoquo die, cœlitus, Salvere juſſus eſt; at* R. *Abai, non niſi ſingulis paraſcevis Sabbathi,* R. *Rabæ vero, tantum quotannis, pridie Feſti Expiationis, eadem felicitas obtingebat. Cum vero ægre ferret Abai, Abbam chirurgum ſibi præponi; monitus eſt,* (immerito illum Chirurgo invidere,) *eo quod non æquare factis Abbam chirurgum poſſit,* (eamque ob rem mirum non eſſe, ſi alter majus

præmium referat. Quærat quis,) *quid fecerit Abba Chirurgus? Scilicet, quoties medicina faciendа erat, in loco separato viris, & alio separato, mulieribus, medicabatur. Habebat item, genus vestimenti, quod & cucurbitas affixas, & rimulas quoq; habebat, haud majores, quam ut scalpellum admitterent. Ergo, sacrificaturus mulierem, ejus caput, humerosq; illa veste operuit, ne ipsam intuer etur.*

8. Solis servis atque ancillis &c.] Cl. Seldenus in Ux. Hebr. l. 3. c. 15. aliter hæc effert. *Aderant*, inquit, *qui vellent alii, exceptis ancillis ejusce, atq; domesticis, si qui essent servis, qui summovendi erant, ne eorum præsentia, dominæ forte mens, disturbaretur.* Sed nostra expositio, paulo magis scopum ferit, illam vero Seldeni elevant Codex MS. Ez Hechajim Hilch. Sot. c. 1. Maimonides in iisdem Hilch. cap. 3. §. 6. itemque Smag fol. 238. column. 4. qui omnes uno ore ajunt ואין מניחין שם לא עבריה ולא שפחותיה מפני שהיא מכרת אותן ודעתה מתיישבת בהן: id est: *Non relinquunt ibi nec Servos Sotæ, nec illius Ancillas: Quia enim ipsos novit, ideo possent menti ejus esse levamento.* Hoc sensu in Gemara nostra, legitur: אין משקין שתי סוטות כאחת כדי שלא יהא לבה גס בחברתה: Ubi omnino vertendum: *Haudquaquam, uno & eodem tempore, duabus Sotis, aquæ amaræ bibendæ exhibentur, ne una in alteram, fiduciam collocet.*

9. Mulieribus, &c. interesse licebat] Imo vero necesse erat, ut Mulieres huic negotio interverirent, non arbitrarium. Jalkut fol. 207. col. 1. נשים חייבות לראות משום שנ' ונוסרו id est: *Mulieres præsentes adesse tenentur Q.S.E.* (Ez. XXIII, 48.) Ut erudiantur. Apposite S. Chrysostomus Hom. de Pœnit. Contin. & Virgin. Οἱ γὰρ ἰατροὶ διὰ τοῦτο χειρουργοῦσι δημοσίᾳ καὶ παύσι, καὶ ἄρχοντες ὑψηλοὶ ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ καθήμενοι ξένους, ἵνα ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς ἡμᾶς εἰς κατανύξει φοβῶμεθα· id est: *Nam idcirco Medici publice Chirurgiam exercent, & urunt: & Magistratus sublimes super alto sedentes tribunali, reos cædunt, ut in alienis malis nos in compunctionem veniamus.*

ז VII.

במידה שאדם מודד בה מודדין לו היא קשטה את עצמה לעבירה המקום נולה היא גלתה את עצמה לעבירה

1 MEnsura qua homo metitur, remetiuntur ei (*cælitus.*) De adulterio suspecta, ornarat se ad faciendum probrum; Deus igitur illam dedecorat. Illa, nu-

המקום גלה עליה הירך
התחילה בעבירה תחילה
ואחר כך הבטן לפיכך תלקה
הירך תחילה ואחר כך הבטן
ושאר כל הגוף לא פלט׃

la, nudum corpus peccato proſtituerat; quare & DEUS, eam denudat. [2] Femore, peccandi initium fecerat, (*ſuccedente*) deinde ventre; [3] ideo femore primum pœnam luit, poſtea [4] ventre, nec omne reliquum corpus, fuit immune.

ANNOTATA.

1. Menſura] Cave, cum proprie loquendum eſt, pro Synonimis accipias, voces מדה & משורה quod fecit Kimchi, in radice שור hoc nomine modeſte, uti ſolent mutuo agere Hebræi, reprehenſus, ab Autore doctiſſimo, optimi, & antiquitates Judaicas, ſolide explicantis, libri שלטי הגבורי fol.74.col. 3. רדק ז"ל יחשוב שהמדות האלה מדה ומשורה יהיו שני שמות משותפים ואולי אין הדבר כן כי המדה תקרא בלבד האמה או הקנה או החבל המודדים הדברי הצריכין למדה כפי ארכן וכפי רחבן והמשורה תקרא בפרטות הכלי הנכון להכיל בתוכו או היבש כמו הסאה והאיפה או הלח כמו הלוג וההין ודומיהן׃ id eſt: *Kiemhi f.m. opinatur, duo hæc nomina,* מדה & משורה *eſſe ejusdem ſignificationis; ſed forſitan ſecus ſe res habet. Nam* מדה *tantum dicitur de Ulna, Pertica, & Funiculo menſorio, quibus res ſecundum longitudinem aut latitudinem menſurantur.* משורה *vero vocatur Vas, recipiens aut Arida, uti ſunt Sea, & Epha: aut Liquida, qualia ſunt Log, & Hin, & alia hujus generis.* Hanc ſententiam, multis confirmare poſſemus, contenti erimus unico loco, e Bava Batra fol. 89. b. במדה ז מדידה קרקע שלא ימדוד לאחד בימות החמה ולאחד בימות הגשמים במשקל שלא יטמין משקלותיו במלח במשורה שלא ירתיח׃ id eſt: (Verba Levit. XIX, 35. Ne faciatis iniquitatem in ullo munere במדה במשקל ובמשורה ita exponunt Magiſtri:) במדה *pertinet ad dimenſionem agrorum, ne uni agros æſtivo, alteri hiberno tempore, quis menſuret.* במשקל *vetat pondo, in ſalem condere,* (ut graveſcat.) במשורה *interdicit venditori, vaſa facere ſpumantia.* De ipſa Talionis pœna, quam Judex Supremus, obſervat, & illis exemplis; quæ in Miſchna noſtra allegantur, uberrime in Gemaræ ſequitur Excerptis.

2. Femore peccandi initium] Viri insignes, & in tantum laudandi, in quantum virtus, & eruditio æstimari possunt, Daniel Heinsius in Aristarcho c. 1. pag. 13. & Samuel Bochartus in Hierozoico part. poster. l. 5. cap. 15. pag. 758. vocem יָרֵךְ quæ *Femur* proprie notat, in præsenti hoc Sotæ negotio, a Sacris Literis usurpatam, interpretantur partem pudendam mulieris; quos si quis consulet, multa non protrita docebitur. Iis, quæ ipsi, eruditissime observarunt, addimus eximium in hanc rem testimonium Chaskuni qui ad versum 21. capitis nostri V. Numeror. sic commentatur: יכך היא בירת הרחם חגמא יכך תחת ירכי יוצאי יכך יעקב אין אשרת מתקנא אלא ביך חברתה: id est: *Vocabulum* יָרֵךְ *significat Genitalia. Sic accipitur in illo* (*Gen. XXIV, 2.*) Sub femore meo. *Item* (*Ex. I, 5.*) Egressi e femore Jacobi. *Et, in illo trito Rabbinorum: Nihil æque ægre fert uxor, ac rivale femur sociæ.* Ne quid tamen dissimulem, sciendum, dissentire hic Josephum 3. Antiq. c. 10. & יָרֵךְ in nativo sensu accipere, dum de Sotæ judicio, ait: Τὴν δ' γυναῖκα σύσας τὴν τῶν ἱερέων κατὰ τὰς πύλας, ἃ δ' εἰσὶ τετραμμέναι πρὸς τὸν ναὸν, καὶ τῆς κεφαλῆς τὸ ἱμάτιον ἀφελών, ὀδηγέφει μὲν τῷ θεῷ πλὴν προσηγορίαν διφθέρα, κελεύει δ' ὀμνύειν μηδὲν ἠδικέναι, τὸν ἄνδρα· παρεβᾶσαν δὲ τὸ σῶφρον, τῷ δεξιᾷ σκέλει ἔξαρθρον γενέσθαι, καὶ πλὴν γαστέρα φοιτῆσαι ὕδατος ἀνθαιρεῖν· id est: *Deinde aliquis Sacerdotum, statuit Mulierem ad portam, quæ est obversa ad fanum: &* * *inscripto primum D E I nomine, in membrana, defert ei jusjurandum, cum imprecatione, ut si pudicitiam læsisset, luxato crure dextro, & ventre disrupto, misere moriatur.* Et mox iterum: Ἐὰν μὴν τὸν ἄνδρα ἐπὶ τοῖς γάμοις, καὶ τὸν Θεὸν ἐπὶ τοῖς ὅρκοις, μετ' αἰσχύνης κατασκέψει τὸν βίον, τῷ τε σκέλει ἐκπεσόντι αὐτῇ, καὶ πλὴν κοιλίαν ὑδέρι καταλαβόντι· id est: *Quod si & conjugalem fidem, & DEUM jurisjurandi testem fefellit, turpiter moritur, crure luxato, & ventrem aqua intercute invadente.*

* *Comma hic integrum vertere neglexit Interpres Roveriana Edit. qua utimur. Proinde supplendum, Velamen capitis ejus detrahens.*

3. Ideo femore primum pœnam luit] Sic est etiam in Rabbot fol. 231. col. 1. ubi simul, bene multis sacrarum Literarum exemplis, ostenditur, inde, unde sceleris factum initium vindictæ, ita tamen ut quæ societatem, vel adjumentum præbuere, illæsa haud permaneant. Omnia recensere longum foret, & supervacuum. Cæterum, vix est, ut Mischnæ, ac ℣ Rabbot asseverationi subscribendum esse credam, quin potius omnino primum venter afflictus est, deinde naturalia, ac mox lues universum corpus pervasit. Etsi enim Num. V, 21. Femur, ventri præponitur, tamen continuo v. 22. inversa serie, Femur, post ventrem, nominatur; atque prius, factum credunt Judæi, ut initio, palmarium peccati instrumentum indicaretur; poste-

rius,

rius, ut ordo punitionis. Proinde, annotat Raſchi אעפי שבקללה ירך תחילה המים אין בודקין אלא כדרך כניסתן בה: id eſt: *Etſi, in adjuratione, primum Femoris facta mentio*, (tamen in femore nequaquam principium mali fuit,) *nam, aquæ prout in corpus aſſumuntur, vim ſuam exercent*, (atque ſic ventrem prius lædunt, quam muliebrem uterum.) In MS. Codice Ez Hechajim, dicitur, Sotam a Sacerdote, ſignate fuiſſe admonitam, ventre primum, non femore, pœnas illam daturam, ne cæteroquin mendacii alicujus, verba feralia argueret: ומודיעה שהבטן תלקה תחלה מהירך שלא תוציא לעז על המים:

4. Necomne reliquum corpus] Si traditioni, quæ in Rabbot fol. 231. col. 1. extat, fides habenda fuerit, perreptavit lethiferum virus כל אבר ואבר וכל שערה ושערה id eſt: *quodq; membrum, & adeo crines ſingulos.*

ח

שמשון הלך אחר עיניו
לפיכך נקרו פלשתים את
עיניו שנאמר ויאחזוהו פלשתי
וינקרו את עיניו אבשלום
נתגאה בשערו לפיכך נתלה
בשערו ולפי שבא על עשר
פלגשי אביו לפיכך נתנו בו
עשר לונביות שנאמר ויסבו
עשרה נערים נושאי כלי
יואב ולפי שנגנב שלשה לבבות
לב אביו ולב בית דין ולב
ישראל שנאמר ויגנוב אבשלום
את לב אנשי ישראל לפיכך
נתקעו בו שלשה שבטים

VIII.

SImſon, perſequebatur oculorum delicias; quare Philiſtæi, oculos illi eruerunt. Q. S E. (Judic. XVI, 21.) *Itaq; apprehendentes eum Philiſtæi, effoderunt oculos ejus.* Abſalom, cæſarie efferebatur; cæſarie igitur pependit. Atque, quia decem pellices patris iniverat; ideo [1] lanceis decem petitus eſt. Q. S. (2. Sam. XIIX, 15.) *Et circumdantes decem pueri, armigeri Joabi.* Idem, quoniam [2] trium corda furatus erat: Cor parentis, Cor Synedrii, & Corda Iſraëlitarum. Q. S. E. (2. Sam. XV, 6.) *Furabatur Abſalom cor Iſraëlitarum.* Hanc ob rem, tribus ſpiculis confoſſus eſt. Q. S. (2. Sam. XIIX, 14.) *Et aſſumens tria ſpicula*

שנאמר ויקח שלשה שבטים בכפו ויתקעם בלב אבשלום׃

ſpicula in manum ſuam, transfixit ea in cor Abſalomis.

ANNOTATA.

1. Lanceis] לונכיות Græcæ eſſe originis, ac e λόγχη depravatum, nemo non videt. Pro illa voce apud Raymundum in Pug. Fid. part. 3. diſt. 2. c. 9. §. 6. ubi præſens παρεμφατὴ cum ſequenti, fere integræ adducuntur, extat נטיעות quod tolerari non poteſt.

2. Trium corda furatus erat] שלשה לבבות Sic malim cum Miſchnæ editionibus legere, quam שלש גנבות aut שלשה גניבות vel בשלש גניבות quorum primum eſt in Talmude Amſtel. alterum in Rabbot fol. 232. col. 3. tertium, apud Raymundum in Pug. fid. loco paulo ante allegato. Cæterum, quid ipſa Phraſi, *Furari Cor*, notetur, explicant Viri Clariſſimi, Lud. de Dieu ad Johan. cap. X. verſ. 24. & Hugo Grotius in Not. ad l. 3. de Jur. Bell. & Pac. cap. 1. §. 11. Nimirum ipſis, *Furari Cor*, eſt, adimere ſciendi vias, non aperte dicere, quod alius ſcire cupiat, ſed ſcientiam ejus celare, & diſſimulare. Hanc expoſitionem, uti in loco Gen. XXXI. verſ. 20. & 26. non inviti admittimus, ita tamen non exhaurit ea, omnem ſenſum locutionis, & nequicquam, ad id, quando 2. Sam. XV, 6. Abſalom cor furatus eſſe dicitur, applicaretur. Nam ibi Furari cor Iſraëlitarum, eſt משוך לב העם ſeu *captare Populi affectus*, prout Ralbag monuit. Lucas dixit in re ſimili cap. XIX. verſ. ult. ὁ λαὸς ἅπας ἐξεκρέματο αὐτοῦ ἀκούων· Enim vero, ſatis ex Scripturis, cuique perſpectum eſt, quod Abſalom affectus Patris, Populique, in poteſtate habuerit. Sed, de Synedrio, quomodo idem Judæi probent, quia oriri poteſt dubitatio, ideo ex Sota Jeruſchalmit, & Jalkut part. 2. fol. 23. col. 1. tenendum; Inter ducentos illos viros, qui 2. Sam. XV, 11. cum Abſalome, vocati quidem, ſed integro animo abiiſſe leguntur, fuiſſe, ceu ipſi putant, omnes Senatores Synedrii, Vocatosque iſtos dici, quia ab ipſomet Davide, ad ſequendum Abſalomem, eique adhærendum, ſe credebant vocatos. Namque, rogaverat Abſalom Patrem, ſibi per chirographum poteſtatem faceret, duos, quos liberet, Viros eximios, comites aſſumendi: quod, cum facile impetraſſet, clam alios Senatores, duos ex illo ordine evocans, hos ex præcepto, quod oſtendebat, patris, ſe ſequi juſſit, ii cum morem gererent, idem cum aliis, & rurſus aliis, inceptavit, idque tam diu, uſque donec univerſum Senatum, & cæteros inſigniores quosq; viros, ad ſe conſectandum, fraude hac induxit.

IX. Eadem

ט

וכן לענין הטובה מרים
המתינה למשה שעה אחת
שנאמ׳ ותתצב אחותו מרחוק
לפיכך נתעכבו לה ישראל ז׳
ימים במדבר שנאמר והעם
לא נסע עד האסף מרים יוסף
זכה לקבור את אביו ואין
באחיו גדול ממנו שנאמר
ויעל יוסף לקבור את אביו וגו׳
ויעל עמו גם רכב וגם פרשים
מי לנו גדול מיוסף שלא
נתעסק בו אלא משה משה
זכה בעצמות יוסף ואין בישראל
גדול ממנו שנאמר ויקח משה
את עצמות יוסף עמו מי גדול
ממשה שלא נתעסק בו אלא
המקום שנאמר ויקבור אותו
בגיא לא על משה בלבד
אמרו אלא על כל הצדיקים
שנאמר והלך לפניך צדקך
כבוד ה׳ יאספך׃

IX.

EAdem ratio, in rebus bonis, apparet. Mirjam, per horam unicam, ad Moſis (*fata*,) ſolicite attendit: Q. S. E. (Ex. II, 4.) *Steterat autem ſeſe illius ſoror, e longinquo.* [1] Eam igitur Iſraëlitæ, per ſeptiduum præſtolati ſunt in deſerto. Q. S. E. (Num. XII, 15.) *Et populus non eſt profectus, donec* [2] *congregaretur Mirjam.* Joſephus, quo tamen inter fratres, nemo major erat, pietatis officium præſtitit, in ſepeliendo patre. Q. S. E. (Gen. L, 7. & 9.) *Aſcendit Joſephus, ad ſepeliendum patrem ſuum &c. Aſcenderunt q. cum eo tum currus, tum equites.* Quis vero Joſepho illuſtrior, circa cujus exanime corpus, nemo ſe occupavit, præter Moſen? Moſes, omnium Judæorum longe maximus, oſſibus Joſephi, juſta perſolvit: Q. S. E. (Ex. XIII, 19.) *Accepit Moſes oſſa Joſephi ſecum.* At, quis Moſe felicior, quem defunctum, haud alius, quam ipſe DEUS condidit? Q. S. E. (Deut. XXXIV, 6.) *Et ſepelivit eum in valle* (*Verum enim verò,*) non hoc de Moſe tantum dicitur, ſed & de fidelibus quibuscunque: Q. S. E. (Eſ. LIX, 8.) *Et anteibit te juſtitia tua, gloria Dei* [1] *congregabit te.*

ANNOTATA.

1. Eam igitur Iſraëlitæ per ſeptiduum &c.] Et talionis hoc fuit, & æquitas poſtulabat, ut Iſraëlitæ non prius proficiſcerentur, quam caſtris reddita Mirjam erat, ſi verum eſt, ejus meritis conceſſum illis fontem eſſe, qui aſſidue defertum peragrantes, comitabatur. Libellus noſter MS. פטירת אהרן ſive de Mortis Aharonis, nondum, quod ſciam, editus. שלש מתנות יתנו לישראל בזכות מרים ניתן להם חבאר בזכות אהרן ניתנו להם ענני כבוד ובזכות משה ניתן להם המן מתה מרים נסתלקה הבאר כדי שיכירו ישראל שבזכותה ניתנה והיו משה ואהרן בוכים מבפנים וישראל בוכים מבחוץ ועד שש שעות לא ידע משה עד שנכנסו ישראל ואמרו לו עד מתי אתה יושב ובוכה אמר להם ואל אבכה על אחותי שמתה אמרו לו בעוד שאתה בוכה על נפש אחת בכה על כלנו אמר להם למה אמרו לו אין לנו מים לשתות עמד מאהרן ויצא וראה הבאר בלא טיפת מים: id eſt: *Tria beneficia ingentia, conceſſa ſunt Iſraëlitis* (ob pietatem, hominum totidem.) *Pietas* τῆς *Mirjam, Fontem* (perennem;) *Pietas Aharonis, Nubes gloriæ; & Moſis Pietas, Manna, promeruerunt. Poſtquam Mirjam fato functa eſt, exaruit Fons, ut agnoſcerent Judæi, illius merito conceſſum fuiſſe. Ibi tum Moſes & Aharon intus,* (intra tentorium,) *flere cœperunt, Iſraëlitæ foris plorabant. Jam ſex horæ præterierant, & neſciebat adhuc Moſes* (calamitatem, cum qua Judæi conflictabantur.) *Quamobrem intrantes, quamdiu, inquiunt, ſedes, & fletui indulges? Moſes vero, Annon flerem, excipit, obitum, germanæ ſororis meæ? Contra Iſraëlitæ: Intolerabile eſt, te deflere mortem unius mulieris, noſtram potius omnium* (ſortem miſeram,) *deflere te convenit. Quærit Moſes: Quid mali rei accidiſſet? Regerunt Judæi, nullas ſupereſſe aquas ad bibendum. Tum Moſes, deſerto Aharone, abit,* (veritatem dictorum exploraturus,) *deprehenditq; in fonte, ne guttam quidem reſtare unicam.*

2. Congregaretur] Raſchi, ad locum hunc Numerorum: אומר אני כל האסיפות האמורות במצורעים על שם שהוא משולח מחוץ למחנה וכשהוא נרפה נאסף על המחנא כתובה בו אסיפה לשון הכנסה: id eſt: *Sic exiſtimaverim, ideo de Leproſis* (ſanatis,) *adhiberi* Congregationis *verbum, quod ægri adhuc, extra caſtra ablegantur, incolumitati, autem redditi, intra eadem admittuntur, eſt enim* Congregatio, *nihil aliud, quam* Introductio.

3. Con-

3. Congregabit te] Voce *Congregabit*, in iſtis, Sepulturam innui volunt, quia Fidelium Humatio, paſſim in Scripturis, *Congregatio ad populum ſuum*, dicitur. Veluti, Gen. XXV, 28. c. XXXV, 39. &c. XLIX, 32. Numer. XX, 26. alibi ſæpius. Pertinet huc, locus, circa finem Taanit: דמוסיף מיסיף ודלא מוסיף יאסף תני רב יוסף מאי יאסף אמר רב יוסף תיקבריה אמיה; id eſt: *Qui*, (brumali tempore, partem noctis, diei) *addit*, (ut ſtudiis invigilet,) *is addit* (hoc ipſo, aliquos annos vitæ ſuæ:) *Qui vero non addit, addetur, ſive congregabitur. Quærit R. Joſeph: Quid eſt*, Addetur? *Reſpondet q. idem: Sepeliet illum mater ejus.* Hoc ait: turbatum iri ordinem mortalitatis, & filium, ante parentes, diem præmature obiturum. In En Jacob pag. 141. n. 80. male, & omnino contrario ſenſu, hic legitur תקביר אמיה ſed reſcribendum, ceu nos ex Talm. Amſtelod. verba repræſentavimus, quam lectionem Raſchi quoque eſt ſecutus.

B. F.

Dum in hoc labore ſumus, opportune monet nos, Collega, & Amicus, animo noſtro, præcipue carus, Clariſſimus Vir, *Joh. Chriſtophorus Sturmius*, jam extare, Textus Miſchnici Sotæ, Verſionem Latinam quandam, alicubi in Germania editam. Hanc cum rogatus communicaret, etſi non niſi Miſchnæ noſtræ, paucula quædam Excerpta eſſe deprehendi: Nihilo minus translationis ejus, quicquid eſt, integre, hoc loco exhibere viſum fuit, tum ut liceat cuique rerum perito, id quod Græci facere proverbio jubent, πορεύεσθαι πρὸς πορεύεσθαι διακείνειν, tum ut ſimul conſtet, quam arduum, & difficile ſit, Talmudica velle interpretari. Quo tamen ipſo, nec deterremus alios a cœptis ſuis, nec illorum conatus improbamus. Nemo tam lynceis fuit oculis ut in tantis tenebris, ſemper acutum cernere poſſet. Palma vero in medio poſita eſt.

CAPUT I. Num. I.

Si quis zelotypiæ cauſa commonefecerit Uxorem ſuam, R. Eliezer dixit, commonefaciat eam coram duobus, præbeatque aquas ipſi coram teſte uno, aut etiam coram ſe ſolo. R. Jehoſchuah dixit: Commonefaciat eam coram duobus, & aquas præbeat ipſi, coram duobus.

II.

Quomodo commonefaciet ipſam? Dicat ipſi coram duobus: Ne loquere cum viro N. At ſi loquatur cum eo, adhuc licet ipſi frui domo ſua, & edere Trumam. Si ingreſſa fuerit Domum ſe-

cretam cum eo, & degerit ibi, ut pollui potuerit, interdictum est ipsi frui domo sua & edere Trumam. At si moriatur, jure exuendi calcei valet, sed non affinitatis.

III.

His autem interdictum est edere Trumam: Illi, quæ dicit, polluta sum a Te, quamque pollutam esse testes perhibeant; Et quæ dicit non bibam. Ac ne potum ipsi præbere non velit Maritus ejus, vel concumbat cum ipsa in via, postquam adduxerit eam ad Domum Judicii, quæ est in isto loco, addunt ei duos Thalmidim, &c.

IV.

Abducant eam ad Synedrium Magnum Jeruschalaimam & terrefaciant ipsam, ad modum quo testes animarum terrefaciunt atque dicant ipsi: Filia mi, multum vini in causa fuit, vel multum levitatis, vel multum Juventutis, vel multi vicini mali: Sine ne Nomen Magnum, quod scriptum est sancte, abluatur aqua, ac dicant coram ea, quod hisce talibus ipsa & tota Familia Patris ejus indigna sit.

V.

Si dicat, polluta sum, irritas facit literas dotis suæ & exit; At si dicat, pura sum, abducant ipsam ad portam versus orientem, quæ est ad ostium portæ Nicanoris. Ibi enim potant Adulterii suspectas, ac mundant puerperas, & Leprosos. Et Sacerdos apprehendit eam vestibus, quæ si lacerentur extra suturam, vel in sutura m, nihil refert: Idque fit eousque ut retegatur pectus ejus; Ac deinde evellit capillos ejus: R. Ihudah: Si pulchrum fuerit pectus ejus, non retegatur; Ac si pulchri fuerint capilli ejus, non evellantur.

VI.

Si induta fuerit vestes albas, induat nigras; Si ornamenta aurea, Catenas, inaures, anulos, adimant ipsi, ut deformetur; Atque postea afferatur funis vimineus & ligetur supra Ubera ejus. Ac quicunq; voluerit videre eam, veniat ac videat, exceptis Servis

& Ancillis ejus, quia cor ejus assuetum est ipsis. Licet etiam quibuscunque Mulieribus videre eam : Dicitur enim, & moneantur omnes mulieres, ne faciant juxta pollutionem ejus.

V I I.

Mensura, qua homo metitur, eadem metiuntur ipsum. Hæc ornarat sese ad peccatum: Deus deformat ipsam; Hæc denudarat sese in peccatum, DEUS denudat ipsam: Femore incepit peccare, ac postea ventre; Sic punietur femur ejus primo, ac postea venter; Nec reliquum corpus effugiet. &c.

C. II.

Tm. I. Afferet Mincham ejus Corbe Viminea, atque det eam in manus ipsius, ut delassetur. Omnium Mincharum initium & finis est in Vasis sanctis; Hujus vero initium est in Corbe Viminea, finis in vasis Sanctis: Omnes Minchæ adjunctum habent Oleum & thus : Hæc autem, nec Oleum nec thus adjunctum habet; Omnes Minchæ peraguntur Tritico, hæc autem peragitur hordeo; Minchæ offeruntur cum Spicis quantumvis sint de Hordeo, hæc offertur contusa, & in farinam redacta. R. Gamaliel : Sicut factum ejus est Brutum, sic Sacrificium ejus quoque Cibus Bruti est.

C. III.

Tm. II. Quamdiu non abluta fuerit Schedula ejus, si dixerit, se non bibituram, Schedula ejus abscondatur, & Mincha dispergatur super Cinerem, nec apta est Schedula ejus, qua poterur alia Sota: Abluta Schedula, si dicat, se pollutam esse, effundantur aquæ, & Mincha ejus spargatur super cineris locum. Abluta vero Schedula, si dicat, se nolle bibere, nudent eam, atque invitæ licet potum infundant.

Tm. III. Non desinit bibere, usque dum facies ejus tetro virore squaleat, Oculi promineant, ac venæ turgescant. Tum dicant: Educite illam, ne contaminet Atrium &c.

C. IV.

Tm. I. Excipiuntur Desponsata, Fratria cujus Nuptiæ a Le-

viro expectantur, vidua Sacerdotis magni, Ejecta, quæ jure exuendi Calcei fruitur, ac nupſerit Sacerdoti inferiori, Spuria & Nethina, quæ nupſerint Iſraëlitæ; Filia Iſraëlis quæ nupſerit ſpurio vel Nethino, quæ non bibunt, nec literas Dotis accipiunt.

Tm. III. Sterilis, Senex & quæ non apta eſt, ut liberos habeat, non accipiunt literas Dotis, nec bibunt.

Tm. IV. Uxor Sacerdotis bibit &c. Uxor Eunuchi bibit cujuscunque turpitudinis nomine.

Tm. V. Etiam illæ ſunt, quas excipit Domus Judicii, cujus Maritus ſurdus eſt redditus, aut inſanus, aut Carcere detentus, ei potum non præbeant, ſed excidant literis Dotis.

C. IX.

Tm. IX. Ex quo multi redditi ſunt adulteri, deſierunt Aquæ Amaræ & Rabban Jochanan Filius Zacai ſuſtulit eas; Dicitur enim: Non viſitabo filias veſtras, ſcortabuntur enim, & ſponſas veſtras, quia adulterabuntur.

EXCER-

EXCERPTA GEMARÆ.

פרק א

אגדה א

אמר רב שמואל בר יצחק כי פתח ריש לקיש בסוטה אמר הכי אין מזווגין לו לאדם אשה אלא לפי מעשיו שנ׳ כי לא ינוח שבט הרשע על גורל הצדיקים אמר רבה בר בר חנה אר׳ יוחנן וקשה לזווגן בקריעת ים סוף שנ׳ אלהים מושיב יחידים ביתה מוציא אסירים בכושרות אל תקרי מוציא אלא כמוציא . איני והאמר רב יהודה אמ׳ רב ארבעים יום קול יוצא בת קול יוצאת ואומר בת פלו׳ לפלוני בית פלוני לפלוני שדה פלוני לפלוני לא קשיא הא בזיווג ראשון הא בזיווג שני׳

CAPUT I.

EXCERPT. I.

Eſtatur [1] R. Samuel, F. I. הב״ר Reſch Lakiſch, cum ſibi explicandum ſumeret argumentum, de adulterii ſuſpecta, [2] his verbis exorſum eſſe: Haud quaquam jungitur homini uxor, niſi [4] ſecundum ejus opera. Q. S. E. (Pſal. CXXV, 3.) *Non quieſcet virga improbitatis, ſuper ſortem juſtorum.* [5] Rabba, filius Channæ junioris, nomine R. Jochanan addit; nec minori difficultate, maritari homines, quam [6] maris algoſi, facta quondam ſciſſio. Q. S. E. (Pſal. LXVIII, 7.) *Deus collocat ſolitarios in familias; educit vinctos compedibus.* Non legendum מוציא *educit*: ſed כמוציא *ſicut educens.* Itane? At vero, ait R. Juda, dixiſſe הב״ר Raf. [8] Quadraginta dies, ante [9] formationem fœtus, vox cœleſtis editur, dicens: [10] *FILIA* פ״ה *N. NUBET* פ״ל *N.* [11] *DOMUS* פ״ה *N. OBTINGET* פ״ל *N. AGER* פ״ה *N. CEDET*

CEDET מ"ש *N.* Verum, hæc non obſtant : Diſtinguendum enim, [12] inter conjugium primum, & conjugium ſecundum.

ANNOTATA.

Vix eſt in univerſo Talmude, locus alius, qui tot tantisque, ac præſens hæc πείρατα, laboret difficultatibus, & torquentur ea, doctiores inter Judæos, velut in equuleo. Videamus igitur, quid homines ſolicitet. Secundum Autorem libri כפתר ופרח p. 98. b. principiò negotium faceſſit, quare Reſch Lakiſch, cum argumentum de Sota ſibi ſumeret explicandum, ſermonem a conjugio arceſſerit, dixeritque : Pro ſuis cuiq; meritis uxorem obtingere. Porro, nec tam expedita illi videtur conciliatio, effati, cœleſtis Oraculi, cum verbis Reſch Lakiſch, nam propemodum, mutuo ſe deſtruunt. Amplius, obſcurus eſt ei ſenſus verborum, quæ, inter Primum, & Secundum conjugium, diſcrimen faciunt, imprimis quod multi ſint, quibus nunquam ad ſecunda vota tranſire conceditur. Dehinc; jure quis, quærat, inquit, quare de ſola ſecunda uxore prædicetur, quod per illam, bona aut mala cujusque facta, DEUS rependat? Denique, hæſitat in eo, quid cum ſciſſione Maris Erythræi, commune habeat, Conjugiorum cœleſtis diſpenſatio? Salomoni Ephraimo, in libro עוללות אפרים fol. 82. col. 2. ſcrupulum præcipue injicit, num ἡ θήλεια κληδὼν, in formatione fœmellarum, an vero maſculorum edatur? Quod porro ſupereſt, dubiorum, excerpamus ex libri לב טוב c. 10. ipſa Auctoris verba, etiamſi prolixior locus ſit, in medium afferentes. Capimur enim mire, illa dictionis ſimplicitate, qua Judæi utuntur, cum in vernacula noſtra ſcribunt: Eſt enim jucunda pariter, & arguta. Sic vero inquit: *Wann mier völlen ſagen,* הקב"ה *vveiß vvol, vver da vvird frum ſeyn, oder vver da vvird bös ſeyn, da gibt ihm* הקב"ה *ſeine* מעשים *nach ein Weib,* אם כן *is* קשה *daß der Menſch müſt jo ſo bleiben, as ihm iſt aufgelegt, ein* צדיק *oder ein* רשע *vveil er ſo muß bleiben, vvarum vvolt er dann ein* שכר *haben, oder ein* עונש *das kan nit ſeyn. Darum geht der* Poſük אשה משכלת מיי *ein klug, frum Weib, das is von Gott* יה. *Dervon lernen mier, daß ihm* הקבה *gibt ein Weib über ſein Danck, noch ſeine* מעשים *nach. Und vvie is nun das, daß ein* בת קול *aufgeht, zu XL. Tagen, vveil daß er is in der Mutter Leib, des* פלוני *Sohn ſol nehmen, jenes* פלוני *Tochter. Noch mehr is* קשה in Bava Batra *geht die* Gemara: *Allzeit ſoll einer verkauffen vvas er hat, ſein eigen; Dervvarten daß er ſoll nehmen ein* בת חלניר חכם *Wann ſie ihm nit beſchert vver, vvie kan er ſie nehmen, vvas hilfft ſein Verkauffen? Noch mehr geht die* Gemara, *einer der ein Weib nimt, der ſoll*

בודק

בוזק *ſein nach ihre Brüder, den die Kinder pflegen zu gerathen, nach der Mutter Brüder. Noch mehr geht die Gemara: Allzeit ſoll ſich einer beheften zu guten Leuten, zu einer guten* משפחה *zu koſtlichen Leuten, zu* בת תלמידים חכמים *ob er* חס ושלום *ſterb, oder, daß er muſt einwek ziehen, vverden ſeine Kinder gelernt, und ſehen vor ſich eitel gutes, eitel* מעשים טובים *und ſeine Kinder vverden auch* תלמידים חכמים *Noch mehr is* קשה *die Gemara geht: Einer thar vvol ein* אשת מקדש *ſein* אפילו *am* חול המועד *den vieleicht vvird ihm ein ander fürkommen, daß er vvird* תפילה *thun, daß ſie einem andern zu theil mocht vverden: Wenſie ihm beſchert vver, in der Mutter Leib, vvie kan ihm ein andrer fürkommen? muß er doch nehmen dieſelbig, die ihm beſchert is. Noch mehr is* קשה *vvie hat er geſagt, is einer frum, gibt ihm* הקבה *ein frum Weib, is er boß, gibt ihm* הקבה *ein boß Weib. Mir ſehen jo vvol, daß viel* צדיקים *und* חסידים *die haben boſe Weiber, und viel* רשעים *die haben frumme Weiber, as Nabal is gevveſen ein* רשע *hat gehat zum Weib Abigail, ſehen vvir jo vor uns alle Tag, daß dem aſo is.* Quis, niſi in rem præſentem deductus, unquam crederet, tanta cura Judæos Talmudis placita ad rationis trutinam expendere? Sed de modis, quibus conantur occurrere, tam variis difficultatibus, videbimus in progreſſu.

1. Samuel Filius Iſaaci] In IV. diverſis quibus utimur libri En Jacob Editionibus, ſimpliciter eſt בר יצחק At in Talmude Amſtelod. item in עוללות אפרים ac in כפתר ופרח locis jamjam indicatis, quin & in *Brandſpiegel* p. 24. a, : בר רב יצחק non ſine honoris elogio legitur.

2. His verbis exorſum] Frequenter Gemara annotat, unde Celebres Rabbini, Concionum ſuarum deſumſerint Exordia, atque habemus ea de re locum illuſtrem in Megilla fol. 10. b. & ſeq. ubi de univerſis decem Rabbinis narratur, quo quisque dicto, Panegyricum ſuum, in Feſto Sortium exorſus ſit. Sic in eadem Megilla fol. 13. a. legimus: ר' שמעון בן פזי כי הוה פתח בדברי הימים אמר: id eſt: *R. Simeon F. P. explicaturus libros Paralipomenon, ajebat.* Nimirum, ita dicente Ariſtotele 3. Rhet. c. 14. Τὸ προοίμιον ἐστὶν ὥσπερ ἐν αὐλήσει προαύλιον· Καὶ γὰρ οἱ Αυλητοὶ, ὅ, τι ἂν ἔχωσιν ἀυλῆσαι, τοῦτο προαυλήσαντες συνῆψαν τῳ ἐνδοσίμῳ· *Proœmium eſt ut in muſicis Proaulium. Etenim tibicines quodcunq; poſſunt canere, id præcinentes, copulant cum endoſimo.* De Rabba, in Schabbat fol. 30. b. traditur: רבה מקמי דפתח להו לרבנן אמר מילתא דבדיחותא ובדחי רבנן לסוף יתיב באימתא ופתח בשמעתא: id eſt: *Rabba, antequam docere inciperet, afferebat prius rem ridiculam, & ad riſum concitabat*

tabat Auditores. Enim vero, poſtea cum gravitate ſedebat, ac argumentum propoſitum, ordiebatur.

3. Haudquaquam jungitur] Textus ἀοριστίαν retinendam cenſuimus, & ſic quoque in *Brandſpiegel* p. 24. a. horum verborum fit expoſitio: *Man theilt kein Weib zu, den noch ſeine Werck.* At Autor libri לב טוב fol. 87. col. 1. definite ea explicare maluit: הקב"ה *gibt nit anderſt einem ſein Weib, den neiert ſeine* מעשים *nach.* Quod idem fecit Menaſſe Ben Iſraël, in Concil. Eccleſiaſt. p. 18. *No le dá Dios, al hombre, muger, ſi non, conforme ſon ſus obras.*

4. Secundum ejus opera] In Sanhedrin cap. II. laudatur dictum Ben Siræ: אשרי טובת מתנת בחיק ירא אלהים תנתך quod vertit Cl. Coccejus pag. 396. *Mulier bona, donum bonum. In ſinum timentis Deum, dabitur.* Autor libri Chaſidim n. 383. מן התורה ומן הנביאים ומן הכתובים מצינו שמה' אשרת לאיש מן התורת שנ' מה' יצא הדבר מן הנביאים שנ' ואביו ואמו לא ידעו כי מה' היתה הדבר ומן הכתובים דכתיב בירת והון נחלת אבות ומה' אשרת משכלת: id eſt: *In Lege, & in Prophetis, ac in Hagiographis quoque libris, deprehendimus, Deum, viro uxorem aſſociare. In Lege: Nam* (Gen. XXIV, 50.) *dicitur:* A Domino exivit hæc res. *In Prophetis: quippe* (Jud. XIV, 4.) *extat:* Pater & Mater ejus neſciebant, quod a Domino erat res. *In Hagiographis: etenim legimus* (Prov. XIX, 14.) Domus, & opes, ſunt hereditas parentum; a Domino vero, eſt uxor intelligens. Cæterum, ſi hæc ita ſe habent, & ſi omnino, ſecundum cujusque opera, uxores cœlitus inter mortales dividuntur, ſolvendum nunc tandem Judæis, ex ſuæ disciplinæ præceptis, eſt dubium illud, quare viris probis, peſſimæ ſæpenumero obtingant uxores, &, cur optimis moribus moratæ ingenuæ fœminæ, vix diobolares frequenter nanciſcantur maritos. Poſſem equidem variorum reſponſa, quæ Hebraico ſermone extulerunt, adducere, ſed, quia ſupra, difficultatem hanc, verbis Autoris לב טוב propoſui, ne nunc quidem is, deferendus mihi videtur. Et ſane, in congerendis ea de re diverſis explicationibus, vicit quoque induſtriam eorum, qui ſacra lingua, idem præſtare conati ſunt. Hæc vero, apud eum leguntur: *Wie es kommt, daß ein* צדיק *hat ein boß Weib, und ein* צדקת *hat ein böſen Mann, das is darum, daß das boß Weib, ihrem frommen Mann ſeine* עבירות *ſol abnehmen, daß er ganz kommt zu* עולם הבא *As die Gemara geht, drey ſeinen, die nit in das* גהינם *hinein kommen, is das eines darvon, der ein boß Weib hat. Auch alſo* להיפך *wven ſie is ein* צדקת *und ſie hat ein böſen Man, da thut das* הקב"ה *das er ihr* עבירות *ſol abnehmen, die kommt rein auf jene Welt.*

Welt. Auch unterweils wvil הקב"ה *ein guten* זרע *laſſen kommen, von einem* רשע *da gibt ihm* הב"ה *ein gut frum Weib, daß ihr* זכות *ſol helffen dazu, oder* להיפך *Auch unterweilens wvil* הקב"ה *ein guten* זרע *von ihr laſſen komen, da muß ſein* זכות *dazu helffen oder* להיפך *Ach unterweilens kommt ein boſer* צדיק *von einem* זרע *da beſchert ihm* הקב"ה *ein boß Weib, ach aſo* להיפך *Oder noch ein* פשט *wvie es kommt, daß ein* צדיק *bekommt ein* מרשעת *und ein* רשע *bekommt ein* צדקת *is darum gibt* הקב"ה *den* רשע *ein* צדקת *oder der* מרשעת *ein* צדיק *daß ſie ſöln lernen von ihm* מעשים טובים *daß ſie ſöln wvieder* תשובה *thun und ſöln frum wverden, darum gibt ihm* הקב"ה *ein ſolchen guten* חבר *nun folgt er ſein guten* חבר *und wverd ach frum, und thut* תשובה *da is des* צדיק זכות *viel mehr groſſer as for, auch der* רשע *bekommt* עולם הבא *Is aber Sach, daß er ſeinen* חבר חס ושלום *nit folgt, ſo is ſein* עונש *tauſendmal gröſſer als for, als wven er kein ſolchen* חבר *nit het gehat. Ach aſo wven ein* מרשעת *hat ein* צדיק *und ſie folgt ihm nit, und lernt nit von ihm ſeine* מעשים טובים נמצא *is ihr* עונש *tauſendmal gröſſer as for, ſie muß leiden, daß ſie ihren frommen Man nit gefolgt hat.*

5. Rabba filius Channæ junioris] Noſtrates Scriptores plerique, negligunt differentiam, quæ eſt inter רבה & רבא cognata nomina. Verum, רבא חבירו של אביי באלף בלא דגשות הי"ת ורבה חבירו של רב יוסף כתוב בה"א בדגשות הי"ת Halichot Olam p. 23. id eſt, Interprete, præſtantiſſimo l'Empereur: *Raba Socius Abæi, eum* א *ſcribitur, abſq; Dages litera* ב: *At, Rabba Socius M. Joſephi, eum* ה *in fine* ב *dageſſato.* Neque, frivola iſta, ſi Judæos ſequimur, cenſenda ſunt. Nam, in Commentario noſtro ad Pirke Avot, qui e Variis aliorum collectus eſt, pag. 35. a. dicitur: מצינו שמתח * לקין בעלי התוספות כמה ובמה פעמים בין גירסת רבא לגירסת רבה כדי לומר דבר בשם האומרו; id eſt: *Animadvertimus Autores Additamentorum Talmudicorum, ſæpe ſæpius in eo diſputare, utrum legendum ſit Raba, an Rabba, ut ſcilicet quodq; dictum, vero ſuo Autori tribuatur.* Atque hinc Chriſtianus Gerſon, in translatione capitis Chelek, ſedulo obſervavit diſcrimen, & רבא per *Robo* effert, uti patebit ſi quis pag. 28. 51. 59. 322. 325. illius libelli inſpiciat. Enim vero, Vorſtius, hoc loco notandus eſt, qui in Verſione Zemach pag. 180. רבה בר בר חנה Latine expoſiturus, ſcripſit: *Raba bar bar F. Chanæ:* quæ quid ſibi velint, neutiquam aſſequor. Sic vero habendum: Channa, cum filio, ex ſe nato, nomen ſuum impoſuiſſet, iſte ad differentiam Patris, dictus eſt בר חנה id eſt: *Channæ Filius.* Ergo Rabba qui ex hoc genitus fuit, cognomen בר חנה tulit, id eſt: *Filii ſũ Channæ junioris.* Vide Juchaſin pag. 92. b. & pag. 102. a.

* *Male imprimitur* מחלקין

6. Maris algoſi &c.] Cum Judæi, aliquid, extra ordinem a DEO in natura inſtitutum, fieri indicant, ad quod efficiendum, ſpeciali concurſu, & abſoluta potentia, opus eſſe, Scholaſtici dicerent, ipſi cum diviſione Sinus Erythræi, id comparant. Peſachim fol. 118. a. קשין מזונותיו של אדם כקריעת ים סוף: id eſt: *Non minori difficultate homini victus* (a DEO) *paratur, quam mare algoſum, ab eo ſciſſum eſt.* Sequitur mox: קשין נקביו של אדם כיום המיתה וכקריעת ים סוף: id eſt: *Æque difficulter meatus corporis,* (ad ſecernenda retrimenta ciborum, & ejiciendum ſaccatum humorem, aperiuntur,) *ac anima ex eodem in mortis articulo educitur, & mare algoſum quondam in partes ſectum eſt.*

7. Non legendum &c.] Verba אל תקרי non προσαχτικῶς accipienda eſſe, ſed, hunc ſenſum gignere: Si ita tantisper legatur, occaſio ſeſe offeret Allegoriæ, Alluſionis, aut Ænigmatis alicujus, elegantem ὑπόνοιαν, vel meditationem nobis ſuppeditantis, ſerio monet Maimonides in more Nev. part. 3. cap. 42. pag. 473. edit. Buxtorf. Ipſa verba illius Arabica, qui deſiderat, apud Cl. Hottingerum in Theſ. Phil. p. 212. ea offendet: Hebraica vero Interpretis, ſi quis requirit, evolvat Nobiliſſimi Voiſinii Obſervationes in Procem. Pugionis Fidei fol. 59. b. Juvabit quoque inſpexiſſe, Præceptoris quondam noſtri, ſub quo harum literarum, prima rudimenta tirocinii depoſuimus, doctiſſimi Theod. Hackſpanii Notata ad Lipmannum cap. 2. n. 52. ſeq. Non igitur, quod quidam opinati ſunt, is Judæis animus eſt, ut Scripturam ſacram, per Talmud, paſſim & ubique depravent, ac lectiones alias innumeras, multum ab iis, quæ in Textu ſacro ſunt, diſcrepantes, introducere moliantur: Quippe, non niſi dicis propemodum cauſa, omnis iſta legendi indicatur varietas. Interea loci, nec tamen eorum ſententiæ accedo, qui ab omni omnino Scripturam corrumpendi auſu, Judæos penitus liberant; & prorſus inſontes pronunciare ſolent. Mihi, enim, alia longe mens, atque ſi alium nullum, certe illuſtrem illum Zachariæ locum, qui Cap. XII. verſ. 10. habetur, & quo vivi, verique DEI paſſio, apertiſſimis verbis prædicitur, ipſos aliquando ſacrilege tractaſſe, intrepide affirmaverim. Neque primus ego, hanc accuſationem adverſus homines inſtituo: Fecit id pridem, Seculo poſt natum Dominum noſtrum IX. *Rabanus Maurus*, Archiepiſcopus Moguntinus, in libello quem contra Judæos edidit Num. 12. hac verborum conceptione: *Ubi nos*, inquit, *juxta fidem Scripturæ Sanctæ, ex perſona Dei legimus: Et aſpicient AD ME, quem confixerunt: Illi quamvis in ipſo textu libri, divino nutu terrente, non fuerint auſi mutare: Tamen extrinſecus e latere adnotatum habent: Adſpicient AD EUM, quem confixerunt. Et ſic tradunt ſuis Diſcipulis, ut ſicut in textu continetur, tranſcribant, & ſicut foris adnotatum eſt, legant. Ut teneant videlicet*

delicet, quod, juxta eorum dementiam, Judæi aſpicient ad eum quem confixerunt, Gog & Magog. Nunquam animum induco ut credam, pium Præſulem, & qui Trithemii in lib. de Script. Eccleſ. teſtimonio, *ſuo ævo in omni Chriſti Eccleſia parem non habuit*; quemque, *non ſine ſanctitatis opinione mortuum*, idem in Chron. Hirsaug. ad An. 856. tradit: iſta, vel ex ſe finxiſſe tanquam Araneum, vel ex incertis, ac dubiis rumoribus hauſiſſe; ſed quia omnia tam accurate deſcribit, & circumſtantias quoque enarrat, res utique ita geſta eſt, imprimis cum Rabanus, non exiguam pro illa ætate, Hebraicæ linguæ peritiam habuiſſe videatur. Nimirum, quando vix aliud in Veteri Teſtamento dictum extat, quo ſacra fides Catholica, æque firmiter roboratur, ac illud Zachariæ effatum, ideo veriſimile eſt, illorum temporum Chriſtianos, contra Judæos disputantes, ad iſtud ſæpe provocaſſe, atque tam paſſionem Meſſiæ, quam ipſius divinitatem, ex eo iviſſe probatum. Etenim, majore etiam fervore, hi quidem faciebant, quod de ſuæ ætatis Fidelibus, teſtatur recentior Autor, execrandi & deteſtabilis libri, adverſus Chriſtianam Religionem compoſiti, qui חזוק אמונה inſcribitur, & non niſi MS. extat parte 1. c. 36.

מביאים הנוצרים ראיה לאמונתם מזה הפסוק באמרם הנה הנביא יעד שבימים העתידים יטרחו בני ישראל ויבכו ויספדו על שרקרו והרגו את המשיח השלוח אליהם והוא ישו הנוצרי שהיה מורכב מאלוהות ואנשות והוא אמרו והביטו אלי את אשר דקרו וספדו עליו כמספד על היחיד: id eſt: *Chriſtiani ex loco Zachariæ XII, 10. argumentum petunt, ad fidem ſuam ſtabiliendam, dicendo: Ecce Propheta teſtatur, quod ſeculis futuris dolebunt Judæi, flebunt ac plangent, ob transfixum & interfectum a ſeſe Meſſiam, iisdem miſſum, atq; hunc eſſe Jeſum Nazarenum, divinitate & humanitate conſtantem, idq; indicari verbis: Et reſpicient ad me quem transfixerunt, plangentq; ſuper eo, tanquam planctu de unigenito.* Sic vero rem geſtam eſſe ſuſpicor: Quoniam Zachariæ locus, ſudes in oculis, aculeus in Judæorum conſcientia erat, ὃ ἰδεῖν ἰδύναλο ἀυλῷ ἀπεκεισθῆναι λόγον, eapropter, hæc tandem eos cepit amentia, ut novum קרי comminiſcerentur, & אליו in marginem notarent, quo vel hac ratione, vis argumenti nonnihil eluderetur. At, docuit eventus, ineptum eſſe hunc conatum: Nam, principio, impoſſibile erat, ut omnibus toto orbe terrarum diſperſis exemplaribus, vitium inferretur, imprimis cum multa, etiam in Chriſtianorum Bibliothecis aſſervarentur, ſemper dicentia adverſus Corruptores teſtimonium. Deinde & ipſius Maſoræ autoritate falſarii urgebantur, ut quæ pridem, antiquarum variantium Lectionum, numerum iniverat, ita ut nullum novum קרי amplius irrepere, ulla ratione poſſet. Ergo, compulſi neceſſitate Judæi, repudia-

runt deinde consilium quod prius intenderant, & missum fecere, suum fictum & commentitium קרי, unde sane, nec in iis, qui hodie manibus teruntur, Codicibus, comparet, sed a marginibus eorum exulat אליו, illæsa & incontaminata rursus est lectio. Cæterum, nemo mihi ex eo, quod nunc salva res est, statim inferat, suspectam hoc ipso reddi, illam, cujus patrocinium suscepimus, Rabani Mauri sententiam, nam pro hac veritatem militare, Talmud persuadet in Succa fol. 52. a. ubi citra ullam adeo, de qua paulo ante egimus, simulatam correctionem, prorsus quasi non aliter in sacro Codice legeretur, sic citatur Zachariæ verba: דכתיב והביטו אליו את אשר דקרו quæ Lectio, admissa quoq; est, in omnes τὰ En Israël editiones. Amplius observo, in Jalkut, super Prophetas fol 86. col. 4. eadem legi, quæ in Succa, Zachariæ locum præcedunt, ad hunc autem, cum denique deventum est, aliter falsi crimen committitur. Uti enim in Talmude, Elementi additione, ita hic detractione ejus, peccatum, legiturque: והביטו אל את אשר דקרו: Posset aliquis ad excusandos Judæos objicere, ipsum Johannem Evangelistam cap. XIX, 37. ita adduxisse locum Zachariæ, ut ad τὸ אלי ne quidem attenderit, dicendo nude Ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν· Ubi tamen LXX. habent: Ἐπιβλέψονται πρός με, εἰς ὃν ἐξεκέντησαν· Enim vero, hæc Judæos non juvant. Sciunt omnes, Novi Testamenti Scriptores, non semper singula verba, Testimoniorum Antiqui, quæ producunt, Fœderis, sigillatim recensere, sed contentos sæpe fuisse, ea tantum allegare, in quibus causæ cardo consistit, quæque ad propositum maxime faciebant. Idem hoc loco e iam Johannes fecit, qui in eo occupabatur, ut ostenderet non forte & temere Christi latus lancea perfossum esse, sed ita eventurum, jam olim fuisse prædictum. Nobis sufficit, ad arguendum de crimine Judæos, luculente ostensum esse, ipsos vocem aliquam divinarum literarum, nefario ausu immutare præsumsisse, eamq; depravationem etsi in ipso sacro Codice, nunc quidē amplius non deprehenditur, tamen in Talmud, En Israël, & Jalkut, constantissime esse receptam.

8. XL dies] Idem hoc dictum, paucis demtis, legitur quoque in Sanhedrin cap. 2. p. 190. edit. Coccej. & Moëd. Katon fol. 18. b. Pugnat autem cum eo vehementer, alterum quod est in Berachot fol. 60. a. תניא ג' ימים תראשונים יבקש אדם רחמים שלא יסריח מג' ועד מ' שיהא זכר ממ' ועד ג' חדשים שלא יהא סנדל מג' ועד ששה שלא יהא נפל מששה ועד ט' שיצא בשלום: id est: *Extat Traditio: Tribus prioribus* (post conceptionem) *diebus, orandum homini, ne semen putrescat: inde usq; ad diem XL. ut evadat masculus: Hinc, ad tertium usq; mensem, orandum, ne fiat superfœtatio*, (corrumpaturque forma prioris

fœtus

fœtus, & referat piſcem marinum planum, quem Sandalium vocant.) *Porro a tertio, ad ſextum uſq; menſem precandum, ne abortum patiatur conjux: abhinc, uſq; ad menſem nonum vota facienda, ut fœtus ſalvus ſanusq;* (ex utero) *prodeat.* Pugnant, inquam, hæc acerrime invicem. Nam ut mittam reliqua, ſi intra XL. poſt conceptionem dies, locus adhuc precibus, ut mas aut fœmina efformetur, quomodo ipſo conceptionis momento, quod eſt XL. dies ante formationem, jam cœleſte conſultum editur, de naſcendi fœtus ſexu, conjugio, fortunis? Enim vero hæreo, nec expedire me potis ſum.

9. Formationem fœtus] Vir, Genere, doctrina, ac dignitate muneris, quo ante hos paucos annos, dum DEUS, & fata ſiverunt, apud Chriſtianiſſimum Galliæ Regem, & in ſuprema Pariſienſi Curia fungebatur, illuſtriſſimus, *Gilbertus Gaulmyn*, in poſtremo capite, eruditi, ad Libellum, de Vita & Morte Moſis, Commentarioli, totam veterum Chaldæorum de Formatione Fœtus, opinionem, undique ex illorum libris conquiſitam, ſtrictim propoſuit, late rem perſequi, & ipſa loca Autorum deſcribere, per occupationes, uti queritur, prohibitus. Nos, memores ſummæ benevolentiæ, qua a tantæ dignationis Senatore, inter Veneratores, Lutetiæ, cum ibi moraremur, admiſſi ſumus, ſubveniemus illis, quæ ipſe aſſeruit, & quia in duobus MSS. noſtris Codicibus, quorum alter Maimonidis More Nevuchim, & quædam Cabbaliſtica, alter, multa adverſus Chriſtianos, a nequam Judæis clam compoſita complectitur, eadem antiquorum Sapientum placita, a Judæo quodam collecta, ſubjunguntur, dabimus Fragmentum integrum ad amuſſim cùm iis, quæ a Gaulmynio κεφαλαιωδῶς & συνετμημένως propoſita ſunt, conveniens, ac Commentarii inſuper vicem, iis optime præſtans.

זהו יצירת הולד:

כיצד יצירת הולד אמר ר׳
יוחנן מאי דכתיב עושה
גדלות ואין חקר נפלאות
עד אין מספר אילו גדלות
ונפלאות שקבורה עושה
ביצירת הולד שבשעה שאדם
בא לשמש את מטתו עם

HÆC EST FORMATIO FOETUS.

Quomodo Fœtus formatur? Quærit R. Jochanan: Quis ſenſus verborum: (*Job. V, 9.*) *Faciens res magnas, quarum non eſt perveſtigatio; mirabiles, quarum non eſt numerus?* Nimirum, hæ ſunt magnæ, & miræ illæ res, quas DEUS patrat, in Formatione infantis. Ea enim hora, qua Maritus conjugalem torum, cum Uxore conſcendit,

אשתו הקב"ה קורא למלאך
הממונה על ההריון ואמר
לו דע בי פלוני מוריע הלילה
יצירת האדם ואתה לך
ושמור אותה טיפה וטול
אותה בספל וזרה אותה
בגורן לשלש מאות וששים
וחמשה חלקים והוא עושה
כך ונוטל הטיפה ומביאה
לפני הקב"ה ואומר לפניו
רבונו של עולם עשיתי ככל
אשר צויתני וטיפה זו מה
תהא עליה גזור עליה כרצונך
מיד הקב"ה גוזר עליה אם
גבור או חלש או ארוך או גוץ
זכר או נקבה טיפש או חכם
עשיר או עני אבל צדיק ורשע
אינו גוזר דאמרינן הכל בידי
שמים חוץ מיראת שמים
מיד רומו הקב"ה למלאך
הממונה על הרוחות ואומר
לו הבא לי רוח פלוני שכך
וכך הם עושין בהבראם מיום שנברא העולם עד
שיכלה העולם: תכף בא לפני הקב"ה ומחשתוה לפניו
באותה

scendit, ut amori indulgeant, vocat DEUS Angelum conceptionis Præsidem, aitque illi: Scito, τὸν δεῖνα, hac nocte semen emissurum, quod evadet in hominem. Quamobrem abi, & illam guttam custodito, simpuloque inditam, agitato, ut in partes CCCLXV. dividatur. Iste ig.tur, imperata facit, & acceptam gutta, defert eam ad DEUM B. aitque illi: Mundi Arbiter, feci omnia quæ jussisti, sed quid futurum est de hac gutta? statue de ea, ex tua sententia. E vestigio, DEUS decernit, num ex ea prodire debeat fortis aut infirmus; magnus, aut parvus; mas aut fœmina; stultus, aut sapiens; dives aut pauper; sed de pietate & impietate nihil decernit, secundum tritum illud: *Omnia præter DEI timorem, a DEO dependent.* Postea jubet DEUS, Angelum Præsidem animarum, adducere, eam, quam specialiter designat animam. Atq; hæc, æterna in creatione hominis, lex observatur. Ergo adest Anima, & coram DEO, se humiliter prosternit, cui is: Recipito te, in guttam hanc. At Anima,

באותה שעה אמר לו הקב"ה
הכנס בטיפה זו מיד פותח
הרוח את פיו ואמר לו רבונו
של עולם די לי בעולם
שהייתי מיום שנבראתי אם
רצונך אל תכניסני בטיפה זו
סרוחה כי קדושה וטהורה
אני אל הקב"ה העולם אשר
אני מכניסך הוא טוב מן
העולם אשר היית וכשיצרתיך
לא יצרתיך אלא לטיפה זו
מיד מכניסו הקב"ה על כרחו
בתוך אותה טיפה וחוזר
המלאך ומחזיר הרוח בתוך
מעי אמו ומזמן שם שני
מלאכים ושומרים אותו שלא
יפיל ומניחים לו נר דלוק על
ראשו שנ בהלו נרו עלי ראשי
ומביט ורואה מתחלת העולם
עד סופו ובבקר נוטלו המלאך
ומוליכו לגן עדן ומראה לו
הצדיקים היושבים בכבוד
ואומר לו תדע למי היה אותו
רוח אל לאו אל אותו שאתה

os ſuum adaperiens; Mundi Arbiter, inquit, contenta ſum illis ſedibus, in quibus inde a prima creatione, vitam exegi. Si ita fieri poteſt, quæſo, ne detrudas me, in putidam hanc guttam, ſancta enim, & munda ſum. Reſpondet Deus: Illa loca, in quibus te degere volo, meliora ſunt iis, quæ hactenus incoluiſti; & cum principio te crearem, non id alium ob finem a me factum eſt, quam hujus guttæ cauſa. Nec mora, invita etiam, a Deo guttæ inditur. Rurſum præſto eſt, idem Angelus, & guttam ſic animatam, reddit utero materno, adjungens illi duos cuſtodes Genios, impedituros abortum, imponiturque capiti Animæ, candela accenſa (Q.S.E. Job. XXIX, 3. *Ut ſplenderet candela ejus, ſuper caput meum*:) pervidetq; omnia, quaqua patet Orbis univerſus. Exorto mane, aſſumtam Animam, Angelus deducit in Paradiſum, oſtendens ei Juſtorum animas, in ſumma gloria ſedentes, aitque: Scisne, cujus fuerit ille Spiritus? Illa vero negante; p[illegible]it: Iſta anima quam tanto honore, tantaque gloria præditam intueris, & ipſa ſicut tu in-

רואה באותו בבוד ובאותה
מעלה נוצר כמותך במעי אמו
וכן זה וזה ונצרו חוקים
ומשפטי הקבה אם תעשה
כמותם אחר מותך באשר
מתו הם תזכה למעלה הזאת
ולכבוד הזה כאשר אתה
רואה ואם לאו סופך לילך
אל המקום אשר אראך ולערב
מוליכו לגיהנם ומראה לו
הרשעים שמלאכי חבלה
מטרידין אותם וחובטין ומכין
אותם במקלות של אש והם
צועקין אוי ואבוי ואין מרחמין
עליהם ואומר לו המלאך בני
הידעת מי המה אילו הנשרפין
ואומר לאו ואל תדע שאילו
נוצרו מטיפה סרוחה במעי אמן
ויצאו לעולם אך לא שמרו
עדות וחוקות הקבה לכך
באו לחרפה וו ועתה בני
תדע כי סופך לצאת מן
המקום הזה ולמות לבן אל
תהי רשע אך תהי צדיק
ותתיה לעולם ומניין שכך הוא

utero muliebri, corpore humano fuit veſtita, idem & de hac, & de illa (*omnibus q; aliis, eſt judicium.*) Cæterum, morem geſſerunt præceptis divinis. Si eas imitaberis, poſt ſeparationem a corpore, idem, quod & his, a corpore ſejunctis, accidit, tibi eveniet, ac gloriæ, honorisque ejusdem, eris particeps. Sin minus, pervenies in locum, quem tibi ſum oſtenſurus. Sub veſperam, deducit illam in Gehennam, commonſtratque ei impios, quos Angeli tortores affligunt, cruciant, & diverberant igneis fuſtibus; illis heu! & heu! clamantibus; his vero, immiſericordes ſe præbentibus: aitque Angelus: Noſtine, o Mea, quinam ſint iſti, qui uſtulantur? Hac rurſus negante, (*ſubnectit:*) Scias iſtos Spiritus, corporibus indutos, in Orbe vixiſſe: At non obſervarunt monita, & præcepta Dei B. quamobrem ad hanc ignominiam redacti ſunt. Nunc igitur, O filia Cariſſima, ſic habeto: Deferendus aliquando tibi mundus, moriendumque eſt: Non igitur flagitiis, ſed pietati te mancipato, vivesq; in æternum. Unde probabitur, hæc ita

eveni-

שנ יתמך דברי לבך שמר
מצותי וחיה ומטייל אותו מן
הבקר ועד הערב ומראין לו
כל מקום שידוך כף רגלו
ומקום שעתיד לדור בו ומקום
שעתיד ליקבר בו ואחר כן
מראה לו עולם הטובים וחרעי
לערב חוזר אותו למעי אמו
והקבה עושה לו דלתי ובריח
שנ ויסך בדלתים ים בגיחו
מרחם יצא וכתי ואשי דברי
בפיך ובצל ידי כיסתיך ואמר
לו הקבה עד פה תבא ולא
תוסיף ומונח הולד במעי אמו
ט חדשי ג חדשי הראשונים
הוא דר [במדור התחתיון וב
אמצעיים במדור האמצעי וב
אחרונים]במדור העליון ואוכל
מכל מה שאמו אוכלת ושותה
ממה שאמו שותה ואינו מוצא
רעי שאלמלא כך תמות אמו
ולכך נאמר עושה גדולות
ונו וכאשר תגיע זמנו לצאת
בא אותו המלאך ואומר לו

evenire? Q. S. E. (Prov. IV, 4.) *Retineat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, & vives.* Amplius, circumducit eam, a mane usque ad Veſperam, monſtratque illi omnia loca, quæ peragratura eſt, itemque locum ubi domicilium fixura, quin & eum, ubi tradenda ſepulturæ: inſuper oſtendit ei cœtus piorum. Nocte vero appropinquante, reddit illam viſceribus maternis, ibi Deus parat ei valvas, & repagula: Q. S. E. (Job. XXXVIII, 8.) *Et occluſit valvis mare, cum ederem ipſum ex utero exivit.* Amplius S. E. (Eſ. LI, 16.) *Indam verba mea, ori tuo, & umbra manus meæ obtexi te.* Tum vero, illi ait Deus B. Huc usque venies, & non ultra. Moratur igitur infans in utero materno menſes IX. [*Tres priores degit in habitaculo inferiore: tres ſequentes in medio*] tres ultimos, in ſuperiore. Nutritur iisdem cibis, quibus mater veſcitur, & ex potu quem illa bibit, ſitim reſtinguit: nihil autem ſecernit, nam ſi aliter ſe res haberet, matri pereundum foret. Atq; huc pertinet illud (Job. V, 9.) *Faciens res magnas &c.* Cum exeundi tempus prope adeſt, revertitur idem ille (*Moderator*) Angelus, ipſique,

Defectũ qui eſt in utroq; noſtro MS. ſupplevimus ex Ampliſſimo Gaulmynio, atq; ſic eſt quoq; in Nidda fol. 31.

צא כי הגיע זמנך לצאת
לעולם והוא משיב והלא
כבר אמרתי בפני מי שאמר
והיה העולם שדי לי מן העולם
אשר הייתי דר ואומר לו עולם
שאני מכניסך יפה הוא ועוד
שעל כרחך אתה נוצר במעי
אמך ועל כרחך אתה נולד
ותצה לעולם מיד בוכה הוא
ולמה הוא בוכה מאותו עולם
שהיה בו שמניחו וביציאתו
מכה אותו תחת חוטמו ומכבה
הנר אשר על ראשו ומוציאו
על כרחו ושוכח כל אשר ראה
וביציאתו בוכה ולמה מפני
שמחליפין לו שבעה עולמות
באותה שעה: עולם ראשון
דומה למלך שהכל שואלין
בשלומו ומתאוים לראותו
ומנשקין ומחבקים אותו מפני
שהוא בן שנה עולם שני
דומה לחזיר שהוא תדיר
בתוך אשפתות כך הוא בשתי שנים הוא תדיר בצואה
ובפרש עולם שלישי דומה לגדי שהוא מרקד במרעה כך

Exi, ait, nam venit tempus tuum, prodeundi in Orbem. Excipit Anima: Annon pridem coram Creatore hujus Universi dixi, acquiescere me in iis locis, quæ incolui? Tum rursus Angelus: Mundus in quem te introductuctus sum, elegans existit: Insuper uti invita intra viscera matris efformata es, ita invitæ etiam nasci, & in orbem prodire necesse est. Ibi in lacrumas solvitur fœtus, quarum causam si quis requirat, (*sciat id fieri, quia deserere cogitur*) loca, quæ incoluerat. Interim, egressurum fœtum, (*Angelus*) subter nasum percutit, extinguitque lumen, quod in capite habebat, ac reluctantem protrahit: Fœtus vero obliviscitur omnium quæ viderat. Eductus, flet, idque ideo, quia tum VII. Ætatum mutationibus redditur obnoxius. Prima Ætate, Regem refert, quem omnes salutant, omnes videre expetunt, osculantur, amplexanturque, atque hoc fit, dum anniculus est. Secunda Ætate, refert Porcum, uti enim iste involutabro degit, ita infans intra

bien-

הוא מרקד לכאן ולכאן עד
שהוא בן חמש שני עולם
רביעי דומה לסוס כשהוא
הולך בסריטיא בגסות הרוח
כך התינוק מהלך בגסורת
ומשתבח בבחרותו כשהוא בן
יח שנים עולם חמשי דומה
לחמור שנותנין אוכף על כתפו
כך מניחין עליו ונותנין לו
אשה ומוליד בנים ובנות
ומחזר אחר פרנסת בנין ובני
ביתו עולם ששי דומה לכלב
שמחזר אחר פרנסתו וחוטף
לכאן בחצוף למוונותיו וגונב
מזה ונחל לזה ואינו מתבייש
עולם שביעי דומה לכלום
כי נשתנה מכל דבר נם
בני ביתו מקללין אותו ומבקשין
מיתתו ואפילו תינוקות משחקין
ממנו לסוף הניע ומנול מות
ואז בא המלאך אצלו ואומר
לו מכיר אתה לי והוא אומר
הן אל ולמה באת היום אצלי
ואל להוציאך מן העולם מיד

biennium, in ſordibus jacet, ac immunditie. Tertia Ætate, cum Hœdo comparandus venit; nam quemadmodum hœdus proſilit ad pabulum, ita Infans, huc illucque ſubſultat, quoad quinquennium exegit. Quarta Ætate, Equus videtur: Uti is enim circum compita, ferociens graditur, ſic Adoleſcens ſuperbit, & juventa ſua ſe effert, ad annum uſque XVIII. Ætate Quinta, Aſino ſimilis eſt, quippe hujus dorſo clitellæ imponuntur: pari modo, homini ducenda eſt uxor, progeneratque ſobolem utriusque ſexus', de ea, cæterisque domeſticis alendis, ſolicitus eſſe cogitur. Ætate Sexta, Canis adinſtar, victum quæritat, proterve rapiens opes, ac hinc & hinc, prædans furansque, ſine omni pudore. Ætate Septima, Nihili habetur, penitus enim immutatus eſt, ac domeſtici quoque ejus illi convitiantur, ejusque mortem anxiis votis exſpectant, & adeo pueri in eum illudunt. Tandem cum fatalis hora imminet, advenit Angelus, aitque Animæ: Nunquid me noviſti? Reſpondet illa, Utique; ſed, quid nunc ad me venis? Subjicit

בוכה ומשמיע קולו מתחלת
העולם ועד סופו ואין כל
בריה יכולה לשמוע קולו אלא
תרנגול בלבד: ואומר למלאך
והלא הוצאתני משתי עולמות
והנחתני בעולם הזה אשר
אני הר ואומר לו המלאך
והלא כבר אמרתי לך שעל
כרחך נוצרת ונולדת ותמות
ועתיד אתה ליתן דין וחשבון
לפני מלך מלכי המלכי' הקב"ה
והרי הן ארבע עולמות שהראה
הקב"ה לאליהו ז"ל שנ' צא
ועמדת לפני ה' בהר אמר
הקב"ה לאליהו מה הן ארבע
א"ל רבונו של עולם איני יודע
א"ל הקב"ה אילו הן ארבע
עולמות שאדם עובר בהם
רוח גדול חזק זה העולם הזה
שהוא דומה לרוח ואחר הרוח
רעש בלומר אחר העולם הזה
יום המיתה שהוא מרעיש כל
נופו של אדם ואחר הרעש

Angelus: Ut te ex mundo educam. Hic vero flere (*Anima*) incipit, (*querentisq;*) vox, quaqua patet Orbis, exauditur, etsi non nisi a solo gallo gallinaceo percipitur. Inquit porro Angelo: Annon e duabus mansionibus me foras evocasti, & in præsentem hunc Orbem introduxisti? Respondet Angelus; & nunquid non ego tibi dixi, vel invitæ tibi induendum esse corpus, prodeundum in hunc Orbem, moriendum, & denique rationem reddendam esse, coram Rege Regum DEO B. Atque hæ sunt quatuor illæ vicissitudines rerum quas Deus B. ostendit Beato Eliæ; prout S. E. (1. Reg. XIX, 11.) *Exi, & consiste coram Domino in monte.* Quæsivit Deus ex Elia: Quid sibi volunt istæ vicissitudines? Illo vero, se id nescire profitente; dixit Deus B. Hæc sunt quatuor. Fata, quæ cuique Homini obtingunt. *Ventus magnus ac vehemens*, indicat seculum præsens, quod vento optime comparari potest. *Post Ventum, concussio*: id est, post vitam præsentem Mors, quæ totum hominis

corpus

אש כלומר אחר יום המיתה
דינה של גיהנם שהוא אש
אחר האש קול דממה דקה
כלומר אחר אור של גיהנם
יום דין הגדול שהוא דממה
דקה:

corpus concutit. *Et post Concussionem, Ignis*: id est, post mortem Gehenna, quæ merus ignis est. *Post Ignem, Vox silentio tenuis*: id est, post Ignem gehennæ, dies magnus Judicii, qui silentio tenui, innuitur.

סליק יצירת של ולד:

Finis est Dissertationis, de formatione Fœtus.

Atque hæc est vetustissimorum Sapientum, de Hominis ortu ac interitu sententia, in qua multa ex mystica illorum Theologia, interpretationem desiderant, ac longe aliter accipienda sunt, quam enunciantur. Conferri cum his debent, quæ habentur in Nidda fol. 16. b. & fol. 30. b. Recentiores Judæi, quomodo de formatione fœtus philosophentur, videri potest in Schalsch. Hak. p. 77. & multis seqq. ubi prolixe de hac re disseritur: Sed, pleraque ex nostris libris, Autor descripsit.

10. Filia ℵ N. nubet ℵ N.] Solvenda nunc quoque Judæis, altera illa difficultas, gravis est. Quomodo scilicet, non obstante cœlestis oraculi pronunciato, tamen nulla Homini vis inferatur, sed piæ preces, ac liberum arbitrium, suum adhuc in ineundo matrimonio locum inveniant, & adeo, cuique ex meritis, Uxor obtingat. Nimirum, uti fuse disputat, Autor libri Olelot Ephraim fol. 89. colum. 2. seq. decretum cœleste, nude concipitur, nullo habito respectu ad eorum, de quibus latum est, futura opera, semperque cum limitatione accipiendum, nisi illi ipsi impedimentum aliquod objiciant. Cum enim ex Judæorum mente, soli hominis libertati relinquatur, pietati aut improbitati sese dedere, & verum verbum sit, quod jam modo in fragmento de creatione fœtus, ex Berachot fol. 35. b. dicebatur: הכל בידי שמים חוץ מיראת שמים Quamobrem, si illi, quos Oraculum principio conjunxit, diversis moribus studeant, sejungit deinde DEUS hos ipsos, & ut pius piæ, impius impiæ jungatur, efficit. Amplius, accidere quoque solet sæpissime, ut tam mares, quam fœminæ, vel ob propria, vel ob parentum delicta, nondum contracto matrimonio, præmatura morte moriantur, proinde supereſt semper pars orba, de qua DEO ex suo arbitratu, ad cujusque probitatem vel malitiam, præmio, aut pœna, afficiendam, disponere licet.

licet. Hæc fere eſt, ſententia eorum, quæ in illo quem diximus libro, qui volet, pluribus legere poterit, omnia enim iſta afferre, tædioſum fuiſſet. Potius quædam tranſcribam ex Hebræo-Germanico מוסר c. 5. eodem tendentia: *Allevveg is einem beſchert die er nehmen ſol und 40. Tag darvor, eh er beſchaffen vvird, vvird ausgeruffen, der* פלוני *ſol die* פלונית *nehmen, vvann ſie beyd vverden vvürdig ſeyn, und vverden ſich halten darnach, vvo aber nit, daß ſie ſich nit halten darnach, ſo vvern ſie ſich nit anander nehmen, und er ſol ein ander bekommen, und ſie ein andern der vvürdig zu ihr is. Darum ſterben etliche noch jung, vvann ihm ſchon eine beſchert is. Darum vvann einer is ein* צדיק *und die ihm beſchert is, die is bös, da theilt ſie* הקבה *und gibt ihm ein* צדקות *und ihr ein* רשע *ach vvann ſie ein* צדקורת *is, und er ein* רשע *ſo thut* הקבה *ach aſo.*

11. Domus ה N.] Verba בית פלוני לפלוני agnoſcit Talmud Amſtel. & Pragenſis ה En Jacob Editio. Cæterum, in Cracovienſi En Jacob, & Olelot Ephraim quoque, ubi integer hic locus citatur, eadem omittuntur. Utrumque En Jacob Veronenſe, expreſſit quidem verba iſta, ſed circumſcripta ſemicirculis.

12. Inter Conjugium primum.] Conjugium primum, ex mente Autoris Olelot Ephraim, non capiendum de primis Nuptiis, quod tamen vult Seldenus in Uxore Hebr. l. 3. c. 17. ſed de illa, in Cœlo facta copula. Atque hinc ſimul jam patet ratio, quare tantam difficultatem, ipſi Deo pariat, ſecundum conjugium, quod ex meritis ipſe diſpenſat: לפי שאינה בת זיוגו Nam vir & mulier, qui cœleſti conſulto cum aliis potius, quam inter ſeſe matrimonium contrahere debebant, hic jungendi ſunt, atque eapropter, extra ordinem Numini operandum eſt.

ב

תניא היה רם אומר אדם עובר עבירה בסתר הקבה מכריז עליו בגלוי שנאמ׳ ועבר עליו רוח קנאה וקנ׳ את אשתו ואין עברה אלא לשון

II.

TRaditur, R. Meir dicere ſolitum: Homo peccatum ſecreto committit, ſed [1] Deus Benedictus, [2] id palam divulgat. Q. S. E. (Numeror. V, 14.) *Si corripiat eum ſpiritus zelotypiæ, ita ut ſit zelotypus erga uxorem ſuam.* Nimirum, vox עברה

hîc

הכרזה שנ׳ ויצו משה ויעבירו קול במחנה אמ׳ריש לקיש אין אדם עובר עבי׳ אלא אב נכנסה בו רוח שטות שנא׳ איש איש כי תשטה אשתו תשטה כתיב׃

divulgandi ſenſu capienda eſt; utinillo: (Ex. XXXVI, 5.) *Tum præcepit Moſes, ut proclamaretur in caſtris.* Reſch Lakiſch dixit: Nemo peccatum patrat, niſi amentiæ ſpiritus in eum ingrediatur. Q. S. E. (Num. V, 12.) *Cujuscunq; viri uxor amentia correpta fuerit.* Nempe תשטה cum Schin exaratum.

ANNOTATA.

1. Deus Benedictus] Cum Deum dicere volunt Judæi, communiſſime illum circumſcribunt per הקדוש ברוך הוא eaq; formula, paſſim, & ubique adhibetur. Aliquando tamen, etſi rarius, dicunt etiam הברוך הוא item קדוש ברוך הוא Prioris expreſſionis exempla habemus in En Iſraël fol. 23. col. 4. fol. 52. col. 1. & 2. f. 74. col. 1. Poſterioris; in En Jacob fol. 162. col. 1. Hoc tamen, ne quid, diſſimulem, diſcrimen in Talmude non usquequaque obſervatur.

2. Id palam divulgat] Dum per alios id Deus facit, ipſe hoc facere dicitur. כגון אשה פרוצה עוברת בסתר והקבה מכריז בגלוי׃ שנותן בלב בעלה לקנאת לה והדבר מתפרסם בגלוי׃ id eſt: *Verbi cauſa: Cum fœmina impudica clanculum peccat, id palam divulgat Deus, dum animum mariti ad zelum inducit, atq; ſic res evadit manifeſta. Raſchi.*

ג

אמר רב חסדא זנותא בביתא כקריא לשומשמי אמר רב פפא תוקפא בביתא כקריא לשומשמי ואידי ואידי באיתתא אבל בגברא לית לן בה׃

III.

R. Chasda dixit: Scortatio domui idem eſt, quod eruca papaveri. R. Papa vero dixit, [1] Iram in domo, habere ſeſe adinſtar erucæ, reſpectu papaveris. [2] Utrumque vero tantum de mulieribus capiendum, nam ad viros, nihil hæc attinent.

ANNOTATA.

1. Iram in domo &c.] Autor libri *Brandſpiegel* pag. 183. a. hanc parœmiam, ſic vertit: *Ein zornige Frau im Haus, is gleich als ein Wurm, der als verderbt.*

2. Utrumque vero tantum de mulieribus &c.] Mulierem nimium iracundam, rei familiari detrimentum inferre, nemo dubitat. Et pertinent huc, quæ Syracides monet cap. XXV, 20. ſeqq. Idem quoque de ea quæ ſcortationi indulget, affirmandum: לפי שהיא מתעסקת בזנותיה ואינה עושה מלאכה ולא משמרת ביתה ומפקרת את של בעלה למנאפים: id eſt: *Ejuſmodi enim mulier, tantum amori explendo intenta eſt, nec facit ſuum officium, aut domum cuſtodit, res etiam mariti, adulteris largitur.* Sic eſt in Gloſſa.

3. Ad viros nihil attinent] Quomodo parum in ea re ſitum ſit, ſi Maritus alienos amores ſectetur, quaque ratione, id citra præſens, rei familiaris damnum, facere queat, non hercle tam prudens ſum, ut intelligam. Quod vero de Ira aſſerunt, ejus cauſam facile aſſequor, ex Schabbat fol. 105. Nam ibi dicitur, patrifamilias licere iraſci, למירמא אימת' דאינשי ביתיה; id eſt: *Ut in metu contineantur domeſtici.* Quamobrem, & mox Exempla adduntur, magnorum Virorum, qui ad iræ quendam exceſſum, fuere proclives. ר' יהודה שליף מצבייתא רב אחא בר יעקב תבר מני תבירי רב ששת דמי לידה לאמתיה מזניני אריסיה רב אבא תבר נכתמא: id eſt: *R. Jehuda* (ad terrorem faciendum domeſticis, ira commotus,) *filum e veſte extrahebat. R. Acha F. I. vaſa* (pridem) *fracta,* (& in hunc uſum ſibi ſervata,) *comminuebat. R. Scheſchet ancillæ ſuæ caput, jure piſciculorum petebat: R. vero Abba, operculaollarum, ſolo allidere conſuevit.*

ד

ואמר רב חסדא בתחלת קודם שחטאו ישראל היתה שכינ' שרויה עם כל אחד ואחד שנ' כי ה' אלהיך מתהלך בקרב מחניך וכיון שחטאו

IV.

PORro ait R. Chasda: Principio, antequam Judæi peccaſſent, quisque eorum divinam majeſtatem ſibi præſentem habebat: Q. S. D. (Deut. XXIII, 14.) *Nam Dominus Deus tuus, indeſinenter ambulat in medio caſtro-*

rum

היתה שכינה מסתלקת מהם שנ ולא יראה בך ערות דבר ושב מאחריך:

rum tuorum. Cum vero peccassent, ſubduxit ſe iis divina majeſtas Q. S. E. (ibidem) *Nec videbit in te turpitudinem ullius rei, & avertat ſe a te.*

ANNOTATA.

1. Divinam majeſtatem] Quid per שכינה Judæi proprie intelligant, explicatu eſt difficile. Cl. Hackſpanius noſter, in Notis ad Lipmannum cap. 2. n. 113. ſeqq. poſtquam multa de שכינה adduxerat, tandem num. 122. concludit: *Per* שכינה *intelligi ſpecialem Dei præſentiam, ſive illa Majeſtatica ſolum ſit, ſive effectus quosdam ſpeciales involvat.* Eadem Cocceji ſententia eſt in Sanhed. p. 157. n. 4. ac Buxtorfii quoque in Lex. Talm. pag. 2394. Et ſane, non negaverim, hoc ſenſu plerunque vocem שכינה accipi, poſſuntque locis, quæ Viri laudati obſervarunt, addi inſuper ſequentia. Sevachim fol. 118. b. בארבעה מקומות שרתה להן שכינה לישראל בשילה ובנוב ובגבעון ובבית עולמים: id eſt: *In quatuor locis præſens fuit* שכינה *Judæis: In Schilo, in Nob, in Gibeone & in Templo Salomonis.* Peſachim fol. 56. a. בקש יעקב לגלות קץ הימים לבניו ונסתלקה ממנו שכינה: id eſt: *Voluit Jacobus* (moriens,) *revelare filiis ſuis, finem dierum* (captivitatis, qua nunc premimur Judæi,) *ibi receſſit ab eo* שכינה. Cæterum, non video, qua ratione cum iſtis conciliari poſſit, quod alibi affirmant Rabbini, שכינה esse ubique: Dei enim ſpecialis præſentia, ſive illa majeſtatica tantum fuerit, ſive ſpeciales quosdam effectus involvat, ubique eſſe non poteſt: Atque in Adjecto, quam vocant Logici, Contradictio, & ſeipſum deſtruens ſermo erit, ſi quis dicat, Specialem Dei præſentiam ubivis locorum eſſe. Sed vero, docere tamen Judæos quod dixi, patet ex Bava Batra fol. 25. a. רבי הושעיא סבר שכינה בכל מקום דאמר ר' הושעיא מנין שהשכינה בכל מקום שנ' אתה הוא ה' לבדך שלוחיך לא בשלוחי בשר ודם שלוחי בשר ודם ממקום שמשתלחין לשם חוזרין שליחותן אבל שלוחיך למקום שמשתלחין שם מחזירין שליחותן שנ' התשלח ברקים וילכו ויאמרו לך הנמו יבאו ויאמרו לא נאמר אלא ילכו ויאמרו מלמד שהשכינה בכל מקום · ואף רבי ישמעאל סבר שהשכינה בכל מקום דתנא דבי רבי ישמעאל מנין שהשכינה בכל מקום שנ' הנה המלאך הדובר בי יוצא ומלאך אחר יוצא לקראתו אחריו לא נאמר אלא לקראתו מלמד שהשכינה בכל מקום ואף רב ששת סבר שכינה

שכינתה בכל מקום דאמר לית דב ששת לשמעיה לכל רוחתא אוקמן
לבר ממזרח ולאו משום דלית בית שכינתה אלא משום דמורו בית
מינאי ורבי אבהו סבר שכינתה במערב דאמר רבי אבהו מאי אוריית
אויר יה: id est: *R. Hoschaja existimavit* שכינה *esse ubiq., ejusq. asserti rationem postenti, id probavit ex dicto;* (Nehem. IX, 6.) Tu ille Domine solus es. (Quasi dicat:) *Tui nuncii nequaquam mortalium nunciis similes sunt. Nam qui ab hominibus mittuntur nuncii, in eum locum, e quo emissi, nuncium referunt. Sed tui illi, in eodem loco, in quem missi, quod peregere, renunciant Q. S. E.* (Job. XXXIIX, 35.) An emittere potes fulgura, ut abeant & dicant tibi ecce nos? *Ut Veniant & Dicant; non legitur; sed*; Ut abeant & dicant: *quare docetur,* שכינתה *esse ubiq. Etiam R. Ismaël opinatur,* שכינה *esse in omni loco, idq. ipse evincit ex verbis:* (Zach. II, 7.) Ecce angelo illo, qui alloquebatur me, exeunte, angelus alter, exivit illi obviam. (*Exivit*) Post eum: *non dicitur: sed,* (*Exivit*) *illi obviam. Ideo sequitur* שכינה *esse ubiq. Nec minus R. Schesschet,* (qui orbus luminibus erat) שכינה *ubiq. esse credidit. Quod vero præcepit famulo, oraturum me in quamcunq. plagam mundi statuas, præterquam versus orientalem, id non capiendum quasi opinatus sit, ibi non esse* שכינה *sed hoc factum, quia* οἱ ἐξω *contendunt, omnino versus Orientem orandum esse. Enimvero R. Abhu existimavit,* שכינה *esse in Occidente, interpretatus vocem* אוריה (quæ secundum aliquos, Persis, Occidentem notat, juxta R. Salomonem vero ex, Oriens, corrupta est,) *per* אויר יה id est: *auram Domini.* (Atque, si Orientem אוריה significat, is quidem, ideo aura Domini dictus est, quia hæc plaga, Occidenti obvertitur.) Equidem scio, Lipmannum tum alibi, tum imprimis n. 189. distingere inter שכינה & גילוי השכינה Ut שכינה ipsa, ubique esse dicatur, neutiquam vero גילוי השכינה sive Schinæ revelatio. Quod, etsi speciem aliquam habet, nihilo secius tamen difficultatem non tollit, in adducto enim loco Talmudico, R. Abhu tanquam cæteris Magistris contradicens inducitur, quod ipse non nisi in Occidente שכינה degere opinatus sit, cum reliqui de omni loco id asseruissent. Quod si vero ipsum Numen cæteri intelligebant, is autem de peculiari tantum præsentia Numinis loquebatur, nullum utique opinionum fuisset dissidium, cum εἰς ἀυτὸ καὶ ἀυτὸ non fiat contradictio. Liquet ex his, saltem Judæos, sibi parum constare. Lucas, nisi fallor, שכינה quatenus gratiosam Dei præsentiam, evidenti & glorioso signo, certo in loco manifesta tam, denotat, per δόξαν κυρίου sive τοῦ θεοῦ exponit, quippe in Evang. cap. II. vers. 9. ait: Ἀγγελος Κυρίου ἐπέστη ἀυτοῖς καὶ δόξα κυρίου περιέλαμψεν ἀυτους. Et in Act. cap. VII. v. 55. ἴδε δόξαν Θεοῦ, καὶ Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ.

אמר

ה

אמר רבי שמואל בר נחמני
אר׳׳ יונתן כל העושה מצוה
אחת בעולם הזה מקדמתו
ומוליכתו לעולם הבא שנאמ׳
והלך לפניך צדקך כבוד ה׳
יאספך וכל העובר עבירה
אחת בעולם הזה מלפפתו
ומוליכתו ליום הדין שנ׳ ילפת
ארחות׳ דרכם יעלו בתהו
ויאבדו ר׳ אלעזר אומ׳ קשורה
בו בכלב שנ׳ ולא שמע אליה
לשכב אצלה להיו׳ עמה לשכב
אצלה בעולם הזה להיות
עמה ליום הדין בעולם הבא׃

V.

DIxit R. Samuel Nachmanides, verbis R. Jonathan: Si quis vel unicum bonum opus in hac vita peragit, id quidem antecedit illum, [2] eique viam commonstrat, ad vitam æternam. Q. S. E. (Es. LIIX, 8) *Et anteibit te justitia tua, gloria Domini extremum agmen tuum aget.* Similiter, si quis peccatum tantum unicum in hoc mundo committat, idipsum [3] involvit se in eum, deducitque illum ad diem judicii, Q. S. E. (Job. VI, 18.) *Involvuntur semitis suis consuetis; abeunt in nihilum & pereunt.* R. Eleaser autor est, (*Peccatum*) [4] illi alligari tanquam canem. Q. S. E. (Gen. XXXIX, 10.) *Non obtemperabat ei, ut cubaret cum ea, esset q; cum ea.* (Nimirum illa:) [5] *Ut cubaret cum ea*; hunc mundum: (Reliqua:) *Esset q; cum ea,* [6] diem judicii, & seculum venturum respiciunt.

ANNOTATA.

1. Dixit R. Samuel] In omnibus nostris Editionibus הא En Jacob non אמר sed ואמר legitur; quod posterius tamen vitiosum est. Nam ואמר tantum in Talmude locum habet, cum aut idem Magister loquendo pergit, aut cum affertur objectio, quorum neutrum hoc loco accidit. Merito igitur אמר rescripsimus atq; sic quoque in Talmude Amstelod. excusum. De cætero, omnia quæ hoc numero, Magistri inculcant, totidem quoque verbis repetuntur in Avoda Sara fol. 5. a. quibus omnino adjungere oportet scitum illud, quod est in Taanit. fol. 11. a. בשעת פטירתו של אדם לבית עולמו כל מעשיו נפטרין לפניו ואומרים לו כך וכך עשית במקום

* Sic corrigo vocem corruptã in Talm. Amſtel. ואומרת

* צמקום פלוני בוא פלוני והוא אומר הין ואומרים לו חתום וחותם שני ביד כל אדם יחתום ולא עוד אלא שמצדיק עליו את הדין ואומר להם יפה רנתוני לקיים מה שני למעז תצדק בדברך: id eſt: *Illa hora, qua homo ex hac vita in alteram illam æternam evocatur, omnia ejus opera ipſum præcedunt; ibi dicunt ei: Hæc, & illa feciſti, in loco N. die q. N. at q. ipſe ait: ſic eſſe fateor. Requirunt igitur, ut ſua ſubſcriptione adhuc amplius omnia confirmet: obſequitur q. homo: ſecundum id, quod S. E.* (Job. XXXVII, 7.) Sua manu quisque homo obſignat: *Neq. hoc tantum, ſed & ſententiam adverſus ſe latam, æquiſſimam prædicat, dicendo ipſis: rectè me judicaſtis: quo conſtet veritas, verbis:* (Pſal. LI, 6.) Ut juſtus prædiceris in ſermonibus tuis. Nec minus pertinet huc illud in Pirke Avot. cap. 4. העושה מצוה אחת קונה לו פרקליט אחד העובר עבירה אחת קנה לו קטיגור אחד; id eſt: *Quandocunq. quis bonum aliquod opus perpetrat, parat ſibi Defenſorem, & quandocunq. nefas quoddam committit, ſibi Accuſatorem parat.* Confer Pirke R. Elieſer cap. 34, pag. 84. Edit. Vorſtian. Et librum Schaare Dimha pag. 20. a.

2. Eique viam commonſtrat] Pro מוליכתו habet Talmud Amſtelod. הולכת לפניו quorum neutrum vitioſum eſt. At, מוליכתו לפניו quod in En Jacob Pragenſi, & Veronenſibus legitur, id merito displicet, nam & mox, cum מוליכתו repetitur, τὸ לפניו hoc quidem loco, etiam in his illis libris, exulat.

3. Involvit ſe in eum, deducitque &c.] Geminum eſt, illud Simeonis Admirandi, in Sermone, de ſemper mente complectendo ſuum cuique diſceſſum; qui extat Tom. 2. Biblioth. SS. Patrum. *Quæ hic contraximus Scelera, Virtutibus q. prætulimus, locumq. & copiam fecimus: * Nec nobiscum poſt fata procedent, & nobis imperabunt, nec eſt qui nos ab eis eruat.*

* Ita excuſum eſt, ſed debet omnino legi, Hæc.

4. Illi alligari tanquam canem] Poſſet locus, de Veneris glutino accipi, quo poſt commixtionem canes inter ſeſe, Oppiani in Halievt. verbis: —— Μάλα δηρὸν ἕκαστοι

Ἐξόπιθεν συνέχονται ἀμηχέλιες ἠύτε δεσμῷ·

Valde diu ſinguli a tergo cohærent, nexi tanquam vinculo. Quare ſenſus emergeret, ita alligari peccatum homini, uti a congreſſu, canes tenaciter mutuo cohærere ſolent. Sed magis eſt, ut credam, reſpici ad illos mores canum, quibus Dominos ſuos obſervant, & individuos comites ſeſe præſtando, nunquam ab iis vivis ſe ſegregant, & adeo ſæpe ne a mortuis quidem. Ejus rei novum & ſingulare exemplum, eruditiſſimus Bochartus in Hieroz. tom. 1. p. 826. his omnino verbis dare voluit: *Veteres* inquit, *hiſtorias*

historias replicare nihil opus est, cum hodieq; Lutetiæ Parisiorum, vivat canis, qui domini in S. Innocentii cæmeterio sepulti tumulo jam bene triennium incubuit, nec ullis inde blanditiis abduci potuit. Quin a nonnullis vi abstractus, & ad aliam partem urbis translatus, ibiq; aliquandiu detentus, quamprimum fuit sui juris, pristinam stationem repetiit, domini cadaveri ut videtur, tandem immoriturus, nisi obstet vis major. Res, anno, quo hæc scribo, Æræ scilicet Christianæ milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo, ideo visa est mirabilior, quod in illo cæmeterio per hyemales menses nix fuit altissima, & frigus intensissimum. Si de tam fidi canis victu, lector est solicitus, sciat locorum accolas, rei novitate perculsos, huic abunde prospicere, pane, & aqua, ad tumulum, cui assidet, subinde missis. Nota eſt canum fides, atque etſi inſolitum, & propemodum incredibile quippiam hic narratur, tamen, nunquam profecto in mentem mihi veniſſet, quæ tantus Vir aſſeveravit, vocare in controverſiam. Solum cupido me inceſſit, addiſcendi quid tandem illo Cane ſit factum, & num ceu apud homines fieri ſolet, longa dies mœrorem paulatim imminuerit, an vero herili ſepulchro denique ſit immortuus. Equidem, ſciebam, hanc curioſitatem pro amore in me ſuo, quem pleniſſimum ſemper experior, non ægre, laturum, illud, cujus auſpiciis, hos Commentarios feliciter ſcribere aggreſſi ſumus, Rei literariæ decus, & columen, Illuſtriſſimum Virum, JOANNEM CAPELLANUM; Quare, uti ſolenne mihi eſt, omnia de quibus dubito, ad ipſum referre, ut vel cunctationem meam regat, vel inſtruat ignorantiam; Ita de fato canis iſtius, eundem quoque nuper percontari auſus ſum. At vero, ipſe Lutetia ante diem XXVI. Junii, anni hujus a nato Redemtore noſtro cIↃ IↃC LXXI. miſſis ad me literis, reſponſum dedit, plane contra opinionem, quod æquum eſt, omnes cognoſcere. *Je suis estourné qu' vn aussi habil Personnage, que Mr Bochart, se soit laisser imposer par le bruit commun, touchant le Chien du Cimetiere des Sts. Innocens, & a charger son Ouurage de cette Narration, comme veritable, jusqu' a la circonstance de la datte de 1660. qui estoit si facile a verifier. Mais c'est qu' il viuoit a Caen, & que quelque Normand le luy manda de Paris sur le bruit qui en couruſt. I' ay aujourdhuy pour m' en eclaircir visité le Curé de cette Parousse la, sur ce sujet, lequel m' a dit qu' il y a trente deux ans qu' il la regit, que plus de quatre fois cette fable s' estant respandue parmi son Monde, & voulant s' asseurer, si' l estoit vray, il s' estoit transporté toutes les fois dans ce Cimetiere, & n'y auoit jamais veu le Chien, ni rien approchant.* Doleo profecto, etiam ipſius Bocharti periculo, comprobari ſcitum illud: Nervos & artus Sapientiæ eſſe, non temere credere!

5. Ut cubaret cum ea, hunc mundum &c.] Raſchi, in Commentario in Geneſin, paulo aliter, ac hic loci ſit, לשכב אצלה explicat, inquiens: לשכב אצלה אפילו בלא עמה להיות תשמיש לעולם הבא: id eſt: (Non obtemperabat ei,) *Ut cubaret juxta eam:* Puta: Etiam citra rem Veneream. *Eſſet q; cum ea:* Scilicet, poſt fata, in ſeculo futuro. Quæ expoſitio uti nihil quicquam, pietati, ac honeſtis moribus adverſum habet, ita inſignem R. Salomoni facit injuriam, Melchior Palontrotti, in libello cui nomen impoſuit: *Raccolta di molti errori, e Chimere, ſognate da Thalmudiſti, ſopra l' Eſpoſitione della Bibbia, & riferite particolarmente da R. Salomone &c.* Quippe in eo pag. 43. magno errore ita ſcribit: *Pregò la donna, che Gioſef dormiſſe con lei. Dice R. Salomone anco ſenza peccato, e che ſtaſſe con lei, anco nel ſecolo futuro.* Næ, alia omnia potius dicit R. Salomo, quam quæ illi affinguntur.

6. Diem judicii] Verba, ליום הדין tantum in Compendiis Talmudis comparent, ipſum Talmud (Sed de Amſtelodamenſi editione ſemper loquor, neque enim poſſideo alias,) iisdem deſtituitur.

ו

דרש רב עוירא זימנין אמ׳
לה משמיה דר׳ אבין זימנין
אמר לה משמיה דר׳ אסי כל
האוכל לחם בלא נטילת ידי
כאלו בא על אשה זונה שנ׳
כי בעד אשה זונה עד ככר
לחם ואש איש נפש יקרה
תצוד · אמר רבא האי בעד
אשה זונה עד ככר לחם
בעד ככר לחם עד אשה
זונה מיבעי ליה אלא אמ׳
רבא כל הבא על אשה זונה

VI.

R. Avera ſcitum hoc dictum, aliquando tanquam a R. Abin, aliquando tanquam a R. Aſe perceptum, proferebat: Quisquis panem comedit, manibus illotis, eodem loco habendus, quaſi cum ſcorte concumberet: Q. S. E. (Prov. VI, 26.) *Nam propter mulierem meretricem* (devenitur) *usq; ad fruſtum panis: & adultera, animam pretioſam venatur.* Objicit Raba: Atqui hîc legitur: *Propter mulierem meretricem (devenitur) usq; ad fruſtum panis.* Ad ea vero quæ tu concludis, elicienda:

לסוף מבקש ככר לחם ואיט
מוצא · אר״ זריקא אר״ אלעזר
כל המולול בנטילת ידים
נעקר מן העולם · אמר רב
חייא בר אשי אמר רב מים
ראשוני צריך שינביה ידיו
למעלה אחרוני צריך שישפיל
ידיו למטה · תניא נמי הנוטל
ידיו צריך שינביה ידיו למעל
שמא יצאו מים חוץ לפרק
ויחזרו ויטמאו את הידי · אר״
אבהו כל האוכל פת בלא
נינוב ידים כאילו אוכל לחם
טמא שנ׳ ככה יאכלו בני ישר׳
את לחמם טמא בגוים
אשר אדיחם שם · מאי ואשת
איש נפש יקרת תצוד אר״
חייא בר אבא אר״ יוחנן כל
אדם שיש בו גסות הרוח
לסוף נכשל באשת איש שנ׳
ואשת איש נפש יקרה תצוד ·
אמר רבא האי נפש יקרה
נפש גבוהה מיבעי ליה ועוד
היא תצוד מיבעי ליה אלא

enda:) Propter fruſtum panis, ad mulierem meretricem devenitur; fuerat dicendum. Igitur Raba hoc potius, ex illo loco colligit: Quisquis ſectatur mulierem meretricem, tandem fruſtum panis quærit, [2] nec invenit. R. Sereka, autore R. Eleaſer dixit: [3] Quicunq; contemnit Lotionem manuum, exſtirpatur ex mundo. R. Chaja F. A. ait nomine Raf. [4] In Lotione prima oportet quis manus in altum elevet. Sed in lotione ſecunda, manus deorsũ demittendæ ſunt. Extat quoq; traditio. Manus lavans, eas attollere debet, ne cæteroquin aquæ compagem ſupergreſſæ, retrocedant, & man, (*denuo*) collutulent. R. Abhu inquit: Si quis manibus nondum terſis, panem comedit, perinde id eſt, ac ſi pane immundo veſceretur. Q. S. E. (Ezech. IV, 13.) *Ita comedunt Iſraëlitæ cibum ſuum immundum, inter gentes, quo diſpellam ipſos.* Quis porro ſenſus verborum: *Etiam adultera animam pretioſam venatur?* Reſpondet R. Chaja F. A. nomine R. Jochanan: Cuicunque homini ineſt [5] ſpiritus elatus, is tandem impingit in adulterium. Q. S. E. *Etiam adultera &c.* Excipit Raba: At-

אם רבא כל הבא על אשת איש אפילו למד תורה דכתב בה יקרה היא מפניני יקרה היא מבת שנכנס לפני לפנים אפילו הכי היא צדתו לדינה של גיהנם׃

ba; Atqui, *Anima pretiosa*; hic dicitur: secundum te, *Anima elata*, dicendum fuisset. Adde, quod, *Ipsa venatur*, quoque [6] dici oportebat. Quare convenientius explicat Raba: Quisquis cum adultera rem habet, si maxime Legem didicerit, de qua (Prov. III, 15.) scriptum: *Pretiosior ea est penetrabilibus*: id est: [7] magis in pretio habenda Summo Pontifice, qui in intima adyta penetrat: nihilo minus, adultera venatur eum, judicio infernali.

ANNOTATA.

1. Frustum panis] Vox ככר cum de Pane sermo est, & Panem integrum crassiorem, &, Panis quoque Frustum, significat. Prior significatio, militat in loco Ex. XXIX, 23. ubi ככר לחם Kimchio in Rad. est לחם גדול *Panis magnus*; addita ratione, quia de Placentis mox in textu sequatur. Ac nostrates quoque Judæi, in sua versione Germanica Pentateuchi, ad hunc sensum ibi reddiderunt: *Ein Laib Brod.* Sed & Frustum panis, notat ככר unde rursus Kimchi, loco allegato: ככר לחם כתרגומו פיתא דלחמא כלומר חתיכת לחם׃ Id est: *Verba* ככר לחם *bene transtulit Chaldæus* (in loco I. Sam. II, 36.) פיתא דלחמא *quasi dicas, Segmentum panis.* R. Leo Modena quoque, in Galut Jehuda vertit locum illum Proverbiorum, Gemaræ nostræ citatum: *Si vien sin a un pezzo di pane.* Quæ si ita sunt, dubitet quis, num satis commode, Vetus Interpres Evangelii Hebraici, a Tilio editus, cap. 15. vers. 34. pro πόσους ἄρτους ἔχετε; item vers. 36. pro λαβὼν τοὺς ἑπτὰ ἄρτους dixerit: כמה ככרי לחם יש לכם׃ Itemque: ויקח שבעה ככרי לחם. Nec enim aut panes crassiorum generum, aut panis frusta, sed dubio procul Liba, Matthæus innuit, quia illos panes, Christus fregisse dicitur. Interim, pro tuenda tamen ista versione, facit, quod R. Salomo ז"ל ככר etiam in supra citato Exodi loco, de חלה sive Placenta accepit, ubi Vetus Latinus Interpres, *Tortam*; Recentior, *Panis Tractam*, habet.

2. Nec invenit] ואינו מוצא agnoscunt omnes nostræ, ז"ל Et Jacob Editiones: In Talmude Amstel. tamen hæc expunguntur, & fortasse non male, si ad scopum verborum attendamus.

3. Qui-

3. Quicunq; contemnit lotionem manuum &c.] Quare illius fata accelerentur, qui lotionem manuum despicit, causa redditur in Glossa: העובר על דברי חכמים חייב מיתה דכתיב ופורץ גדר ישחנו נחש: id est: *Quisquis ὁ παραβαίνων τὰ παραδόσεις τῶν πρεσβυτέρων, reus est mortis.* Q. S. (Eccles. X,8.) Qui rumpit Sepimentum, eum mordebit Serpens. Extat de necessitate lotionis manuum, locus illustris in Erubin fol. 21. b. quem ad Novi Testamenti historiam, ubi Pharisæi tantopere hunc ritum urgent, illustrandam, integrum afferre non pigebit: תנו רבנן מעשה ברבי עקיבא שהיה חבוש בבית האסורין והיה רבי יהושע הגרסי משרתו בכל יום ויום היו מכניסין לו מים במידה יום אחד מצאו שומר בית האסורין אמר לו מפני מה היום מימיך מרובין שמא לחתור בית האסורין אתה צריך שפך חציין ונתן לו חציין כשבא אצל ר' עקיבא אמר לו יהושע אי אתה יודע שזקן אני וחיי תלויין בתיך סח לו כל אותו המאורע אמר לו תן לי מים שאטול ידי אמר לו לשתות אין מגיעין ליטול ידיך מגיעין אמר לו מה אעשה שחייבין עליהן מיתה מטב אמות מיתה עצמי ולא אעבור על דעת חבירי אמרו לא טעם כלום עד שהביא לו מים ונטל ידיו, id est: *Narrant Sapientes historiam de R. Akiba: Is cum captivus detineretur, attulit ei Josua Girsi,* (sive a natali solo, sive a molendis fabis, ita cognominatus,) *famulus ejus, quotidie aquam, ad mensuram præscriptam. Caterum, die quadam, forte fortuna incidit in hunc Phylacistes, aitq; illi: Quare hodie tantum aquæ affers? Fortasse his opus, ad* (emolliendos, ac dein) *suffodiendos parietes carceris. Ergo aquæ dimidium effundit* (Phylacistes,) *relinquit dimidium. Cum vero Famulus pervenisset ad R. Akibam, tum is* (animadversa aquæ exiguitate,) *Mi Josua, inquit, nunquid non novisti, Senem me esse, & vitam meam, a te solo pendere?* (itaque plus aquæ afferre debebas.) *At Josua, rem omnem prout gesta erat, illi recenset.* (Quibus perceptis,) *affunde, inquit R. Akiba, aquam lavandis, manibus. Hic vero Minister: Aqua cum ad bibendum non sufficiat, num sufficiet etiam ad lavandum? Subjicit Akiba: Sed quid faciam?* (Sapientes) *exitium interminantur, si quis Lotionem manuum neglegat. Præstat me voluntaria morte perire, quam ut placita Sociorum meorum violem. Atq; constat, non prius eum quicquam degustasse, quam manibus illius aquam famulus ministrasset.* Enim vero, merito monent Tosephot, ex abundanti quadam religione, hæc fecisse Akibam: Nam cum in fine cap. 1. Erubin dicatur: פטרים במחנה מרחיצת ידים id est: *Eos qui in castris degunt, ad lotionem manuum non adstringi*: Ergo, recte inferunt, tanto

Marc. VII 5.

* Forsitan rescribendum היה מכנים

tanto minus hoc præceptum eos obligare, quibus si aqua ad lavandum utantur, siti pereundum foret. Est quoque hinc Regula, in Orach Chajim Hil. Netil. Jad. n. 158. §. 8. מי שהיה במדבר או במקום סכנה ואין לו מים פטור מנטילת ידים: id est: *Si quis sit in deserto, aut in loco periculoso, ac aqua nulla ei suppetat, liber est a lotione manuum.* Cæterum in simili necessitatis casu, abstersione tamen manuum, opus esse videtur, secundū ea quæ de precaturis traduntur in Berachot fol 15. a. אר חייא בר אבא אר יוחנן כל הנפנה ונוטל ידיו ומניח תפילין וקורא ק"ש ומתפלל מעלה עליו הכתוב כאילו בנה מזבח והקריב עליו קרבן דכתיב ארחץ בנקיון כפי ואסיבבה את מזבחך יי' אל רבא לא סבר לה מר כאילו טבל דכתיב ארחץ ולא כתיב ארחיץ אמר ליה רבינא לרבא חזי מר האי צורבא מרבנן דאתא מערבא ואמר מי שאין לו מים לרחוץ ידיו מקנח ידיו בעפר ובצרור ובקסמית אל שפיר קאמר מי כתיב ארחץ במים בנקיון כתיב: Id est: *R. Chaja F. A. dixit nomine R. Jochanamis: Quisquis* (mane) *ventrem exonerat, manus q. lavat, Phylacteria induit, & Sectionem* Audi, *atq.* Schmonesre, *recitat, hunc tantopere prædicat Scriptura, ac si exstruxisset Altare, & super eo obtulisset hostiam, nam sic* S. E. (Psal. XXVI, 6) Lavabo cum innocentia manus meas, & circumibo altare tuum Domine. *Quærit ex eo Raba: Annon, Domine, hæc de eo quoq. vera esse existimas, qui totum corpus prius abluit; quippe* ארחץ *in Loco illo Scripturæ dicitur;* (quæ vox, ad totius corporis ablutionem attinet,) *non vero* ארחיץ (quod magis manuum Lotioni quadraret.) *Huic Rabæ, respondit Rabina: Ecce Domine: Quidam Vir eruditus, ex Babylonia adventans, dixit: Cui non suppetunt aquæ ad lavandum manus, is abstergat eas in solo, aut cum fasciculo* (herbarum, vel straminis,) *aut cum ligni festuca. Subjicit alter: Dixisti probe: Nunquid enim* (in memorato Psalmi loco) *dicitur*, Lavabo cum aqua? *imo vero*, Lavabo cum innocentia *dicitur*. Maimonides Hilch. Tephilla cap. 4. רוחץ ידיו במים עד הפרק ואחר כך יתפלל הידיח מהלך ברוך והגיע זמן תפילה ולא הידיח לו מים אם היה בינו ובין המים מיל ארבעה שהם שמונת אלפים אמה הולך עד מקום המים ורוחץ ואחכ יתפלל היה בינו ובין המים יותר על כן מקנח ידיו בצרור או בעפר או בקורה ומתפלל: Id est: (Oraturus,) *prius manus ad summas junctūras usq. lavare debet, atq. sic ad precandū se accingere. Quod si quo iter faciente, statum orationis tempus, advenerit, nec aquæ suppetant, tum si certū, intra milliaria quatuor, quæ cubitos faciunt XVI. mille, aquarum futuram copiam pergendum, ad eū locum, lavandæ manus, & sic demiq. orandū est. Sed si longiori intervallo distent aquæ, oportet abstergere manus fasciculo, aut in ligno*

ligno aliquo, & deinde orare. Petiit hoc inſtitutum, uti multa alia, ab Judæis Muhammedes Pſeudoprophetes, tantique fecit, ut dignum judicaret, quod Alcorano ſuo inſereret: Unde Surata de Fœminis, ſic per Interpretem Gallum loquitur: *O vous qui croyez, ne faites pas vos oraiſons eſtans yures, jusques a ce que vous ſçachiez ce que vous dites, ny auſſi eſtant pollus, ſi non en paſſant chemin, jusques a ce que vous vous ſoyez lauez? Si vous eſtes malades ou en voyage, ou que vous veniez de deſcharger voſtre ventre, ou que vous ayez cogneu vos femmes, & que vous ne treuuiez point d'eau pour vous lauer, vous mettrez la main ſur le ſable, & vous en eſſuyerez la face & les deux mains. Dieu eſt clement & miſericordieux a ſes creatures.* Quod ſupereſt, non prætereundum, præceptum Gemaræ noſtræ, de non contemnenda manuum lotione, leviorem alibi, quam hoc loco, pœnam additam habere, quin & cum certa limitatione proponi. Fit id in Schabbat fol. 62. b. loco obſcuro, & cui, quia occaſio fert, lucem fœnerabimur: אר אבהו ואמרי לה במתניתא תנא ג' דברים מביאין את האדם לידי עניות ואלו הן המשתין מים בפני מטתו ערום והמזלזל בנטילת ידים ושאשתו מקללתו בפניו המשתין מים בפני מטתו אמר רבא לא אמרן אלא דמהדר אפיה לפוריא אבל לבראי לית לן בה ומהדר אפיה לפוריא נמי לא אמרן אלא לארעא אבל במנא לית לן בה ומזלזל בנטילת ידים לא אמרן אלא דלא משא ידיה כלל אבל משא ולא משא לית לן בה ולאו מילתי היא דאמר רב חסדא אנא משאי מלא חפנאי מיא ויהבו לי מלא חפנאי טיבותא ושאשתו מקללתו בפניו אמר רבא על עסקי תכשיטיה והם דאירת לידה ולא עבידי: id eſt: *Dixit R. Abhu, aut ſecundum alios, in Miſchna traditur: Tria ſunt, quæ hominem ad paupertatem redigunt. Scilicet, ſi quis nudus, ante lectum urinam emittat: Si quis lotionem manuum, vilipendat: &, ſi cui uxor, in os maledicat.* (Quippe in Chullin cap. 8. docetur Angelum, qui Paupertati præfectus eſt, vocari נביל idq; nomen ei impoſitum, quia Sordibus delectatur: Hæc vero tria, conjunctam habent immunditiem.) *Quod ad illum qui nudus ante lectum mejit, attinet, ait Raba, id accipiendum tantum de eo eſſe, qui faciem lecto obvertit;* (iſte enim, deinde, quaſi ſuper lotio cubat:) *Sed ſi averſo vultu ſit, nihil id refert;* (nam rivus aquæ immundæ, a lecto refluit.) *Quin, illud de adverſo contra lectum vultu, itidem non aliter intelligendum, quam ſi in nudum ſolum quis veſicam exoneret: ſi vero vas ad manum ſit, nihil id refert. Porro, quantum ad contemtum, lotionis manuum attinet, non id capiendum niſi de eo, qui omnino manus non lavat, ſi quis vero lavet, nec lavet* (probe, ſed aquæ vehementer parcat, & fricando quoque parum inſtet,)

nihil id refert, nec in ea re magnum momentum ſitum eſt. Deniq, illud de Uxore, ita interpretandum, ſi ob eam cauſam, quia maritus mundum muliebrem huic præſtare recuſat, ipſa ei convicietur: Et adeo cum iſta quoq, exceptione id reſtringendum, ſi nimirum maritus opulentus ſit, & tamen uxori nulla ornamenta ſubminiſtret.

4. **In lotione prima &c.**] Totum lotionis manuum ritum, & ſingula quæ de eo notanda veniunt, ſupra quam dici poteſt, ſedulo, eruditeque, uti ſolet omnia, perſequitur Clariſſimus, & erga nos, cum Angliam luſtraremus, humaniſſimus Vir, Eduardus Pococke, in Notis Miſcell. ad Portam Moſis cap. 9. atque quicquid dici poterat, ſua induſtria præcepit. Docet inter cætera, quam varie, dictum præſens Gemaræ noſtræ, ab Interpretibus accipiatur, & quam in eo explicando, deſudent. Quæ, & alia, uti apud illum legenda ſunt, ita nos, aliquid dicamus, Maimonidem, ejusque Commentatorem loquentes introducemus, quo vel ſaltem horum, de hac re, ſententia, plene percipi poſſit. Maimonides Hilch. Berach. cap. 6. §. 16. ait: מים הראשונים צריך שיגביה ידיו למעלה עד שלא יצאו מים חוץ לפרק ויחזרו ויטמאו את הידים ואחרונים צריך שישפיל ידיו למטה כדי שיצא כל כח המלח מעל ידיו id eſt: *Principio, dum quis lavat, manus attollere oportet, ne aquæ carpum ſupergreſſa, revertantur, & manus denuo inquinent. Sed cum ſecunda affunditur aqua, demittendæ ſunt manus, ut omnis humor defluat.* Iſta explicaturus Commentator, adducto primum integro Gemaræ noſtræ in quo verſamur, loco, porro ſubjungit: ודברי רבי הללו מתבארים במה ששנינו במסכת ידים הידים מטמאות ומטהרות עד הפרק כיצד נטל את הראשונים עד הפרק ונטל המים השניים חוץ לפרק וחזרו מחוץ הפרק ליתן ידיו טהורות שהמים השניים טהורים נטל את הראשונים והשניים חוץ לפרק וחזרו לידו נטמאת ידו שהמים הראשונים שחוץ לפרק טמאין מחמת ידיו ואין השניים מטהרי מים שחוץ לפרי ולפי שחזרו המים שחוץ לפרק לידו טמאורת עכל ונראה מכאן שאם נטל ידו בשטיפת אחת אינו צריך להגביה ידיו שהרי אין שם מים טמאים שיחזרו ויטמאו את הידים וגם חוץ ליד לא נטמאו דהא טומאתן אינו אלא עד הפרי כנ"ל מצאתי סעד לזה שכתב סמג וראיתי בתוספתא שהמטביל ידיו אין צריך להגביה ידיו ולא לנגב ידיו עכל ובודאי טעמם לפי שאין שם מים טמאות וכמו שכתבתי: Id eſt: *Verba Autoris noſtri lucem accipiunt, ex iis quæ docentur in Maſſechet Jadaim in hunc ſenſum: Quomodo capiendum illud de inquinatione & mun-*

& mundatione manuum, usq; ad carpum? Scilicet qui in prima ablutione lavit manus usq; ad carpum, in secunda vero lavit ultra carpum, tum si aquæ retrocedant, manus puræ sunt. Quod si quis, tam in prima, quam in secunda ablutione, manus ultra carpum lavet, tum si retrocedant aquæ, impura manus est, aquæ enim primæ, quæ carpum supergrediuntur, propter manus lotas impuræ sunt, neq; aquæ secundæ, mundant aquas carpum egressas: quod si igitur istæ retrocedant, impura manus est. Hactenus Talmud. Ex quibus patet, quod si quis una ablutione manus lavet, haud necesse esse ut eas elevet, nullæ enim adsunt aquæ immundæ quæ retrocedere & manum impuram reddere possint, quin & extra manum haud impuræ reddita sunt, cum impuritas a carpo demum incipiat. Atq; nisi fallor, ad hanc opinionem confirmandam facit, dum in Smag. legitur: Discimus ex Tosephot in lotione manus nec elevatione, nec absterſione opus esse. Ita quidem Smag. Ratio vero rei in promtu est, quod nimirum, nullæ hic sunt aquæ immundæ, prout a me est explicatum.

5. Spiritus elatus] גס הרוח *Fastosus* est: De qua locutione præter Cl. Buxtorf. in Lex. Talm. pag. 463. videndus quoque Elias in Tisbi. גס הרוח opponitur נמוך הרוח ceu Buxtorfius loco etiã allegato, fecit indicium. Aliàs, similiter phrasis שפל רוח ex Prov. 16, 19. adhiberi solet Pirke Avot. cap. 4. מאד מאד היי שפל רוח בפני כל אדם id est: *Summo studio demissus esto, coram quoquo homine.* Uterque loquendi modus conjungitur ibidem cap. 5. עין טובה ורוח נמוכה ונפש שפלה מתלמידיו של אברהם אבינו id est: *Oculus bonus, ac Spiritus depressus, Animaq; demissa,* (si cui obtigerunt, id signum est,) *esse illum ex Discipulis Abrahami Patriarchæ.*

6. Dici oportebat] In Talmude Amstelod. מיבעי a Typographo, oscitanter est omissum.

7. Magis in pretio &c.] Unde proverbio dicunt Judæi, ex Schabbat Jeruschalmi, in En Israël fol. 173. col. 3. אפילו ממזר תלמיד חכם קודם לכהן עם הארץ id est: *Vel Spurius, si sit eruditus, præfertur Summo Pontifici, qui doctrinæ expers est.*

ד

אמר רבי יוחנן משום ר׳ שמעון בן יוחאי כל אדם שיש בו גסות הרוח כעובד

VII.

DIxit R. Jochanan, nomine R. Simeonis F. I. In quocunq; fastus dominatur, is Idololatræ æquiparandus. Nam in uno

עז כתיב הכא תועבת ה׳ כל
גבה לב וכתיב התם ולא
תביא תועבה אל ביתך ור׳
יוחנן דידיה אמר כאלו כופר
בעיקר שנ׳ ורם לבבך ושכחת
את יי׳ אלהיך ר׳ חמא בר חנינא
אמר כאלו בא על הערות
כולם כתי׳ הכא תועבת ה׳
כל גבה לב וכתיב התם כי
את כל התועבות האל עשו
אנשי הארץ עולא אמר כאלו
בנה במה שנ׳ חדלו לכם מן
האדם אשר נשמה באפו כי
במה נחש הוא אל תקרי במה
אלה במה מאי יד ליד
לא ינקה אמר רב כל הבא
על אשת איש אפילו הקנהו
להבה שמים וארץ כאברהם
אבינו דכתי ביה הרימותי
ידי אל ה׳ אל עליון קונה שמי
וארץ לא ינקה מדינה של
גיהנם · קשי להו לרבי ר׳
שילא האי יד ליד ידי מיבעי
ליה אלא אמרי דבי ר׳

in uno loco (Prov. ſcilicet XVI, 5.) dicitur: *Abominationi eſt Domino omnis altus animo.* In alio vero: (nimirum Deut. VII, 26.) *Neq; inferas abominationem in domum tuam.* Cæterum ex propria opinione R. Jochanan (*Superbum*) comparat, cum inficiante capita religionis. Q. S. E. (Deut. IIX, 14.) *Efferat ſe animus tuus, & obliviſcaris Domini Dei tui.* R. Chama F. Ch. eo loco (*Superbum*) habet, quaſi omnes ſpecies inceſtus commiſiſſet: Hic enim dicitur: *Abominationi eſt Domino, omnis altus animo.* At vero alibi: (Lev. XVIII, 27.) *Nam omnes abominationes iſtas fecerunt homines iſtius terræ.* Ula, (*faſtoſum*) aſſimilat ædificanti excelſum. Q. S. E. (Eſ. II, ult.) *Abſtinete vos ab ipſo homine, cui anima eſt in naſo ipſius: nam quanti æſtimandus eſſet?* Non legendum בְּמָה ſed בָּמָה. Quid notant verba: (Prov. XVI, 5.) *Manus in manum, non conſequitur impunitatem?* Raf exponit: Quisquis cum adultera rem habet, licet DEUM Benedictum deprædicet ² poſſeſſorem cœli & terræ, ſicut Abraham pater noſter, quem (Gen. XIV, 22.) dixiſſe conſtat: *Elevo manum meam ad Domi-*

שילא אפי׳ קבל תורה כמשה
דכתיב בירה מימינו אש דת
למו לא ינקרה מדינה של
גיהנם · קשיא ליה לר׳ יוחנן
האי יד ליד יד מיד מיבעי
ליה אלא אר׳ יוחנן אפילו
עשרה צדקה בסתר דכתיב
מתן בסתר יכפה אף ושחד
בחיק חמה עזה לא ינקרה
מדינה של גיהנם׃

Dominum Deum excelsum, possessorem cœli & terræ: non tamen immunis erit, a judicio gehennæ. Scrupulum hic movit Auditoribus R. Silæ, illud: [1] *Manus in manum.* (Nam secundum allatam expositionem,) *in manum meam*; dicendum fuisset. Quamobrem Auditores R. Silæ, (*ita locum interpretantur*:) Etiamsi legem accepisset, ceu Moses, de quo (Deut. XXXIII, 2.) legitur: *A dextra ejus ignis edictalis fuit ipsis*: non tamen liberaretur a judicio gehennæ. Enim vero, etiam huic expositioni officere credit R. Jochanan, illa: *Manus in manum.* Quippe, secundum prædictam opinionem, videtur dicendum fuisse: *Manus e manu.* Proinde is explicat: Si maxime secreto eleemosynas largiatur, de quibus (Prov. XXI, 14.) legitur: [4] *Donum in abdito, evertit iram; & munus in sinu, excandescentiam vehementem*: tamen non eriperetur a pœnis infernalibus.

ANNOTATA.

1. Dixit R. Jochanan &c.] Omnia quæ de Fastu in hac Pericope dicuntur, nec non quæ de eadem re, & præcessere, & mox succedunt, summo studio, fuse exponit Autor libri עיר הגבורים Porta Bonorum Morum cap. 2. Sed pleraque sunt allegorica, & longe petuntur. Quos similia delectant, ipsum adire possunt, nobis interpretationes tam contortæ non placent, nec quicquam illarum adscribimus.

2. Possessorem cœli] Vide quæ notat Raschi ad Genes. XXIV, 7. Est proinde nomen קונה inter ea, quibus DEUS designatur, habemusque exemplum in Excerpto quod mox sequitur. Sic in Chullin fol. 7. a. פנחס בן יאיר הוה קאי אזיל לפדיון שביים פגרה ביה בגינאי נהרא אמר ליה גנאי חלוק לי מיניך ואעבור

בך אמר ליה אתה הולך לעשות רצון קונך ואני הולך לעשות רצון קוני׃ id est: *Pinchas Jairides iter suscepit ad liberandos Captivos; defertur ad fluvium* * *Ginai ait ei, illi: Heus Ginai, divide mihi aquas tuas, ut per tui medium transeam: At respondit fluvius: Tu abis facturus voluntatem Possessoris tui, pariter & ego abeo impletum voluntatem Possessoris mei,* (haudquaquam igitur tibi pareo, sed cursum consuetum servabo.) In Horajot fol. 13. a. eadem habetur phrasis כלב מכיר את קונו ואחול אין מכיר את קונו, id est: *Canis noscit possessorem suum, sed felis eundem haud cognoscit.* At vero, hic per *Possessorem* quis intelligatur, parum liquet Judæis. Quidam enim de Deo hæc capiunt, allegantes pro se locum Exod. XI, 7. *Contra omnes filios Israëlis non movebit canis linguam suam:* ex quo, nescio quid, caninæ erga Numen, religionis, præ animatibus reliquis, exsculpunt. Sed R. Salomo, hanc opinionem rejicit, & קונו de possessore homine, accipiendum esse, persuadere conatur.

* *An legendum* בגינראי *ut innuatur Ginduſluvius, qui per Dardanos fluens Tigrim ingreditur?*

3. Manus in manum &c.] Multa & varia ex loco Prov. XVI, 5. Magistri hic eliciunt. Sed in Berachot. fol. 61. a. quin & Erubin fol. 18. b. id insuper inde colligitur; Non licere e sua manu in manum mulieris alienæ, numerare pecuniam. Verba in Notatis ad Lipmannum p. 428. quia pridem adduxit Cl. Hackspanius, eapropter haud opus est, ut illa a nobis repetantur.

4. Donum in abdito &c.] Etiam Servator noster apud Matthæum cap. VI, 4. commendat מתן בסתר sive τὴν ἐλεημοσύνην τοῦ ἐν κρυπτῷ. Hoc est, uti ipse Divinus Magister, in iis quæ antecedunt, explicat: Eas Eleemosynas, quæ non fiunt ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς. Fuit imprimis Pharisæorum id vitium, ut non nisi Populo teste, pauperibus benefacerent, omneque virtutis suæ præmium in fama, nihil in conscientia reponerent. Atque, quam vere Dominus noster iis jactantiam ipsorum exprobrarit, vel ex eo patet, quod etiam illi, qui nihil antiquius habuisse videri volebant, quam ut occultissime eleemosynas largirentur, tamen si rem recte putemus, meræ ostentationis causa, fecere omnia. Etenim ipse R. Abba quem tanquam exemplar, hominis clam pauperibus benefacientis, deprædicant, quippe secundum ea quæ legimus in Cetubot fol. 67. b. quoties in publicum prodibat הוה צייר זוי בסודריה ושדי ליה לאחוריה׃ id est: *Sudarium, cui pecuniam illigaverat, a tergo pendens gestavit:* Ut scilicet omnibus capiendi nummos potestas esset, sese autem lateret, cujus mortalium inopiam sublevasset: Ecquid tandem is homo aliud, quam meram histrioniam, & ἐλεημοσύνῃ ζαλπιζομένῃ exercuit? Extant quidem in Cetubot cap. 6. & in libris Judæorum Moralibus passim, multa præcepta de erogandis

clam

clam eleemosynis, docenturque modi varii, quibus id queat peragi. Sed horum plerique & ipsi vitio laborant, ac quanto melius verbis paucissimis, quæ ipsi longa disputatione non assequuntur, enunciavit Redemptor noster; totam rationem clandestinarum eleemosynarum, istis complexus: Σὺ δὲ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην, μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου. Interim, abhorruisse multos, etiam inter Judæos, a Pharisæorum moribus turgidis, non videtur esse dubitandum. Mischna in Schekalim cap. 5. §. 6. שתי לשכות היו במקדש אחת לשכת חשאים ואחת לשכת הכלים לשכת חשאים ירא חטא נותנים לתוכה בחשאי ועניים בני טובים מתפרנסין מתוכה בחשאי: id est: *Duo conclavia fuere in templo Hierosolymitano, alterum Conclave Clancullariorum, alterum Conclave Vasorum, vocabant. In Conclave Clancullariorum, homines pii, secreto eleemosynam demittebant, atq; pauperes honestis parentibus progeniti, clam eadem alebantur.* Non confundendum hoc conclave, cum eo, cujus meminit Marcus c. XII, 41. Nam Evangelista, nisi fallor, innuit לשכת אוצרות הקדשים aut, ut alii vocant לשכת בית האוצר hoc enim proprie est γαζοφυλάκιον τῦ ἱερῦ.

VIII.

UNde constat Factum in sacris literis esse prohibitum? Ait Rabba, ex mente Seeri: e loco (Jerem. XIII, 15.) *Audite & auribus percipite, ne exaltetis vos.* R. Nachman F. I. dicit, ex isto: (Deut. VIII, 14.) *Efferatq; se animus tuus & obliviscaris.* Atque præcedit: *Cave tibi ne obliviscaris.* Scilicet, ita perhibente R. Abin, dixit R. Ela: Ubicunq; in Scripturis exprimitur: *Cave, Ne forte*, aut *Ne*: ibi innuitur Interdictum. R. Avera insignem sententiam protulit, eam nunc R. Amai, alias R. Ase acceptum ferens: Cuicunque fastus in-

ת

אזהרה לגסי הרוח מנין
אמר רבה אמר זעירי מהכ
שמעו והאזינו אל תגבהו רב
נחמן בר יצחק אמר מהכא
ורם לבבך ושכחת וכתיב
השמר לך פן תשכח וכרבי
אבין אר אלעא דאר אבין אר
אלעא כל מקום שנ׳ השמר פן
ואל אינו אלא לא תעשה
דרש רב עוירא זימנין אמר
לה משמיה דרבי אמי זימנין
אמר לה משמי׳ דר׳ אמי כל

אדם שיש בו נסות הרוח לסוף
מרתמעט שנ׳ רומו מעט יכול
ישנו בעולם תל׳ ואיננו ואם
חוזר בו נאסף מן העולם
בזמנו שנ׳ והומכו ככל יקפצון
באברהם יצחק ויעקב דכתי׳
בהו בכל מכל כל ואם לאו
ובראש שבלת ימלו מאי וברא
שבלת ימלו רב הונא ורב
חסדא חד אמ׳ כפאסאדת
דשבלת וחד אמר כשבלתא
עצמה בשלמא למ״ד כפאסאה
דשבלתא היינו דכתיב ובראש
שבלת ימלו אלא למ״
כשבלתא עצמה מאי ובראש
שבל ימלו אמ׳ רב אשי וכן
תנא דבי ר׳ ישמעאל משל
לאדם שנכנס לתוך שדהו
גבוהה גבוהה הוא מלקט
ואת דבא ושבל רוח רב הונא
ורב חסדא חד אמר אתי
דבא וחד אמר אני את דבא
ומסתברא כמאן דאמר אני

est, is tandem iminuitur. Q. S. E. (Job. XXIV, 24.) *Attollunt se aliquantulum.* Cogitaret quis, superfuturum tamen in hoc mundo: Quare (*ad illum errorem tollendum,*) additur: *Et nemo supereſt.* Si vero ad ſe, (*frugemq; bonam*) redeat, ex hoc mundo (*ad plures*) colligitur, definito tempore. Q. S. E. (loco citato:) *Et cum attriti facti fuerint ſicut* כל *occludentur* (ſepulchro.) Puta, ſicut Abrahamus, Iſaacus & Jacobus, quos penes leguntur voculæ, בכל, מכל, כל Quod ſi perſiſtant in ſuperbia: *Sicut caput ſpicæ ſuccidentur.* Quomodo accipiendum iſtud: *Sicut caput ſpicæ ſuccidentur?* (*Diſſentiunt hic*) R. Huna & R. Chasda: alter exponit, ſicut flos ſpicæ: alter, ſicut ſpica ipſa. Cæterum admiſſo, hîc intelligi florem ſpicæ, dicitur enim: *ſicut caput ſpicæ ſuccidentur*: At quæſo, quomodo is, qui de ipſa ſpica, verba accipit, cum ſua opinione conciliabit iſtud: *Et ſicut caput ſpicæ ſuccidentur?* Reſpondet R. Aſſe, cumque eo convenit Scholæ Iſmaëlis, ſimilitudi-

את דכא שהרי הקב"ה השרה שכינתו על הר סיני ולא גבה הר סיני למעלה · אם רב יוסף לעולם ילמד אדם מדעת קונו שהרי הקב"ה הניח כל הרי ונבעות והשרה שכינתו על הר סיני:

militudinem desumtam, ab homine agrum intrante, & excelsissimas quasque spicas, colligente. *Qui attritus est, demissus spiritu.* R. Huna & R. Chasda (*de sensu horum verborum litigant.*) Unus enim exponit: *Mecum est attritus.* Contra alter: *Ego sum penes attritum.* Atque ratio illi favere videtur, qui explicat: Ego sum penes attritum: Ecce enim DEUS B. (*descendens,*) habitare facit Majestatem suam in monte Sinai, neque montem in altum sustulit. ° R. Joseph hortatus est: Semper homo a moribus Creatoris sui exemplum sibi capiat. Ecce enim DEUS B. omnibus (*reliquis*) montibus collibusque spretis, Majestatem suam in monte Sinai requiescere fecit.

ANNOTATA.

1. Unde constat factum in Sacris literis &c.] Præsens Gemaræ locus, permovit Mosen Kozensem, ut in Negantium Præceptorum Classem, aliquod, de *Vitanda Superbia*, referret, cujus rei tamen alii, & adeo ipse Maimonides, nullam habuere in hoc catalogo rationem: Sed Kozensis fere ita loquitur, quasi divino monitu ad supplendum defectum, excitatus fuerit; ipsum audire convenit. Sic vero ille sub finem Præc. Neg. XLIV. תוכחת העניות דרשתי לרבים כך אבל לחברת על לאו זה ולמנורת זה בלאו לא היה דעתי גם רביעי משרת לא חיברו ולא הזכירו בחשבון הלאוין וכשהגעתי להשלים עד כאן הלאוין אקרא בחלום במראית הלילה. הנה שכחת את העקר השמר לך פן תשכח את יי והתבוננתי עליו בבקר והנה יסוד גדול הוא ביראת השם והואלתי לחברו בעזרת יהיב חכמתא לחכימין ארחי כן עיינתי בספר פרי קמא רסוטה וגרסינן בהריא אזהרה לגסי הרוח מניין רב נחמן ברבי יצחק אמר מהכא ורם לבבך וכו': id est: *Multa sæpe*

verba feci, de vitanda Superbia, nunquam tamen mihi animus fuit, hujus rei inter illa Præcepta Negantia, (quæ ad Idololatriam vitandam attinent, & de quibus hactenus a me actum est,) *mentionem injicere, imo nec Interdictum speciale ex eo facere; imprimis, cum Maimonides quoq; id neglexerit, nec in numerum reliquorum Negantium Præceptorum aliquod ejusmodi retulisse deprehendatur. At vero perducta, huc usq; commentatione nostra, per insomnium visione nocturna, monentem me audire mihi visus sum; Ecce oblitus es Interdictorum præcipui: Scilicet*: Cave tibi, ne DEI obliviscaris. *Igitur mane* (expergefactus,) *cogitationem in id defixi, deprehendiq; esse in hoc momentum magnum, DEI reverentiam concernens, unde statuebam velle me hoc interdictum, ejus auxilio, qui Sapientibus sapientiam largitur, fretus, recensere. Postea consului prmum Capiet Gemaræ in Sota, ibi perspicue legitur: Unde constat fastum in sacris literis esse prohibitum? R. Nachman F. I. dicit ex isto: Efferatq; se animus tuus &c.* Sequitur nunc porro apud Kozensem, totum nostræ Gemaræ comma.

2. Rabba] Quid infelix faciam? Patet ex supra dictis, non minimum interesse, utrum dictum aliquod Rabbæ, an Rabæ tribuas. At vero hic urimur. Nam Talmud, & Pragensis בה En Jacob Editio, hoc dictum בר Rabæ; Contra Cracoviense En Jacob, cum Veronensibus, בר Rabbæ illud tribuunt. תיקו id est: Ηλίας μὲν ἔρχεται καὶ ἀποκαθιστᾷ πάντα· *Matth. XVII, 11.* Scilicet!

3. Ubicunque in Scripturis &c.] Alibi quoque occurrit eadem hæc regula in Gemara. Vide Avoda Sara fol. 51. b. Librum Pseudo-Talmudicum Massechet Purim p. 24.

4. Cuicunque fastus inest &c.] Servatoris nostri in hanc rem Lucæ XVIII, 14. dictum est. Πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται ὁ δὲ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται· Quæ, verbo tenus leguntur quoque in Erubin fol. 13. b. כל המשפיל את עצמו הקבה מגביהו וכל המגביה את עצמו הקבה משפילו:

5. Quos penes leguntur voculæ &c.] Nimirum בבל cum de Abrahamo sermo est adhibetur Genes. XXIV, 1. מכל Isaacus usurpat ib. c. XXVII, 33. כל vero Jacobus, eodem libro c. XXXIII. 11.

6. R. Joseph hortatus est.] *Brandspiegel* c. 69. *In* Massechet Sota *spricht R. Josef, alzeit sol ein Mensch Tugend lernen, von* משה הקבה *der hat losen stehen alle hohe Berg, und hat sich bevvviesen zu* רבינו סיני *auf den Berg* כל ישראל *und zu der is der allerniederst Berg gevvviesen.*

geweſen. Der פסוק *ſteht in* Jethro ויבד יי על הר סיני *das is deutſch, und er nidert Gott auf den Berg* סיני *Und hat alle gute Baum laſſen ſtehen und erzeigt (ſich) zu* משה רבינו *in Dorner, darum daß iderman ſol von ihm lernen, und man ſol ſich nit koſtlich halten.* Cæterum, quod de DEI in Montem Sinai deſcenſu, dicitur, non crude, ſed cum grano ſalis, accipere jubent Magiſtri in Succa fol. 5. a. תניא ר' יוסי אומר מעולם לא ירדה שכינה למטה מי' ולא עלה משה ואליהו למרום שני השמים שמים ליי והארץ נתן לבני האדם ולא ירדה שכינה למטה והכתיב ויבד יי על הר סיני למעלה מי' טפחים והתכיב ועמדו רגליו ביום ההוא על הר הזתים למעלה מי' טפחים id eſt: *Extat Traditio, dixiſſe R. Joſe, nunquam Divina Majeſtas, ita in ima ſe demiſit, ut inter terram, ipſamq; minus relinqueretur, quam palmorum X interſtitium. Moſes vero, & Elias, nequaquam τὰ ὕψιστα τῆς γῆς petierunt.* Q. S. E. (Pſalm. CXV, 16.) Cœlum, cœlum inquam, DOMINI eſt, & terram dedit filiis hominum. *Ain tu, Divinam Majeſtatem, non demiſiſſe ſe in ima?* Atqui S. E. (Exod. XIX, 20.) Et deſcendit DOMINUS ſuper montem Sinai. *Scilicet, hæc capienda de intervallo X. palmis eminentiore. At vero ſcriptum quoq; eſt:* (Ezech. ult. 4.) Et ſtabunt pedes ejus die illo, in monte olivarum. *Etiam hæc, ita intelligenda, ne minus quis, quam X. palmorum, inter divinam Majeſtatem, & Montem, ſtatuat ſpatium.* Enim vero, ſi maxime hanc traditionem, tantisper acceptamus, tamen Numinis in Montem Sinai deſcenſui, adhuc obſtat locus in Pirke R. Elieſeris, c. 41. ubi in Verſione Vorſtiana, (Deſtituor enim Textu Hebræo) ſic lego. *Sexto die menſis Sivan, revelatus eſt Sanctus B. Iſraëlitis, atq; e loco ſuo eradicatus fuit mons Sinai, & aperti ſunt cœli, montisq; cacumen ſe inſeruit cœlo, atq; caligo obtexit montem, Sanctus vero B. inſidebat throno ſuo, & pedes ejus impoſiti erant caligini.* Iſtis ſane, aperte contrarium docetur, eorum, quæ Gemara noſtra tradit; nec deſcendiſſe Deus, ſed potius Mons Sinai, in altum ſublatus eſſe dicitur. Concilient iſta qui poſſunt, ego quidem Davum hic, non Oedipum me eſſe, ingenue profiteor.

ט

ואמר ר' אלעזר כל אדם שיש בו גסות הרוח ראוי לגדעו באשרה כתי' הכא ורמי

IX.

R. Eleaſar dixit: Quisquis eſt faſtoſus, is tanquam lucus qui idolis conſecratur, exciſionem meretur. Alicubi enim legimus:

Luc. II, 14

הקומה גדועי וכתיב והתם
ואשריהם תגדעון ואר אלעזר
כל אדם שיש בו גסות הרוח
אין עפרו ננער שנא הקיצו
ורננו שוכני עפר שובבי עפר
לא נאמר אלא שוכני עפר מי
שנעשה שובן לעפר בחייו
ואר אלעזר כל אדם שיש בו
גסות הרוח שכינה מללת
עליו שנ כי רם ה ושפל יראה
וגבוה ממרחק יידע דרש רב
עוירא ואי תימא ר אליעזר
בוא וראה שלא כמדת הקבה
מדת בשר ודם מדת בשר
ודם גבוה רואה את הנבוה
ואין גבוה רואה את השפל
אבל מדת הקבה אינו כן הוא
גבוה ורואה את השפל שנאמר
כי רם ה ושפל יראה:

Eſ.X,33. Deuter. VII,5.

gimus: *Et proceri ſtatura exciſi.* Alibi vero. *Etiam lucos eorum ſuccidite.* Pergit idem R. Elieſer: Nullius faſtoſi pulvis evigilabit. Q. S. E. (Eſa. XXVI, 19.) *Expergiſcimini & cantate habitantes in pulvere.* Non dicitur; *Cubantes in pulvere*: Sed (*ſignanter*:) *Habitantes in pulvere*: ad indicandum eum, qui cum ſuperſteſeſt, vicinus fit pulveri. Porro aic R. Elieſer; Super quoq; faſtoſo Divina majeſtas queſtum edit. Q. S. E. (Pſ. CXXVIII, E.) *Excelſus eſt Dominus, & humilem aſpiciet; at altum e longinquo lugebit.* Quod ſequitur, prudens dictum, R. Avera, aut ſi mavis, R. Elieſer, protulit: Veni & vide, [1] quam DEI natura, cum humana indole, nequaquam conveniat: Inter homines obtinet, ut Nobilis Nobilem reſpiciat; abjectum vero hominem, Nobilis non intuetur. At DEI B. natura haud ita ſe habet, is enim [1] ſummus eſt, & tamen ad humilem reſpicit. Q. S. E. *Excelſus eſt Dominus, & humilem aſpiciet.*

ANNOTATA.

1. Quam DEI natura &c.] Creberrime utuntur Rabbini hac loquendi formula, cum innuere volunt, non licere ἀπὸ τῶν ἡμῶν μεγαλύνειν, τὸ θεῖον τὰς ἐπιγείας χρηματίζειν, & ubivis iſta verborum conceptione,

ptione, exempla reperiuntur. Est vero, ubi vocem אדם quoque, etsi præter ullam necessitatem, inserunt, dicentes: שלא כמדת הקבה מדת בשר ודם אדם מקניט וכו׳ בו מדת Consule En Israël fol. 80. col. 4. fol. 84. col. 2. fol. 112. col. 2. Talmud enim non semper verbum אדם in his locis agnoscit. In En Jacob fol. 168. col. 4. legitur: שלא במדת הקבה מדת בו אדם מסית וכו׳ omissa vocularum מדת בו repetitione.

2. Summus est, & tamen &c.] Hinc adeo Regulam format R. Jochanan in Megilla fol. 31. a. כל מקום שאתה מוצא גבורתו של הקבה שם אתה מוצא ענותנותו: id est: *In quocunq; loco deprehendis memoriam τῆς δυνάμεως τῦ θεῦ, ibi quoq; reperies simul fieri memoriam, ejusdem moderationis*: Id quod variis Scripturæ locis, porro confirmant. Valde affine huic est, quod in Chullin fol. 89. a. de Piis legitur. אמר להם הקבה לישראל חשקני בכם שאפילו בשעה שאני משפיע לכם גדולה אתם ממעטין את עצמכם לפני נתתי גדולה לאברהם אמר לפני ואנכי עפר ואפר למשה ואהרן אמרו ונחנו מה לדוד אמר ואנכי תולעת ולא איש אבל אומות העולם אינם כן נתתי גדולה לנמרוד אמר הבה נבנה לנו עיר: id est: *Ait Deus B. Judæis; isti vestri mores mihi perplacent, quod etiam tum, cum in dignitate a me constituimini, nihilo minus vos coram me extenuatis. Concessi Abrahamo ingentem autoritatem: Ipse vero mihi ait:* Ego sum pulvis & cinis. (Extuli) *Mosen & Aaronem: At inquiunt:* Nos, quid sumus? *Davidem.* (erexi:) *Sed:* Ego sum vermis, *inquit*, & non vir. *Cæterum Gentiles alia agunt omnia. Impertitus sum Nimrodo potentiam: Et mox;* Agedum, *inquit*, exstruamus nobis urbem. Vide reliqua. *Luc. XXII, 69.* *Gen. XIIX, 27* *Ex. XVI, 7.* *Ps. XXII, 7.* *Gen. XI, 4.*

ה

אמר רב חסדא אמר מר עוקבא כל אדם שיש בו גסות הרוח אם הקבה אין אני והוא יכולין לדור בעולם שנאמר מלשני בסתר רעהו אותו אצמית גבה עינים ורחב לבב

X.

RAf Chasda, autore Domino Ukba, dixit: Si quis sese efferat, de eo Deus B. ait: Ego, & iste, (*unà*) in orbe commorari non possumus. Q. S. E. (Psal. CI, 5.) *Lingua ledentem apud me clam proximum suum, ipsum exscindam: elatum oculis & tumentem animo, ipsum non possum.* Pro אותו *ipsum*,

אותו לא אוכל אל תקרי אותו
אלא אתו ואיבא דמתני לה
אמספרי לשון הרע שנאמר
מלשני בסתר רעהו אמר רבי
אלכסנדרי כל מי שיש בו
נשות הרוח אפילו רוח קימעא
עוכרתו שנ׳ והרשעים כים נגרש
כי השקט לא יוכל ומה ים
שיש בו כמה רביעיות רוח
קימעא עוכרתו אדם שאין
בו אלא רביעית דם על
אחת כמה וכמה אמר רבי
חייא בר אשי אמ׳ רב חלמי
חכם צרי שיהא בו את
משמו׳ בשמינית׳ אמר רב
הונא בריה דרב יהושע
ומעטרה לירת בסאסאה
לשבלתא אמר רבא בשמתא
מאן דאית ביה ובשפתא מאן
דלירת ביה׳ אמר רב נחמן
בר יצחק לא מיני ולא מקצתה
מי זומר מאי דכתי׳ בירת
ותעכת ה כל גבה לב׳

legendum אתו *cum ipso*. Sunt, qui locum hunc de Calumniatoribus explicant: Q. S. E. *Lingua ladentem proximum suum*. R. Alexander dixit: In quocunq; est spiritus turgidus, eum etiam minima aura perturbat: Q. S. E. (Es. LVII, 24.) *Improbi erunt ut mare propulsum; nam quiescere non potest*. Quod si enim Mare, in quo infiniti sunt aquæ [2] quartarii, [1] a levi tamen aura turbatur: Quanto igitur magis homo, in quo unus solus est sanguinis quartarius? Ait R. Chaja F. A. nomine Raf. Necesse est ut Discipulus Sapientum præditus sit [4] octavæ (*Superbiæ*) partis, parte octava. [3] Addit R. Huna F. R. I. hanc eum coronare, sicut flos (*coronat*) aristam. Raba edixit: Omnis in quo est (*superbia*) anathema esto: quin &, in quo non est, esto anathema. R. Nachman tamen nihilo secius testatur, se nec de ipsa, nec de ejus particula (*quicquam deposcere*:) Numquid enim exiguum est, (*inquit,*) quod de ea (Prov. XVI, 5.) scriptum deprehenditur: *Abominationi est Domino, omnis altus animo?*

ANNO-

ANNOTATA.

1. Ego & iſte una &c.] Senſum commodum horum verborum videſis in libro שני לחות הברית fol. 70. a. b. *Brandſpiegel.* c. 19. ſic explicat הקבה *ſpricht, ich bin hoch ſteht in* בשלח: כי גאה גאה *das is deutſch: vven hoch, er is hoch. Und der Menſch vvill ach hoch gehalten ſein, ſo taugen mier nit zu anander: und ſtoſt den Menſchen aus der Welt, und aus jener Welt. und es ſagt* R. Chasda *und* Mar Ukba, *vvelcher hat ein hoch Gemüth, ſpricht* הקבה *mier können nit bey anander in der Welt ſein, und verſtoſt ihn, as* ישעיה הנביא *hot geſagt,* והרשעים כים נגרש *das is deutſch: das* רשעים *as das Meer ſie vverden vertrieben.*

2. Quartarii] Quid ſit רביעית præclare docet eruditiſſimus Pococke in Notis Miſcell. ad Portam Moſis p. 361. ſeqq. & merito eſt legendus. Cæterum, quia ineptiſſimum foret, aſſerere, non eſſe in homine niſi unum ſanguinis quartarium, ideo oportet per *μείωσιν* quandam hæc ita dicta ſint, neque enim alioquin Talmudiſtæ Anatomes Scientiæ, rudes fuiſſe videri volunt, ceu apparet ex Ohalot fol. 45. b. & Chullin fol. 45. a.

3. A levi aura turbatur] Mira Judæorum, de Ventis eſt Philoſophia, in Gittin fol. 31. b. quam niſi quis ex doctrinis myſticis explicandam dicat, nihil profecto, tam a rerum natura, & ſana ratione alienum eſt, quam quod ipſi perhibent. Inquiunt enim: ד' רוחות מנשבות בכל יום ורוח צפונית מנשבת עם כולן שאילמלא כן אין העולם מתקיים אפילו שעה אחת ורוח דרומית קשה מכולן ואילמלא בן נץ מעמידה מחברת כל העולם כולו מפניה שני המבינתך יאבר נץ יפרש כנפיו לחימן: id eſt: *Quatuor Venti, ſpirant ſingulis diebus, atq; Ventus Aquilonaris flat cum unoquoq;, ſecus enim ſi eſſet, ne quidem ad horam unicam hic orbis conſiſteret:* (Nam Aquilonaris ventus, cum ſit in omnibus partibus moderatus & temperans, idcirco reliquorum tum frigus, tum æſtum, malignitatesq; corrigit.) *Ceterum Ventus Meridionalis, eſt nocentiſſimus omnium, atq; niſi hunc* (Angelus) *Ben Nez* (ab Acciptris, quam refert, formâ, ita dictus, ſuis alis expanſis) *exciperet, orbi is univerſo vaſtitatem inferret: Secundum id* Q. S. E. (Job. XXXIX, 29.) Num ex intelligentia tua pennis utitur Nez, pandit alas ſuas, verſus Auſtrum?

Legendū דרומית *prout eſt quoq; in En Iacob fol. 26. col. 1.*

4. Octavæ Superbiæ partis &c.] Ergo ipſa Superbia, in Octo partes dividitur, & harum quæque, in alias totidem. Scilicet, ve-

tus ſententia eſt, Octonarium numerum perfectum eſſe, & omnia in ſe complecti, atque hinc Πάντα Ὀκτώ· *Omnia Octo*, natum eſt proverbium. Apud Toloſanos, in B. Saturnini Æde, vulgo fertur, Octo Apoſtolorum aſſervari corpora, quamobrem Cancelli, qui templi Chorum, a Navi ejus ſeparant, inſcriptos habent verſus ſequentes, quos ibi tranſeuntes, in Pugillares noſtros conjecimus:

OMNIA PERFECTUM QUIDVIS SI DICITUR OCTO,
HOC SIBI PRÆ RELIQUIS VINDICAT ISTE LOCUS:
OCTO CUI FACIUNT PRÆSENTIA CORPORA DIVUM,
CÆTERA PERFECTI CEDERE TEMPLA DEI.

Unde vero cœperit Proverbium, quod Octonarius numerus perfectus ſit, diſquirit Eraſmus in Adagiis Chil. 1. Cent. 7. num. 26. tum ſuam, tum aliorum opiniones, adducens. Fortaſſe tamen iis potiora proferre licet, ex Theone Smyrnæo, Philoſopho Platonico, quem ante annos non adeo multos, ex inſtructiſſima Thuana Bibliotheca, ab interitu vindicavit, Vir, de Rep. Literaria, &, ſi adjicere licet, de nobis quoque, optime meritus, *Iſmaël Bulljaldus*. Quippe non tantum ad rem facit, quod, ut ait c. 47. Theon, ἡ Ογδοὰς ἐστὶ πρώτου κύβου. Sed & Timotheus, apud eum, Proverbium Πάντα Ὀκτώ, non abſurde hinc pronatum arbitratur, quod Eratoſthenes, Octo Sphæras, terram omnem ambire, his prodiderit verſibus:

Ὀκτὼ δὴ τάδε πάντα συνὼ ἁρμονίησιν ἀρήρει·
Ὀκτὼ δ' ἐν σφαίρῃσι κυλίνδεται κύκλῳ ἰόντα·

id eſt: *Octo hæc omnia harmonice bene conveniunt,*
Octog, in Sphæris volutantur circulariter eundo.

De horum poſterioris Verſus ſenſu, non ſinit nos laborare Timotheus, ſed prioris intricatior eſt. Si tamen recte aſſequor mentem, id dicere voluit Poëta, quod verbis magis apertis ait Samuel Arkevalti in libro ערוגת הבשם pag. 28. a. בעלי חכמת המוסיקה קראו אותו קונסונאנצא שלמה מפני שכל הקולות כלולים במספר מהא' ועד החי' ואולי שעל זה נהגו הקדמונים לקרוא שמנה על הדבר השלם שבפנים שאין בו שום הסרון: id eſt: *Magiſtri Artis Muſicæ, in Octonario conſonantiam conſtituunt perfectam, omnes enim voces illi Numero includuntur. Et fortaſſe hinc ortum eſt, quod Veteres rem undiquaq, perfectam, & cui nihil deeſt,* Octo *vocarunt.* Quæ, uti vehementer probamus, ita obelus ponendus, juxta ea, quæ mox ibi ſequuntur: גם האחרונים נקראו הדבר שלם על שם המספר הזה אותימו: id eſt: *Etiam Recentiores vocant id, quod perfectum eſt, nomine, a numero Octonario inflexo,* Ottimo. Nempe hic inſigniter labitur Arkevalti, & ob imperitiam Linguæ Latinæ

Latinæ, credidit in ſua vernacula Italica, *Ottimo* ab *Otto* originem trahere, quod tamen eſt erroneum. Nam *Ottimo* ex *Optimus* eſt derivatum, eàdem Analogia, qua pro *Aptus*, *Atto*; pro *Adoptare*, *Adottare*; pro *Captivitas*, *Cattività*, & ſexcenta ejusmodi Italo idiomate dicuntur. Ex hactenus allatis, & illud manifeſtum evadit, peccare ſimiliter Franciſcum Alunnum, quando Octonarium numerum, pro ignobili, & eo habuit, de quo nihil fere memoria dignum, prodere liceat: Sic enim ſcribit in libro, Fabrica del Mundo n. 1717. *Anchora ch' il numero Otto ſia poco degno di memoria, pur ſi troua, che i venti principali ſono Otto, e che Otto ſono le beatitudini, che Iddio promette nell' Evangelio a ſuoi Eletti.* De reliquo monendum, quod uti hic loci Gemara, in octo partes principales, Superbiam diſpeſcit, ita alibi in Kidduſchin fol. 70. a. ita ſermonem inſtitui, ut id vitium in tres partes dividatur. אמר שמואל האומר אתרונגא תילתא ברימורת רוחא דאירת ביה לימא או אתרוג כדקריורת רבנן או אתרונגא בדאמרי אינישי id eſt: *Ait Samuel: Qui* (Citreum pomum deſignaturus, illud) אתרונגא *vocat, ejus animum tertia Superbia inſedit. Nam dicendum aut* אתרוג *uti vocant Rabbini, aut* אתרונגא *quæ vox, in ore eſt vulgi.*

5. Addit R. Huna &c.] R. Huna ſuperbiſſimus fuit, & ſpiritus altos gerebat, quamobrem, hoc quidem loco, ἀπ τῦ φρονήματος τῆς καρδίας, λαλεῖ τὸ σῶμα αὐτῦ· Nimirum, ſic de eo legimus in Cetubot fol. 69. a. שלח ליה רב ענן לרב הונא הונא חברין שלם כי אתיא האי איתתא לקמך אגבייהו עישור נכסי הורה יתיב רב ששת קמיה אלו זיל אימא ליה ובשמתא יהא מאן דלא אמר ליה ענן ענן ממקרקעי או ממטלטלי ומאן יתיב בי מרזחא ברישא id eſt: *R. Anan miſſis literis ad R. Huenam, ſcripſerat eidem:* Hunæ, Socio noſtro, Salutem. Cum ἡ θεῖνα, Mulier ad te veniet, (opem tuam flagitans, ut quod æquum eſt, ex hæreditate paterna, a fratribus impetret, fac amabo) decimam patrimonii ut obtineat. (Accepta Epiſtola, continuo iraſci Huna, & iniquiſſime ferre, quod ab Anane non Magiſter, ſed ſolùm Socius ſalutaretur.) *Aderat R. Huna, tum forte R. Scheſchet, quare ad hunc, Abi, inquit, ac dic Anani* (ipſa hæc verba ignominioſa,) *ſcitoq; te anathemati ſubjacere niſi dixeris: Anan, Anan,* (num vero placet) *ut in immobilibus, an mobilibus* (decima aſſignetur?) *Et, age dic dum, quis ſedet in Epulis Lugubribus loco, præcipuo?* Dignus eſt hic locus, qui notetur ſedulo, quippe aliquid facit ad intelligentiam eorum, cum Servator noſter, inter reliqua, etiam hoc

nomine, Matth. XXIII, 7. Phariſæos perſtringit: ὅτι φιλοῦσι καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ῥαββεί ῥαββεί. De faſtu Rabbinorum conſulendus quoque Baal Schalſch. Hak. p. 30. b. qui non diſſimulat, quam graviter viri, inter ſuos præcipui, hoc vitio laboraverint.

יא

אמר חזקיה אין תפלתו של אדם נשמעת אאב משים עצמו כבשר שנאמ והיה מידי חדש בחדשו ומידי שבת בשבתו יבא כל בשר להשתחו לפני אמ ה · אר זירא בשר כתי ביה ונרפא אדם לא כתי ביה ונרפ אר יוחנ אדם אפר דם מרה : בשר בושח סרוחה רמה ואיכ דאמרי בושה שאול רמת דכתיב בשין · אמר רב אשי כל אדם שיש בו גסות הרוח לסוף נפחת שנ ולשאת ולספחת ואין שאת אלא גבהות שנ ועל ההרים הרמים ועל הגבעות הנשאות ואין ספחת אלא טפילה שנ ואמר ספחני נא אל אחת הכהונות לאכול פת לחם · אר יהושע בן לוי בוא וראה כמה גדולים נמוכי

XI.

Hiskias ait: Preces hominis non exaudiuntur niſi [1] ſe emolliverit carnis adinſtar. Q. S. E. (Eſ. LXVI, 23.) *Eritq; de novilunio in novilunium alterum, & de Sabbatho in ſabbathum alterum; ut veniat omnis caro ad incurvandum ſe coram me, ait Dominus.* R. Sera dixit: Voci בשר *Caro* (Lev. XIII, 14.) ſubjungitur ונרפא *& ſanata eſt.* Sed voci אדם *Homo, (in ejusdem cap. v. 2.)* idem vocabulum non ſubnectitur: R. Jochanan, Verbi אדם, inquit, *(ſingula litera, totidem vocibus reſpondent: nimirum his)* אפר דם מרה [2] *Cinis, Sanguis, Bilis* Verbi vero בשר iſtis: בושה סרוחה רמה [3] *Probrum, Fœtor, Vermis.* [4] Sunt qui pro סרוחה vocem שאול *Infernus* reponunt [5] בשר enim, literam ש agnoſcit. R. Aſſe omnem Superbum tandem imminui aſſeverabat, eo quod ſcriptum eſt: (Lev. XIV, 56.) *Item de tumore, & de abſceſſu.* Vox שאת enim, omnino *Elationem* notat: Secundum illud: (Eſ. II, 14.) *Et contra omnes*

הרוח שבומן שבירת המקדש
קיים אדם מקריב עולת
שכר עולה בידו מקריב מנח
שכר מנח בידו אבל מי
שדעתו שפלה מעלה עליו
הכתוב כאלו הקריב כל
הקרבנות שנא׳ זבחי אלהים
רוח נשברה ולא עוד אלא
שאין תפלתו נמאסת שנאמר
לב נשבר ונדכה אלהים לא
תבזה׃

omnes montes celsissimos & contra omnes colles elatissimos. At verbo ספחת rei principalis accessio significatur, uti & in illo: (I. Sam. II, v. ult.) *Et dicet cooptame quaso, in unam e functionibus sacerdotalibus, ut comedam frustum panis.* R. Josua F. L. dixit: Adesdum & vide [r] quam magni æstimentur [6] attriti spiritu; nam eo tempore quo templum adhuc integrum erat, si quis holocaustum sacrificasset, holocausti mercedem referebat: donarium vero offerentem, donarii præmium (*apud Deum*) manebat. At de eo qui demisso est animo, prædicat Scriptura, quasi omnia sacrificia obtulisset. Q. S. E. (Psal. LI, 19.) *Sacrificia Dei sunt Spiritus fractus.* ¶ Neque hoc tantum, sed insuper preces ejus non sunt fastidiæ. Additur enim: *Animum fractum & contritum o Deus, non spernes.*

ANNOTATA.

1. Se] Pro עצמו etiam לבו cum Talmude legas licet, citra minimum errorem.

2. Cinis, Sanguis, Bilis] Obiter indicare oportet Judæorum scelus, & exsecrandam impietatem, qua ista, & ea quæ de humani generis infirmitate hic loci, porro sequuntur, etiam ad DOMINUM DEUMq; nostrum applicarunt, in Oratione, quam singulis diebus recitant, quæque a verbis עליו לשבח incipit; si modo, vulgo Judæorum, hæc cognita sunt, nam in Machsorim excusis, ea quæ dabimus, non apparent. Indicavit quidem, jam Cl. Buxtorfius Syn. Jud. cap. 5. p. 167. deesse in illa precatione, a plerisque Editionibus verba: שהם קרעים ומשתחוים להבל וריק ומתפללים אל אל לא יושיע׃ Sed, nondum rem totam dixit, & longe plura omittuntur. In MS. nostro Ez Hechaijm, cui omnes antiquæ preces, eam ob causam deprehenduntur insertæ, ut de vera & genuina

huina illarum lectione, semper constare queat, sic habet integrum, male ominatæ illius supplicationis, initium: עלינו לשבח לארן הכל לתת גדולה ליוצר בראשית שלא עשנו כגוי הארצות ולא שמנו כמשפחות האדמה שלא שם חלקנו בהם וגורלנו בכל המונם שהם משתחוים להבל וריק אדם אפר דם מרה בשר בושה סרוחה רמה טמאים וטמאות מנאפים ומנאפות מתים בפשעם ונמקים בעונם בלוי עפר רקובי רמה ותולעת ומתפללים אל אל לא יושיע חמה ולבנה כוכבים ומזלות וכל צבא השמים ואנחנו כורעים וכו׳; Quæ majoribus literis hic scripta sunt, ab impressis nostris, exulant omnia: Atque illa ideo adduximus, quia Judæorum impietatem & blasphemias notas habere, Eruditis Christianis salus est: His, quoniam hæc scribimus, ideo explicatione alia opus non erit, ne cui imperitiori, simus offendiculo. Verbo monemus, in iis, quæ Buxtorfius etiam attulit, lectionem וריק quam noster Codex habet, magis quam ולריק ad sacrilegam Nebulonum mentem esse. Quippe Judæi, superstitionis suæ desertores, & ad Christianos transfugæ, nos docent, τὸ וריק esse Cabbalistice pro ישו positum, quod utraq; vox, tantundem in Numeris conficiat. Cæterum, uti Judæi nominis אדם literas singulas, in integras voces hactenus resolvunt, ita simile quid circa idem verbũ, sed Græcis literis exaratum, fecit S. Cyprianus, dum in lib. de Mont. Sina, scribit, primum hominem a Cardinibus Orbis, nomen adeptum, ut Α Δ Α Μ diceretur: Quod Α sit Ανατολὴ, Δ. Δύσις, Α. Αρκτὸς, Μ. Μεσημβρία; atq; id quidem tralatitium est, & a multis indicatum. Hinc Nobilissimus *Emanuel Thesaurus*, Vir, ut præclara eruditione, sic humanitatis quoque laudibus instructissimus, in Elogiorum suorum principio, cum de Adamo multa ingeniose, ἐν αἰνίγμασι dixisset, postremo addit:

Nomen flagitas?
Quatuor Mundi Plagarum nomina, a Græcis pete,
Anatole, Dysis, Arctos, Mesembria,
Abscissa nominum capita junge; nomen habebis.

Allusio S. Cypriani, saltem in Græcanica Lingua, haud inconcinna est, eamque tam facile ferimus, quam quæ Judæi in ראשי תיבות more suo, solent conari. Illud vero metuo, an æque Doctiores toleraturi sint, quod Angelus Roccha in suo de Bibliotheca Vaticana Commentario pag. 93. ideo per mysterium primum hominem *Adam*, fœminam primam, *Evam*, dictos perhibet, quod Infantes mares, cum primum lucis usura frui incipiunt, A; fœmellæ autem E, sonare deprehendantur. Etenim

nim dubito an illi diſcrimini, quod obſervat Roccha, Veritas atque Experientia, patrocinentur, & an non potius pro erudito Lipſio faciant, qui lib. de Pronunc. Ling. Lat. cap. 6. citra omnem differentiam ſexus, *literam A Naturæ ductu, principium voci dare, perq; eam omnes Infantes vagire*, aſſeruit. Amplius ſcire debebat Roccha, magnæ Matris noſtræ nomen, ſi ita enuncietur, prout eidem fuerat inditum, & ipſum, non tam E quam A in ſui initio ſonare. Imo Patach quod literæ primæ vocis חוה ſubſternitur, A clarum eſt, quod ore diducto, flatu valido effertur; cum Kametz ſubditum illi Elemento a quo אדם incipit, non niſi A obſcurum ſit, qui ſonus fere in O degenerat, quippe ſpiritu lento, ore modice aperto, & preſſim rotundo, enunciatur. Arugat Habbelem pag. 11. b. הקמץ נקרא בקמיצת הפה לא בפתיחתו בהחלט כמו הפתח: De reliquo, etſi nemo paulo humanior ignorat, Adami nomen, ab אדמה ſive Humo, materia hominis, dictũ eſſe, tamen quia ſecundum Ulpianum, l. 94. de R. I. *non ſolent ea, quæ abundant, vitiare Scripturas*, allegabo in hanc rem, libri antiquiſſimi Rabbot teſtimonium, quod legitur fol. 20. col. 1. בשעה שבא הקב"ה לבראת את האדם נמלך במלאכי השרת אמר להן נעשה אדם אמרו לו אדם זה מה טיבו אמר להן חכמתו מרובה משלכם הביא לפניה' את הבהמה ואת החיה ואת העוף אמר להם זה מה שמו ולא היו יודעין העבירן לפני אדם אמ' לו זה מה שמו אמ' זה שור זה חמור זה סוס וזה גמל ואתה מה שמך אמר לו אני נאה להקרא אדם שנבראתי מן האדמה: id eſt: *Cum Deus B. in eo eſſet, ut crearet Hominem, conſilium inivit cum miniſtris Angelis, inquiens ipſis: Faciamus Hominem. Reſpondent illi, num aliquod momentum in Homine ſit, cum eſt? Regerit Deus; Ejus Sapientia, veſtram antecellit.* (Nec cunctatus) *ſiſtit illis pecudes, beſtias q;, & avium genera, quæritq;: Ecquod horum cuiq; nomen convenit? Hic vero Angeli ſuam ignorantiam profeſſi ſunt. Atenim cum ad Hominem illa adduxiſſet, eumq; de nominibus interrogaſſet: Ibi is, hoc, inquit, animans, eſt Bos, iſtud Aſinus, illud Equus, id Camelus. Denig; Deus: Quale tuum nomen eſt? Reſpondet Homo, mihi convenit, ut Adam vocer, nam e tellure ſum effictus.* Gen. 1, 26.

3. Probrum, Fœtor, Vermis] De hominibus veris, nudisque, ſic ſe res habet omnino, &

Heu heu nos miſeros! quam totus homuncio nil eſt!

Quisque in ſe deſcendat, jam deprehendet cauſarum abunde ſibi eſſe, cur ſuſpiret, fleatque; ſed cur ſuperbiat, criſtasque erigat, ne hilum quidem. Erubin fol. 13. b. תנו רבנן שתי שנים ומחצה נחלקו בית שמאי ובי'

הלל והללו אומרים נוח לו לאדם שלא נברא יותר משנברא והללו
אומרים נוח לו לאדם שנברא יותר משלא נברא נמנו וגמרו נוח
לו לאדם שלא נבר' יותר משנברא ועכשיו שנברא יפשפש במעשיו:

id est: *Tradunt Sapientes; Duos annos, cum dimidio, disputarunt inter se Academia Schamai, & Academia Hillelis, unis asserentibus, melius fuisse si homo non esset creatus: aliis contendentibus, præstare utiq; hominem esse creatum. Collectis tandem votis, & numeratis, huc major & melior pars inclinabat, satius fuisse si homo non esset creatus; nunc vero quando creatus est, bonis moribus eum studere debere.* Viro bono, paucula modo verba si demas, non indignam, imo vero in Concionem omnium mortalium mittendam gravissimam de infirmitate nostra querimoniam, atque sic simul a superbia dehortationem, quam habet Autor libri לב טוב fol. 8. col. 1.2. non possum quin adscribam. Erit fortasse ut quod mihi vehementer placet, aliis quoque non displiceat, atque ut aculeos legentium animis infigat. *Der ein* שכל *hat, der sol sich bedencken auf der Welt, und sol gedencken, vvo der Mensch herkommt, und vvo der Mensch hinkommt. Er kommt her von einem stinckedigen Tropffen, und er vvird kommen in die Grub zu den Würmern, und darzu alle seine Tag, sein eitel Wehtag. Vieleicht kommt ihm ein Kranckheit zu, oder vieleicht kommt ihm ein* הפסד *zu, daß er ein Verlust hat, daß er um das Sein kommt, oder vvie viel* צרות *senen in der Welt, daß keiner nit sicher darfür is ein* רגע *vvie bald vvird der* השם ישמרנו *gehargt, oder daß ein Maur auf ihn fällt, oder daß er kan im Wasser umkommen, oder im Feur. Solche* טיבורת *senen sehr viel, die einen Menschen alle* רגע *konnen zukommen, vven einer schon is sehr reich, in einer* שעה *kan er arm vverden. Is einer denn ein armer Mann, da muß er sorgen, und achten und vvachten vor das täglig Brod, vvie sol denn der Mensch hoffärtig sein? denn sein Zeit ist kurz auf der Welt, daß er vvird müssen in die Grub hinein in die Finsternuß, in Schatten des Todes, zu den Würmen. Nun vvarum sol der Mensch nit das gedencken, der vvürmig Mensch; vvarum sol er hoffärtig sein? vvarum sol er sich gern machen zu einen* רשע. *Warum sol er machen, daß ihn* הקב"ה *Feind hat? und vvarum sol er machen, daß die Leut ihn feind haben? vvarum sol der sündiger vvürmiger Mensch vergessen den schvveren bittern bosen Tag, daß er sich vvird müssen scheiden von der Welt, von alle seine Freunden, von alle seinem Gelt und von seinem Gut, von Haus, von Hof, von seinem Weib, von seine Kinder. Und er vvird derstickem und dervvürgen in seinem eignen* ליחוך *der Tag, daß man ihn in die Gruben hineinlegt, der Tag, daß sein* פנים *vvird verändert, der Tag, daß da vverd verfinstert*

sein

ſein Geſtalt, der Tag, daß ihm vergeht ſein Geſicht, der Tag, daß er vvird gevvorffen in die Grub, in die Finſternus, und zu verfallen ihm ſeine Glieder, und ſein Bauch ſpringt ihm auf, ſein Miſt, den er in ſein Bauch hat, ſprizt ihm in ſein פנים*, und ſagt zu ihn: du Freſſer, vvas hat dir der Miſt geſolt, daß du ein ſolchen Miſt geſamlet haſt? noch hab dier den Miſt vvieder in dein* פנים *hinein. Am Tag, daß er muß leiden* חיבוט הקבר *und mit der* נשמה *in das* גיהנם *hinein. Nun ihr liebe Leut, vvenn einer ſolches zu herzen nimmt, vvie kan ſich der ſündig Menſch aufhalten, daß er nit vveinen und ſchreien ſol über ſeine groſſe Sünd, und über ſeine Hoffart, und über ſeine* גיאות *die ihn darzu bringen zu den herben bittern Leid?* Ite mei Lectores, non tam ineptum hoc Judæi hominis dictum eſt. Credite ſultis, iſta meminiſſe olim proderit!

4. Suntqui &c.] Probe hîc legunt Codices Ẹn Jacob. Talmud minus recte, certe minus perſpicue habet: איכא דאמרי שאל דבתיב בשין:

5. Quam magni æſtimentur &c.] Hoc dictum ſic vertitur *in Brandſpiegel* cap. 29. *Spricht* ר' יהושע בן לוי *vvie gar gros ſein die Leut, die niedriges Gemüth ſein in Augen, Got* יתי *da das* בית המקדש *is geſtanden, hat man* קורבנות *gebracht, und darnach die* קורבנות *ſein gevveſen, hat man Lohn bekommen, aber niedrig Gemüth is gerechent gegen alle* קרבנות *dann* חד המלך *ſagt in* Tillim זבחי אלהים רוח נשברת *das is Deutſch: Schechtung Gottes, ein Gemüth, ein zubrochens.*

6. Attriti Spiritu] Talmud Amſtel. plenius, verbísque nonnihil immutatis legit: נמוכי הרוח לפני הקבה שבשעה שבירה Lectio tamen Compendiorum tolerari poteſt.

7. Neque hoc tantum, ſed inſuper preces &c.] Etiam illud, quod denique colligunt Magiſtri, nimis parum videtur Kozenſi, ſed ipſe ultra progreditur, & quid amplius adhuc infert: Sic enim Præc. Neg. LXIV. præmiſſo Gemaræ noſtræ pronuncianto, quod ii qui demiſſo animo ſunt, eo loco habeantur quaſi omnia ſacrificia obtuliſſent, quodque ipſorum precibus pondus ingens ſit, poſtea addit: ואני דרשתי עוד כי אפילו משאלות לבם ותאותם שומע הקדוש ברוך הוא וממלא רצונם אף על פי שלא התפללו על זה שני תאות ענוים שמעת יי מכין לבם תקשיב אזנך תפלת עניים לא נאמר אלא תאות תכין לבם כלומר מה שחושבים בלבם:

בלבם: id eſt: *Ego quidem, majus adhuc, prædicaverim, nimirum* (non eorum, qui demiſſo ſunt animo, preces tantum,) *ſed & deſideria cordis, & vota tacita audire Deum, illorumq; voluntatem implere, ſi maxime eam ob rem preces haud fundant.* Nam S. E. (Pſal. X, 17.) Deſiderium demiſſorum animo, audiviſti Domine, cum cor eorum ſe præparat, auris tua ad audiendum parata eſt. *Non hic de Precibus ſermo eſt, ſed de deſiderio, ad quod cor ſe præparat, ſive de omni eo, quod corde meditantur.*

יב

ואמר רבי יהושע בן לוי כל השם אורחותיו בעולם הזה זוכה ורואה בישועתו של הקבה שנאמר ושם דרך אראנו בישע אלהים אל תיקרי ושם אלא ושם:

XII.

1 R. Joſua F. L. porro infit: Qui rationem viarum ſuarum in hoc ævo init, is id præmii refert, ut videat ſalutem divinam. Q. S. E. (Pſal. L. ult.) *Et qui æſtimat viam, faciam ut is fruatur ſalute Dei.* Non enim legendum שום (*poſuit:*) Sed שם (*taxavit æſtimavit.*)

ANNOTATA.

1. R. Joſua &c.] Idem hoc dictum ex alia repetitur in Moëd. Katon fol. 5. b. Explicat vero id Maimonides in Præfat. Comment. in Pirke Avot, quam habes in Cl. Pocockii Porta Moſis: vide ibi pag. 211.

יג

חנו רבנן אומרים לפניה דברי הגדה ומעשים שאירעו בכתובים הראשונים בנון אשר חכמים יגידו ולא כחדו מאכותם יהודה הודה ולא בוש מה היה בסופו זכה וירש חיי העולם הבא ראובן

XIII.

TRadunt Magiſtri: Narrabant (*adulterii ſuſpecta,*) amœniora quædam, & exempla quæ quondam contigerant, ex Scripturis. Scilicet, (*inculcabant dictum*: Job. XV, 18.) *Quia Sapientes nunciant, & non celant majores ſuos.* (*Subjungebant deinde:*) Juda faſtus eſt, neque eum pudebat:

הוד ולא בוש מה היה בסופו
זכה וירש חיי העולם
הבא ומה שכרן מה שכרן
כדקאמרינן אלא מה שכרן
בעולם הזה להם לבדם נתנה
הארץ ולא עבר זר בתוכם
בשלמא יהוד אשכחן דאודי
דכתיב ויכר יהוד הוי אמר צדקה
ממני אלא ראובן מנא לן דהודה
ר״ש שמואל בר נחמני אר״י יונתן
מ״ד יחי ראובן ואל ימות והא
ליהוד כל אותן שנים שהיו
ישראל במדבר היו עצמותיו
של יהודה מגולגלין בארון עד
שעמד משה ובקש רחמים אמר
לפניו ר״ש מי גרם לראובן
שיודה יהוד וזאת ליהוד מיד
שמע ה׳ קול יהודה על איבריה
לשפא ולא הוו קא מעיילין
ליה למתיבתא דרקיעא ואל
עמו תביאנו לא הוה קא ידע
למשקל ולמיטרח בשמעתא

debat: Quem istandem finem habuit? Suo merito vitæ æternæ hereditatem cõsequutus est. [1] Ruben fassus est, neque eum pudebat: Quem is tandem finem habuit? Suo merito vitæ æternæ hereditatem consequutus est. Ecquod illorum præmium fuit? (*Rogasne*) quale præmium fuerit? Id quod modo expressimus. At, ego percontor, quod præmium in hac vita illos manserit? [2] *Iis solis tradita fuit terra; ac non transivit alienus per medium eorum.* Sane de Juda (*hactenus dicta concesserim,*) nam de eo invenimus quod confessus fuerit: Q. S. E. (Genes. XXXIX, 26.) *Et agnoscens Judas dixit: Justior est me.* Sed de Rubene unde constat, illum quoque fassum esse? Nimirum tradente R. Samuele Nachmanide, dixit R. Jonathan; quis sensus ejus quod scriptum est (Deuteron. XXXIII, 6.7.) [3] *Vivat Ruben & non moriatur.* [4] *Idem quoq; Judæ eveniat?* Universis illis annis, quibus Israëlitæ in deserto degebant, [5] ossa Judæ sese (*assidue*) volutabant in sarcophago; quoad surgens Moses, pro iis apud DEUM intercederet. Domine

ידיו רב לו לא הוה קא סלקא
ליה שמעתא אליבא דהלכתא
ועזר מצרי תהיה בשלמא
יהודה אודי כי היכי דלא
תשרף תמר אלא ראובן למ
ליה דאודי והאמר רב ששת
חציף עלי מאן דמפריש חטאיה
כי היכי דלא לחשדי אחוה
בהדיה׃

Deus hujus universi, inquiebat, quis in causa fuit, ut Ruben fateretur (*delictum*[2]) Utiq; Judas. Anne ergo (*æquum*) ut tale quid Judæ eveniat? E vestigio; *Exaudivit Deus vocem Judæ*: puta ob tranquillitatem donandam, ejus membris. Sed nondum introduxerat Judam, [6] in cœleste Athenæum; (*Instat igitur Moses orando:*) [7] *Et ad populum suum reduc eum.* (*Quo impetrato,*) nondum norat (*Judas*) ponderare & examinare [8] controversias: (*Quare pergit Moses:*) *Manibus ejus satis sit ei.* (*Hoc pariter concesso;*) illud deerat, quod [9] in ejus sententiam suffragiis non itum est. (*Hinc urget Moses:*) *Et auxilium ab Hostibus ejus sis.* Cæterum, bene se habet, quod Judas confessus est, ut nimirum hac ratione ab ignis supplicio liberaretur Thamar. Rubeni vero quid proderat fateri? nam & R. Schescheth ait: [10] Homo perfrictæ frontis est, qui peccata sua divulgat. Nimirum ideo (*delictum suum fassus est Ruben,*) [11] ne cæteroquin fratres, [12] secum eidem suspicioni essent obnoxii.

ANNOTATA.

1. Ruben fassus est &c.] Rubenem incesto concubitu polluisse Bilham, Uxorem Concubinam Jacobi patris, ceu verbis apertissimis in Scriptura traditur, non obscure & hoc loco agnoscunt Rabbini, & in Megilla fol. 25. a. ubi dicitur: מעשרה ראובן נקרא ולא מתרגם id est: *Historia Rubenis* (descripta Gen. XXXV, 22.) *legitur quidem, sed non explicatur.* Nec minus Salomo Ben Melech in Michlal Jophi fol. 13. column. 1. f. idem profiteri, non est veritus. At alibi in Talmude, Soli nebulas obducere, & adeo eundem penitus obfuscare conantur Judæi, dum persuadere satagunt, Rubenem nullum minus, quam illiciti concubitus peccatum perpetrasse. Scilicet tam nequam Scripturæ corruptores sunt Judæi, ut, quæ in ea pie facta leguntur, ipsi

ipſi peſſime ſæpe calumnientur, contra vitia turpiſſima in virtutes evehant, prout animo illorum, eſt collibitum. Ecce tibi, quæ monſtra impudentium hominum loquuntur in Schabbat fol. 55. b. אר״ שמואל בר נחמני אר״ יונתן כל האומר ראובן חטאה אינו אלא טועה שנ׳ ויהי בני יעקב שנים עשר מלמד שכולם שקולים כאחת אלא מה אני מקיים וישכב את בלהה פילגש אביו מלמד שבלבל מצעו של אביו ומעלה עליו הכתוב כאילו שכב עמה תניא רבי שמעון בן אלעזר אומר מוצל אותו צדיק מאותו עון ולא בא מעשה זה לידו איפשר עתיד זרעו לעמוד על הר עיבל ולומר ארור שוכב עם אשת אביו ויבא חטאה זרח לידו אלא מה אני מקיים וישכב את בלהה פילגש אביו עלבון אמו תבע אמר אם אחות אמי היתה צרה לאמי שפחה אתי אמי תהא צרה לאמי עמד ובלבל את מצעה: id eſt: *Teſte R. Samuele, F. N. dixit R. Jonathan: Quisquis contendit Rubenem peccaſſe, is vehementer erat:* Q. S. E. (Gen. XXXV, 22.) Et erant filii Jacobi duodecim. *Exinde conſequitur*, (bonis moribus pariſſimos illos fuiſſe,) *ita ut ſi lanci fuiſſent impoſiti, alius alium haud ſuperaſſet. At quomodo cum his conciliabo, quæ in eodem loco antecedunt.* Et concubuit cum Bilha uxore concubina Patris? *Nempe diſturbavit lectum paternum, & ob eam rem ita Scriptura de ipſo loquitur, quaſi Bilham inceſtaſſet. Vetus eſt Traditio: R. Simeon F. E. dixit: Immunis fuit pieſſimus Ruben, a reatu inceſtus, neque tale quid commiſit. Nunquid enim fieri poterat, ut ille cujus poſteri ſtando in monte Ebal, dicturi erant:* Maledictus qui concumbit cum uxore Patris: *idem hoc ſcelus admitteret? At quomodo cum his conciliabo illud alterum:* Et concubuit cum Bilha uxore concubina Patris? *Nempe*, (quoad ſuperſtes erat Rachel, ſemper in hujus tentorio, Torus Jacobi erat locatus, mortua vero nunc Rachele, cum Jacobus Torum ſuum in Bilhæ tentorium tranſtuliſſet, venit Ruben) *querens, de injuria matri* (Leæ) *illata: Et, ſi maxime Matertera mea, inquit, matris meæ fuit cordolium, nunquid par eſt, ut etiam matertera ancilla, matris meæ cordolium eſſe debeat? proinde indignabundus Torum paternum disjecit.* Eadem habentur in ſuppoſitio ספר הישר pag. 69. b. Atque hanc de Rubenis innocentia opinionem, defendunt non tantum Abenefra, & R. Salomo, in ſuis in Geneſin Commentariis, ſed etiam recentiſſimi noſtri, Jacob Abendana, & Menaſſe ben Iſraël, quorum ille, Margini libri Michlal Jophi loco jamjam allegato adſcripſit: האמרת כדברי רז״ל שלא שכב עמרת ח״ו רק בלבל יצועי אביו להיותו חס על כבוד אמו: id eſt: *Verior* (præ Salomonis ben Melech aſſertione) *eſt opinio Magiſtrorum*

ſtrorum τῶν μακαιτῶν, perhibentium, non concubuiſſe eum cum Bilha. Apage enim tantum neſas: non niſi Patris torum diſturbavit, ob illatam matri contumeliam. Menaſſe vero in Conciliationibus libri Regum Q. 18. ſic loquitur: *El cuydado que tuuieron los Sabios de eſcuſar a Selomoh, tienen tambien con Rehuben, hijos de Eli, y Dauid: y anſi dizen que Rehuben no tuvo torpe ayuntamiento con Bilha, mas que ſolamente (como dize Jacob) prophanó el lecho, en reboluerlo y quitarlo de ſu lugar, en gracia de ſu madre Lea. Que los Hijos de Eli ſolamente detenian las Mugeres fuera de ſus caſas, dilatandoles el ayuntamiento conjugal, y que David non pecó en adulterio, por que los que yuan a la guerra tenian por coſtumbre, eſcreuir Get, o carta de divorſio a ſus mugeres. Otros ay tambien que sienten en todo eſto de differente manera, pero y me atengo a lo que tengo dicho, temiendo (como bien ſe pondera en las conſultas de R. Levi Aben Habib) por coſa muy juſta, y aun de animo inclinado a la virtud, moderar las coſas que parecen agrias, y explicarlas en fauor de los buenos, ſiendo accion mas noble y virtuoſa, el disculpar que culpar, proprio de animos dañados, y inclinados al vicio.* Enim vero, oppido fallitur Menaſſe, dum ex manifeſte impiis, pios fingendi artificium, laudabile credit, iisque, qui Bonam Mentem amant, non indignum. Quanto enim iſtis ſaniora leguntur apud Ariſtotelem 4. Nicom. cap. 13. Οἱ τὰ ταπεινὰ σφετεριζόμενοι, βαυκοπανοῦργοι λέγονται, καὶ ἐυκαταφρόνητοί εἰσι· Atque illud divini Pſaltæ Pſal. V, 7. תאבד דברי כזב: id eſt: *Perdes loquentes mendacium:* Si ullis falſariis, certe his qui in re ſacra, ἀρνῦντες τα ὑπάρχοντα, ἢ ἐλάττω ποιῦντες, impudenter mentiuntur, dignum factis exitium comminatur.

2. Iis ſolis tradita fuit terra] Nam Judæ poſteris dignitas Regia obtigit, Rubenis vero generis reliquiæ, omnium primæ, poſſeſſiones cis Jordanem adeptæ ſunt.

3. Vivat Ruben & non moriatur] Ex hoc dicto Reſurrectionem mortuorum colligunt Judæi in Sanhedrin. Vide p. 314. edit. Cocc.

4. Idem quoque Judæ eveniat] Non ſatis, cum iis, quæ hic loci, ex iſto dicto eruuntur, conveniunt tradita ab Autore libri Halichot Olam, editi a Cl. l' Empereur, pagina ibi 183.

5. Oſſa Judæ ſe aſſidue volutabant] Ideo nulla oſſibus Judæ, conceſſa fuit requies, quia cum is patrem deprecaretur, ut Benjaminem in Ægyptum abire permitteret, ſeipſum devovit, & niſi incolumen illum reduxiſſet, כל הימים *Omnibus diebus*, (quæ verba, ipſam quoque, quæ, poſt hanc ſequitur, vitam, non excludunt,) reatum

ſe

ſe laturum, proteſtatus fuerat, Geneſ. XLIII, 9. Atqui in Maccot docetur: נדוי חכם אפילו על תנאי הוא בא id eſt: *Anathematis, a Sapiente prolati, tanta vis eſt, ut etiam ſub conditione conceptum, ſi adeo deficiat conditio, tamen impleatur.*

6. In cœleſte Athenæum] Pro מתיבתא דרקיעא alias dicunt: ישיבה של מעלה Vide Peſach. fol. 53. b. Atque נתבקש בישיבה של מעלה id eſt: *Evocatus eſt in cœleſtem Scholam*; eleganter pro morte hominis uſurpatur, in Bava Mezia fol. 86. a. In hujus Scholæ Claſſem tertiam, vivus admiſſus eſt B. Paulus, didicitque ibi ἄρρητα ῥήματα ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι, 2. Cor. XII, 4. De cauſa, quare Apoſtolus, tantæ felicitatis ſit factus particeps, valde probo illud Oecumenii, qui p. 594. ideo Paulum in Cœlum raptum eſſe tradit, ἵνα μὴ δι' ὧν τότε ἤκουσεν ἐν τῇ λοιπῇ ὑποφόλων τῶν διαγινομένων σωματικῶς μιγὰ τῶ κυείν· Sed, quæ eſt illa Cœleſtis Academiæ, Claſſis tertia? Equidem, poſſum verba, pii Maſſilienſium quondam Præſulis, Salviani, quæ l. 3. de Guber. Dei, in reſimili adhibet, uſurpare ac dicere: *Neſcio ſecretum, & conſilium Divinitatis ignoro.* Succurrunt tamen quædam, a propoſito non aliena, quæ antiquiſſimi Judæi tradiderunt, ea allegare nihil prohibet. In Succa fol. 45. b. legitur: אמר חזקיה אמר ר' ירמיה משום רשבי ראיתי בני עליידת וקן מועטין אם אלף הן אני ובני מהן אם מאה הם אני ובני מהן אם שנים הם אני ובני ין ומי זוטרי כולי האי והא אמר מר תמני סרי אלפי הוות דרא דקמידת ק דשא בריך הוא שנ' סביב יה אלף לא קשי הא דמסתכלי באספקלרי המאירה הא דלא מסתכלי בסאספקלריא המאירה ודמסתכלי באספקלריא המאירי מי זוטרי כולי האי והא אמר אביי לא פחית עלמא מתלתין ושיתא צדיקי דמקבלי אפי שכינה בכל יום שנ' אשרי כל חוכי לו לו בגימטריא תלתין ושיתא הוו לא קשיא הא דעיילי בבר הא דעיילי בלא בר: id eſt: *R. Hiskias, ſecutus autoritatem R. Jeremiæ, narrat,* (tantam fuiſſe πληροφορίαν, vel jactantiam potius) *R. Simeonis F. I. ut diceret: Ego* (meditatus ſum aliquando, ea quæ ad futuram vitam attinent, ac omnia perpendens, collegi,) *vidi & pauciſſimos futuros ſedium ſupernarum compotes. Attamen, ſi mille numero ſint, ego & filius meus, locum inter illos habebimus. Si ſint centum, etiam inter hos, ego & filius meus invenjemur: ſed ſi duo tantum fuerint, certum eſt, me, & filium, hanc ſortem manſuram. Verum enim vero, fierine poteſt, ut tam pauci ſint? Atqui ait Dominus Conſtitutionis, Octodecim millia implent ordinem primum coram DEO Benedicto.* Q. S. E. (Ezech. ult. verſ. ult.) Circum ſunt octo & decem millia. *Nulla eſt*

Confer Sanhedrin fol. 97. b.

* *Reſcribendum* ברא קמא דקודשא *Ex En Iſraël fol. 115. col. 3.*

Difficultas. Distinguendum enim inter eos, qui (DEUM) *intuentur quasi per Speculum pellucidum, inter eos, qui illum quasi per speculum aliquod subobscurum intuentur. At, num in eos, qui* (DEUM) *per pellucidum speculum intuentur, tanta cadit paucitas, ut non nisi duo esse queant? Atqui dixit Abai: Haud pauciores sunt in Cœlo, sex & triginta justis, qui Deum quotidie visitant:* Q. S. E. (Es. XXX, 18.) Beati omnes qui exspectant illum: *Ubi verbum* ל *quod adhibetur, si ad numeros revoces XXXVI. conficit.* (Respondeo:) *Neq; in his est difficultas: Distinguendum enim inter eos qui ad Deum citra venia petitionem ingrediuntur, & eos, quibus prius venia opus est.* Secundum ista, Paulo apud illas beatissimas Mentes, morari aliquantisper licuit, quæ Deum tanquam per speculum lucidissimum intuentur, prima enim Classis Angelorum est, altera, quorum speculum opacitati alicui est obnoxium. Cæterum, etsi hæc, si modo recte accipiantur, non valde absona sunt, tamen in medio omnia relinquimus. Interea loci vel hoc nomine, ea quæ allata sunt, non penitus spernenda fuerint, quia ipsum illud Sanctum Vas electionis in 1. Cor. XIII, 12. aliquid, nonnihil his affine dixit, in verbis: βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον.

7. Et ad populum suum &c.] Consule librum Chasidim n. 365. & disces, quare his precibus, Mosi opus fuerit.

8. Controversias] Talmud post בשמעתא habet מרי רבנן quæ verba a Codicibus Ein Jacob exulant.

9. In ejus sententiam suffragiis &c.] Raschi in Glossa, לא היה זוכה לומר דבר המתקבל: id est: *Non tam felix fuit, ut diceret rem, quæ reliquis probaretur.* Nam, ut idem, in Notis ad Joma fol. 26. a. autor est: אשוקי אליבא דהלכתא significat הורות כהלכה וכדת id est: *docere convenienter, & recte.* Quia Cl. Buxtorf. in Lex. Talm. voci אליבא nullum exemplū addidit; notetur quoq; Phrasis in eodem Joma fol. 33. a. אביי הוה מסדר מערכה משמא רגמרא ואליבא דאבא שאול id est: *Abai recensuit ordinem struis* (sive τῆς ὑποθυμίας) *secundum Gemaram, & ex mente Abba Schaul.* Similem locum deprehendes in Sanhedr in fol. 112. b.

10. Homo perfrictæ frontis est &c.] Bava Mezia fol. 59. b. תנא משום ר' נתן מום שבך אל תאמר לחבריך והיינו דאמרי אינשי דזקיף ליה זקיפא בריותקיה לא נימא ליה לחבריה זקיף בניתא: id est: *R. Nathanis dictum est: Vitium quod tibi adhæret, ne dicas Sociis tuis. Atq; hinc vulgo ajunt: Is e cujus familia quis fuit suspensus, non-*

dicat

dicat (ſervo ſuo, aut) *familiari, ſuſpende mihi piſcem hunc*, (nam penitus ei, ſuſpenſionis voce abſtinendum eſt.)

11. Ne cæteroquin fratres &c.] Appoſite Baal Chasidim n. 22. מי שחטא ברבר אחד ואחרים נחשרים צריך לומר אני הוא שחטאתי כרי שלא יחטאו העולם על ידו שיהיו חשרים בכשרים: id eſt: *Qui delictum aliquod admiſit, cujus cauſa alii in ſuſpicionem veniunt, tenetur dicere: Ego is ſum qui peccavi: ne alioqui multos peccandi periculo exponat, dum male de innoxiis opinantur.*

12. Secum] Fere ſuperfluum eſt illud בהדירה & ideo in Talmude non comparet.

XIV.

AIt R. Joſeph. Etſi ipſa talionis Pœna, nunc ceſſat, ejus tamen analogia adhuc ſupereſt. [r] Nam dicente eodem R. Joſepho, ſimiliterque tradente R. Chaja; Licet ab eo die quo templum ſolo æquatum eſt, Synedrium magnum perierit, non tamen [2] quatuor ſupplicia capitalia interciderunt. Atqui, dicat quis, utique intercidiſſe: Scilicet, ſententia quatuor judiciorum capitalium, non intercidit. Quippe Lapidationem qui promeruit, [s] aut de tecto in præceps labitur, aut a fera proteritur. Uſtione plectendus, aut in flammas incidit, aut a [4] Serpente læditur. Qui [r] interimi (*gladio*) debebat, vel ſummæ Poteſtati Civili (שלטון,) [6] ſupplicio extremo afficiendus traditur;

רך

אמר רב יוסף אף על גב
דמדרי בטיל כמדרי לא
בטיל דאמר רב יוסף וכן תני
רבי חייא מיו שחרב בירת
המקד אף על גב שבטל
סנהדרי גדולה ארבע מיתות
לא בטלו והא בטלו אלא דין
ד מיתות לא בטלו · מי
שנתחייב סקילה או מפל מן
הגג או חיה דורסתו · מי
שנתחייב שריפה או נופל
בדליקה או נחש מכישו · מי
שנתחייב הריגה או נמסר
למלכות או ליסטין באין
עליו · מי שנתחייב חנק או
טובע בנהר או מת בסרונכי

tur; vel latrones eum adorti, (*vita illum dejiciunt.*) Strangulatione necandus, aut in flumine ſubmergitur, aut [7] anginæ doloribus ſuffocatur.

ANNOTATA.

1. Nam dicente eodem R. Joſepho &c.] Idem hoc dictum habes in Sanhedrin p. 208. edit. Cocc. & in Cetubot fol. 30. a. Sed qui in Sota noſtra, & Cetubot, R. Joſepho ἰμόλνφ, nominatur R. Chaja, eum in Sanhedrin vocant Hiskiam, quod quomodo factum ſit, ſane Judæis crux eſſe poteſt, nobis vero minime. Germani noſtri locum ſic παραφράζουσι in Zenna Renna fol. 92. col. 3. *Es ſagt* R. Meir הקבה *bezahlt* מדה כנגד מדה *aſo ſagt* ר' חייא *von dem mal an, as die* סנהדרין *ſein vvorn verſtôrt, und daß ſie haben nit mehr den Menſchen gericht, zu tôdten ihn, da thut* הקבה *ſelbert Gericht an den Menſchen, der* חייב מיתה *is, neiert die Leut verſtehn es nit: dan vvan einer hat ein* עבירה *gethan, daß er ſchuldig is gevveſen zu verſteinen, da macht* הקבה *daß er fält von den Dach herab, oder eine böſe* חייה *zureiſt ihn. Iſt einer ſchuldig zu verbrennen, da macht* הקבה *daß er fält in ein Feur, und vvird verbrent, oder ein Schlang beiſt ihn mit Gifft, das brent vvie Feur. Wer da is ſchuldig man ſol ihm ſein Hals abhacken mit einem Schvvert, da macht* הקבה *daß er fält in Hand den* גולנים *und ſie zuhacken ihn: oder er komt ein zu den* מלכות *und komt um ſein* גוף. *Oder vver da ſchuldig is, daß man ſol ihn hengen, da macht* הקבה *daß ein Waſſer oder Geſchvver komt ihm in Hals, und er dervvurgt ſich.*

2. Quatuor ſupplicia capitalia &c.] Tum ex hoc loco, tum ex Targum Ruth c. 1. v. 17. Sanhedrin c. 7. Jelammedenu fol. 10. col. 4. & innumeris Rabbinorum teſtimoniis aliis, probari poteſt, a Judæorum moribus ac inſtitutis, Crucis ſupplicium fuiſſe alieniſſimum, contra quam Cardinali Baronio, & doctiſſimo Lipſio viſum erat, quos ſolide confutat eximius Caſaubonus Exerc. 7. ad Annal. Eccleſ. Bar. n. 77.

3. Aut de tecto in præceps &c.] Analogia inter Lapidationis ſupplicium, & hæc violentæ mortis genera, in eo conſiſtit, quod lapidandi apud Judæos, ex loco edito, in præceps detruſi, & ſic humi jacentes, demum lapidibus petiti ſunt. Prius referunt, qui e tectis ædium labuntur: poſterius, quos feræ, ungulis ad necem conculcant. Vide Abarbenelem Comm. in Legem. fol. 46. col. 3.

4. A

4. A ſerpente læditur] Hujus enim virus, quod mordendo in quem evomit, quovis igne eſt ardentius. Et vero, evenire, ea, quæ hoc loco prædicunt Magiſtri, probari quodammodo poteſt Exemplo ex Schevuot fol. 34. a. אר׳ שמעון בן שטח אראה בנחמה אם לא ראיתי אחד שרץ אחר חביריו לחורבי ורצתי אחריו ומצאתי סייף בידו ודם מטפטף והורג מפרפ׳ אמרתי לו רשע מי הרגו לזה או אני או אתה אבל מה אעשה שאין דמך מסור בידי שהרי אמרה תורה על פי שנים עדים או שלשה עדים יומת המת אלא המקום יפרע ממך אמרו לא זו משם עד שנשכו נחש ומת: id eſt: *Dixit R. Simeon, F. Schetach: Videam Conſolationem* [ſic jurat per Rabbinis uſitatum *לְשֵׁם*, pro: *Mala omnia mihi eveniant, ita ut conſolatione mihi opus ſit! Sim ego liberis meis ſuperſtes, ut ex illorum obitu, ſolandus ſim!* Aliter explicat phraſin Cl. Buxtorfius in Lex. Talm. p. 1327. ex Gloſſa in Chagiga, ut ſupplendum ſit: *ne videam conſolationem Zionis.* Sed, uti non diffiteor, fieri poſſe, ut alibi iſta interpretatio, ſenſum commodum efficiat, ita tamen dubito an huic loco, quod quidem Vir Doctus ſenſiſſe videtur, ſatis eadem conveniat. Vixit enim Simeon F. Schetach, adhuc ſtante templo, ac proinde eo ſenſu quem Buxtorfius dedit, jurare non poterat, niſi forte quis contendat, per Conſolationem Zionis, Meſſiam intelligendum eſſe, quæ expoſitio, meo judicio, foret contortior. Certe, prout nos verba expoſuimus, Judæi exponunt communiter.] *ſi non vidi quendam qui alium perſequebatur, ut eum interimeret. Inſecutus igitur ſum hominem a tergo,* (& ad eum delatus,) *deprehendi ipſum cum gladio* (nudo) *ſtillante ſanguinem, & palpitante adhuc interemto: Quare, ad eum, ſceleſte, inquam, uter noſtrûm iſtum interemit? tune, an ego? Sed quid faciam? non enim poteſtas mihi conceditur, te condemnare capitis, cum Lex Divina dicat:* (Deuter. XVII, 7.) Ore duorum teſtium, aut trium teſtium, morte afficitor, is qui moritur: *At vero ipſum Numen Infinitum ultionem a te repetat. Ajunt, priusquam ſeceſſerunt e loco illo, veniſſe Serpentem, & momordiſſe Stearium, ut moreretur.*

5. Interimi gladio] Non poſſumus aſſentiri Reverendo Quiſtorpio, qui in Annotat. Bibl. ad c. XII. Actorum: *Gladii pœnam recentem inter Judæos, & tum demum ab iis receptam aſſerit, ex quo a Romanis ſub jugum fuere miſſi.* Non tantum enim, ubi Pœnæ capitales ipſorum, tam in Talmude, quam alibi, enumerantur, ſemper הריגה id eſt: *Gladii ſupplicium*, conſtantiſſime inter eas locum invenit: Sed & Magiſtri, verbis apertiſſimis in Gemara Sanhedrin fol. fol. 52. b. prorſus ſuſpicio-

Sanhed. c. 7. Mo-

ſes Kozĕ-ſis fol. 108. col. 3. Maimonides Hilchot. Sanhed. c.14. ſeq.

ſuſpicionem illam amotam volunt, quaſi Gladii pœnam, ſua Gens a Gentilibus acceperit, dicendo: דכתיב סייף באורייתא לא מינייהו קא גמרינן id eſt: *Gladii pœnæ in Scriptura fit mentio:* (Ergo ex hac,) *non vero ab iſtis Gentilibus, eam didicimus.* Ritus, qui, cum hoc ſupplicium de Sontibus ſumeretur, fuere adhibiti, deſcribuntur in Sanhedrin p. 53. edit. Cocc. ubi ſimul legimus: אין מיתה מנוולת מזו id eſt: *Nullum genus mortis, capitis præciſione fœdius eſt.* Quæ, & ipſa Quiſtorpio, *hoc genus mortis, honeſtiſſimum* judicāti, multum obſtant. Quicquid enim apud alias Gentes & imprimis Romanos, (de quib, videndi Conſulti Juris Civilis ad l. 8. §. 1. ff. *de Pœnis,*) obtinuerit, apud Judæos ſane olim, pariter uti hodie apud Ottomannicam Gentem, Strangulatio, Gladii quam pœna, longe erat nobilior. Quippe, caput avellere a ſuo corpore, & ſanguinem humanum, mentis animæque diverſorium, in terram profundere, iſti quidem abominabile, ſupplicii genus, ſemper crediderunt. Nimirum, de gradibus pœnarum capitalium apud Judæos, ita judicandum eſt, prout docetur in Codice noſtro MS. Ez Hechajim Hilch. Dine Mammon. Unephaſch. cap. 6. סקילה חמורה משריפה ושריפה מסייף וסייף מחנק id eſt: *Lapidatio gravior eſt, Combuſtione; Combuſtio, atrocior eſt, pœna Gladii, præ Gladii pœna, mitior eſt Strangulatio.*

6. Supplicio extremo afficiendus traditur] Atque ſic Gladii pœna plectitur, quia hoc ſupplicium apud τὸν ἄξω eſt frequentiſſimum.

7. Anginæ doloribus] סרונכי magis uſitato nomine, dicitur אסכרה atque definitur ab Elia in Tisbi, quod ſit חולי שסותם פי הקנה שבצואר וימות האדם לפי שעה: id eſt: *Morbus obturans os arteriæ aſperæ, ita ut homines repente moriantur,* Berachot fol. 8. a. תשע מאות ושלשה מיני מיתה נבראו בעולם שני ולמות תוצאת תוצאות בגימטריא הכי הוו קשדי שבכלן אסכרה ניחא שבכלן נשיקה אסכרה דמיא כחיזרא אגבבא דעמרא דלאחורי נשרא איבא דאמרי כפיטורי בפי ושט נשיקה דמיא כמשחל בניתא מחלבא: id eſt: *Nongenta & tria genera mortis reperiuntur:* Q. S. E. (Pſ. LXVIII, 21.) Ad Mortem תוצאות ſive Exitus. *Nam, literæ verbi* תוצאות *prædictum numerum conficiunt. Inter omnia, nullum atrocius eſt Angina; mitius nullum, Oſculatione. Cum Angina comparari poteſt Sentis, manipulo lanæ,* (infixus, quem ſi quis extrahere velit, lanam ſimul) *evellit.* (ſic anima quoque, cum hoc mortis genere e corpore educenda eſt, vim magnam patitur.) *Alii dicunt, hoc genus fatalis exitus, eſſe, uti cum rudentes, per exigua foramina trahuntur.* (Sunt enim nonnullæ Oceani partes, quæ Navigia clavis ferreis

reis compacta, haud admittunt ; quare tabulas rudentibus colligare oportet, idque fit violentia maxima, dum anguſtis foraminibus funes craſſiores immittuntur, ne cæteroquin per hiatum aliquem, aqua in navim penetret.) *Per Oſculationem Mors, ſe habet, quaſi cum crinem quis ex lacte extrahit.* At vero, quia tanti, tamque intolerabiles Anginæ dolores ſunt, ideo crebris jejuniis DEUS quondam fatigatus, parceret Infantibus, neque iisdem, illos ſubjiceret. Meminit hujus rei Cl. Buxtorfius, in Lex. Talmud. voce אסכרה autorque eſt, tradere Rabbinos in Schabbas fol. 27. 2. *hunc morbum primitus familiarem fuiſſe infantibus die quarto nativitatis ipſorum, atq; ideo, eo die, jejunium inſtitutum eſſe a Parentibus.* Enim vero, & in citando loco Gemaræ, & in re ipſa narranda, Vir doctus, humani quid paſſus eſt. Scilicet *Taanit*, non Schabbas nominare debuit ; Infantibus vero, nec quarto præcipue a nativitate die, Anginæ periculum imminebat, nec Parentes quoque, illorum cauſa jejunarunt. Et ſane, inhumanum fuiſſet, ſi puerperam partus doloribus nondum levatam, inedia inſuper maceraſſent. Sic vero ſe res habebat: אנשי מעמד נכנסין לבית הכנסת ויושבין ארבע תעניות בשבת בשני על יורדי הים בשלישי על הולכי המדברות ברביעי על האסכרה שלא תפול בחמישי על עוברות ומניקות: id eſt: *Stationarii, in Templum ſe conferentes, quater in hebdomade jejunarunt. Nimirum, die ſecundo* (quem vulgo Lunæ vocant,) *ob navigantes; die tertio, ob iter facientes, per deſerta; die quarto eam ob cauſam ne Infantes Anginа infeſtarentur, die denique quinto, propter prægnantes & lactantes mulieres.* Confer librum שלטי הגבורים cap. 73.

יה

תניא היה ר"מ אומר מנין
שבמדה שאדם מודד בה
מודדין לו שנ' בסאסאה
בשלחה תריבנ' אין לי אלא
סאה מנין לרבות אפילו תרקב
וחצי תרקב קב וחצי קב רבע
וחצי רבע תומן ועובלא תל"
כל מאון סואן ברעש ומנין

XV.

TRaditio. R. Meir disquirit: Unde probatur, quod ea menſura, qua homo metitur, eidem (*cælitus*) remetiantur? Q. S. E. (Eſ. XXVII, 8.) *In Sato, cum abjecta fuerit, judicabit eam.* Enim vero, hinc nihil colligo, quam quod ad Satum (*ſive menſuram magnam attinet, alienem locum habere.*) Unde autem conſtabit idem judicium eſſe, de

שכל פרוטה ופרוטה סגם
מצטרפין לחשבון גדול תל א
לאחת למצוא חשבון וכן מצינו
בסוטה שבמדרש שמדד בר
מדדו לה היא עמדה על פתח
ביתה ליראות לו לפיכך כהן
מעמידה בשער ניקנור ומראה
קלונה לכל היא פרסה לו
סודרין נאים על ראשה לפיכך
כהן נוטל כיפה שעל ראשה
ומניחו תחת רגליה הי קשטה
לו פניה לפיכ פניה מוריקות
היא כחלה לו עיניה לפיכך
עיניה בולטות היא קלע לו
את שער לפיכך כהן סות את
שערה היא הראת לו
באצבעותיה לפי צפורניה
נושרות היא חגרה לו בצלצול
לפי כהן מביא חבל מצרי
וקושר למעל מדדיה היא
פשט לו יריכה לפי יריכה
נופלת היא קבלתו על
בריסה לפיכך בריס צבה היא

de Semisato, hujusque itidem dimidio, ac de Cabo, & Semicabo, vel illius quadrante, & semiquadrante, atque etiam [1] de octava ejus, imo & de hujus [2] quinta quadrantis parte? Id quidem sequentibus Scriptura indicat: (Ecl. IX, 5.) *Omnes mensuras mensurans cum tremore.* [3] Unde colligitur cujusque oboli (*haberi rationem, &*) [4] acervari eos, donec numerus magnus emergat? Ideo notanter (Eccles. VII, 27.) dictum: *Unam & unam, ut invenirem numerum.* [5] Sic etiam de muliere Adultera reperimus, quod ea mensura qua dimensa fuerat, eidem mensura sit reddita. Steterat ante fores ædium, spectatum Amatorem: Quare Sacerdos statuebat eam, ante portam Nicanoris, illiusq; ignominiam omnibus ostentabat. Illa caput suum [6] sudariis elegantibus obnupserat: Pontifex igitur calanticam capiti detractam, subter pedes ejus deponebat. Illa vultum in amatoris gratiam comserat: quare [7] vultus flavescebat. [8] Oculos fucaverat: Eapropter oculi extuberabant. [9] Crines ordinaverat: idcirco Sacerdos eos disturbavit. Advocavit (*Amatorem*) digitis:

Hanc

האכילתו מעדני עולם לפי
קרבנה מאכל בהמ׳ ה׳ השקתו
יין משובח בכוסות משובחין
לפיכך בהן משקה אות׳ מים
המרים במקדה של חרס היא
עשתה בסתר יושב מרום
משים בה פנים שנ׳ ועין נואף
שמרה נשף לאמ׳ לא תשורני
עין וסתר פנים ישים דבר אחר
היא עשתה בסתר המקום ש׳
פירסמה בגלוי שנאמר חכמה
שנאה במשאון תגלד׳ רעתו
בקהל׃

Hanc ob rem ungues illius decidui facti. Cinxerat se zona: Ideo Sacerdos allato [11] fune saligno, supra mammillas eam præcingebat. Femur exporrexerat: quare femur contrahebatur. [13] In ventrem eum susceperat: Hinc adeo, venter intumuit. Cibaverat eum [14] cibis exquisitissimis: quamobrem ejus oblatio erat esca jumentorum. Laudatissimum vinum ei potandum exhibuerat, in [15] poculis deprædicandis: Hinc factum est, ut Sacerdos aquis amaris eam potionaret, in testa fictili. [16] Illa hæc clam patraverat; sed, [17] qui in excelsis sedet, severe eam intuitus est, (*vindictã flagitans.*) Q.S.E. (Job.XXIV,15.) *Et oculus scortatoris observat tenebras dicendo: ne contempletur me oculus; sed (in)occulto degens faciem intendit.* Aliter quoque hæc applicari possunt: Ipsa secreto (*scelus*) commiserat; at vero Deus id palam notificavit. Q.S.E. (Prov.XXVI,26.) *Tegit odium deceptionem*, (*sed*) *revelabitur malitia ejus in congregatione.*

ANNOTATA.

1. Quod ad Satum] Cum propria est locutio סאה ביבש היא במקום גרב בלח, id est: *Satum in Aridis appellamus, cui quantitatis ratione respondet in Liquidis Gerab sive Uter:* Schalsch. Hak. pag 90. a. Sed hanc differentiam Jonathanem Chaldæum non semper observare, ac סאין דמי, *Sata Aquarum*, quoque dicere, Drusius, Buxtorfius, & alii viri docti, pridem indicarunt.

2. De semisato] Cl. Buxtorfius in Lex. Talm. p. 266. quosdam תרקב de duobus tantum Kabis accipere memorat: *Sed*, inquit ipse,

R. Salomonis Gloſſa conſtans eſt, quod ſit תרי וקב *Duo Kabi & Unus, id eſt, Tres Kabi, qui faciunt Sea. Qui faciunt Tirkab*, credo, ſcribere volebat Vir optimus, nam Seam non tres, ſed ſex Kabos complexam eſſe, dubio caret, nec aliter nos docuit ipſe, in Lexico Hebraico p. 498. Quod reliquum eſt, errare illos inſigniter, qui *Tirkab* tantum de duobus Kabis, exponunt, non tantum ex R. Salomonis autoritate, ſed vel imprimis præſenti Gemaræ loco oſtendi poteſt evidentiſſime. Nam ſi תרקב conficeret Kabos duos, jam omnino neceſſe foret, ut חצי תרקב & קב, id eſt, *Dimidium ſit Tirkab, & Kabus*, ſint idem unumque: At longe ſecus ſe res habet, eaque ſedulo hic diſtinguuntur, manifeſto indicio תרקב Cabos tres continere.

3. De octava ejus] תומן שמיניה דקב, id eſt: *Tuman eſt octava pars Kabi*, ait Raſchi ad Bava Batra, fol. 89. b. Ibi in Gemara textu habemus quoque חצי תומן ſive *Kabi partem decimam ſextam.*

4. Quinta Quadrantis] Iterum Raſchi ad Bava Batra fol. 90. a. עוכלא אחד מחמשתי ברובעו דקב כלומר א' מחמש בלוג היינו ביצה וחומש ביצה שהלוג ו' ביצי וכן פירש ר' חננאל: id eſt: *Ochla eſt Kabi partis quartæ, particula quintæ, ſive eſt quinta pars Logi*, (Kabus enim continet quatuor Logos.) *Proinde Ochla fuerit Ovum, & quinta inſuper hujus pars, nam Logus ſex Ova complectitur: Atq; idem mecum ſentit R. Chananel.*

5. Unde colligitur cujusque oboli] Sic in Talmude, ſic in Codicibus En Jacob ſcriptum deprehendimus. Sed in Rabbot fol. 231. col. 3. ubi integra hæc ἀφήγησις quoque habetur, plenior hoc loco eſt lectio, quam nimis probo. Dicitur: אין לי אלא דבר הבא במדה מנין שאפילו פרוטות וכו': id eſt: (Ex hactenus allatis) *tantum evincitur ad eam quantitatem quæ menſurari poteſt, a Deo attendi; unde vero colligitur cujusq; Oboli, &c.* Notare liceret, variantes lectiones alias, ſed cum minoris momenti ſint, ideo qui talibus delectantur, ipſi eas excerpere poſſunt. Fontem indicaſſe ſatis eſt.

6. Acervari eos donec &c.] Eadem ratio quoque in Benefactis a Deo obſervatur, nam ſic illum loquentem introducunt in Avoda Sara fol. 4. a. אפילו אין ישראל עושין מצותיי לפני אלא מעט כפד של תרנגולין שמנקרין באשפה אני מצרפן לחשבון גדול: id eſt: *Etſi Judæi, puſilla tantum bona opera coram me faciunt, uti cum Gallinæ noſtro e fimetis quid effodiunt, hæc tamen in numerum magnum combino.* Bava Batra fol. 9. b. דאימיד משמיד דרב אלעזר מאי דכתיב וילבש צדקה

* *Lege*

צדקה כשריון לומר לך מה שריון זה כל קליפה וקליפה מצטרפת לשריון גדול אף צדקה כל פרוטה ופרוטה מצטרפי להשבון גדול ר' חנינא אמר מהכא וכבגד עדים כל צדקותיו מרז בגד זה כל גימא וגימא מצטרפת לבגד גדול אף צדקה כל פרוטה ופרוטה מצטרפת להשבון גדול id est: *Dixit Raf, nomine R. Eleaſer. Quis ſenſus verborum?* (Eſ. LIX, 17.) Et induet juſtitiam, quaſi loricam? *Nimirum innuunt, quod ſicut e multis parvis annellis, compingitur Lorica magna; Sic eleemoſynarū omnes nummuli computantur in ſummam ingentē: Eandem rem R. Channa probat exiſtis,* (Eſ. LXIV, 5.) Et ſicut veſtis attrita juſtitia noſtra. *Nam, ſicut ex multis filis contexitur veſtis integra, ita eleemoſynarum &c.*

אמר רב *adſtipulante En Jacob* fol. 73. col. 4.

7. Sic etiam de muliere adultera &c.] Univerſum hoc Comma, fuſiſſime per varias Allegorias, ſuo more, non exponit, ſed obſcurat Autor libri עיר גיבורים fol. 98. col. 1. ſeq.

8. Sudariis elegantibus] De voce סודר præter Buxtorfium in Lex. Talm. & Eliam in Tisbi, conſulendus quoque Heinſius in Ariſt. pag. 444. ſeqq. Chaldæus in libello Ruth cap. III. 15. סודרא vertit, quod in Sacro textu dicitur מטפחת Atque hinc factum, quod Baal Juchaſin, Sudarium quo Dominus noſter vultum abſterſiſſe, & ſuam in eodem figuram reliquiſſe fertur, מטפחת vocavit. Sed locum integrum adducere oportet, eſt enim operæ pretium, ob quendam *Julium Conradum Ottonem*, qui ſub initium hujus Seculi, e Judæo Chriſtianus factus, cum aliquandiu Hebræam Linguam, in hac Academia profeſſus eſſet, poſtea veram fidem rurſus deſeruit, ᾧ ἐγένετο τὰ ἴσαλα τὸ ἀνθρώπου ἐκεῖνο, χείρονα τῶν πρώτων· Sic vero ipſe in libro nuper mihi objecto, quem cum noſter adhuc eſſet, edidit, quique Gali Razia inſcribitur l. 1. cap. 11. nobis repræſentat verba Autoris: שלח מלך קונשטנטינא שלוחיו אל מכתפי שילוח לו המטפחת אשר קנח ישו פניו ונשארת צורתו חק קרז בדז והיא במדינת רוהא ושהוא יתן בנגדה כל כך ישמעאלים שחיו אסורים בזיקים וישלח רציצים הפשים והשיבו לו שיתנה בעבור הצלת נפש כמה ישמעאלים אשרינו קהל עדת ישראל המאמינים: Verſio Ottonis, ejusque, ἐπίκρισις ſunt: *Dixit R. Abraham Sakudenſis, Author libri Juchſin, quod Imperator Conſtantinopolitanus ſuos Legatos emiſerit ad Regem Kadban ut ſibi mitteret Sudarium Chriſti, in quo faciei ejus figura impreſſa remanſit: ſe contra multos captivos Turcas libere dimiſſurum: quod & ipſi transmiſſum eſt. Hac occaſione Rabbi iſte in hæc verba erupit:* אשרינו קהל עדת ישראל המאמינים: *Hoc eſt: O quam beati eſſemus nos Iſraëlitæ.*

Israëlitæ, si crederemus id, quod de Sudario memoria proditum est. Quasi dicat: Extra omnem dubitationis aleam positum est, Christum filium DEI, hominem factum, crucifixum, mortuum, sepultum esse, & a mortuis resurrexisse, omniaq; sua miracula virtute divina edidisse, suaq; passione & morte universum mundum redemisse. Verum nos destituimur hac gratia, ut hoc credere possimus. Hactenus Otto ἀποστάτης, haud sane admodum Rabbinus, qualis tamen haberi volebat, & ab aliis putabatur. Scilicet, solent plerunque fama ingens, honores eximii, & magna præmia, comitari stupidissimos etiam Judæorum nebulones, modo reliquis suis, quibus omnem vitam contaminarunt, innumeris flagitiis, unum illud, ut se Christianos aliquantisper simulent, adjicere velint: Illico enim nobis Rabbini, & Magistri Israëlis sunt, digito monstrantur, gestantur in manibus, qui apud suos vix inter עמי הארץ & indoctum vulgus, locum tuebantur, atq; habebant imperium in bestias. Non peto bonos, & qui serio errores, quibus a pueris imbuti fuerunt, detestantur: His enim, sive τῶν παροπτεγδόντων gnari, sive earum rudes sint, Deus omnia optata tribuat, & felices eos præstet. De solis stygiis Sycophantis, nasutisque loquor furciferis, qui, ut Christianos mentiendo, tanto majorem quæstum facere possint, omnia se simulant scire, cum nihil sciant; istis benefacta quæ fiunt, ego malefacta esse existimo. Cæterum, circa ea quæ Otto convertit, tradiditque, principio animadvertendum in verba: *Dixit R. Abraham Sakudensis Autor libri Juchsin:* Ubi non multis reprehendemus, quod perperam sermo ita conceptus est, quasi istis aliquid in Hebræo respondeat, cum ne hilum ibi contineatur: sed potius aliter puerilis error castigandus venit, quod Autorem libri Juchasin, *Abrahamum Sakudensem* vocat, זכורת aut זאקוטי pro Gentili, secundum Patriam appellatione accipiens, cum tamen, illius Scriptoris cognomen hoc sit proprium. Porro verba מלך קונשטנטינא neutiquam vertenda erant, *Imperator Constantinus*, sed potius, *Imperator Constantinopolitanus*, sic enim semper Judæi urbem illam vocant: At, cum Constantinum dicere volunt, modo קונשטנטין interdum קשטאנטינו alias קושטנטינום adhibent, quod multis ex Schalsch. Hak. Zemach David, & ipso Juchasin possem confirmare testimoniis, sed unum tantum adducam, quod Ottonem se turpiter dedisse, ostendet planissime. Quippe, apud Sakutum in ipsa illa pagella unde locus de quo disquirimus, petitus est, deinde dicitur: ובקושטנטינה מתו באויליאו וקושטאנטינו quibus verbis satis docemur, quomodo Constantinopolim urbem vocet Sakutus, & quomodo Constantinum hominem. At, non Constantinum tantum, verum & aliquem *Kadban Regem* insulsissime, ineptissimeque Otto nobis obtrudit. Nimirum, quantum suspicor, nesciebat quid voci מכתפי faceret, itaque Criticum agere voluit homo judicii expers, & initiale elementum ab illo verbo avellens,

jam

jam iſtud מ idem quod מלך valere juſſit, poſtea vero finale Jod in Nun commutavit, atque ſic denique in illius cerebro natus eſt, ille Rex Kadban, non aliter ac paulo ante, urbem in eo condiderat, vel fortaſſe, integram Regionem: Miror tamen cur ita reſcribere auſus non fuerit, quomodo erat interpretatus. Sed vero, male pereat Kadban commentitius, & reviviſcat memoria *Kaliſæ Moctaſi*, de eo enim loquitur Baal Juchaſin, atque in noſtro libro expreſſe nomini מקתפי ſeu ut Otto legit, מכתפי כליפה ſubditur. Ulterius ſi progrediamur, deprehendemus neglexiſſe prorſus Ottonem in translatione ſua verba: והיא במדינת רוחא *Quod aſſervabatur Ruhæ*: & mirum ni immane glaucoma ob hominis oculos fuit objectum, nam & mox non in verſione modo, ſed ipſum locum Sakuti exſcribendo omiſit verba ואמרו כי אסף כל חכמי מלכותו אם יעשת הדבר הזת; id eſt: *Ajunt eum collegiſſe omnes Sapientes Regni ſui*, (deliberatum) *num id facere fas eſſet.* Sequitur apud Ottonem *Quod & ipſi transmiſſum eſt.* Proh quam imperite! Fere dubitare occipio an is homo minimam habuerit Hebrææ linguæ peritiam. Vertendum erat: *Et reſponderunt ei concedendum id eſſe, ut tot Ismaëlitarum vitam redimeret.* Videat mihi quis hoc Rabbini propudium, quod inter Chriſtianos Doctorem etiam egit, æterno Cathedræ noſtræ dehonestamento. Nondum autem dimittimus transfugam deſertorem, & quærendus prius eſt, num ſerio credat, iſta omnia ex poſtremis Sakuti verbis ita legitime inferri poſſe, quæ ipſe inde elicuit. Eſto enim ſcripſiſſe Sakutum: *O quam beati eſſemus nos Israëlitæ, ſi crederemus id quod de Sudario memoria proditum eſt.* Num, per DEUM immortalem, ex iſtis ullatenus hariolari licet, optaſſe eum ſibi ſuisque ut crederent Servatoris noſtri divinitatem, ἐνσάρκωσιν, mortem, reſurrectionem, & alia myſteria, divinæ, circa redimendum humanum genus, dispenſationis? Haud exiſtimo, Ottonem etſi impudentiſſimum, adeo perfrictæ frontis futurum fuiſſe paululum ad ſe ſi rediviſſet, ut aſſertionem defenderet; ſed fumos ſe vendidiſſe Lectori, etiam invito fatendum erat. Quanquam, quid verbis opus? Non oportet recta ratione utatur, qui perſuadere nobis poſtulat aliquem ſanum & ſobrium aſſerere potuiſſe, eſſe quid extra omnem quidem dubitationis aleam poſitum, ſed eundem tamē ut hæc crederet nunquam animum induxiſſe, cui abſurditati Otto ſe expoſuit. Enim vero, dicat quis: Nihilo ſecius Sakutus, quæ de Sudario Chriſti vulgo produntur, non penitus ſpernenda judicavit, ſed ea ſuſpexit, commendavitque, quod tamen nec ipſum in Judæum hominem, & Chriſtianis alibi iniquiorem, cadere poſſe videtur. Sic habendum; etiam iſta peſſime ab Ottone converſa eſſe: Sudarii enim mentionem haud facit Judæus, ſed nude & καθ' ὑποφώνημα, omiſſa etiam conditionali vocula ait: אשרינו קהל עדת ישראל המאמינים id eſt: *O felicem cœtum Judæorum credentem!* Atqui

in istis nihil occurrit quod Christianis, seu illi potius de Sudario historiæ, ullo modo faveat. Quod uti certum, & in confesso est, ita dubium tamen nunc relinquitur, quomodo hæc cum superioribus cohæreant, & quis inter utraque nexus sit. Non levis, fateor, ista difficultas est, nec dissimulo, vix aliam magis me torsisse. Equidem, nunquam dubitavi, haud aliud velle Judæum, quam dicere : O beatos nos Judæos, qui recta credimus, qui superstitionibus non capimur: at illud semper negotium facessebat, quomodo hæc cum præcedentibus conjungerem, cum nullius rei mentio fiat, quæ, vel ex interpretatione Judæi hominis, pro insigni superstitione accipi possit, ut in exclamationem ejusmodi, homo prorumpere debuerit. Sed, cum diu cogitando, minus minusque mihi satis facerem, Schnettaviam, quæ ultra tertium milliare vicus est, me contuli, rogans Judæos, sensum commodum, si possent, ex istis verbis exculperent. Verum, & ipsi ancipites hærebant, nec inveniebant quod responderent; quare, communicato prius consilio cum aliis, per epistolam sese satisfacturos mihi polliciti sunt, quam quidem frustra hactenus sum præstolatus. Periculum deinde apud Furtenses Rabbinos quoque feci, num ipsi aliquid suggerere queant, in quo acquiescerem, sed & hæc quoque spes me fefellit, alius enim, in postremis illis, pro ישראל legendum censebat ישמעאל, alius ratus est omissam esse voculam שאין, rursus alius cui liber ignotus erat, dubitare cœpit, an a Judæo editus esset : Fuit, qui contenderet, sic accipienda verba, quasi dixisset Autor : O beatos nos Judæos, quod credimus, non temere Calipham dedisse Imperatori Constantinopolitano Sudarium, sed coacto prius Sapientum Concilio ; Denique multum disceptantibus cæteris, quidam commotior, ego vero, inquit, nunc vos donarem mensura vini nostri sinceriss mi, si aut nunquam ista scripta fuissent, aut e libro queant tolli. Possum jactare, tandem Bonam Fortunam mihi adfuisse, in pervestigando omnis difficultatis fonte. Eum prius quam ostendo, præmonendum, Sakutum qui Cæsarauguste vixit, & a Mauris ibi Arabicam linguam didicerat, in conscribenda Historia sua plurimum usum esse Scriptoribus Arabicis, id quod ipse contextus arguit, nec Autor quoque dissimulat in calce operis. Istud cum mecum reputarem, commodum in mentem venit, legisse me eandem narrationem, de Christi quod a Calipha petebatur sudario, in Elmacini Historia Saracenica, quam debemus studio Cl. Erpenii : Hanc vero in manus sumens deprehendi continuo, ex ista hausisse Sakutum, quicquid hujus scripserat. Quid enim, annon verum me dicere fatebuntur omnes, qui attendent ad Elmacinum, l. 3. c. 2. sic stylo Erpenii Interpretis scribentem : *Anno 331. venerunt copiæ Romanorum in Diarbecram, omniaq; cæde & incendio vastaverunt, ac multos captivos avexerunt. Ceperunt quoq; Arzanam & Daram, incolasq;*

lasq; occiderunt. Hinc Nasibinum pervenerunt: & Ruha petierunt mantile illud, quo Dominus Christus faciem suam honorabilem absterserat, miseratq; ad Abgarum Regem nigrum Ruhæ; & obtulerunt pro eo Muslimis dimissionem omnium captivorum Muslimicorum, qui in manibus eorum erant: atq; ea de re scripserunt ad Moctafim; qui jussit consiliarium, Judices omnes & Nobiles convocare, ut audiret quid ea in re censerent esse faciendum. Eorum autem quidam dixerunt, quod id dare Romanis, probrosum foret & indecorum Muslimis. Alii autem dixerunt, redemtionem Muslimorum captivorum e manibus Romanorum, quæ eo mantili fieret, bonam atq; laudabilem fore. Itaq; inter eos convenit, ut id Romanis darent, & captivos liberarent. Ex istis inquam, ea quæ Sakutus narrat, citra omne dubium sunt petita; sed, non absolvunt hæc negotium, sequitur enim apud Elmacinum: *Id quod fecerunt. Acceperunt enim Romani Mantile, & dimiserunt omnes Muslimos captivos, qui plurimi erant. Tulerunt autem id Constantinopolin, quam cum eo ingressi sunt die jovis, decimo mensis Abi, & egressi Patriarcha, Reges, Episcopi & Sacerdotes, ei occurrerunt cum Evangeliis & facibus, & collocarunt illud in templum Hagiæ Sophiæ, ubi etiam nunc extat.* Sicut cætera ex Elmacino transcripsit Sakutus, ita ratio postulat credere, horum quoque maxime illum habuisse rationem, atque indignitate (ceu ipsi videbatur) rei motum, tandem exclamasse: O beatos nos Judæos, qui quæ sana sunt, sentimus, & a similibus deprehendimur alieniſſimi. At vero, cum postea, primum typis excuderetur Constantinopoli Liber Juchasin, ceu factum esse, ejus qua utimur Cracovienſis editionis indicant primordia, merito ob metum Christianorum, non ausi sunt Judæi discrimini se exponere, sed verba magnum odium conciliatura, more suo omiserunt, indicium tamen facientes cato Lectori, nonnulla deesse, dum videlicet, ne quidem rei eventu commemorato, tamen præ nimio zelo ita exclamat Autor, ut necesse sit magnum quid accidisse, & ipsorum opinione, intolerandum. Fortasse in Constantinopolitana Editione, Judæi pro recepta in talibus consuetudine, etiam spatium vacuum reliquere, ut calamo suppleretur, quod typis committere, formido prohibebat. Sed Cracovienses cum nescirent quid deesset, nec in nostris Regionibus quem reperiri opinarentur, qui ex ingenio, quæ desiderabantur, restituere posset, spatio vacuo in nova editione haud opus esse judicarunt.

9. Vultus flavescebat] פני מוריקורת proprie de mortuis prædicantur, quorum

— Color informis buxoq; simillimus, ora,
Pallor obit.

Avoda

Avoda Sara fol 20. b. אמרו עליו על מלאך המות שכולו מלא עינים ובשעת פטירתו של אדם עומד למעלה מראשותיו וחרבו שלופה בידו וטפת של מרה תלויה בה כיון שרואה אותו תחולת מזדעזע ופותח את פיו וזרק טפת של מרה לתוך פיו ממנה מת ממנה מסריח ממנה פניו מוריקות, id est: *Fertur Angelum Mortis, quantum quantum refertum esse oculis. Cum vero homini fatalis hora imminet superstat illius capiti, habetq; gladium evaginatum, e quo guttula fellis propendet. Simul ac moribundus hunc intuetur, horror artus ejus occupat, dum vero os adaperit, eidem ab Angelo guttula fellea immissa efficit ut moriatur, ut ejus succus muceſcat, ut vultus sit colore luteo.*

10. Oculos fucaverat] Non male judicavit, quisquis fuit ille Academicorum Parisiensium, cujus verba recitantur To. 3. des Conferences du Bureau d' Adresse p. 44. *Il n' y a partie du corps qui ne reçoive son fard, & sa couleur: l' oeil seul tenant des qualitez de l' ame, dont il est le miroir, n' est sujet a aucune alteration de couleur, de la quelle aussi la Nature, l' a a bon droict depourveu pour en estre moin preuenu, estant arbitre de la veritable beauté.* Etenim, hæc de ipsis, quibus cernimus luminibus, & in carne, ut ille loquitur, stellis, sunt verissima. At in Gemara nostra, Oculos, Supercilia capere oportet, quæ fucasse veteres, facile est probatu. Græcorum Latinorumque Scriptorum testimonia vide apud Janum Dousam, & Wouwerium, ad illud Arbitri: *Supercilia etiam profert de pyxide, sciteq; jactura lineamenta sequuta, totam illi formam suam reddidit.* Itemque apud Juvenalis Commentatores ad hos l. 1. sat. 2. Poëtæ versus;

Ille supercilium madida fuligine tactum,
Obliqua producit acu, pingitq;, trementem
Attollens oculos.

Iis, quæ isti observarunt, addendus quoque, si quis alius, elegans in hanc rem Cypriani locus, e libello de Habitu Virginum, quem MS. possidemus. *Illi & oculos*, inquit, *circumducto nigrore fucare, & genas mendacio roboris inficere, & mutare adulterinis coloribus crinem, & expugnare omnem oris & capitis veritatem corruptela sua impugnatione docuerunt. Et quidem isto in loco pro timore, quem nobis fides suggerit, pro dilectione quam fraternitas exigit, non virgines tantum aut viduas, sed & nuptas puta, & omnes omnino fœminas admonendas, quod opus Dei & factura ejus & plastica adulterari nullo modo debeant, adhibito flavo colore, vel nigro pulvere, vel rubore, aut quolibet denig; lineamenta nativa corrumpente,*

pente medicamine. Cæterum idem hoc, de Judæorum quoque fœminis ostendere, nobis præcipue convenit. Legimus in Joma fol. 9. b. & Schabbat fol. 62. b. iisdem propemodum utrobique verbis: רכתיב ויאמר יי׳ יען כי גבהו בנות ציון שהיו מהלכות בקומה זקופה ותלכנה נטויות גרון שהיו מהלכות עקב בצד גודל ומשקרות עיניהי דהוה מלאן כוחלא לעיניהו ומרמזן הלוך ושפוף תלכנה שהיו מהלכות אחוכה בצד קצרה וברגליהם תעכסנרת אר יצחק רבי רבי אמי מלמד שמטילורת מר ואפרסמן במנעליהן ומהלכורת בשוקי ירושלם וכיון שמגיעות אצל בחורי ישראל בועטות בקרקע ומתיזות עליהם ומכנישות יצר הרע בהם כאדם נכנס; id est: *Scriptum extat* (Es. III, 16.) Et dixit Dominus: Ideo quod altæ sunt Filiæ Zion: *Ibant enim statura erecta.* Et ambulaverunt extento collo: (Testudineo scilicet gradu,) *ut semper calcaneus & pedum pollex sese mutuo attingerent,* (quaquaversum obtuentes.) Et mentiuntur oculis. *Fuco enim replebant oculos suos emissitios.* Eundo & imminuendo gradiuntur. *Quippe procera, aliam staturæ humilis comitem assumebat,* (ut ipsa tanto videretur augustior, & sociæ capiti quasi supernataret.) Pedibusque suis veneunt. *Ait R. Isaacus familiaris* ☞ *R. Ammai, docemur istis,* (puellas judaicas) *solitas fuisse myrrham ac balsamum calceamentis indere, atq; sic Hierosolymis in publicum prodire; cum vero obviam iis fierent adolescentuli, pede solum quatiebant, atq; eos* (odoromentis suis) *irrorabant, libidinem in iis concitantes, prout virus evomere* (Serpens) *solet.* Vetus iste mos, *orbes,* ceu Hieronymus ait, *stibio fuliginandi,* etiam nunc apud Turcas receptus est, de quibus Nobilissimus Thevenotius, sapiens peregrinator, in libro quo Iter suum Orientale, non ita pridem solertissime descripsit, cap. 42. annotat: *En Turquies les femmes sont ordinairement belles, biens faites, & sans defaut, elles sont fort blanches, car elles fortent peu, & encor sont elles voilees quand elles sont dehors. Elles adjoustent l' artifice a leur beauté naturelle, car elles se peignent les sourcils & les paupieres, auec vne couleur noirastre appellée Surmé, qui passe chez eux, pour donner de la grace. Elles se teignent aussi les ongles, d' vne couleur de rouge brun, appellée El Hanna.* Quod reliquum est, notetur, *Fucare Oculos,* per ὑφημίαν idem esse quod *Excæcare.* Baal Juchasin pag. 52. b.: חמלך הורודוס כחל עיניו ר׳׳ל שסימא עיניו של בבא בן בוטא id est: *Rex Herodes fucavit, hoc vero est, excæcavit, oculos Babæ, filii Buta.*

11. Crines ordinaverat] Fuisse antiquitus apud Græcos, Romanosque, proprias Magistras, artificium componendi capillos edoctas, quæ illis Κομμώτριαι, his Ornatrices dicebantur, Scaliger in Priap. & ad Festum, Rævardus Conjectan. l. 2. c. 18. Wouwerius ad Petron. Cujacius

cius l. 11. Obſervat. c. 16. aliſque prolixe oſtenderunt, ſitque earum etiam mentio jn l. 49. in pr. & l. 65. §. 3. D. de Legat. in 3. Idem & apud Judæos obtinuiſſe, docet Cl. Buxtorfius in Lex. Talm. vocibus גרל & סטרא ubi ſimul variis e Talmude teſtimoniis probat, nequam Judæos, de Maria, Domini noſtri matre, perhibere, quod comam comendi artem ipſa profeſſa ſit. Accedit iſtis, initium, fœdi, abominabilis & turpiſſimi libri, quem neſcio quæ bellua, dictante Diabolo conſcripſit, & *Toldos Jeſchu* dictus, a Judæis ſuma circumſpectione cuſtoditur, ne ejus poſſeſſio ipſis exitium creet: Ejus tamē nos exemplar magno exſoluto pretio, clam nacti ſumus, in quo legitur: בשנת תרעא לאלף הרביעי בימי ינאי מלכא אשר נקרא אלכסנדרוס היתה צרה גדולה על שונאי ישראל אשר קם אחד מעמה זונה איש רע ובליעל מגזע יחוס שבט יהודה ושמו יוסף פנדרא והוא היה בעל קומה וגבור מלחמה ויפה תואר ורוב ימיו בניאף וזמה וגזל וחמס והיה שוכן בבית לחם יהודה וקרוב לביתו היתה שוכנת אלמנה אחת ולה בת ושמה מרים והיא מרים מגדלה נשייא הנזכרת בתלמוד וכשגדלה קדשה אמה לבחור אחד ושמו יוחנן והיה הבחור עניו ושפל רוח וירא אלקים; id eſt: *Anno DCLXXI. quarti Millenarii, in diebus Regis Janai, qui & Alexander vocatur, magna calamitas Judæorum hoſtibus,* (Vult *dicere* homo blaſphemus, & Judæorum hoſtes, pro ipſis Judæis nominat.) *accidit. Surrexit enim quidam ganeo, vir impius, & nullius frugis, oriundus ex ſtipite ſucciſo tribus Judæ, cui nomen Joſephus Pandera, is erat ingentis ſtaturæ, manu fortis, & longe formoſiſſimus, maximamq; partem ætatis, in adulteriis, facinoribus, furto ac rapinis obtriverat. Cæterum morabatur Bethlehemi Judæ, ac prope ædes ejus habitabat vidua quædam, cui erat filia, dicta Maria:* (*Atq; hæc eſt illa Maria Ornatrix mulierum, cujus in Talmude ſit mentio.*) *Quæ cum adoleviſſet, deſpondit eam Mater Juveni cuidam, dicto Jochanan, verecundo quidem, modeſto, ac religioſo.*

12. Funeſaligno] In iis quæ ad Miſchnam ſupra annotavi pollicitus ſum daturum me operam, ut quæ de Ventralibus Fœminarum, in Talmude legiſſe me memineram, perveſtigarem. Multum quærendo, tandem tenui locum, eſt vero in Schabbat fol. 64. a. אר אלעזר עגיל זה דפוס של רדים כומז זה דפוס של בית הרחם; id eſt: *Ait R. Elieſer:* (In Scriptura Exod. XXX, 50.) *voce* עגיל *intelligitur inſtrumentum, quo comprimuntur mammæ:* כומז *vero eſt inſtrumentum, quo comprimitur uterus.* Sic ego exiſtimaverim vertendum locum eſſe, ſed Judæi recentiores, moris veteris ignari, & ex noſtri Seculi vitiis, de priſcis judicantes, aliter verba poſtrema, R. Salomoni ad dictum Exodi locum,

eum & Kimchio in Radicibus etiam laudata, accipiunt. Nisi enim totus fallor, ipsi mirum illud instrumentum videntur intelligere, quo alibi gentium, quidam nimio zelo insanientes mariti, castitatem suarum Uxorum concludere, & obserare ostium foris laborant. Nam in versione Hebræo-Germanica Pentateuchi, כומז exponitur *die Mahl-Schlösser*, & Leo Modena in Galut Jehuda, reddidit *Serraglio.* Quod etsi ineptum est, & ex ignorantia antiqui moris provenit, tamen in Pentateucho Hebraico, qui Venetiis ex Officina Justinianea, cum Notis Latinis, ex Rabbinorum, ut habet inscriptio, Commentariis collectis, prodiit, longe ineptius, obscœniusque legitur: כומז *est ornamentum pudendorum muliebrium.*: Quod, ab homine prorsus insano scriptum esse, liquido,

Non sanus juret Orestes.

Cæterum prædictæ Talmudicæ explicationi, adversantur Chaldæi Paraphrastæ omnes, per גיגיל enim Onkelos, cui R. Salomo etiam accedit, Inaures intelligit; Jonathan, Annulos digitorum; Jerusalmi vero, Armillas. Porro pro כומז habet Onkelos מחוך, reliqui paulo explicatius dicunt: מן בירת תרייהון [מעוכיא] ומחוכיא, Id, si recte accipio, est: *Et typi in quibus efformantur instrumenta comprimendarum mammarum.* In margine Editionis Pentateuchi cum tribus Targumim de מחוכיא annotatur: הוא דפוס של בית הדדים ולפי שמביא לידי שחוק וקלות ראש נקרא מחוכיא: id est: *Vox* מחוכיא *significat Typum in quo formatur instrumentum quo comprimuntur mammæ, vocaturq; ita, quia risus & petulantiæ occasionem præbet.*

13. In ventrem eum fusceperat] היא קבלתו על כריסה non tantum in Talmude est, & omnibus Ex Jacob Codicibus, verum etiam, ita legitur quoque in Pesikta Sutarta fol. 39. col. 3. Jalkut, fol. 207. col. 2. & Rabbot fol. 231. col. 3. Nescio num Abarbenel vocem כריסה improbaverit, & ideo emendare voluerit, aut an aliter in suo libro scriptum deprehenderit, nam is Comment. in Pentat. fol. 280. col. 4. habet: היא קבלתו על ברכיה, id est: *Ipsa susceperat eum in Genua sua.*

14. Cibis exquisitissimis] Pro מעדני מלכים alias usurpant כל מטעמים שבעולם Vide Juchasin p. 102. a. Germanice vero, in Lev Tob fol. 111. col. 4. fit explicatio: *Alle gute Speis von aller Naschery*: Genes. XLIX, 20. מעדני מלך legimus. Atenim, quid amplius adhuc, *quam Regales cibos*, suis phrasibus Rabbini innuunt.

15. In poculis deprædicandis] Judæi populares nostri in Notis ad Pentateuchum suum Germanicum fol. 95. a. verterunt locum hunc: *Sie hat machen ihren Unkeuscher trincken in Bechern güldene*

dene und ſilberne. Commendantur cæteroquin in Talmude כלי זכוכית בזוגיתא חיורתא id eſt : *Vaſa vitrea ex vitro candido*, tanquam pretioſiſſima, eaque ſi avide emantur, hominem etiam ditiſſimum ad inopiam redigi poſſe, dicitur in Bava Mezia fol. 29. b.

16. Illa hæc clam patraverat] *Brandſpiegel* p. 49. b. In Maſſechet Avot Perek 7. *ſpricht* R. Jochanan Ben Kruka, המחלל שם שמים בסתר נפרעין ממנו בגלוי: *das is deutſch : der verſchmächt den Namen von* הקבה *heimlich, ſo vvert er gezahlt von ihm offentlich, damit die Leut vviſſen, daß ſie geſund haben. Es vvert gelernt von der* Sota, *die hat ſich verborgen heimlich, da bezahlt man ſie öffentlich, man ſtelt ſie für das* בית המקדש *daß ſie jederman kan ſehen, vvie ihr der Bauch aufſpringt, und fält voneinander.*

17. Qui in excelſis ſedet] Pro יושב מרום Talmudis Editio Amſtel. habet יושב בסתר עליון, ex Pſal. XCI, 1. deſumta phraſi, quomodo legitur etiam in Rabbot.

יח

וכי מאחד דנ"ל מאה לאחד
למצ' חשבון כי כל מאון סואן
ברעש למה לי לכמדה ומאחר
דנ"ל מכי כל מאון סואן ברעש
במאמאה בשלחה תריבנ' למה
לי לכדר' חנינ' בר פפא דא"ר
חנינא בר פפא אין הקב"ה
נפרע מן האומ' עד שער'
שילוחר' שנא' במאמאר'
בשלחה תריבנר' : איני והא
אמר רבה נ' כוסות האמורים
במצרים למה אחד ששתתה

XVI.

ENim vero; quia ex loco Eccleſ. VII, 27. colligitur, cujusque oboli haberi rationem, eosque acervari donec numerus magnus emergat: quid opus erat altero loco Eſ. IX, 5. (*Quisq, enim ſibi relictus, de obolo ad menſuram, tanquam a minori veriſimilitudine ad majorem concludere poterat? Reſpondeo, opus eſt loco Eſaiæ, ut diſcamus ſervari*) æqualitatem menſuræ. At, ſi peræqua proportio iſthæc, elicitur ex dicto Eſ. IX, 5. cui bono igitur illud, quod e cap. XXVII, 8. ejusdē Prophetæ adducitur? Scilicet eo opus eſt, ad confirmandum dictū R. Chaninæ, Papæ filii, qui perhibet;

בימי משה ואחר ששתתה
בימי פרעה נבכו ואחד גם
שעתידה לשתות עם חברותיה
וכי תימא הנך אזדו והני א
אחריני נינהו והתניא אר"ש
יהודה מנימן גר המצרי היה לי
חב מתלמידי רבי עקיבא אמר
מנימן גר המצרי אני מצרי ב
ראשון ונשאתי מצרית או
ראשונה אשיא לבני מצרית
שניה כדי שיהא בן בני ראוי
לבוא בקהל אלא אי איתמר
הכי איתמר אר"ח נינ בר פפא
אין הקב"ה נפרע מן המלך עד
שעת שילוחו שנאמר בסאסאה
בשלחה תריבנה: אמימר
מתני לה להא דרבי חנינ בר
פפא אהא מאי דכתי בי אני
ה' לא שניתי ואתם בני יעקב
לא כליתם אני ה' לא שניתי
לא הכיתי אומה ושניתי כרת
ואתם בני יעקב לא כליתם
דכתיב חצי אכלה בם חצי

hibet; DEUM non ſumere vindictam de gente aliqua, niſi adſit tempus ejus exſtirpationis. Itane? Atqui Rabba dixerat: Quid innuunt tria illa pocula, quæ de Ægypto dicuntur? Nimirum unum ebibit, in diebus Moſis: alterum hauſit, in diebus Pharaonis Necho; unum illi, ſociisque ejus, adhuc potandum ſupereſt. (*Sequitur igitur, cum prima plaga Ægyptii a Deo percuterentur, non fuiſſe eos ad internecionem deletos.*) Si vero excipere, primos incolas Ægypti funditus eſſe exciſos, iſtos vero, (*qui ſub Pharaone Necho puniebantur,*) plane alios eſſe, (*& in locum priorum ſucceſſiſſe:*) tum tibi obſtat traditio. Ait enim R. Judas: Minjamin proſelytus Ægyptius, condiſcipulus meus fuit apud R. Akibam; hunc vero, inquam, proſelytum Ægyptium Minjaminem, dixiſſe memini: Ego primum gradum Ægyptii conſtituo, & ſimiliter fœminam Ægyptiam primi gradus matrimonio mihi junxi: Cæterum, deſpondebo filio meo Ægyptiam ſecundi gradus, ut nepoti meo fas ſit intervenire ſacro cœtui. Ergo, ſi tale quidpiam dictum extat, ſic ſeſe habebit: Dixit R.

בלין והם אינן בלין: אמר רב המנונא אין חקבה נפרע מן האדם עד שתתמלא סאתו שכ במלאת ספקו יצר לו:

Chanina Papæ filius, Deum non sumere vindictã de Rege aliquo nisi radsit tempus, ejus exstirpationis. Q. S. E. (Es. XXVII, 8.) *In Sato cum abjecta fuerit, judicabis eam.* Amemar istud R. Chaninæ Filii Papæ confirmavit, dicto sequenti: Quis sensus verborum (Malach. III, 6.) *Quia ego Dominus non itero; & vos filii Jacobi non consumti estis.* Scilicet: *Ego Deus non itero:* (*Id est:*) [6] Nunquam percussi gentem, (*plagasq;*) iteravi. *Et vos filii Jacobi non consumti estis.* Nimirum huc pertinet illud (Deuter. XXXII, 23.) *Sagittas meas consumam in iis.* (*Quasi dicat:*) Sagittæ meæ consumentur, sed ipsi consumentur neutiquam. R. Hamnuna autor est, [7] Deum de homine pœnam non sumere, nisi impleverit mensuram suam. Q. S. E. (Job. XX, 22.) *Cum plena est sufficientia ejus, angustia est illi.*

ANNOTATA.

1. Non sumere vindictam] Arabs Murtadi filius Gaphiphe in libello de Ægypto, ex versione Petri Vattierii Amici nostri p. 192. *Certes Dieune change point l' estat d' vne Nation jusques a ce qu' elle se soit changée elle mesme.* Quia deinde subjicitur: *Et le reste du verset:* Credo esse locum ex Alcorano.

3. Tria pocula] Respiciunt hæc ad locum Gen. XL, 11. ubi ter *Poculi* fit mentio: Poculum igitur, vulgata translatione, de afflictionibus & calamitatibus Judæi accipiunt, eamque adhibuit ipse quoque Servator noster, Matth. XXVI, 39. & c. XX, v. 22. 23.

3. Pharaonis Necho] Vide Jerem. c. XLVI, 13. seqq.

4. Ego primum gradum Ægyptii constituo &c.] Doctissimus Seldenus, uti cætera quæ ad jus Connubiorum inter Judæos, quondam attinebant, in erudito de Jure Naturali & Gentium, juxta Disciplinam Hebræorum, Commentario, accuratissime tradidit, ita libro ejus 5. cap. 14. sedulo quoque, & diligenter nos docet, quid de Proselytis Justitiæ, utriusque Sexus, in contrahendis Nuptiis, quondam obtinuerit. Hujus pleraque tradita, quia perpetuo, & antiquissimorum, & recentiorum Judæorum consensu nituntur, ideo plane nobis opinionem suam persuadet. Scilicet, sic omnino se res habebat: Cum nonnullarum Gentium

tium, ſive maſculini, ſive fœminini ſexus Proſelytis, æternum prohibita fuere Originariis Judæis Conjugia: Cum nonnullorum Sexus maſculini tantum; cum aliarum usque ad Generationes aliquot; cum quarundam, ſimul atque facti ſunt Proſelyti, permiſſa fuerunt eorum, cum Originariis Connubia. E primo genere ſecundum aliquos fuere ſeptem illi Populi, quorum nomina Deut. VII, 1. recitantur, aut certe, ſive ex decreto Majorum, ſive ex ipſa Lege Divina, Nethinæi: Horum enim nec maſculis nec fœminis ulla unquam generatione, fas fuit cum Judæis contrahere affinitatem. Ad ſecundum pertinent Ammonitæ & Moabitæ, inter quos qui mares erant, ob præceptum Deut. XXIII, 3. & ipſi infinitè ab ineundis cum Israëlitibus matrimoniis arcebantur, Fœminis vero actutum poſt Religionis Judaicæ profeſſionem, Judæis nubere licebat. Tertii generis erant Idumæi & Ægyptii, cum quibus, eorumque liberis, originarii inter Judæos Nuptias quidem haud contrahebant, ſed bene cum Nepotibus & Neptibus eorundem. Quartum genus conſtituunt, omnes Gentes reliquæ, præter enumeratas. De fide horum dubitare nos non ſinunt, tot & tanta teſtimonia, ad quæ Seldenus in margine provocat. Ac nos quidem, ut iis conſulamus quibus illos libros evolvere non conceditur, peculiare noſtrum ex inæſtimabili Codice MS. Ez Hechajim haud gravatim dabimus, tantoque promtius, quia quæ apud alios ſingula leguntur, hic junctim continentur, & univerſa; ea re, citra dubium, magnam & ſolidam apud eruditos inituri gratiam. Sic autem in Hilchot Nidda cap. 10. habetur:

כל גירי הצדק מכל האומות
ועבדים שנשתחררו הן הם
כישראל לכל דבר ומותרין
לבא בקהל לישא ישראלית
ולישא מהם שנ׳ תקל חקה
אחת לכם אבל עמון ומואב
ומצרים ואדום הגר צדק
מהם כישראל לכל דבר רק
לעניין ביאתו בקהל ודיניהם
חלוקים עמון ומואב הזכרים
אסורים לבא בקהל לעולם

id eſt: *Omnes Proſelyti Juſtitiæ, quarumcunq; Gentium, itemq; Servi* (Judæorum) *manumiſſi, in omnibus negotiis eodem loco, quo Originarii Israëlitæ habentur, atq; fas iis eſt, intervenire Sacro cœtui:* (hoc eſt:) *ut* (Proſelyti & manumiſſi mares,) *ducant Judæas fœminas; & ut* (Proſelytæ aut manumiſſæ mulieres) *nubant Judæis maribus.* Q.S.E. (Num. XV, 15.) O Congregatio, ſtatutum unum eſt vobis. *At vero, ſi ex Ammonitis, & Moabitis, Ægyptiis item, & Idumæis, quis ſacris Judæorum initietur, in omnibus quidem eodem*

cum

שנ׳ לא יבא עמוני ומואבי
בקהל ״ ואפילו בן בנו עד
סוף כל הדורות אבל הלכה
למשה מסיני שהנקיבות
מותרות מיד בשאר האומות
והטעם שלא דרכן לקדם
בלחם ובמים ותלה הכתוב
הטעם בעבור שלא קדמו ואף
לפי הר׳ ר׳ יוסי מקרטרם טעם
דמואב בעבור ששכר בלעם
שהרי המואבי קדמו שנ׳ אבל
בכסף תשכירני באשר עשו לי
וגו׳ ובני מואב היושבים בהר
אבל אין דרך נשים לשכור:
מצרי ואדומי אפי׳ נקיבות עד
שני דורות אמורי ודור שלישי
מותרים שנ׳ ובנים אשר יולדו
להם דור שלישי יבא להם
בקהל ״: מצרית מעוברת
שנתגיירה בנה מצרי שני מצרי
שני שנשא מצרית ראשונה
או מצרי ראשון שנשא מצרי
שניה הוולד שני שנ׳ בנים

* An legendum מקרפנטרס ut intelligatur Urbs Galliæ Carpentras, Veterum Carpentoracte?

cum originario Israëlita jure utitur, ſolam facultatem contrahendi matrimonia ſi excipias. Atq; dispar quoq; (horum Populorum) ratio eſt. Nimirum Ammonita & Moabita mares nullo unquam tempore cum Judais affinitatem contrahere poſſunt: Q. S. E. (Deut. XXIII,4.) Ne venito Ammonites & Moabites in congregationem Domini. *Quod & de Nepotibus illorum, univerſaq; poſteritate capiendum. At, traditione a Moſe in Monte Sinai perceptâ, & ad nos derivatâ, tenemus, Fœminas iſtarum Gentium* (ſi quæ Judaicam Religionem amplectuntur,) *illico ortarum ex aliis Nationibus inſtar, licite cum Judais nativis matrimonium inire. Ratio hujus rei eſt, quia haudquaquam conſuetudo fert, ut fœmina itineruntibus pane & aqua occurrant. Atqui Scriptura ideo Ammonitas & Moabitas jure Connubiorum cum Judais privavit, quod pane & aqua non occurrerunt Judais, ex Ægypto proficiſcentibus. Atq; ſecundum R. Joſe Kartraſenſem* (iſta ratio Ammonitarum propria eſt,) *de Moabitis vero hæc præcipue obtinet cauſa, quia Bileamum adverſus Judæos conduxerunt:* (Quod enim ad priorem illam attinet,) *conſtat ſane Moabitas Judais peregrinantibus panem & aquam non denegaſſe,* prout S. E. (Deut. II, 29. 30.) Sine me comparare cibum pecunia, ut comedam &c. quemadmodum fecerunt mihi &c. Moabitæ habitantes in Ar. *Atq; rurſus* (hæc ratio, quam

R. Joſe

אשר יולדו להם דור שלישי
תלה הכתוב בלידה גר עומני
שנשאו מצרית הולד עמוני
מצרי שנשא עמונית הולד
מצרי שבאומות הלך אחר
הזכר נתגייר הלך אחר
הפנום נירי ז עמים מותרי
מן התורת מיד ולא נתגייר
מהם רק הגבעוני ונקרא
נתינים על שם שנתנם
יהושע חוטבי עצי ושואבי מים
ונזר עליהם לאוסרם אפי
בנקיבות ותלת איסורם
במקדש שנ בבית אלהי ובא
דוד ואסרם אפי אחר תורבן
הבירת לפי שהיו עזים ואם
ואבזריים שהרי לא חמלו על
שאול ובניו והרגום ולכן כתו
בעזרא ומן הנתינים אשר נתן
דוד והשרים לעבודת הלוים
הרי שלא תלה איסורם
במקדש:

R. Joſe Kartraſenſis aſſignat, tantum viros concernit,) *neq; enim Fœmina conducere ſolent*, (qui imprecentur.) *Quantum ad Ægyptios & Idumæos attinet, horum Fœmina etiam*, (tantoque magis mares,) *per duas generationes, cum Judæis originariis nuptias contrahere prohibentur, ſed in tertia generatione interdictum ceſſat*: Q. S. E. (Deut. XXIII, 8.) Filiorum qui naſcentur ex illis, generatio tertia, venito ex illis in congregationem Domini. *Ægyptia, quæ pragnans Judæorum ſacris adhæſit, ejus partus in ſecunda generationis gradu eſt conſtitutus. Ægyptius ſecundi gradus, qui duxit Ægyptiam primi gradus, aut Ægyptius primi gradus, qui duxit Ægyptiam gradus ſecundi, creant ſobolem tantum ſecundi gradus.* Q. S. E. Filiorum qui naſcentur ex illis, generatio tertia: *Itaq; Scriptura generationum rationem habuit. Proſelytus Ammonites, qui duxit Ægyptiam, horum proles reputatur pro Ammonitica*; *Ægyptius ſi ducat Ammonitidem, naſcitur ſoboles Ægyptia: Quippe inter Paganos adhuc, proles ſequitur Patrem, ſed inter factos Proſelytos, Parentem viliorem. Proſelyti VII. Populorum* (quorũ nomina Deut. VII, 1. recitãtur) *ex Lege Divina, ſtatim*, (poſtquam ſuperſtitionem ac impietatem deſeruerunt,) *licite matrimonia cum Judæis contrahunt: atq; ſoli ex iis Gibeonitæ judaicam religionem amplexi ſunt, dictiq; fuere Nethinæi* (ſive Dedititii:) *Nam Joſua dedit* (mancipavitque) *eos* (Sacro miniſterio,) *ad findenda ligna, hauriendamq; aquam. Atq; horum etiam Fœminis*, (nedum Maribus,) *conjugia, cum Originariis*

Judæis inire vetavit, ſed ſub certa temporis conditione, ſuperſtite nimirum Templo Domini Q.S.E. (Joſ. IX, 23.) In Domo Domini. *Cæterum, David poſtea, interdictum hoc extendit etiam ad iſtud tempus, quo Templum nō erat ſuperſuturū, ob illorum impudentiam & crudelitatem, non enim pepercerunt Sauli, & ejus filiis, ſed ipſos occiderunt. Unde in Eſra* (cap. IIX, 20.) *legitur:* Et ex Nethinæis quos dederat David ac Principes miniſterio Levitarum. *Ecce quod hic loci interdictū, nullam templi exiſtentis involvit conditionem.*

Hactenus Codex noſter MS. quibus placitis, quando Sacræ Literæ neutiquam adverſantur, nihil cauſæ quoque eſt cur eatlem vocemus in controverſiam. Sane, noſtras Vir Eruditus, omnia iſta rejicit, & Bellarminum ſecutus, modo quis vir, aut quæ mulier, ex Gentilibus judaicam religionem profiterentur, ſtatim illis connubiorum cum Judæis jus natum eſſe contendit, ac præcipue illud diſcrimen quod inter Ammonitas, & Ammonitidas, Moabitas & Moabitidas, Magiſtri faciunt, & Lipmannus in libro Nizachon quoque amplectitur, exſibilat. Verum, neſcio equidem, an ipſe infringere poſſit, ſententiam minime dubiam, & adeo ejus argumenta, præterquam quod ſcopum ſæpe non feriunt, & propemodum de Ammoniticis Moabiticisque viris ac fœminis, nondum proſelytis, dictum Judæorum (id quod tamen tantopere contra illorum mentem eſt, ut eſſe magis nihil queat) accipiunt, ſummis inſuper obnoxia ſunt difficultatibus, id quod ſtrictim oſtendemus. Principio enim, dum Lipmannum, qui Salomonem Regis Ægypti filiam, non niſi Judæorum ſacris initiatam, uxorem duxiſſe ſcripſerat, tanquam ignarum Talmudicarum Traditionum perſtringit, quia vulgo feratur: לא קבלו גרי לא בימי דד ולא בימי שלמה id eſt: *Non receperunt Proſelytos, neq; Davidis neq; Salomonis ætate:* In eo quidem conſtat Lipmannum, ne latum quidem unguem a Talmudiſtis diſceſſiſſe, ſed idem prorſus docuiſſe, quod illi docent. Atque id tantopere verum eſt, ut non ſolum ſuum aſſertum, totidem verbis in Talmude legi oſtendere poſſit, ſed etiam ſimul objectionem qua petitur, ipſo Talmudiſtarum ore refellere. Nam, ſic eſt in Jebamot fol. 76. a. מתיב ר' יוסף ויתרתן שלמה את פרעה מלך מצרי גיורת והא לא קבלו גרי בימי דוד ולא בימי שלמה מידי הוא שנמא אלא לשלחן מלכים הוא לא צריכא לידה: id eſt: *Propoſuit dubium R. Joſeph,* (querens, ſe hærere in verbis, I. Reg. III, 1.) Et affinitatem contraxit Salomo cum Pharaone Rege Ægypti: (Reſponſum eſt: Prius Pharaonis filiam) *ab eo ad fidem judaicam amplectendam eſſe inductam.* (Inſtabat:) *Atqui non admiſſi fuere Proſelyti Davide & Salomone imperantibus.* (Regerebant: Non id nude accipiendum.) *Suberat enim quædam ratio: Menſa videlicet Regia.* (Nam, quia Davidis & Salomonis ætate, Judæorum conditio erat feliciſſima, ideo Pro-

Proselyti non admittebantur, quod magis ob externa commoda, & dignitatem aliquam in Aula Principis obtinendam, quam serio, & pietate compulsi, judaicam religionem illos amplecti, suspicio esset. Pharaonis autem filia) *talibus haud indigebat:* (quippe tanto Rege prognata, votis fruebatur ad invidiam felicibus, nec Nuptiis cum Rege Salomone contractis, conditionem reddebat nobiliorem, quam ob rem hanc quidem Proselytam fieri nihil impediebat.) Jam vero, ut ostendat Vir laudatus, nihili esse, illud, quod inter Moabitas Ammonitasque, & inter Ægyptios, respectu facultatis nubendi, statuitur discrimen, provocat ad autoritatem R. Levi ben Gerson, huncque ex hypothesibus Judaicis ad 1. Reg. XI, 2. recte scripsisse ait: ברת פרעה היתה אסורה לבא בקהל יי גם אחר שנתגיירה כי רור שלישי לבר מהם לבא בקהל יי והעמוניות ומואביות גם כן; Quæ, convertit ipse: *Filia Pharaonis, non erat ei licitum nubere, etiam postquam facta fuisset Proselyta: nam tertia demum generatio in matrimonium erat concessa: par ratio erat uxorum Ammoniticarum & Moabiticarum.* Profecto, si hæc ita sensit, R. Levi ben Gerson, & vere, in contrahendo nuptias cum Originariis Judæis, idem Ægyptiorum, quod Ammonitarum & Moabitarum fœminis jus esse credidit, nihil ab hypothesibus cæterorum Judæorum magis alienum ei unquam excidit, & novum quid, nec ante illam diem auditum, comminisci volebat. Sed, tantum facinus procul dubio audere non poterat R. Levi ben Gerson, ut a monte Sinai acceptam traditionem rejiceret; ac nos miramur Virum cæteroquin diligentissimum, ita obiter incurioseque, præter morem suum, hunc inspexisse; nam si evolvatur locus, tantum abest, ut diversum quid a reliquis doceat Ralbag, ut potius communem sententiam & ipse tueatur mordicus. Nempe, in eo deceptus est Vir doctus, quod verba: והעמוניות ומואביות גם כן ad illud de mulieribus Ægyptiacis negotium retulit, quo tamen ea minime spectant, quippe de iis fœminis sensus integer & completus est; quæ vero indicavimus verba, ad sequentia pertinent, atque ita in Ralbag legimus: והעמוניות ומואביות הן גם כן מעם שאינו ראוי לבא בקהל שני לא יבא עמוני ומואבי בקהל יי ואעפ שנקבותיהם לא נאסרו לבא בקהל כמו שבארנו שם הנה לא היה ראוי למלך שיבא בהן בי הזרע שיהיה לו מהן אי איפשר שיהיה שלם מאר אחר שהגוי מרחק; id est: *Ammonitica quoq; & Moabitica fœmina* (quas Salomo sibi junxerat,) *& ipsæ erant e populis, cum quibus nefas erat Judæis contrahere matrimonia, secundum* id Q. S. E. (Deut. XXIII, 3.) Ne venito Ammonites & Moabites in congregationem Domini. *Atq; etsi horum fœminis fas est, cum Originariis Judæis Nuptias contrahere, prout ad locum citatum prolixius exponimus, tamen haud decebat Regem, ut tales duceret, nam proles quam*

ex iis susceperus erat, non poterat esse plane optima, ob gentis peregrinitatem. Ergo, omnino notter est R. Levi ben Gerson, quin & noster porro est R. David Kimchi, cujus verba mox similiter pro se Vir doctus adduxit. In eorum versione, quamvis quædam desideremus, tamen id leve est, & illud potius indicamus de VII. Gentibus quarum nomina Deut. VII, 1. habentur, reliquisque omnibus præter Ammonitas, Moabitas, Ægyptios & Nethinæos loqui Kimchium; nam ex istis ortos, tam mares quam mulieres proselytos, nihil prohibere ait, quo minus cum originariis Judæis matrimonia contrahant, salvam relinquens, quam circa reliquos, Rabbini faciunt differentiam. Quod autem dissensus cujusdam inter Magistros meminit, is dissensus rursus ad longe alia, quam quæ præcesserant referendus est. Nam, ut ipse interpres verborum suorum est Kimchius, respexit iis ad ea quæ tradiderat 1. Reg. cap. III, v. 3. ubi monuerat, non convenire inter Rabbinos, num peccarit Salomo matrimonium ineundo cum filia Pharaonis proselyta, an vero, num jure eandem tori sociam adsciverit? Esse enim quosdam qui contendunt, tantum tertiam generationem Proselytorum Ægyptiorum, cum originariis Judæis affinitatem contrahere posse, nullo inter mares fœminasque facto discrimine, atque secundum hos Salomonem injustas nuptias celebrasse. Sed esse, ait, contra alios, qui existiment, interdictum de tertia generatione, tantum de Ægyptiis maribus, capiendum esse, cum expresse dicatur, Deut. XXIII, 8. FILIORUM *qui nascentur ex illis generatio tertia, venito ex illis in congregationem Domini:* Eapropter hos quidem velle, de filiis capienda esse verba, non de filiabus: quorum si obtineat sententia, consequi, nihil indecens admisisse Salomonem. Interim tamen, posteriorum opinione rejecta, prioribus tanquam magis receptam defendentibus, ipse Kimchi adhæret. Novissime, ut leviora alia, apud Virum Doctum, & quibus ex hactenus dictis abunde satisfieri potest, omittamus, de illo quoque paucis videndum, quod instando: *Frivola,* inquit, *est hæc,* (de faciendo scilicet inter Moabitam, & Moabitida; Ammonitam, & Ammonitida, discrimine) *traditio, cui simile me masculino* ממור *fingere potuisses* ממור ולא ממורת *ad Spurium restringendum est præceptum, nec de filia ex interdicto coitu prognata accipi debet.* Hæc ille. At vero, prævideruntetiam hanc objectionem Talmudistæ in talibus lyncei, & pridem responsum sunt meditati: Jebamot fol. 76. b. ואלא מעתה ממור ולא ממורת ממור כתיב מצרי ולא מצרית שאני הכי דמפרש מעמא דקרא על דבר אשר לא קדמו אתכם בלחם ובמים דרכו של איש לקדם ולא דרכה של אשה לקדם: i.e: (Dicat quis: Si valebit dicere Moabites non Moabitis, Ammonites non Ammonitis) *valebit quoq; pariter: Spurius non Spuria, nam &* (Deut. XXIII, 2. Non ingredietur in congregationem Domini) *Spurius scriptum est,* (nulla Spuriæ facta mentione. Similiterq;

valebit

valebit dicere:) *Ægyptius non Ægyptia.* (Verum enim vero) *diversitas quædam intercedit, nam* (interdicti de Ammonitis & Moabitis) *Scriptura rationem exprimit*, (loco citato v. 4. inquiens:) *Propterea quod non occurrerunt vobis cum pane & aqua. Atqui virorum est occurrere, fœminarum vero neutiquam.* His adde, quod, ceu Maimonides in More Nev. part. 3. cap. 49. probe differit, lex adversus Spurios lata est להתרחק מעריות id est: *ad cohibendam libidinem* לחודיו הגואף והגואפת שאם יעשו יפסידו בזרעם הפסד שאין לו תקנה: *Ut scilicet adulter & adultera sciant, quod si turpe quid committant, universa posteritas ipsorum malo immedicabili involvatur.* Hæc vero ratio, cum utrumque Sexum concernat, non igitur licebit dicere, Spurius non Spuria, multo minus ob tantam causæ disparitatem, valere potest a Proselytis, ad Spurios collectio. De cætero, cum Seldeno monendum est, quicquid hactenus de Proselytis, aliis quidem æternum, aliis ad certas usque generationes, a Judæorum originariorum connubiis arcendis, dictum fuit, id omne tantum obtinuisse ante captivitatis Assyriacæ & Babylonicæ tempora, cum sinceræ adhuc essent Gentes, & inconfusæ, ac tabulæ Genealogicæ integræ extarent. At vero per Colonias, Bella, Deportationes, aliasq; rationes, ita commixtis deinde inter sese populis, ut a se invicem dignosci non possent, cum non terra, seu solum, in quo quis natus est, sed genus, unde originem trahit, Nationis nomen secundum Hebræos tribuat, ideo cessavit postmodum omnis tam legum sacrarum, quam superadditorum Decretorum, de Proselytorum Nuptiis discriminandis, observatio: Et, quia Seldenus hujus rei testes producere oblitus est, nos eos dabimus, allegantes Talmud Jadaim fol. 158. a. & Berachot fol. 28. a. ubi eadem leguntur utrobique, cum quibus conferendus Maimonides Hilchot Issure Bia cap. 12. §. 25. & Moses Kozensis Præc. Neg. CXIII. Bene iterum noster Codex MS. עתה שבלבל סנחריב כל העולם כולו והדרים במצרים עתה אינם מצריים והדרים באדום אינם אדומי ואפי אתל שבני המלכי לא נתבלבלו מכל מקום שאר העם נתבלבלו וכן בכל הארצות הכל מעורב ומבולבל זהב הגוים הן מותרים מיד אב חלק אחר הזהב דכל דפריש מחברת פריש ומיד שיתגייר אחד מכל האומות מותר מיד לבוא בקהל וכן אית בתיספורת דידי ואפילו אדומי ומצרי עמוני ומואבי זכר ונקבה: id est: *His fœtulis, ex quo Sancherib orbem universum confudit, si qui in Ægypto habitant, non sunt veri Ægyptii, neq; qui Idumæam incolunt pro Idumæis reputandi. Nec est quod objicias, Regum tamen familias non esse commixtas. Nam reliqua plebs nihilo minus confusa est, at q; sic in omnibus cæteris nihil non turbatum deprehenditur, commix-*

tumq;. Ergo consequitur, saltem maximam partem Gentilium, è vestigio juris connubiorum cum Judæis, capacem esse. Quod si verum est, ad multitudinem attendimus, (eamque Principum Familiæ sequuntur,) *quisquis enim secessionem facit, a multitudine se segregat; proindeq; simul ac ex ulla quotquot in Orbe sunt Nationum, judaicam fidem quis amplexus est, licite cum Judæis matrimonium contrahit, uti est in Tosephot Jadaim. Quod & de ipsis Idumæis, Ægyptiis, Ammonitis & Moabitis tam maribus quam fœminis accipi debet.*

5. Dicto sequenti] Sequitur deinde in Editionibus En Jacob דאר׳ חנינא בר פפא Quod genus loquendi etsi in Gemara passim obvium, tamen quia id hoc loco non quadrat, lectionem Talmudis Amstel. sequuti, verba ista expunximus.

6. Nunquam percussigentem &c.] Scilicet, hoc volunt, solos ex omnibus Gentibus Judæos, a DEO castigari affectu paterno, & causa emendationis, non igitur funditus deleri. At populos reliquos, cum DEUS iratus ultorque puniat, ideo hos quidem dari excidio. Ita dictum hoc explicatur in libro Schaare Dimha p. 133. b.

7. Deum de homine pœnam &c.] Cum his conferre oportet cap. 3. in Erachin, id quod etiam Editiones En Jacob, facere jubent.

יז

דרש רבי חנינא בר פפא
מאי דכתיב רננו צדיקים בה
לישרים נאוה תהלה אל
תיקרי נאוה תהלה אלא נוה
תהלה זה דוד ומשה שלא
שלטו שונאיהם במעשי ידיהם
דוד דכתיב טבעו בארץ
שעריה משה דאמר מר
משנבנה מקדש ראשון נגנז

XVII.

BEne R. Chanina Papæ filius: Quis sensus dicti (Ps. XXXIII, 1.) *Cantate Justi in Domino: rectis decora laudatio?* Pro נאוה תהלה *Decora laudatio*; legatur נוה תהלה *habitaculum est laudatio.* Innuuntur enim Moses & David, quorum inimici haudquaquam dominati sunt, operibus manuum eorundem. De David enim scriptum est: (Thren. II, 9.) *Demersa in terram portæ ejus.* Idem de Mose (*dicendum,*) quia

ait

אחל מועד קרסיו קרשיו ם
בדיחיו ועמודיו וארניו היכא
אמר רם חסדא אמ אבימי
תחת מחלות של היכל׃

ait Autor decisionis: [2] Condito templo primo, occultatum fuit tentorium conventus, cum suis ansulis, asseribus, vectibus, columnis & fulcuris. Quo? Respondet R. Chasda, ex ore Abimi: Sub antris templi.

ANNOTATA.

1. De Davide enim &c.] Hæc lucem accipiunt ex iis quæ R. Salomo commentatur ad illum qui mox adducitur Threnorum locum. מרש אגרה לפי שחלקו כבוד לארון שנ׳ שאו שערים ראשיכם לפיכך לא שלטה בהם גרידה ושבאו בארץ ורבותינו אמרו מעשה ידי דוד חיו לפיכך לא שלטו בהם אויבים׃ id est: (De Portis Munimenti Zionis, quod & Davidis Civitas dicitur, & ubi is Regiam suam condiderat) *in Expositionibus Mysticis legimus, illas, quia adventantem Arcam fœderis, cum ore prosequutæ sunt*, (& sive sese extulerunt, sive ultro patuerunt, obsequium præstantes,) *isti* (Ps. XXIV, 7.) Attollite portæ capita vestra &c. *Ideo* (cum Zedekia capto, Hierosolymæ excinderentur,) *in nullius potestatem redactas, sed a terra absorptas esse. Talmudistæ vero rationem dicunt, eo quod Davidis opus erant, non potuisse illas hostibus cedere.* *Vide Falkut part. 2. fol. 98. colum. 4. Schabbat fol. 30. a. Sanhedrin fol. 107. b.*

2. Condito templo primo] Sic sentiunt Judæi, Tentorium Conventus quod Moses Dei jussu paraverat, minime eo fine excitatum esse, ut perpetuo duraret, sed ut pro tempore, Judæorum sacris serviret, quoad olim templum conderetur, tunc enim sublato ejus usu, intra cavitates quibus Templum superstructum erat, fuisse reconditum. Cæterum, durationem Tentorii Conventus, variasque ejus de loco in locum translationes, paucis verbis ex Talmudistis enarrat Autor Schalsch. Hakkab p. 15. b. בפ׳ בתרא דזבחים ובמסכת תמורה אומר משנכנסו ישראל לארץ העמידו חמשכן בגלגל כ״ה שנים ומשם הביאו הארון לשילה ושם עמד שסט שנים והיה בנוי בנין של אבנים למטה וירעות למעלה כשמרת עלי נחרב שילה ובאו לנוב וגבעון שם כסא המקדש וכשמרת שמואל נחרב נוב ובאו לגבעון ומשם באו לבית עולמים ויצאו בנוב בגבעון נז שנים׃ id est: *In capite postremo Sebaeum, & in Temura quoq; docetur, Israelitas in Palæstinam ingressos, statuisse*

tuisse Sanctuarium in Gilgal per annos XXIV. *Inde translatum fuit in Schilo, ubi annis* CCCLXIX. *subſtitit, atq; ſtructura quædam lapidea excitata erat, ſuper quam periſtromata extendebantur. Mortuo Eli exciſa fuit urbs Schilo, ergo in Nob migratum eſt, ibiq; Sanctuarium conditum. Poſtquam Samuel e vita exceſſit, urbe Nob everſa, Gibeon Sanctuario hoſpitium præbuit, hinc poſtea in conditorium æternum translatum. Manſerat vero in Nob & Gibeon* LVII. *annos.* Conferat eruditus Lector Maimonidem in Hilchot Bet Habbechira c. 1. §. 2.

יח

תנו רבנן סוטה נתנה עיניה
במי שאינו שלה מה שבקשה
לא ניתן לה מה שבידה
נטלו ממנו וכן מצינו בנחש ש
הקדמוני שנתן עיניו במי אח
שאינו שלו מה שביקש לא
ניתן לו מה שבידו נטלו ממנו
אמר הקב"ה אני אמרתי יהא
מלך על כל בהמה וחיה ג
עכשו ארור יהיה מכל בה
הבהמה ומכל חית השדה אני
אמרתי ילך בקומה וקופה
עכשו על גחונו ילך אני בא
אמרתי יהא מאכלו מאכל א
אדם עכשו ועפר יאכל הוא
אמ אהרון אדם ואשא את

XIIX.

TRadunt Magiſtri: Adultera conjecerat oculos in rem alienam; [1] quod expetiverat ei non concedebatur: & [2] quod in manu habebat, eidem fuit ablatum. Quisquis enim conjicit oculos in rem alienam, quod quærit ei non offertur; quod vero in poteſtate habet, eidem eripitur. Hoc ipſum [3] primævo Serpenti reperimus accidiſſe, nam is, cum alienæ rei caperetur deſiderio; & voti damnatus non eſt; & quod habuit, perdidit. Dixit enim DEUS Benedictus: Juſſeram ego: Eſto Rex omnium jumentorum, & beſtiarum; nunc vero: (Gen. III, 14.) *Maledictus eſto præ omni jumento, & præ omni beſtia agri.* Dixeram: [4] Incedito ſtatura erecta: At jam: [5] *Super ventrem tuum ſerpito.* Pronunciaveram: [6] Veſcere cibis humanis: Nunc vero: *Pulverem comedito.* (*Tu conſilium tecum iniveras:*)

חוה לפיכ ואיבה אשית בינך
ובין האשה ובין זרעך ובין
זרעה׃ וכן מצינו בקין וקרח
ודואג ואחיתופל וגיחזי
ואבשלום ואדניה ועתיה והמן
שנתנו עיניהם במה שאינו
שלהם מה שבקשו לא ניתן
להם ומה שהיה בידם נטלו
מהם׃

veras:) Interimam Adamum, & [7] ducam Evam Uxorem: (*Idcirco*) *Inimicitiam ponam inter te, & mulierem, similiterq; inter semen tuum, & semen hujus.* Rem eandem deprehendimus [8] in Cain, [9] Korach, Bilcam, Doëg, Achitophel, Gehasi, Absalom, Adonia, Usia, & Haman, quod respexerint ad ea quæ ad se non pertinebant: Hinc, quod expetiverant, iis concessum non est, quod autem in manibus erat, præreptum fuit.

ANNOTATA.

Tota hæc משנה paucis mutatis demtisque, habetur etiam in Rabbot fol. 23. col. 2. & plene planeque in Jalkut fol. 9. col. 1. Notare quidem liceret aliquam Lectionum varietatem, sed, quia sensui nihil decedit, ut olim Romanus Prætor, ita & nos, minima non curamus. Num enim quid refert, sive legas שאינו שלהם & שאינו שלה uti nos ex En Jacob edidimus, an vero שאינו ראוי להם & שאינו ראוי לה ceu in Talmude & Jalkut scribitur? Idemjudicium esto de aliis. At וישא את חוה etsi in omnibus פ En Jacob editionibus deprehenderamus, quia tamen certo certius corruptum videbatur, ferendum non erat, sicque ואשא את חוה quomodo in reliquis est, prætulimus merito.

1. Quod expetiverat ei non conceditur.] Haud enim licebat, de adulterio suspectæ, quæ se non expurgaverat, etiamsi a viro per divortium separata esset, cum amatore nuptias contrahere, uti infra quoque docebitur. Affine his quodammodo est, quod Jus Canonicum, eam quam quis per adulterium polluit, soluto per mortem priore conjugio, ducere vetat, qua de re extat integer Titulus in 4. Decretalium, ubi tamen interdictum fere tantum ad eos Casus restringitur, si quis mœchus adulteræ fidem de conjugio dedit uxore vivente, vel, si quæ fœmina adultera, mortem uxoris adulteri sui, machinata est. Sed longe aliter Veteres de ea re sensisse, & A. 895. in Triburiensi Concilio citra ullam limitationem Conjugia Adulterorum fuisse prohibita, agnoscit ipse Caranza

in Summa Conciliorum pag. 590. Et ſane nec in C. 31. q. 1. can. 1. ulla adhibetur exceptio, ſed ſimpliciter, *Nullus*, dicitur, *ducat in matrimonium, quam prius polluit adulterio:* Quod idem mox can. 3. repetitum deprehendes.

2. Quod in manu habebat &c.] Adultera enim bibens aquas amaras, ſalutis vitæque, non bibens, mariti cum dote, jacturam patiebatur. Referre huc licet, quod Mulier viro exitium parans, & ejus conjugio excidit, & ſimul omni poteſtate, tota vita iterum nubendi: C. 31. q. 1. can. 6.

3. Primævo Serpenti] נחש הקדמוני eſt ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος uti reddidit Johannes in Apoc. cap. XII, 9. & cap. XX, 2. Multa de eo Serpente in Myſticis Hebræorum Libris leguntur, quæ afferre ſuperſedemus. Vide ſis Ir Gibborim fol. 11. col. 2. itemque ילקוט ראובני ac שכרת הלקח in voce נחש cum Autoribus qui in his citantur.

4. Incedito ſtatura erecta] Reperti ſunt nonnulli inter Judæos, quibus creditum, Serpentem ante lapſum Protoplaſtorum Cameli ſpeciem habuiſſe, fuiſſeque inſtructum pedibus quatuor, ac in eo equitaſſe Sammaëlem dæmonem. Maimonides in More part. 2. cap. 30. במדרש זכרו שהנחש נרכב ושהוא היה כשעור גמל ושרוכבו הוא אשר השיאה את חוה ושהרוכב היה סמאל: Quæ interpretatur Cl. Buxtorfius: *In Medraſch adducunt Sapientes noſtri; Serpentem equitatum fuiſſe; quantitatem ejus inſtar Cameli, & ſeſſorem ejus fuiſſe illum, qui decepit Evam, hunc q; ſeſſorem fuiſſe Sammaëlem.* Cæterum, major & ſanior Antiquorum pars contendit, quod hominis quaſi formam præ ſe tulerit Serpens, ac erectus, inceſſerit pedibus binis. Colligitur id ex Gemara noſtra, & Rabbot fol. 23. col. 2. ubi verbis paulo clarioribus Deus inducitur loquens עשיתיך שתהא מהלך קומיות כאדם ואתה לא בקשת: id eſt: *Creavi te ut gradereris arrectus, hominis adinſtar, ſed noluiſti.* In Chaſidim pag. 115. b. mirus in hanc rem locus eſt, dicitur enim: הנחש היה מהלך על שתים וקצת דמות אדם עליו והדר שאותן שירדין להפך אדם לאב או לחתול ולחמור גלגל העין לא יתהפך ובן הנחש שנשתנה לא נשתנו העינים לכך המפלרת כמין נחש אשר שמאה לידה שגלגל עיניו דומין לשל אדם: id eſt: *Serpens* (principio) *incedebat pedibus binis, quadantenus hominem referens: At q; ſciendum, illos qui pollent facultate, homines in lupos, feles, aut aſinos immutandi, pupillam tamen oculorum commutare haud poſſe. Similiter Serpens, etſi mutatus eſt, oculi tamen ejus mutationem haud paſſi ſunt, proinde ſi qua fœmina Serpentem parit, ſtatos dies polluta cenſebitur, ut puerpera reliqua, eo*

quod

quod Serpenti oculi humani insunt. Quo ipso intelligere datur, secus esse, si infausto partu quodcunque aliud ratione carens animal mulier edat, cum enim nullum horum aliquid cum homine commune habeat, ideo talia parientes, nequaquam pollutæ censentur, cum pollutio humanum tantum partum consequatur. Conferendus Maimonides Hilchot Issure Bia cap. 10 qui eadem plane tradidit. Vellem me quis doceret, num quid sani & sobrii sit in his dictis, quæque inter Serpentis, & hominum oculos, intercedat convenientia. Quin & alterum quod apud Aristotelem 2. de Hist. anim. cap. 17. de Serpentum Oculis legitur, an revera ita se habeat, nimis quidem scire discupio. Verba sunt Philosophi: Λέγουσί τινες συμβαίνειν περὶ τοὺς ὄφεις τὸ αὐτὸ ὅπερ καὶ περὶ τοὺς νεοττοὺς τῶν χελιδόνων· ἐκτηκέναι γάρ τινες ἐκκεντήσαι τὰ ὄμματα τῶν ὄφεων φασὶ εἶτα ἀνιέναι πάλιν· *Evenire Serpentibus idem, quod pullis hirundinum nonnulli ajunt: oculis enim Serpentum lacceratis, sibi nasci alios referunt.* Sane, si Serpentum oculi effossi renascuntur, haud magnam cum humanis habebunt affinitatem, nobis enim cum semel oculorum lux occidit,

Nox est perpetua una transigenda.

Enim vero, nihil certi scivit Aristoteles, audita tantum referens, proinde spero, solertissimos illos, quos Gallia & Anglia magnorum ingeniorum feraces terræ, alunt Naturæ indagatores, dum omnia rimantur, & intima rerum abdita, nec sumtibus, nec laboribus indefessis parcendo, sedulo explorant, digna Nomina, quæ ob suum in universum Genus humanum meritum, Cœlo inscribantur, etiam in istis aliquando se occupaturos imitando veteris Philosophi circa partum Serpentum curiositatem, de qua in Rabbot fol. 23. col. 1. sequens legitur historia, si modo & ipsa vera est, & in Natura fundamentum habet. פילוסופוס אחד בקש לידע לכמה הנחש מוליד כיון שראה אותם מתעסקין זה עם זה נטלן ונתנן בחבית והיו מספיק להם מזונות עד שילדו כיון שעלו הקנים לרומי שאלו את רבן גמליאל אל לכמה הנחש מוליד ולא יכול להושיבו ונתכרכמו פניו פגע בו ר' יהושע ופנע חלניו אמר לו למה פניך חלניות אמר לו שאלתי אחת נשאלתי ולא יכולתי להשיבה אמר לו מה היא אמר לו לכמה נחש מוליד אמר לו לשבע שנים אל מנא לך אמר לו הכלב חיה טמא ומוליד לחמשים יום ובהמה טמאה יולדת ליב חדש וכתיב אחר את מכל הבהמה ומכל חית השדה וכשם שהבהמה אחורה מן החיה שבעה כך נחש אחור מן הבהמה שבעה כמפני רמשא סלק ואל התחיל מטיח ראשו לכותל אמר כל מה שעמלתי שבע שנים בא זה והושיטה לי בקנה אחה: id est: *Philosophus quidam discupiebat scire,*

intra quod tempus (poſt conceptionem) *Serpens pareret, cum igitur deprehendiſſet duos, rem invicem habentes, ſublatos dolio incluſit, & alimentum iis ſubminiſtravit quoad pepererunt. Forte venerunt Sapientes Judæorum Romam, quæſitum igitur fuit ex R. Gamaliele, intra quod tempus Serpens pareret? Cum vero reſpondere non poſſet, totus pudore ſuffuſus eſt. Incidit in eum R. Joſua, atq; in ipſo vultus confuſionem notans, quæ ejus pudoris cauſa eſſet, percontabatur. Reſpondet Gamaliel,* (id evenire) *quod interrogatus reſpondere nequiverit. Ergo juſſit Joſua Quæſtionem edifſerere, ibi Gamaliel, intra quod, inquit, tempus Serpens parit? Subjicit Joſua, intra ſeptennium. Tum percontari Gamaliel, unde id perſpectum haberet? Regerit Joſua, Canis eſt inter animantia* (minuta) *impura, parit vero intra dies* (a conceptione) *quinquaginta. At beſtiæ* (majores) *immundæ,* (quarum acerbior eſt maledictio, diutius ventris onus geſtare coguntur, &) *pariunt non niſi duodecimo poſt conceptionem menſe. Scriptum vero* (de Serpente:) Maledictus eſto inter omnia animantia & beſtias terræ. *Uti igitur in beſtiæ majoris immundæ præ minoribus animantibus imprecatione, obſervatur proportio ſeptupla,* (ut ſeptuplo his poſtremis diutius, prior illa gravida ſit:) *ita Serpentis reſpectu beſtiæ majoris immundæ, proportio erit ſeptupla,* (atque quia jumenta pariunt intra annum unum, ipſe non parere poteſt, niſi poſt ſeptennium.) *Cum hæc ita percepiſſet* (R. Gamaliel) *abiit & Philoſopho ſatisfecit. Is vero caput* (præmentis impotentia) *parieti allidens, omne illud, inquit, quod ego univerſis ſeptem annis, ægre effectum dedi, iſte* (ceu vulgo ajunt) *una pertica eſt emenſus.* Vibia varam ſequitur, nec omitti debet quod legitur in Bechorot fol. 8. b. eſt enim cum iſtis conjunctiſſimum. אמר ליה קיסר לרבי יהושע בן חנניא נחש לכמה מיעבר ומוליד אמר ליה לשבעה שנין והא סבי רבי אתונה ארבעה ואוליד לתלתה הנהי מעוברין הוו מעיקרא די שנין והא משמשי שמושי אינהו נמי משמשי כאדם והא חכימין אינון אנן חכימין מנייהו: id eſt: *Percontatus eſt Cæſar Romanus R. Joſuam F. Ch. intra quod poſt conceptionem tempus Serpens pareret? Reſpondit, intra ſeptennium. Atqui* (ait Imperator,) *Athenienſium ſapientiſſimi commiſere inter ſe* (Serpentes,) *ex actog, triennio fœmella peperit.* (Subjicit R. Joſua:) *illorum* (Serpentum, quos Philoſophi Athenienſes inter ſe commiſerunt fœmella, jam fuerat gravida) *per annos quatuor.* (Pergit Imperator: Non accedo tuæ ſententiæ.) *Ecce enim iſti* (Serpentes Athenienſium) *coiverunt*; (notum vero eſt omnibus, brutum cum ſemel prægnans factum eſt, a coitione porro abhorrere.) *At vero,* (regerit R. Joſua, Serpentes) *in coitu fœminas humanas imitantur,* (quæ etiam cum conceperunt litare Veneri ſolent. Denique Imperator:) *Sunt, inquit,* (Athenienſium Philoſophi) *eruditiſſimi,* (quare ſi omnino res ita ſe haberet, non effugiſſet

giſſet id illorum ſcientiam. Eſto, ſubjecit R. Joſua, illos eruditos eſſe,) *ſed nos* (Judæi) *illis eruditione antiſtamus.*

5. Super ventrem tuum ſerpito] Illi enim ſive quatuor, ſive bini Serpentis pedes, ab ipſomet DEO, aut certe, quod aliis placet, hujus juſſu, ab Angelis fuere amputati. Vide Pirke R. Elieſ. cap. 14. & quæ ibi pag. 165. annotat Vorſtius, item Halichot Ol. pag. 130. Sic quoque Joſephus 1. Antiq. cap. 2. Ποδῶν δὲ (τὸν ὄφιν) ἀποστερήσας (ὁ θεὸς,) σύρειν ἐπὶ τῆς γῆς εἱλισσόμενον ἐποίησε. Idem fere, e Chriſtianis tum Veteribus, tum Recentioribus, quidam non infimi ſubſellii Viri, opinati ſunt. Omiſſis teſtimoniis quæ paſſim obvia ſunt, unicum adducere libet Moſen Bar Cepham, Epiſcopum Syrum, in parte 1. Commentar. de Paradiſo, qui Tom. 1. Bibl. SS. Patrum habentur, ita ſcribentem: *Quæſtio tertia eſt. An pedes habuit Serpens, & ſi habuit pedes, bipesne an vero quadrupes fuerit? Ad hanc quæſtionem reſpondemus quadrupedem fuiſſe, cum ex * beſtiarum genere (Moſe teſte) fuerit: eas q; animantes, quas beſtias ſolemus vocare, quadrupedes eſſe videamus. Et vero, Dominus Ephræm, dum hæc in Commentariis ſuis explicat, inter alia ait: Itane volebas, ut Adam amitteret gloriam ſuam; Serpens vero ne pedibus quidem mulctaretur? Erat ergo quadrupes Anguis: ſed quia fuit Satanæ organum, & inhæſit ipſi divina execratio: ex beſtia factus eſt reptile animal: & cum ante pedibus graderetur, deinceps prono ventre prorepſit, ſicut & Satan, quia prævaricatus fuerat, ex angelo evaſerat dæmonium: & ut Uxor Loth, quia reſpexit, ex muliere quæ ante erat, transformata eſt in ſtatuam ſalis* Sed longe quidem rectius, noſtro judicio θαυμάσιος Bochartus tom. 1. Hieroz. pag. 23. ſenſit, cum ait: *Mihi non ſit veriſimile propter peccatum hominis, Deum in natura Serpentis quidquam mutaſſe. Tantum quod erat naturæ, ceſſit in pœnam, ut in homine nuditas, in muliere partus.* Laudat deinde Ariſtotelis ratiocinium, e libro de Inceſſu Anim. cap. 8. quo in Serpente propter enormem corporis longitudinem, τὴν ἀποδίαν neceſſariam eſſe concluſit, quod duo aut quatuor pedes ad illam molem agendam non ſufficiebant, habere vero plures non poterat, quia τῶν ἐναίμων μηδὲν ὂν τ' ἄνευ πλείοσι σημείοις κινᾶσθαι ἢ τέτταρσιν.

* *Latina vox eſt ambigua,* חיתאה *ſua lingua, ſine dubio dixit Autor.*

5. Veſcere cibis humanis] Si Ariſtoteli libro 8. de Hiſtor. Anim. cap. 4. fides eſt, etiam nunc Serpentes, ex antiquo, quod ſecundum Judæos, iis competebat, aliquid obtinent, ſuntque λιχνίτατα τῶν ζώων, καὶ πρὸς τὸν οἶνον ἀκρατεῖς. *Omnium maxime animalium cupediis dediti, vinique etiam incontinentes.* Et vero, pridem Theologi noſtri notarunt, illam a DEO de comedendo pulvere Serpenti impoſitam pœnam, non ita accipiendam eſſe, quaſi ſolo pulvere ei deinde veſcendum ſit, ſed quia humi & in latibulis illi reptandum erat, ideo futurum

dixiiſſe, ut ſimul cum aliis cibis identidem pulverem ori ſimul ingerat. Eo modo David quoque Pſalm. CII, 10. ſe cinerem ſicut panem ediſſe queritur; quod cineribus obrutus, ſic pane cineribus referto veſcebatur. Paulo aliter jam modo laudatus Moſes Bar Cepha, eadem parte 1. Commentar. de Paradiſo. *Objiciunt quidam*, inquit, *qui poſſit illud conſiſtere, quod ait; Pulverem comedes: quando videmus ſerpentes vermiculis in aqua degentibus paſci, atq; paſſerculos quoq;, columbasq;, & hujus generis alia vorare. Sed etiamſi hæc quoq; devorent, interim absq; pulvere vitam ſuſtentare nequeunt. Et vero licet Adamo dictum ſit: In ſudore faciei tuæ comedes panem tuum: tamen carne veſcitur etiam, & terræ frugibus, fructibusq; aliis*, Talmudiſtæ interim ſtrictiſſime locum interpretantur, & Serpentes tantum pulvere victitare autumant, indeque argumentum capiunt de divina miſericordia, etiam in media ira ejus, ſe prodente. Joma fol. 75. a. בוא וראה שלא כמדת הקב"ה מדת בן בנו מקניט את חברו יורד עמו עד לחייו אבל הקב"ה אינו כן קלל את הנחש עלה לגג מזונותיו עמו יורד לקרקע מזונותיו עמו; id eſt: *Veni Vide, quam Dei, hominumq; mores ſint diſpares! Si quis homo, Socio ſuo iraſcatur, non acquieſcit niſi penitus eum perdiderit: At Deus B. longe aliter: Maledixit Serpenti: At, ſi is tectum aſcendat, habet ibi paratum cibum ſuum, ſi ima petat, & ibi in promtu eſt, unde ſe nutriat.* Porro, Judæos per circumciſionem reſectum præputium, inter alias, hanc quoque ob cauſam, in arenam projicere, ut Serpens Antiquus hoc pabulo ſe reficiat, docet Cl. Buxtorfius in Syn. Jud. cap. 2. Sed o utinam præputium tantum Judæorum, non vero & corpus & animam quoque, is devoraret!

7. Ducam Evam uxorem] Attamen, ſecundum R. Elieſeris in Pirke cap. 21. teſtimonium, inter Serpentem & Evam, revera tanta interceſſit familiaritas, ut hæc illius concubitum admitteret, atque ex eo prægnans facta, pareret Cainum. Proh! num quid fingi poterat ineptius, ſtultiusque?

8. In Cain] Ut R. Salomo in Gloſſa Caini exemplum ad rem accommodet, atque hunc rebus alienis inhiando, ſuas amiſiſſe oſtendat, vult ipſe, reſpexiſſe Doctores ad illam litem, quam in Midraſch fratri ſuo moviſſe Cain dicitur, ob alteram ſororem gemellam, quæ cum Abele erat genita, quamque ſibi vindicare volebat, haud æquum credens minori fratri duas quæ cum ipſo natæ erant ſorores, relinquendas eſſe, ſeque primogenitum, una illa, quæ ſecum edita, contentum vivere debere. Sed, aut omnia me fallunt, aut dormitavit magnus cæteroquin Talmudis Interpres cum iſta ſcriberet, & hæc quidem [illegible]. Quid enim, an conſilium ſimul cum re amiſit Cainus, & propria quoque ſorore gemella,

(hoc

(hoc enim comparationis vis inferre flagitabat) fuit privatus, dum alienam persequitur? Minime vero gentium, sed trucidando fratrem, fortasse voti damnatus est, vel adeo, duas etiam Abelis gemellas abduxit, certe propria uxore neutiquam caruit. Quamobrem, etsi non diffiteor, intendisse hoc loco animum Magistros, ad lites quæ inter Cainum & Abelem ortæ erant, causa tamen jurgii quam R. Salomo assignavit, non satis quadrat, sed potius suspicarer comprobasse præsentis Gemarici dicti Autores illorum opinionem, qui existimabant, ideo periisse inter fratres gratiam, quod, ceu est in iisdem Midraschim, diviso inter eos ex æquis partibus Orbe: זה אמר בתחומי בר״ש נבנה וזה אמר בתחומי בר״ש נבנה: id est: *Quisq; contendebat in sua parte templum Dei Opt. Max. olim extruendum esse.* Jam vero Cain, qui non verbis tantum, sed & verberibus cædeque egit, omnique modo jus quod fratri obtigerat, eripere, & in se transferre conatus est, non tantum non effecit ut Templum in sua parte ædificaretur, verum ne quidem vel ipse, vel ejus posteritas, in templum fuere admissi, omni ejus stirpe per Diluvium deleta, atque sic

Rabbot f. 26. col. 1. Jalkut f. 11. col. 1.

Amisit merito proprium, qui alienum appetit.

Equidem agnosco, restare etiam hic scrupulum, nam etiamsi ista magis ad scopum colliment, quam quæ Raschi attulit, tamen licet objicere, Abelem quoque idem fatum passum esse, atque quia sine liberis obiit, etiam ipsius spem, quam de templo in sua possessione ædificando, conceperat, simul evanuisse. Nisi cui sufficiat responsio, si dicamus, non eo usque extendendam esse comparationem, nec ultra requiri, quam ut in Caino, id quod ostendendum erat, ostenderetur, hunc non morabimur, quin de alia meliori ratione, Gemaram nostram salvandi, secum ipse dispiciat.

9. Corach, Bileam &c.] Sic accomoda: *Korach* adspiravit ad Sacerdotium, & terra absorptus est: Num. XVI. *Bileam* inhians opibus Balaki, harumque acquirendarum causa Israëlitis imprecans, vitam in Midianitica regione amisit, cum mercedem petitum venisset: Sanhedrin fol. 106. a. *Doëg* invidebat Davidi ob animi corporisque dotes, at periit immatura morte, annos natus haud amplius quam quatuor & triginta: Sanhedrin fol. 106. b. *Achitophel*, ut est in eodem Sanhedrin, Regnum affectabat, omen capiens ex igne, quem ἐκ τῦ ἀδύτου aliquando prodeuntem viderat, is vero tertio & trigesimo ætatis anno, suis manibus necem sibi intulit, qua de re legitur historia, 2. Sam. XVII. *Gehasi*, cum res Naamanis subducere laborat, lepra corripitur. 2. Reg. V. *Absalom*, Patrem solio deturbare satagens, lanceis transfossus est. 2. Sam. XIIX. *Adonia*, expetebat sibi Abischagam, & eapropter pereundum illi fuit: 1. Reg. II. *Ussia*, Sacerdotis munere dum fungi postulat, redditur leprosus:

prosus: 2. Chron. XXVI. *Haman* a Mardochæo adorari postulans, in infelici arbore suspenditur. Nimirum גמלא אזלא למיבעי קרני אידני דהוו ליה גזין מינידו; id est: *Camelus ivit ut peteret cornua, atq; interim auriculam jacturam passus est:* id quod in hanc rem Veteres proverbio dixerunt, ceu in Sanhedrin fol. 106. a. memoriæ proditur. Τοσοῦτόν ἐστι τὸ μὴ μένειν ἐπὶ τῶν οἰκείων ὅρων, ἀλλὰ τῶν μειζόνων ἐφίεσθαι S. Chrysostomi hom. 1. in cap. 1. Gen. est Epiphonema.

יט

תנו רבנן שמשון בעיניו
מרד שנאמר ויאמר שמשון
אל אביו אותה קח לי כי
היא ישרה בעיני לפי
נקרו פלשתים את עיניו שנ
ויאחזוהו פלשתים וינקרו את
עיניו איני והא כתיב ואביו
ואמו לא ידעו כי מה הוא
כי תואנה הוא מבקש מפלשתים
כי אזל מיהא בתר ישרו עיניו
אזל: תניא ר אומ שמשון
תחלת קלקולו בעזה לפיכך
לקה בעזה תחלה תחלת
קלקולו בעזה דכתי וירד
שמשון עזתה וירא שם אש
זונה לפיכ לקה בעזה דכתי
ויאחזוהו פלשתי וינקרו את
עיניו ויורידו אותו עזתה
והכתי וירד שמשון תמנתה

XIX.

TRadunt Magistri: [1] Simson oculis deliquit; Q.S.E. (Jud. XIV, 3.) *Et dixit Simson patri suo, istam accipe mihi, ea enim recta videtur in oculis meis.* Itaque eruerunt ei Philistæi oculos. Q.S.E. (cap. XIIX, 21.) *Apprehendentes eum Philistæi, effoderunt oculos ejus.* Aintu (*oculis Simsonem deliquisse?*) Atqui S. E. (cap. XIV, 5.) *Pater autem & [2] mater ejus ignorabant, a Domino id esse, nam occasionem quærebat a Philistæis* (*Quicquid sit:*) nihilo minus in illo negotio [3] delicias oculorum sectatus est. Traditio: Rabbi ait: Exordium perversitatis Simsonicæ, in Assa fuit: quare primùm Assæ vapulavit. Perversitatis Simsonicæ initium fuisse Assæ, probat locus: (cap. XVI, 1. *Et descendit Simson Assam, & vidit ibi mulierem meretricem.*) Quod vero Assæ primum vapularit, (*inde constat:*) Q.S.E. (vers. 21.) *Et apprehendentes eum Philistæi, effo-*

וירא שם אשה זונה בתמנתה תחלת קלקולו מיהא בעזה הוה׃

ſtæi effoderuntq; oculos ejus, deduxeruntq; eum Aſſam. Atqui ſcriptum deprehenditur: (cap. XIV. 1.) *Et deſcendit Simſon Thimnatham, ibidemq; Thimnathæ, vidit fœminam.* (*Non hoc obſtat:*) principium enim perverſitatis, nihilo ſecius Aſſæ fuit.

ANNOTATA.

1. Simſon oculis deliquit] Cum iis quæ hîc loci, & in ſequentibus de Simſone traduntur, conferre oportet Rabbot fol. 231. col. 4. & fol. 232. col. 1.

2. Et mater ejus] Sunt quædam fœminæ primariæ, & inter cæteras Mater quoque Simſonis, quarum nomina in Scripturis non exprimuntur, habentur tamen ea in Talmude Bava Batra fol. 91. a. additurque ratio ideo annotari, quod οἱ ἔξω crebro negotium faceſſere ſoleant Judæis, atque de illarum mulierum nominibus percontari. Sic vero tradunt: אמיה דאברהם אמתלאי בת כר נבו אמיה דהמן אמתלאי בת עורבתא וסימנית טמא טמא טהור טהור אמיה דדוד נצבת בת עדאל שמה אמיה דשמשון צללפונית ואחתיה נשיא׃ id eſt: (Si quis Infidelis exigat, ut quoniam de Matrum Iſaaci & Jacobi nominibus, e ſacris literis conſtat, pariter Abrahami matris nomen ediſſeras, inquito:) *Mater Abrahami vocata eſt Emtelai filia כר Car Nebo:* (Atque per occaſionem, ob ſimilitudinem nominum, notandum,) *Hamanis Matri, nomen fuiſſe Emtelai filia Orabtæ;* (ne vero iſta confundas,) *memineris, mundum nomen ad mundum, immundum contra ad immundum pertinere.* (Nam כר *Agnus*, mundum animal, optime Abrahamo convenit, עורב Corvus impurus, in Hamanem quadrat. Porro, cum de plerisq; Regibus legatur, qua quisque Matre genitus ſit, ſi ſolam Davidis Matrem omiſſam aliquis queratur, dicas:) *Mater Davidis erat Nazbat filia Adal. Amplius, Simſon Matrem habuit Zelalponit, cujus ſoror Naſchian.*

3. Delicias oculorum] Omnino, ceu nos legimus, ישרות עיניו legendum eſſe, ſuadet ratio. ישרותידי quod in Talmud Amſtel. irrepſit, non æſtimem titivilitio.

4. Et deſcendit] Retinuimus וירד ceu habent Editiones En Jacob, etſi in ſacro Textu eſt וילך eaque vox in Talmude Amſtel. reſti-

ſtuta deprehenditur. Oſtendendum enim Judæis, nec ipſorum Magiſtros verba Scripturæ ſemper ſecundum omnes apices allegaſſe, ſed ſenſum ſæpe tantum afferre. Quo pertinet, quod legitur in Halich. Ol. pag. 77. דרך הגמרא לקצר המקראות ואינו מביא אותם כהויתן: id eſt, ut vertit Cl. l' Empereur: *Gemara Scripturas contrahere ſolet, ut eas quemadmodum ſunt, non producat.* Hæc ſi ad animum revocarent Judæi, non cavillarentur Scriptores Novi Fœderis, quod eadem & ipſi, cum e Veteri Teſtamento dicta quædam allegant, pro re nata feciſſe deprehenduntur.

5. Principium enim perverſitatis &c.] Etſi ii amores quos Thimnathæ contraxit Simſon, præceſſere alteros, quibus Aſſæ indulſit, tamen priores a vitio Nuptiarum liberat autoritas. Poſteriores excuſari nulla ratione poſſunt, fuere enim meretricii.

כ

ויהי אחרי כן ויאהב אשה
בנחל שורק ושמה דלילה
תנא רב אומר אלמלא לא
נקרא שמה דלילה ראויה
היתה שתקר דלילה דלדלה
כחו דלדלה לבו דלדל מעשיו:
דלדלה כחו כתיב ויסר כחו
מעליו דלדלה לבו דכתי
ותרא דלילה כי הגיד לה
את כל לבו דלדלה מעשיו
דאסתלקה שכינ' הימנו דכתי
והוא לא ידע כי ה' סר מעליו
ותר' דלילה כי הגיד לה את
כל לבו מנא ידע' אר' חנן
אר' ניקרי' דברי אמרת אבי

Jud. c. XVI, 4.

XX.

Quapropter fuit poſtea, ut adamaret mulierem, in valle Sorek, cujus nomen Delila. Traditio: Raf dixit: Niſi nomen ei fuiſſet Delila, [1] æquum erat ut Delila vocaretur. Attenuavit enim ejus vires, attenuavit animum, & attenuavit illius opera. Vires attenuavit, Q. S. E. (verſ. 19.) *Et receſſit vis ejus ab eo.* Animum attenuavit, Q. S. E. (verſ. 18.) *Et vidit Delila eum indicaſſe ſibi, totum animum ſuum.* Opera ejus attenuavit: quippe divina gratia, ab eo receſſit. Q. S. E. (verſ. 20.) *Nam ipſe ignorabat Deum deſeruiſſe ſe. Et vidit Delila eum indicaſſe ſibi, totum animum ſuum.* Unde id perſpectum habuit? Scilicet ait Raf, tradente R. Channan: [2] Cognoſcuntur (*facile*) ex ſe-

אם ידעה באותו צדי דלא
מפיק שם לבטלה ביון דאמר
לה כי נזיר אלהים אני אמר
השתא ודאי וקשטא קאמר
ויהי כי הציקה לו בדברי
כל הימים ותאלצהו ותקצר
נפשו למות מאי ותאלצהו
אמר ר יצחק דבי ר אמי סמ
בשערת נמר ביאה נשמטת
מתחתיו ועתה השמרי נא
ואל תשתי יין ושכר ואל נא
תאכלי כל טמא מאי כל טמא
ותו עד השתא דברים טמאים
קאכלה אר יצח דבי רבי
אמי דברים האסורי לנזיר
ויבקע אלהי את המכתש
אשר בלחי ויצאו ממנו מים
וישת אמר ר יצחק דבי ר אמי
הוא נתאוה לדבר טמא
לפיכך נתלו חייו בדבר טמא

ex ſe ipſis, ea quæ vera ſunt. Abai dicit: Sciebat tam pium hominem, non prolaturum nomen divinum fruſtra. Nam quia ille dixerat: *Quod Naziræus Dei ſum.* Tum illa: Nunc manifeſtum eſt, veritatem eum loqui. *Fuit itaq; cum premeret eum verbis ſuis quotidie, & ſubdole urgeret eum, denig; imminueretur animus ejus, ac ſi moriturus eſſet.* Quid eſt illud, *Subdole urgeret?* Dixit R. Iſaac, familiaris R. Amai: Tempore intenſiſſimi concubitus, ſubtraxit ſe ei. *Jam ergo cave tibi nunc, & ne bibito vinum, aut potum inebriantem: neq; comedito quicquam immundi.* Quid hoc eſt; *quicquam immundi?* Et amplius; Num hactenus inmunda comederat? Nempe exponit R. Iſaac, familiaris R. A. locum hunc, de rebus Naziræo prohibitis. *Et fidit Deus alveolum dentis in maxilla, ita ut prodirent ex eo aquæ, & bibit.* Ait idem R. Iſaac, Familiaris R. A. Ipſe deſiderio rei inmundæ tenebatur, igitur vita ejus a re inmunda pependit.

vers. 17.

vers. 16.

c. XIII, 4.

c. XV, 19.

ANNOTATA.

1. Æquum erat ut Delila vocaretur] Judæi Veteres magni fuere Conjectores & Interpretes Nominum quibus quisq; deſignabatur, & ex iis de vita, fortunis, & moribus capiebant auguria: Aut eorum qui pridem deceſſerant, nomina, cum ipſorum dictis & factis optime conve-

 niſſe.

niſſe, oſtendere nixi ſunt. Habemus ejus rei in Talmude exempla plane infinita, nec parca manu Sota noſtra, in iis quæ ſequuntur, talia ſuppeditabit. Hinc adeo e Zijuni Libro Cabbaliſtico, in ילקט ראובני voce נשמרת hæc adducuntur verba: עיקר החיים והמות תלוי בשם האיש וגם המזל id eſt: *Et vita pariter & mors hominis fortunaq; in nomine ejus ſita ſunt.* Fui ſolicitus in perveſtiganda cauſa, quæ ad hæc credenda Sapientes compulerit; non vero reperi hactenus aliam, quam quod in Berachot fol. 7. b. legitur: מנא לן דשמא גרים אמר ר' אלעזר ראמר קרא לכו חזו מפעלות יי' אשר שם שמות בארץ אל תקרי שמית אלא שמורת: id eſt: *Unde probabitur a nomine cujusq; multos effectus dependere? Ait R. Eleaſar, id Scripturam innuere iſtis* (Pſ. XLVI, 9.) Venite & videte opera Domini, qui ponit שמורת in terra. *Ubi non legendum* Schammot, (*quod eſt Deſolationes:*) Sed, Schemot, (*id eſt, Nomina.*) Autor Schalſch. Hakkab. p. 56. a. non inelegantem nobis narrat hiſtoriam, quam ex ore ejus referre non pigebit. Ajunt, inquit, R. Moſche Nachmanidem, habuiſſe diſcipulum quendam, cui nomen erat R. Abner, cum dementia cœpit, ut a Judaica religione deficiens, profanam amplecteretur, quæ res ingentem dignitatem, fortunasq; ampliſſimas homini peperit. Advocato autem aliquando Nachmanide Magiſtro, cum eo præſente inſpectanteq; ſuis manibus porcum mactaſſet, & excoctum comediſſet, quæſivit a Magiſtro, quoties hoc facto Exciſionis pœnam incurreret? Quater reſpondebat Magiſter: Sed ipſe quinquies reatum ſe contraxiſſe ajebat, atq; argumentis id evincere conabatur. Verum Nachmanides torve hominem aſpectans, cum aliquid reverentiæ erga veterem Præceptorem illi adhuc ſupereſſet, os ipſum compeſcere compulit. Mutato igitur ſermone, dicit R. Abner, ad Nachmanidem, memini me audiviſſe quondam ex te, cum prælegeres Hymnum quo Moſes vale huic orbi dixit, contineri in ea Ode, nomina omnium quotquot in hoc univerſo ſunt rerum, omniumq; mortalium. Reſpondit Nachmanides: Agnoſco me ita docuiſſe, idemq; etiam nunc tueor, facito modo periculum ullius rei, & faxo vera me tradidiſſe deprehendas. Hic vero petere R. Abner, ut ſuum nomen in Moſis cantico expreſſum, oſtenderet. Seceſſit paululum Nachmanides, ad Deum preces fuſurus, atq; vix hoc agere cœperat, & venit ei in mentem verſus 26. illius Cantici: אמרתי אפאיהם אשביתה מאנוש זכרם id eſt: *Angulatim profligabo illos, faciam ut ceſſet a mortalibus memoria eorum.* Cujus dicti tertiam quamq; ſingularum vocum literam accipiendo, vere emergere deprehendit illud nomen ר' אבנר quod quærebat, & ad Diſcipulum id retulit. Percuſſus vehementer caſu tam inſperato R. Abner, rogat Nachmanidem, num quis pœnitentiæ, veniæq; locus adhuc ſupereſſet? Qui, audiviſti, inquit,

quit, quid ipsa Scriptura tibi comminetur, nec habeo quod addam. Cum vero his dictis missum fecisset Discipulum, conjecit se iste desperabundus propere in navim, remige & gubernatore destitutam, ventoq; ac fluctibus, se quocunq; gentium abducendi potestatem fecit, neq; sane constat, quid post eum diem de illo sit factum. Sive vera, sive conficta ista sunt, placet tamen exemplum. Et vero, cum ante hos complures annos, aliquando ad haud perfunctorie eruditum, Rabbinum quendam Viennensem viserem, vario sermone, inter reliqua ad id quoq; deveni, ut quærerem, num & ipse idem quod Nachmanides fecit, polliceri sustineat, & an rei cujusq; nomen, ex Mosis Cantico exsculpere se posse, præsumeret? Cumq; id serio recepisset, meum ego nomen, hominem quærere jussi, proposito præmio, si promissioni esset satisfacturus. Petiit tridui spatium ad deliberandum, sed eo nondum exacto, accurrit ad me perquam lætus, ac ad versum 12. Cantici Mosis, monet ut respiciam; haberi enim ibi

יהוה בדד ינחנו׃

id est:

DEUS solus ducet eum:

Ubi postremi vocabuli literas, si inter se permutem, tum habiturum me יוחנן nomen meum proprium. Non poteram refragari opera sua defunctum esse Rabbinum, JOHANNES enim est Hebræorum יוחנן atq; ego quoq; Hebraico nomine יוחנן semper in Epistolis ad eundem missis, uti consueveram; quare præmium quod fui pollicitus, conduplicavi ac libens. Cæterum, nimium triumphans ego, tam faustis, tam bene ominatis verbis, tantoq; cui sacro-sanctum tetragrammaton nomen innexum est auspicio, intra memet pio, ac felicissima quæq; præsagiente animo, Eja, inquam,

Duc me Parens, celsique Dominator Poli,
Quocunq; placuit, nulla parendi mora est;
Assum impiger!

Enim vero: Sane duxit me hactenus Deus meus: Certe Providentiæ ejus singularem curam expertus sum. Quod, uti devota mente gratus agnosco, ita supplex eum precor, ne me segreget a se, ne deserat, sed ut ducat me porro per salebrosas hujus Orbis vias, deducatque tandem ad æterna tabernacula, quo æternum rata sint promissa יהוה בדד ינחנו Ita Faxit! אמן אמן כן יהי רצון

Possem plura ex Hebræorum Libris, de Nominibus annotare, nisi in his desinere decrevissem, reliqua Commentariis ad Massechet Purim reservans. Sed, dicat quis, pernimium videri, quod Judæi Nominibus tribuunt, nec fieri posse ut ab iis omnia rerum momenta dependeant, cum, quæ ab Etymologia & Conjugatis ducuntur probationibus, nihil imbecillius esse, etiam Logicorum pueri docere queant. Equidem nec ipse Judæis, ad hanc causam defendendam Advocatus venio, non enim ultra illud, nescio cujus antiqui Patris, apud Oecumenium ad c. 9. Actor. dictum, Πολλὰ ἂν οἰκονομικῶς Ὀνόματα τίθεται: temere progredi, unquam audebo. Interim non soli modum hic excedunt Judæi, etiam Christiani delinquimus, atque

Iliacos intra Muros, peccatur, & extra.

Caroli de Fabri da Mondolfo I. V. D. in libro quem inscripsit, Scudo di Christo, dedicavitque Odoardo Cardinali Farnesio, cap. 1. verba sunt: *Vero è*, che nomen sit consequens rei, *Li esperti e prattici Criminalisti per cio quotidianamente con effetto, cotal detto in prattica pongono. Poiche da vn bello e corrente nome, overo cognome, illatione per fetta, o bonissima conjettura ne deducono, e presuppongono, che dal contrafatto e stravagante, tutto l' opposito giudicano, e sentono; presuntione d' animo perverso cavandone.* Quæ verba, quomodo Juris Civilis Consulto excidere potuerint, mirari satis nequeo, nam in Foro, & adeo, cum de capite hominis agitur, valde referre quo quis nomine censeatur, nescio quo SCto decretum, cujus Prætoris Edicto cautum, a quo Cæsare promulgatum sit. *Nominis, Cognominis, Prænominis, impositionem liberam privatis, mutationem innocentibus periculosam non esse*, Diocletianus & Maximianus Juliano rescripserunt l. un. C. de mutat. nom. manifesto indicio, de Nominibus Reorum haud admodum Magistratus laborare debere; nam quis innocens erit, si ad sinistre de quoquam suspicandum, sufficit ex nomine conjectatio? Ergo, diu animum inducere non potui, ut Carolo de Fabri crederem, ullos Judices tam iniquos esse, ut ex solo nomine, de accusati innocentia, vel culpa, argumentum petant. Sed tandem comperi nihil perperam ipsum docuisse, atque adeo, obtinere hoc etiam coram sacro Inquisitionis Tribunali, Marco Vigerio in Decachordo Christiano fol. 64. a. perhibente testimonium; quod quidem ex Cl. Dilherri nostri, tom. 1. Disput. p. 226. (nec enim meis manibus librum trivi) excerpam. *Fama est celeberrimæ memoriæ Ægidium Carvagliar Hispanum Cardinalem jura Romanæ Ecclesiæ in Italia resarcientem, & Italiam ipsam malis hominibus expurgantem, cum dyscolum aliquem sceleſtumve examinaret, de nomine primum solitum quærere: quod si infaustum infameve sentiret, puniri jubere solitum qui fuerat examinandus.*

Ita

Na diem nescio quem interrogaret: Quod tibi nomen bone vir est? Illo respondente, Spazza Croce; *& ego inquit Cardinalis*, te spazzero la cervice! *sicque eum recte suffocari jussisse. Alterum respondentem, se nominari* Brusca Bosco; *bene erit!* Sed Bosco hora brugera te, *respondit, illumq; ignibus tradidisse cremandum. Tertio, se dicenti* Beccha: Bene bene, bibas, *inquit*, si bene becchasti: *& mox flumine submergi mandasse.* Fidem vestram, o Superi! tam prodige ne homo, hominibus uti potuit, ut ad extremo supplicio miseros afficiendos, nihil ultra requireretur, quam nomen quomodocunque καλόφωνον? Dispeream, si memini tantum facinus legisse me, in omni Veteri Historia, sed nec in Nova quidem, præter unum Tamerlanis exemplum; quanquam & effectu res caruit, atque intra solum conatum, vel minas potius, constitisse deprehenditur. Nam apud Achmedem filium Guerapsis lib. 5. de vita Tamerlanis, Bisecus a Damasci Sultano ad illum Tyrannum Legatus missus, his omnino verbis, doctissimo nostro Petro Vattierio Interprete, eventum expeditionis suæ commemorat. *Si tost que je fus devant luy, & que je luy eu presenté la lettre, il la leut, & puis me parla. Dy verité, me dit il: comment t' appelles tu? Je m' appelle Bisec, respondis je. Que signifie, repliqua il, ce miserable mot? Je n' en scay rien, dis je, nostre Maistre. Tu ne scais pas ce que signifie le nom que tu portes, adjousta-il, ny de quelle consequence il est: & comment serois tu capable de bien faire vne Ambassade? Scaches, Bisec, que si ce n' estoit que la coustume des Rois porte de ne point faire de mal aux Ambassadeurs: si ce droit n' avoit esté estably par les Princes du temps passé, & observé par les Sultans dont je veux suiure les traces, & faire reuiure les bonnes actions, je te traiterois, comme il appartiendroit, & te donnerois, ce que tu merite.*

2. Cognoscuntur facile ex se ipsis &c.] Hoc volunt: Poterat quis dicere, suspicari debuisse Delilam, quia jam ter a Simsone verbis vaferrimis decepta fuerat, eapropter nec illos sermones, cum vim quo pollebat roboris, in eo consistere ajebat, quod caput suum Novaculam nunquam admisisset, quodque Naziræus esset, haud magnam fidem mereri, & imprudenter ipsam, causa nondum explorata, quod omnem Simsonis animum perspectum haberet, Philistæorum Satrapis nunciari jussisse. Nimirum, non dolis amplius, sed serio secum egisse Simsonem, res ipsa loquebatur. Cæsaries enim illi erat prolixa, a vino semper abstinuisse deprehendebatur, proinde facile veritas seipsam prodidit.

3. Non prolaturum &c.] Utinam Christiani tam providi essemus, in non temere & citra reverentiam proferendo nomine Divino, ac Ju-

השומע הזכרת השם מפי חבירו צריך
לנדותו ואם לא נדהו הוא עצמו יהא בנדוי: id eſt: *Quisquis audit nomen Dei a quoquam* (temere) *proferri, is tenetur anathema illi dicere: Quod ſi id non faciat ipſe anathematis reatum incurrit.* Liber Chaſidim Num. 3.

זכר צדיק לברכה צדיקו של עולם לברכה בכל פעם ופעם שאנו מזכירים את ש' הנכבד והנורא חייבים אנו לברכו בלשון הקדש יתברך שמו וחסידי הדעת יבינו משל זה לאדם אשר בנו הלך לדרך מרחקי' או אוהבו כאשר מזכירו הוא אומר בני לשלו' יפקד היום הזה יהיה טוב עליו ומה אדם שמח אומר מנוחתו כבוד הקב"ה שהוא חי וקיים יתברך שמו של יוצרינו על אחת כמה וכמה שיש לברכו על

Prov. X, 7. הזכרת שמו שהוא חי וקיים ית' שמו הנכבד: id eſt: (Præcipit Scriptura:) Memoriam juſti debere eſſe in benedictione. *Quod imprimis de eo, qui per eſſentiam juſtus eſt, accipi debet. Quotiescunque igitur Dei Optimi Maximi mentionem facimus, tenemur prædicare Nomen ejus Linguâ Sanctâ,* (ac dicere:) *Sit nomen ejus Benedictum! Rudiores, rei neceſſitatem aſſequentur ex hac ſimilitudine. Paterfamilias, cujus filius, aut amicus, peregre profectus eſt, ſi quando ejus mentionem facit, addit:*

Luc. I, 78. Filius meus cui Pax ſit! * Viſitetur hodie (cœlitus!) Bene ſit illi! *De mortuo quoq; loquentes, dicimus:* Quieſcat in Gloria! *Quanto magis igitur æquum eſt, ut Dei vivi, æterniq;, qui benedictus ſit, Nomine prolato, laudes addamus? Nam vivit ipſe, perennatq;. Et vero: Sit tremendum Nomen ejus benedictum!*

4. Vita ejus a re immunda pependit] A maxilla ſcilicet Aſini, absque qua fuiſſet, ſiti pereundum erat Simſoni. Atque omnino aquis, ex aſini maxilla manantibus, non e fonte, ceu quibusdam placuit, Simſonem ſitim reſtinxiſſe, ſolide probat incomparabilis Bochartus tom. 1. Hieroz. p. 202. ſeqq. Cæterum corrigendus error eſt, quo Rabbot fol. 232. col. 1. dum in præſenti negotio נחלו חיו מרם טמא perperam legunt, laborant.

כא XXI.

ותחל רוח ה' לפעמו במחנה
דן אמר ר' אחא ברחנינא אותו
היום חלה נבואתו של יעקב

ET cæpit Spiritus Domini, agere eum, in caſtris Dan. (*Jud. XIII. verſ. ult.*) Ait R. Acha F. R. Ch. Illa ipſa die, cœpit impleri vaticini-

אבינו דכתיב יהי דן נחש עלי
דרך : לפעמו אר יצחק דבי
ר אמו מלמד שהיתה רוח
הקדש מקשקש לפניו כזונ
כתי הכא לפעמו וכתיב התם
פעמון זהב ורמון : בין צרעה
ובין אשתאול אר אסי צרעה
ואשתאול שני הרים גדולים
היו ועקרן שמשון וטחנן זה
בזה : והוא יחל להושיע את
ישראל מיד פלשתים אמר ר
אחא בר חנינא הוחלה
שבועתו של אבימלך שנאמ
אם תשקור לי ולניני ולנכדי:
וינדל הנער ויברכהו ה במה
ברכו אמ רב יהוד אמ רב
שברכו באמתו אמתו כבני
אדם וזרעו כנחל שוטף:

ticinium Jacobi patris noſtri, ſcriptum enim eſt (Gen. XLIX. verſ. 17.) *Erit Dan ſerpens juxta viam. Agere eum.* Hoc verbo, tradente R. Iſaaco familiari R. A. docetur, [a] Spiritum S. [b] ſonitum coram eo edidiſſe tintinnabuli adinſtar. Hîc enim ſcriptum eſt לפעמו: Alibi vero, (Ex. ſilicet XXVIII, 34.) פעמון (id eſt) *[Tintinabulum] aureum, & malogranatum. Inter Zora & Eſchthaol.* Autor eſt R. Aſſe, Zora, & Eſchthaol, duos montes prægrandes fuiſſe, atque hos radicitus evulſiſſe Simſonem, & mutuo attriviſſe. *Et ipſe incipiet ſervare Iſraëlem e manu Philiſtæorum.* R. Acha F. R. Ch. ait: [c] Exſpiravit jusjurandum Abimelecho præſtitũ, de quo S. E. (Gen. XXI, 23.) *Si mentitus fueris mihi, aut filio meo, aut nepoti meo. Adolevitq; puer ille, & proſperavit eum Dominus.* Quam rem ejus proſperavit? R. Juda, nomine Raf, dixit, [d] illam partem, qua vir erat, proſperatam fuiſſe, nec enim aliorum virilia excedebat, attamen ſemen erat inſtar torrentis rapidiſſimi.

Jud. XIII. v. ult.

verſ. 5.

verſ. 24.

ANNOTATA.

1. Illa ipſa die] In Talmude Amſtel. omittuntur voces שהיתה היום quas ſatius erat expreſſiſſe. Num vero *R. Acha*, uti nos ex

En Jacob ſcripſimus, an vero *R. Chama*, ceu Talmud indicat, iſta dixerit, equidem ineptus eſſem, prodigusque temporis, ſi inquirerem.

2. Spiritum S.] Talmud pro רוח הקדש habet שכינה Quia enim quid inter iſta duo ſit diſcriminis, ignorant Judæi, ideo ſæpe confunduntur.

3. Sonitum coram eo edidiſſe] Puta ut viam illi oſtenderet, qua eundum erat. Elias in Tisbi: נוהגי לקרא הפעמוני הגדולים שתולים הנוצרי בתוך מגדלי בית אלהיהם קשקושים בלא גלוקן ובלעז קאמפאני: id eſt: *Solent vocare Tintinnabula magna, qua Chriſtiani, in medio turrium templorum ſuorum ſuſpendunt,* קשקושים *Germanis appellantur* Klocken: *Italis noſtris,* Campane.

4. Exſpiravit jusjurandum &c.] Quippe non amplius tenebantur Judæi, jurato fœdere, quod Abrahamus pepigerat: שהם עברו על השבועה תחלה: id eſt: *Nam Philiſtæi primi, fidem datam fregerant,* ut ait Raſchi; quod probo. Nec enim perſuadent ſuam mentem, ex Noſtratibus ii Scripturæ Explicatores, qui Abrahamum tantum ſui unius, non poſterorum nomine juraſſe, commentati ſunt: textus illis repugnat.

5. Illam partem &c.] Jure merito, hunc locum, inter inſana Judæorum dicta, retulit *Petrus Pichi*, in libello quem vocavit: *Le Stolte dottrine de gli Ebrei c.* 5. ubi ſcribit: *Nellibro de' Giudici dicendoſi, che Dio ſi benediſſe Sanſone; Vanno i Rabbini cercando in che lo benediſſe, ed in che conſiſteua queſta benedittione, o che gratia particolare gli haueſſe fatta Dio; e riſpondono coſa brutta, ed abomineuole affatto.* Proh! quantum eſt ſcelus, quod nequam homines, limpidos divini verbi fontes, ſpurcitie ſua contaminare, & ex defæcato auro, lutum eruere moliuntur. Scilicet, τοῖς μεμιασμένοις καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρὸν, ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν, καὶ ὁ νοῦς, καὶ ἡ συνείδησις.

6. Nec enim aliorum &c.] Videat qui poteſt, & talibus ad Judæos impugnandos uti vult, hujus farinæ alia, in Bava Mezia fol. 84. a. Ab omnibus promiſcue ſimilia legi, neutiquam conſultum duco; & noſtro animo alte inſcriptum eſt, illud in Cetubot fol. 8. b. לעולם על יפתח אדם פיו לשטן: id eſt: *Nunquam aperiat homo oſ ſuum Sathanæ:* itemq; alterum, quod ibi præcedit: הכל יודעין כלה למה נכנסה לחופה אלא כל המגבל פיו ומוציא דבר נבלה מפיו נחתם לו גזר דינו של ע' שנה לטובה נהפך עליו לרעה: id eſt: *Nemo non ſcit, ob quam cauſam Sponſa in thalamum deducatur: at qui ore obſcæno turpibus ſermoni-*

monibus indulget, ſi maxime in Cœlo decretum factum eſt, univerſos LXX. annos eum in felicitate degere debere, tamen ut illud decretum in deterius mutetur, efficit.

כב

ויקרא שמשון אל ה' ויאמר
ה' אלדים זכרני נא וחזקני
נא אך הפעם הזה ואנקמה
נקם אחת משתי עיני
מפלשתים אמר רב יהודה
אמר רב אמר שמשון לפני
הקב"ה רבונו של עולם זכור
לי עשרים ושתים שנה
ששפטתי את ישראל ולא
אמרתי לאחד מהם העב לי
מקל ממקום למקום׃

XXII.

ET *invocavit Simſon Dominum,* Jud. XVI, 28.
dicebatq; : Domine Deus, recordare mei obſecro & confirma me obſecro tantum hac vice, ut ſumam de Philiſtæis ultionem unam, ex ambobus oculis meis. [1] R. Judas nomine Raf perhibet, in hanc ſententiam Simſonem coram DEO B. precatum: Dominator Univerſi, recordare illorum viginti & duorum annorum, quibus Iſraëlitas judicavi, neque cuiquam illorum dixi, transfer mihi ſcipionem, [2] de hoc in iſtum locum.

ANNOTATA.

1. R. Judas] אמר רב יהודה non legitur in Talmude.

2. De hoc in iſtum locum] Poſtita in Rabbot fol. 232. col. 2. additur: מהו האלהים ואנקמה נקם אחת משתי עיני מפלשתים אר' אחא אמר לפניו רבון העולם תן לי שכר עיני אחת בעולם הזה וזכר עיני אחת תהא מתוקנת לי לעתיד לבא: id eſt: *Quis ſenſus verborum:* O DEUS, ut ſumam de Philiſtæis ultionem unam, ex ambobus oculis meis. *Exponente R. Acha ſic precatus eſt* (Simſon:) *O Rector Univerſi, da mihi præmium unius oculi, in hoc ſeculo, atq; alterius oculi merces, me maneat in ſeculo futuro.*

כג

Jud. XV, 4. וילך שמשון וילכד שלש מאורת שועלים מאי שנא שועלים אמר רבי אייבו בר ניגרי אמ' ר' חייא בר אבא אמר שמשון יבא שועל שחוזר לאחוריו ויפרע מפלשתים ת"ח שחזרו משבועתן: תניא אמר ר' שמעון החסיד בין כתפיו של שמשון ששים אמה היה שנ' וישכב שמשון עד חצי הלילה ויקם בחצי הלילה ויאחוז בדלתות שער העיר ובשתי המווזות ויסעם עם הבריח וישם על כתפיו: תנא אין דלתות עזה פחותות מ"ם משלשים אמה: ויהי טוחן בבית האסורים אמר רבי יוחנן אין טחינה אלא לשון עבירה וכן הוא אומר תטחן לאחר אשתי ועליה יברעון אחרים מלמד שכל אחד ואחד הביא לו אשתו כדי שתתעבר ממנו אמר רב פפא היינו

c. XVI, 3.

v. 21.

XXIII.

E*Tabiit Simſon cepitq; trecentas vulpes.* Cur præcipue Vulpes? Reſpondet R. Aibo F. N. nomine R. Chajæ F. A. Cogitabat Simſon: Prodeat in medium [1] Vulpes, quæ retrocedit, ultura Philiſtæos, qui a jurejurando deſciverunt. Traditio [2] R. Simeon cognomento Pius, ait: Inter utrumque armum Simſonis LX. ulnarum intervallum fuit. Q. S. E. *Et dormivit Simſon usq; ad medium noctis, & inde conſurgens medio noctis arripuit fores portæ civitatis, una cum poſtibus ſuis, & ſera, easq; portavit ſuper humeros ſuos poſitas.* Atque traditio extat [3] portas Aſſæ non minores fuiſſe LX. cubitis. *Erat molens in carcere.* R. Jochanan cenſet, [4] *Molituram* hoc loco, nil niſi rem veneream indicare: prout in alio parallelo: (Job. XXXI, 10.) *Molat alteri uxor mea, & ſuper eam incurvent ſe alii.* Quare docetur, quemque adduxiſſe illi uxorem ſuam in carcerem, ut ab eo gravidaretur. Ait R. Papa: Hoc eſt, quod vulgi ore frequentatur: [4] *Vinum bibenti,* (obtingit) *vinum: terram vero fodienti,* (obtingit) [5] *caniſtrum* [6] *olerum*

דאמרי אינשי קמי דשתי שם
חמרא חמרא קמי רפוקא זז
גריווא דובלא: ואמר רבי
יוחנן כל המזנרת אשתו מונה
עליו שנאמר אם נפתח לבי
על אשה ועל פתח רעי ארבתי
תטחן לאחר אשתי ועלירת
יברעון אחרים והיינו דאמרי
אינשי איהו בי כרי ואיתתיה
בי בוצינא:

rum. R. Jochanan inquit: Quisquis mœchatur, is quoque habet uxorem mœcham: Q.S.E. *Si pellectus, fuit animus meus ad mulierem, aut ad oſtium proximi mei, inſidiatus ſum: Molat alteri uxor mea & ſuper eam incurvent ſe alii.* Hinc vulgo dicitur: [7] *Maritus appetit cucurbitas, & uxor pepones.*

ANNOTATA.

1. Vulpes quæ retrocedit &c.] Poſtquam allegaſſet præſentem hunc Gemaræ noſtræ locum, ſtupendæ eruditionis Vir, Samuel Bochartus in Hieroz. to. 1. p. 856. ſubjungit deinde: *Ego Vulpes retrocedere, & in averſum ire, alibi nusquam legi.* Et ſane, ſi hoc volunt Talmudiſtæ, Vulpem eſſe animal retrogradum, non id quod verum eſt prodiderunt, eorumque aſſertio, non teſtibus tantum deſtituitur, ſed & adverſam habet experientiam. Non male tamen, meo judicio, ſalvavit hæc verba, R. Salomo in Gloſſa, inquiens: כשצדין אותו אינו מרחיק לברוח אלא חוזר עקלקלות: id eſt: *Cum Vulpem venantur, non conjicit ſe in fugam, ſed reverſa, per anfractus* (elabendi rimas quæritat.)

2. Portas Aſſæ non minores fuiſſe LX cubitis] Quia Simſon ſuper humeros Portas poſuiſſe dicitur, inde colligunt Rabbini, haud minores fuiſſe humeros, ipſismet Portis, nec enim cæteroquin verè ſuper illos poſitæ, dici poterant.

3. Molituram, hoc loco &c.] Eandem Translationem Græcis, Latinisque Scriptoribus uſitatum quoque eſſe, Scaliger ad Auſon. Lambinus ad Hor. 1. Serm. Sat. 2. Dilherrus ὁ μακαρίτης in Electis, & alii, obſervarunt.

4. Vinum bibenti &c.] Senſus dicti omnino videtur eſſe, quem expreſſimus, conveniuntque nobiſcum Gloſſæ tam Talmudis quam

Rabbot. Paulo aliter explicat Buxtorfius in Lex. Talm. p. 2281. vultque innui, *Cui quis assuetus pro vitæ suæ statu, id magis ei allubescere, eoq; sustentandum esse, & similia labra, similes lactucas quærere.* His paria apud eundem in eodem legas libro p. 472. Sed hæc, ceu dixi, nonnihil aliena sunt a proposito, & parœmiæ significatu: Nimirum, ad illud sive Fatum, sive Fortunam respicitur, quæ ita res temperant, ut iis qui delicate enutriti sunt, semper aliquid cupediarum, duriter educatis, non nisi viliores cibi obtingant. Facit huc apprime quod legitur in Cetubot fol. 67. b. דחזא דאתא לקמיה דרבא אמר ליה במה אתה סועד אמר ליה בתרנגולא פטומה ויין ישן אמר ליה ולא חיישת לדוחקא דציבורא אמר ליה אטו מדידהו קאכילנא מרחמנא קאכילנא דתניא עיני כל אליך ישברו ואתה נותן להם את אכלם בעתו בעתם לא נאמר אלא בעתו מלמד שכל אחד ואחד נותן הקבה פרנסתו בעתו אדהכי אתאי אחתיה דרבא דלא חזי ליה תליסר שני ואתיא ליה תרנגולת פטומה ויין ישן אמר מאי דקמאי אמר ליה נעניתי לך קום אכול: id est: *Venit* (Mendicus) *quidam, ad Rabam,* (cibum petens,) *quærit igitur ex eo Raba, qua re vesci consuevisset?* (ut cibo usitato eum alere posset.) *Respondet mendicus, solere se frui Gallina præpingui, & vino veteri.* (Ibi vero, Raba, & tu, mi homo) *inquit, annon metuis laboraturos aliquando inopia concives,* (nec semper suffecturos, ad subministrandum, cibos tam opiparos?) *Subjicit alter: Atenim, num quæ illorum sunt, ego comedo? Imo vero, quæ benignissimi Numinis sunt, hæc equidem comedo. Quippe sic tradunt Sapientes:* (Ait Scriptura:) Oculi omnium in te sperant, quibus das escam ipsorum, tempore suo. *Non dicitur,* Tempore ipsorum, *sed potius:* Tempore suo: *quo ipso indicatur, Deum cuiq; tempore debito, cibum suum impertiri. Dum ita colloquuntur, venit Soror Rabæ, quam totis tredecim annis non viderat, attulitq; ei Gallinam pinguissimam, & vetus Falernum.* (Hic vero plenus stuporis Raba) *quid hoc, ait, monstri est?* (tanto tempore Sororem non vidi, & jam ita attemperate Gallinam mihi affert, vinumque: Mirum, ni id Deus, hominis istius mendici causa fecit. Quamobrem ad eum conversus,) *dicit, heus, obsecro, surge, comede.*

Psalm. CXLV. 15.

5. Canistrum] Pro גריוא in Talmude & Rabbot est גרידא nulla, quod ad sensum attinet, differentia.

6. Olerum] Cl. Buxtorfio in Lex. Talm. p. 472. vox דובלא suspecta est, atque, quia in R. Salomonis Glossæ, prout ad hunc locum in Talmude editur, principio, repererat דיבלי ideo eam lectionem tanquam meliorem arripiens, ד pro litera foris adventante, verboque

יבלי

יבלי ſerviente accipit. Nobis contra דיבלי vitioſum videtur, חובלא vero, non item. Nam non tantum Codices En Jacob, in ipſo illo loco, quem pro ſe allegat Vir doctus, דובלי legunt, non דיבלי, ſed & mox in ipſiſſima R. Salamonis Gloſſa, etiam prout in Talmude editur, verbis diſertis extat: חובלא מן ירק הוא id eſt: Verbo דיבלא *genus quoddam olcris ſignificatur*. Idemque legitur in מתנות כהונה ad Rabbot fol. 232. a. Originarium igitur utique eſt τὸ Dalet, non adventitium.

7. Maritus appetit cucurbitas] Vide hæc explicantem Buxtorfium in Lex. Talm. p. 338. & p. 2117. Quod vero poſteriore loco aſſerit, Paræmiam hanc, legi quoque in Chagiga fol. 1. in eo deſtituit illum memoria, nihil enim ibi reperio, & fortaſſe ſcribere volebat Megilla, fol. 12. a. quo loci idem dictum repetitur. In Aruch majore fol. 143. col. 2. inhoneſta, & fœda, præſentis Adagii legitur expoſitio, quam quia referre, a pudore ſuo alienum duxit optimus Buxtorfius, neq; nos profecto eadem chartas conſpurcabimus. Debebat cogitare Baal Aruch, quod eſt in Schabbat fol. 33. a. בעון נבלות הפרת צרות רבות וגזרות קשות מתחדשות ובחורי שונאי ישראל מתים יתומים ואלמנות צועקין ואינן נענין: id eſt: *Ob oris impudicitiam, magnæ calamitates, & fata aſpera ingruunt: Studioſi juvenes Hoſtium Judæorum* (κατ' ἐυφημίαν loquendo) *moriuntur, pupilli quoq; viduæq; clamitant, nec eſt qui eas ex audiat.*

כד

ואמר רבי יוחנן שמשון דן
את ישראל כאביהם שבשמים
שנאמר דן ידין עמו כאחד
ואמר רבי יוחנן שמשון על
שמו של הקב"ה נקרא שנא
כי שמש ומגן ה' אלדים אלא
מעתה לא ימחק אלא מעין
שמו של הב"ה מה הב"ה מגן
על כל העולם כולו אף שמשון
הגין בדורו על ישר: ואמר

XXIV.

PErgit R. Iochanan Simſon Iſraëlitas ad exemplum Patris cœleſtis judicavit. Q. S. E. (Gen. XLIX, 16.) *Dan judicabit populum ſuum,* [1] *ſicut unus.* [2] Porro ait R. Jochanan: Simſon Dei B. nomine inſignitur Q. S. E. (Pſ. LXXXIV, 12.) *Schemeſch & ſcutum eſt Dominus Deus.* (*Si id verum; igitur*) [1] hoc delere, nefas erit. (*Bene mones:*) quare potius (*ſic habendum:*) eſſe quandam analogiam inter Dei B. nomen, & Sim-

רבי יוחנן בלעם חיגר ברגלו אחת היה שנאמר וילך שפי שמשון חיגר בשתי רגליו ומז שנאמר שפיפן עלי אורח:

& Simſonis, (*ac proinde inter naturas quoq; utrorumq;.*) Deus enim B. clypeus eſt, totius univerſi; ſic [4] Simſon ſua ætate protexit Iſraëlitas. Denique ait R. Jochanan: [5] Bileam altero pede claudus fuit. Q. S. E. (Num. XXIII, 3.) *Et ivit* שפי Simſon vero [6] utroque pede ſubclaudicavit. Q. S. E. (Gen. XLIX, 17.) שפיפן *juxta viam.*

ANNOTATA.

1. Sicut unus] Nam אחד eſt inter Nomina Divina, atque ſic fere eam vocem quoque adhibuit Interpres Hebræus Matthæi, quem Joh. Tilius edidit cap. XIX. verſ. 17. מה תשאל לי על הטובה אין טוב אלא אחד יש טוב והוא האל: Qui locus, quod velut in transcurſu monebo, propemodum facit, ut ſuſpicer, ſecundum Vulgatam Latinam, non vero Græcum textum verſionem hanc Hebraicam eſſe adornatam. Quippe in Vulgata prorſus uti tranſtulit Hebræus, legimus: *Quid me interrogas de bono? Unus eſt bonus, Deus*: Quaſi nimirum hoc ſuo reſponſo, ad verborum Juvenis dicentis: Διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ἀγαθὸν ποιήσω, membrum poſterius reſpexiſſet Servator. At longe aliter eſt in Græco, &, τί με λέγεις ἀγαθόν; certo certius, ad priora pertinet. Nec aliter Syrus accepit dum tranſtulit: ܡܢܐ ܐܡܪ ܠܝ ܛܒ ܐܠܐ ܚܕ ܗܘ ܐܠܗܐ

Non temere admittenda Veteris Vulgati interpretatio, ut tanto rectius vindicari poſſint verba, a corruptelis Arianorum, qui illis ſegregaſſe Chriſtum a ſe, & bonitatem & divinitatem commenti ſunt. Nam ſi Græco, ceu fas eſt, textu ſtamus, tantum abeſt, ut iſta a ſe removerit Servator, ut potius utrumque ſibi tribuat, eſt enim ſenſus Catholicus: Quid me vocas bonum? Nullus eſt bonus niſi unus Deus, ſcilicet perfecte, & a ſeipſo: Quod ſi igitur vere & perfecte bonum me eſſe exiſtimas, Deum fatearis neceſſe eſt. Cæterum, miratione dignum eſt, quod de voce אחד Cl. Buxtorfius Synag. Judaic. cap. 5. prodidit, hanc nimirum Judæos in ſuis precibus, quas *Kris Schmah* appellitant, ſæpe per dimidiam, ſæpe per integram horam, cantando producere. Cauſam, cur id faciant, facile indagare eſt, nobis enim credunt ſe hæc occentare, quaſi qui de Dei Unitate male opinemur, cum tamen

tamen longe firmioribus, longeque melioribus argumentis illam propugnemus, quam ipſimet id faciunt. Interim eſſentiæ Unitas, ſaltem in Divinis, nihil impedit, quo minus tres Perſonas eadem complectatur, & ut, ceu S. Athanaſius in Symbolo loquitur, Θεὸν ἐν τριάδι, καὶ τριάδα ἐν μονάδι, colere nobis liceat. Hanc Catholicam veritatem, & urgentibus argumentis, &, ad captum hominum ſeſe accommodando, aliis veriſimilibus, pridem comprobavit Eccleſia. Hic vero non poſſumus non meminiſſe rationis alicujus Cabbaliſticæ, in quam nuper, Aponii, Scriptoris Antiqui, Commentarium Cantici Canticorum, in Tomum. 1. Bibl. SS. Patrum relatum, legentes, incidimus. In ipſa enim א litera, יחד sive unitatis cæteroquin indice, Trinitatis myſterium huic latere viſum eſt, & minimum meretur ut eum audiamus. Sic vero annotat ad verba:

Mille clypei dependent in ea, omnis armatura fortium : *Mille*, inquit, *plenarius numerus eſt, qui ab uno & primo elemento literæ ſurgit ſecundum Hebræam, & Syram, & Græcam linguam, & conſummatur in uno ; ad quem dum millia millium numerum hauris, reverteris ; cui addere nihil potes. His ſi detraxeris, numeri plenitudinem diſſipaſti ; quem ſi in partes quas ſecaveris, imparem facis, ſi tripertieris ; id eſt non erit parilis concordia numeri, ſecundum Arithmeticam vel Geometricam Diſciplinam, qui millenarium ſolidum indiviſibilemq; eſſe pronunciant. Quem Eccleſiaſtica in pleriſq; non renuit regula, eo quod multa myſteria comprehendantur ab Spiritu Sancto per numeri rationem in Scripturis Divinis. Qui millenarius numerus in Hebræa, Syra & Græca lingua, per primum elementum literæ, (ut dictum eſt) ſicut unum per ſolam literarum primam ſine apice ductam, ita & millenarius numerus tracto apice demonſtratur ; ut intelligatur, ſicut in uno & in primo numero per primum elementum oſtenſo, unius & primi (ante quod nihil) Dei Patris omnipotentiam demonſtrari. In quo elemento numeri ducto apice indiviſibilis & æterna, per millenarium numerum Trinitas declaratur.* Cant. IV, 4.

Quæ quidem, quoniam obſcurius dicta ſunt, quam ut ab iis qui arcana numerorum non ſatis tenent, intelligi poſſint, *Udalrici Regii* in hæc verba Cenſurâ adjicere oportet, quo lucem accipiant; ea hæc eſt: *Millenarium, imparem facis ſi tripertieris :* Millenarius enim per tria æqualiter dividi non poteſt. Atque ita per Ternarium, abſtruſe nobis ſignificatur ſacratiſſima & indiviſibilis Trias : per unitatem vero in diviſione relictam, exhibetur nobis monas, & unitas Triadis. *Millenarium numerum, ſolidum indiviſibilemq; eſſe pronunciant.* Millenarius dicitur numerus ſolidus, quod ſit Cubus denarii, nam decies decem decies, faciunt mille : Vide Hieronymum ſuper Amos, cap. V. *Sicut Unum per ſolam literarum primam ſive apice ductam ; ſic & millenarius tracto apice demonſtratur.* Sen-

1000(111

ſus is eſt : א prima Hebræorum litera, in numeris ſine punctо ſupra poſito ſignat unum, ſive unitatem ; cum punctulo vero ſic אֲ repræſentat mille : & ſic unitas Trinitatis, iterum exhibetur occulte per unitatem literæ & numeri (millenarii ſcilicet) in tria non diviſibilis. Hactenus Udalricus Regius.

2. Porro ait] Voce ואמר ceu ſupra pag. 85. quoque fecimus indicium, aliàs Objectio, plurimùm continuatio ſermonis notatur in Talmude, atque ſic huic loco, ubi R. Jochanan orationem perſequitur, optime convenit. Proinde hæc etiam reſtituenda in Talmude, ubi nude tantum אמר legitur.

3. Id delere nefas eſt] Prædicavi paulo ante circumſpectionem Judæorum, quam in enunciando Divino Nomine adhibent. Non contemnenda penitus, & illa eſt, qua in eodem ſcribendo utuntur : Nec enim profecto ideo culpari poſſunt, quod quantum in ſe eſt cavent, ne, ceu ore prolatum, ita nec literarum elementis expreſſum Dei nomen, ignominia aliqua, temere afficiatur. Notabile eſt, quod in Roſch Haſchana fol. 18. b. legitur : גזרת מלכות יון גזרת שלא להזכיר שם שמים על פיהם וכשגברת מלכות חשמונאי ונצחום התקינו שיהו מכירין שם שמים אפילו בשטרות וכך היו כותבים בשנת כך וכך ליוחנן כהן גדול לאל עליון וכששמעו חכמים ברבר אמרו למחר זרח פורע את חובו ונמצא שטר מוטל באשפרת וביטלו ואתו היום עשאוה יום טוב : id eſt : *Aliquando Græci, Judæis imperitantes, perſecutionem adverſus eos inſtituendo, præceperunt, ne quis Dei Nomen ore ſuo proferret. Cum vero familia Chasmonæorum proſpere res gereret, & Græcos viciſſet, juſſere ipſi, ut nomen Dei etiam in Contractuum Inſtrumentis exprimeretur : Sic igitur ordiebantur :* ANNO &c. PONTIFICATUS JOCHANANIS QUI EST PONTIFEX DEI SUPREMI. *Hæc ubi Sapientes audivere, dixerunt : Cras debitor ſolvet creditum, atq; ſic projicientur literæ contractus in fimetum. Ergo, ea conſuetudo ſublata eſt, illumq; diem fecere feſtum,* (in rei memoriam.) Cæterum, an Dei nomen in Chriſtianorum libris expreſſum, eodem honore proſequendum ſit, ac illud quod in ſuis libris exaratum, video non convenire inter Talmudiſtas, eſtque in hanc rem locus in Schabbat fol. 116. a. הגליונין וספרי מינין אין מצילין אותם מפני הדליק ר' יוסי אומר בתוך קורר את האזכרות שבהן וגונזן והשאר שורפן אמר ר' טרפון אקפח את בני שאם יבאו לידי שאני אשרוף אותן ואת האזכרות שבהן שאפי' אדם רודף אחריו להורגו ונחש רץ להכישו נכנס לבית ע"ז ואין נכנס לבתיהן של אלו שהללו מכירין וכופרין והללו אין מכירין וכופרין : id eſt : *Margines librorum* (noſtrorum,) *libriq; ἰῶν ἐξω, non liberantur ab*

igne

igne, (si forte die Sabbatho flammam conceperint.) *R. Jose ait, diebus profestis, e libris* (Christianorum) *eruenda esse divina nomina, & recondenda, quod autem supereſt, igne absumendum esse. At R. Tarphon dixit: Sim ego liberis meis superstes, si non ſicubi in manus meas incident, libros cremavero, cum ipsis qui in eis sunt divinis Nominibus. Nam si quis a Sicario petatur, aut si in quem serpens, ad eum ladendum irruat, potius in Delubrum Gentilium, quam in talium aedes se recipere debet, quod* (Christiani) *scientes iis quae vera sunt, obluctantur, Pagani, inscientes, id faciunt.*

4. Simson ſua ætate protexit Iſraëlitas] Merito dictum, *Sua ætate*; & ſic quoque παραφράζει, Uzielides, Gen. XLIX, 18. verba אמר יעקב כד חמא ית גדעון בר יואש ית שמשון בר מנוח דקיימין לפרוקן לא לפורקניה דגדעון אנא מסכי ולא לפורקניה דשמשון אנא מדיך דפורקנהון פורקן דשעתא אלהן לפורקניה דפורקנך סבירת ואורקי יי דפורקנך פורקן עלמין: id est: *Dixit Jacob, cum videret* (animo prophetico) *Gideonem filium Joas, & Simsonem filium Manoach, adfuturos ad liberandum* (populum Judaicum:) *Haud quaquam ego ad liberationem Gideonis respicio, neq; etiam ad redemtionem Simsonis attendo, nam illorum liberationes horariae sunt. Enim vero ad tuam redemtionem respicio, & attendo Domine; tua enim liberatio aeterna est.* In Pentateucho qui cum tribus Targumim Hanoviæ excusus extat, monetur, in aliquibus exemplaribus, pro postremis verbis legi: אלא לפורקנירת דמשיח בן דוד דהוא עתיד לפרוקיה ירת בני ישראל ולאפקותהון מגלית' ולפורקנך שגיארת נפשי: id est: *Sed liberationem Messiae filii David, qui liberabit filios Israëlis, eosq; educet e captivitate, tuamq; liberationem anxie exspectat anima mea.* Bonum Factum! Quia Joasi & Simsonis liberationibus, tanquam horariis, & spernendis, altera Messiæ opponitur, hanc igitur aliamlonge, quam e se virtute corporali eductionem, & redemptionem æternam esse, liquido inferimus. Adde hic Targum Jeruschalmi, quod cum Jonathane plane convenit. Omnino credo has Chaldæorum explicationes innotuisse S. Hieronymo, hunc enim in modum ipse in quæstionibus in Genesin, Jacobum, de Simsone loquentem, introducit: *Videns tum fortem Nazaraeum tuum, quod & ipse propter meretricem mortuus est, & moriens nostros occidit inimicos, putavi o Deus, ipsum esse Christum filium tuum. Verum quia mortuus est, & non resurrexit, & rursum captivus ductus est Israel, alius mihi Salvator mundi, & mei generis praestolandus est, ut veniat cui repositum est, & ipse erit exspectatio gentium.*

5. Bileam altero pede &c.] Hæc perabſurda eſſe, non injuria pronunciavit eruditiſſimus Bochartus to. 2. Hieroz. p. 419. repetuntur tamen eadem in Sanhedrin fol. 205. a.

6. Utroque pede ſubclaudicavit] Etſi neceſſe non eſt poſt רגליו addere היה atque ſine hac voce, ſenſus ſibi conſtat, attamen, quia præceſſit ſimilis locutio, & in Talmude inſuper היה etiam hoc loco exprimitur, videtur eſſe inſerendum.

כה XXV.

תנו רבנן חמשה נבראו
מעין דוגמא של מעלה ובלן
לקו בהן שמשון בכחו שאול
בצוארו אבשלום בשערו ג
צדקיהו בעיניו אסא ברגליו:
שמעון בכחו דכתיב ויסר ב
כחו מעליו: שאול בצוארו ב
דכתיב ויקח שאול את החרב
ויפול עליה: אבשלום בשערו
דכתיב ויחזק ראשו באלה:
צדקיהו בעיניו דכתיב ואת
עיני צדקיהו עור: אסא ב
ברגליו דכתיב ויהי לעת ב
זקנתו חלה את רגליו ואמר
רב יהודה אמר רב שאחזו
פודגרא אמר ליה מר זוטרא
ברידה דרב נחמן לרב נחמן
היכי דמי פודגרא אמר ליה

TRadunt Magiſtri: Quinque creati ſunt, [1] cum ſpecie quadam, paradigmatis divinitatis, atq; omnes hi in illis ipſis prærogativis, damnum paſſi ſunt. Nimirum Simſon in robore, Saul in collo, Abſalom in coma, Zedekias in oculis, Aſa in pedibus. Simſon in robore Q. S. E. (Jud. XVI, 19.) *Et receſſit vis ejus ab eo.* [2] Saul in collo Q. S. E. (1. Sam. XXXI, 4.) *Et arripuit Saul gladium ſuum, irruitq; in eum.* Abſalom in coma Q. S. E. (2. Sam. XVIII, 9.) [3] *Et adhæſit caput ejus quercui.* [4] Zedekias in oculis. Q. S. E. (Reg. XXV, 7.) *Oculos Zedekiæ excæcavit.* Aſa in pedibus Q. S. E. (1. Reg. XV, 23.) *Cæterum tempore ſenectutis ſuæ, ægrotavit ex pedibus ſuis.* Atque ait R. Juda nomine Raf, correptum fuiſſe [5] Podagra. Quærente autem Mar Sutra F. R. N. R. Nachmanem cui comparari poſſit (*dolor*) Poda-

במחט בבשר חי מנא ידע
איכא דאמרי מיחש הוה חיש
ביה ואיכא דאמרי מרביץ
שמיע לי ואיכ דאמרי סוד ה
ליריאיו ובריתו להודיעם׃ ל
דרש רבא מפני מה נענש
המלך אסא מפני שעשה
אנגרי בתלמידי חכמים ז
שנאמר והמלך אסא ש
השמיע את כל יהודה אין נקי
מאי אין נקי אמר רב יחודה
אפילו חתן מחדרו וכלה מ
מחופתה׃

Podagræ? Reſpondit: (*Doleri quem ciet, infixa*) [6] acus, carni vivæ. Unde id noverat? Sunt qui dicant ipſum vehementer eo morbo laboraſſe. [7] Alii volunt illum, id a Præceptore audiviſſe. Rurſus alii (*huc accomodant dictum,*) (Pſ. XXV, 14.) [8] *Arcanum Domini adeſt reverentibus ipſum, & fœdus ejus, ut* [9] *ſcire faciat eos.* Optime Raba: Quam ob cauſam punitus eſt Rex Aſa: Quia [10] angariæ ſubjecit Diſcipulos Sapientum. Quippe S. E. (1. Reg. XV, 22.) *Tunc Rex Aſa promulgavit in omni Juda, nemo erat immunis.* Quid hoc, [11] *Nemo erat immunis*? Scilicet, perhibente R. Juda, nomine Raf, etiam Sponſus e cubiculo, & Sponſa quæ ſub uraniſco, (*fuere abducti.*)

ANNOTATA.

1. Cum ſpecie quadam &c.] Id eſt: Iſti reliquos Mortales communemque hominum ſortem anteibant, ita ut divini quid præ ſe ferrent. Legitur eadem Phraſis in Peſachim fol. 54. a. נתן הקב"ה בינה באדם הראשון מעין חוגמא של מעלה: id eſt: *Conceſſit Deus Adamo Protoplaſto Sapientiam, æternæ ſuæ Sapientiæ, quandam imaginem habentem.* Enim vero, qui hoc loco dicuntur efficti, ad imaginem ipſius Divinitatis, ii fere in Pirke R. Elieſer p. 149. non niſi ad Adami ſimilitudinem creati dicuntur, ſic enim habet Verſio Vorſtiana: *Sex ſimiles facti ſunt primo homini, & omnes iſti interfecti ſunt. Qui ſunt Simſon robore ſuo, & interemtus eſt ob robur ſuum. Saul Staturæ ſuæ, & trucidatus fuit per Staturam ſuam. Aſahel curſu ſuo, atq; interfectus eſt propter curſum ſuum. Oſias naribus ſuis, atq; occiſus eſt per nares ſuos, Zedekias oculis ſuis, atq; hinc cæci-*

tas oculorum ejus. Abſalon capillis ſuis, & interfectus eſt per capillos ſuos. Vellem conſulere liceret ipſa verba Hebraica, occurrunt enim in iſtis quædam, de quibus vehementer ambigo num fideliter expreſſa ſint. Quin & in notis deinde ſuis, idem Interpres Voſſius p. 253. locum noſtrum e Sota adducens, incommode eum vertit, inquiens: *Quinq; tanquam Exemplaria creati ſunt, at q; iis percuſſi ſunt. Simſon robore ſuo &c.* Horum enim verborum ſenſum, Oedipus ſit oportet, ſi quis vult conjicere. Cæterum, illud, inter Pirke, & Gemaram noſtram, quod innuimus litigium, leve eſt, & nullo negotio redigi poſſunt ad concordiam. Quia enim Adamus toto corpore Dei imaginem referebat, ideo qui huic aliqua ſui parte comparari poterant, hactenus Divinitatis quoque ſimulacrum quoddam habuiſſe, dici poſſunt. Bava Batra fol. 58. a. אמר ר' בנאה נסתכלתי בשני עקביו של אדם הראשון ודומי לשני גלגלי חמה הכל בפני שרה כקוף בפני אדם שרה בפני חוה כקוף בפני אדם חוה בפני אדם כקוף בפני אדם אדם בפני שכינה כקוף בפני אדם שופריה דרב כהנא מעין שופריה דרב ודרב מעין דר' אבהו ודרבי אבהו מעין דיעקב אבינו מעין דאדם הראשון דאדם הראשון מעין דשכינה; id eſt: *Dixit R. Banah, vidi duo Calcanea, Adami primi Parentis, videbanturq; mihi eſſe, duo orbes Solares. Omnes mulieres reſpectu* (formoſiſſimæ) *Saræ, idem ſunt, quod Simius reſpectu hominis. Sed Sara cum Eva non magis comparari poteſt, quam Simius cum Homine. Pariter dicendum, ſi quis inter Evam & Adamum comparationem inſtituere vellet, illam Simium eſſe, hunc Hominem. Cum Deo vero, ſi Adamum componas, rurſus componis Simium cum Homine. Venuſtas R. Cahanæ, eſt Icon venuſtatis R. Raf. Venuſtas R. Raf, eſt icon ejus, qua pollebat R. Abhu. R. Abhu venuſtas, eſt icon venuſtatis Jacobi Patriarchæ. Hujus venuſtas, eſt icon venuſtatis Adami Protoplaſti. Adami venuſtas, eſt icon venuſtatis Divinæ.* De reliquo, nihil utique eſt in præſenti Gemaræ noſtræ Pericope, quod tolerare religio prohibeat, nec æquum facit Melchior Palontrotti, quando in libello, *Raccolta di molti errori e Chimere ſognati da Talmudiſti* &c. p. 9. ex illa infert, hanc hæreſin fovere Judæos, ut credant, in Deum cadere Invidiam, Vitium peſſimum, & quo Siculi Tyranni majus tormentum non invenerunt. Sic loquitur: *Nel Trattato Sotah c. p. Dio creò cinque huomini in alcuna coſa ſimili a ſe. Sanſone nella fortezza, Saule nella belezza del collo. Abſalone ne i capelli, Sedecia ne gli occhi. Aſah ne i piedi, & in quelle coſe, che furono ſimili a Dio hebbero il caſtigo. Dung; fanno Dio invidioſo, come Aſah fù zoppo, Abſalone reſtò appiccato per i capelli, a Sedechia furono cauati gli occhi &c.* Ipſe viderit, qua illatione ſic concludat; nobis certum eſt, contra-

contrarium & senſiſſe Judæos, & dicere: Quippe, Dei erga homines ſummam indulgentiam prædicant, ſed horum ingratitudinem, & divinis donis abutentem Superbiam, ſeveram ultionem tandem provocare, aſſerunt. Profecto multa Judæis ſæpe affinguntur, de quibus nemo eorum, ne ſomniavit quidem!

2. Saul in collo] Nam ab humero, ſurſum verſus, eminentior erat toto Populo 1. Sam. IX, 2. ſuum autem deinde jugulum confodit.

3. Q. S. E. Et adhæſit Caput ejus Quercui] Pro his Talmud habet כדבענן למימר קמן ad ſuperiora, Lectorem remittens.

4. Zedekias in Oculis &c. Aſa in Pedibus] Fatetur R. Salomo non conſtare ſibi quæ horum Regum fuerint Oculorum, Pedumque præ aliis prærogativæ, cum in Scriptura, & adeo Talmude quoq; altum de his ſit ſilentium. Quis vero in talibus ſcire præſumeret, quæ ipſe ignoravit?

5. Podagra] Arthritidem alio nomine Rabbini vocant נקריס unde cum Talmud Jeruſchalmi in En Iſraël fol. 47. col. 2. de Salomone preces fundente tradit: כעין הדין נקריס היה עומר id eſt: (Scriptura 1. Reg. VIII. 54. docet, quod Salomon,) *quaſi* נקריס *correptus, ſteterit*: Annotat R. Salomo: שמעתי כי בלשון ערב קורין כן לחולי הנקרא פודגרא ומי שיש לו החולי ההוא אינו יכול לפשוט ידיו כך וזה יורה גודל עטתנותו לפניו יתי; id eſt: *Audivi in lingua Arabica* נקריס *vocari morbum, qui eaſeroquin Podagra appellatur, atq; qui eo laborant, non poſſunt manus ſuas omnimode extendere: uſtud igitur* (Salomonis) *coram Deo demiſſionem indicat.* Hæc ideo obſervanda, quia vocem נקריס in Buxtorfii Lexico Talm. fruſtra quæſiveris.

6. Acus carni vivæ] Sic dicunt in Berachot fol. 18. b. Schabbat fol. 13. b. & iterum ib. fol. 152. a. קשה רמה בבשר המת כמחט בבשר החי id eſt: *Æque a verme dolet cadaver, ac ab acu, caro viva.*

7. Alii volunt illum id a Præceptore &c.] Habes eandem reſpondendi rationem, ſupra in Gemara noſtra fol. 4. b.

8. Arcanum Domini adeſt &c.] Præditi enim ſunt Sapientes, omnium rerum notitia, etiam earum, quas in ſemet non fuere experti, ac ne quid ulla ratione iis deſit, dolos ac fraudes quoque nequam hominum ad amuſſim tenent: Bava Batra fol. 89. b. אין מושין ארץ חמרק

המחק צד אחד עבה וצד אחד קצר ולא ימחוק בבת אחת שהמוחק בבת אחת רע למוכר ויפה ללוקח ולא ימחוק מעט מעט מפני שרע ללוקח ויפה למוכר ועלבלן אמר רבן יוחנן בן זכאי אוי לי אם אומר אוי לי אם לא אומר אוי לי אם אומר שמא ילמדו ממני הרמאין ואוי לי אם לא אומר שמא יאמרו הרמאין אין תלמידי חכמים בקיאין במעשה ידינו: id eſt: *Non ita parari debet Hoſtorium, ut ab uno latere craſſium, ab altero tenue ſit*, (ne ſcilicet quis venditurus, dolo malo utatur parte tenuiore, quæ menſuras aridorum exacte adæquat, emturus vero, partem craſſiorem adhibeat, quæ minus accurate facit æquationem.) *Neq; raptim facienda æquatio, nam ſi id fiat, venditorem damnum, lucellum emtorem manet. Sed nec lente menſuræ æquandæ ſunt, hoc enim noceret emtori, venditori prodeſſet. Atq; de his omnibus dixit R. Jochanan* F.S. *Væ mihi, ſi iſta dico: Væ mihi ſi de iis ſileo. Væ mihi dicenti! Fieri enim poteſt ut homines nequam*, (nondum his fallendi artibus inſtructi) *talia a me diſcant. Væ ſilenti! Nam cæteroquin dicent impoſtores! Diſcipuli Sapientum ignari ſunt aſtutiarum noſtrarum.* Adde, quæ ibi plura ſequuntur.

9. Ut ſcire faciat eos] Quæ hactenus occaſione Aſæ dicta ſunt, eadem reperies quoque in Sanhedrin fol. 48. b.

10. Angariæ ſubjecit] Iis, quæ Viris literatiſſimis, Buxtorfio in Lex. Talm. p. 13. b. Lightfooto Horar. Hebr. in Evang. Matth. p. 106. & Dilherro tom. 1. Diſp. p. 137. de Angaria obſervata ſunt, ſymbolam addimus locum in Bava Kama fol. 38. b. אמר ר' חייא בר אבא אמר ר' יוחנן אין הקב"ה מקפח שכר כל בריה אפי' שכר שיחה נאה דאלו בבירה דקאמרת מואב אמר ליה הקב"ה אל תצר את מואב ואל תתגר בם מלחמה מלחמה הוא דלא הא אנגריא עבד בהו צעירה דקאמרת בן עמי אמר ליה הקב"ה למשרת וקרבת מול בני עמון אל תצורם ואל תתגר בם כלל דאפילו אנגריי לא תעביד בהו: id eſt: *Referente R. Chaja F. A. dixit R. Jochanan: Nequaquam Deus privat ullum hominem promerito præmio; etiam in ſermone circumſpectioni, ſua repoſita merces eſt. Nam primogenita* (Lothi, quia filium inconſideratius, & velut inceſtus memoriam conſecratura,) *vocavit Moab*, (quaſi a Patre conceptam prolem dicas, ideo de hujus poſteris,) *præcepit Deus B.* (Deut. II., 9.) Ne hoſtiliter agito cum Moabitis, neque miſceto cum eis bellum. *Bello peti prohibentur*, (ad alimenta vero præſtanda) *illos angariare permittitur. At minor natu,* (quia magis pudice filium) *vocavit Ben-Ammi* (tantum Gentis, non Patris mentionem faciens, ideo de ejus proſapia) *cavit edicto Deus B.* (ib. v. 19.) Et appropinquaturus e regione Am-

ne Ammonitarum, ne hostiliter agito adversus eos, neque lacessito eos. (Quasi dicat,) *nulla prorsus* (molestia eos afficito) *& adeo ab angaria quoq; tibi temperato.* Exemplum recens Angariæ, quam Judæi passi sunt, præbet libellus מלחמה בשלום quo obsidio Pragensis, quam Königsmarckius, Dux Legionum Suecicarum, susceperat, describitur: היהודי אשר בעיר הזכרתו לעשות סוללת ארת על תר הלבן אשר לפני העיר פראג והיתה נקראת על שמם סוללת של היהודים ירן שאנן בלא: id est: *Judæi qui in Civitate* (Pragensi) *degebant, coacti sunt condere Aggerem super Monte Albo, qui est e regione urbis, isq; agger nomine ipsorum dictus est agger Judæorum, Germanice, die Judenschanz.*

11. Nemo erat immunis] Ergo tale Asæ fuit edictum, quale quid Theodosius & Valentinianus Augusti, Tauro, Præfecto Prætorio rescripsisse deprehenduntur in l. 11. C. de S. S. Eccles. *Nemunem ab Angariis velquolibet munere excusari præcipimus.*

כו

כתיב וירד שמשון תמנתה
וכתי הנח חמיך עולה תמנתה
אמר רבי אלעזר שמשון חב
שנתגנ בה כתיב בה ירידה
יהודה שנתעלה בה כתיב
בירה עלייה: רבי שמואל בר
נחמני אמר תרתי תמנת הוו
חדא בירידה וחדא בעליידה
רב פפא אמר חדא תמנת
הואי דאתי מהאי גיסא ירידה
דאתי מהאי גיסא עליידה
בגון וורדיני וביבארי ושוקא
דנרש: ותשב בפתח עינים

XXVI.

LEgimus: (Jud. XIV, 1.) *Et descendit Simson Thimnatham.* At alibi (Gen. XXXVIII, 13.) dicitur: *Ecce Socer tuus ascendit Thimnatham.* Ait R. Eliesер: Quia ibi [1] Simson contumelia affectus est, ideo de eo usurpatur, vox Descensus. (*Contra*) quia [2] Judas ibi honorem consequutus, ideo de isto adhibita vox Ascensus. R. Samuel Nachmanides censet, [3] geminum Thimnath fuisse, alterum in loco depresso, alterum in excelso. R. Papa vero contendit unicum tantum Thimnath fuisse; sed ab hoc latere venientes, descendisse; ab isto adventantes, ascen-

אמר רבי אלכסנדראי מלמד
שהלכה וישבה לה בפתחו
של אברהם אבינו מקום מ
שכל עינים מצפות לראותה
רבי יוחנן אמר ממקום ששמו
עינים וכן הוא אומר תפוח
והעיני ר שמואל בר נחמני
אם שנתנה עינים לדבריה
כשתבעה אמר לה שמא גויה
את אמרה לידה גיורת אני
שמא אשת איש את אמרה
ליח פנויה אני שמא קיבל ביך
אביך קידושין יתומה אני מ
שמא טמאה את טהורה אני:

v. 41.

disse. Talem situm habent [4] Vardina, Bibari, & Forum Neraschense. *Et consedit in porta oculorum.* R. Alexander vult innui, eam itasse, & sedisse ad fores Abrahami patris nostri, tanquam [5] in loco quo omnium oculi ad eam videndam, respecturi erant. R. Jochanan accipit de loco, cui nomen Enaim, sic enim legitur: (Jos. XV, 34.) *Thappuach & Enaim.* R. Samuel inde causam (*appellationis*) arcessit; quia (*Thamar*) conciliaverat speciem verbis suis, cum solicitaretur. [6] Dicebat (*Judas:*) Fortasse pagana es. Respondet illa: (*Nequaquam,*) proselyta sum. (*Instare Judas:*) Forsitan alterius viri conjux es: subjicit illa: Innupta sum. (*Porro Judas:*) Fortasse pater tuus te despondit: (*Ad hæc illa:*) Orba patre sum. (*Denique Judas:*) At immunda forsitan es: (*Illa negare & dicere:*) [7] Munda sum.

ANNOTATA.

1. Simson contumelia affectus est] Duxit enim Thimnathæ mulierem Philistæam, quod matrimonium eo indignum, & probrosum erat.

2. Judas ibi honorem consequutus] Quippe Judas procreavit Thimnathæ *tres* Perez & Serach, e quorum Posteris, Reges & Prophetæ prodiverunt.

3. Geminum Thimnath fuisse] Hanc optimam, apparentem illam inter duo Scripturæ Loca contradictionem tollendi, rationem esse, non abs re pronunciat magnus Bochartus tom. 1. Hieroz. p. 753.

753. eam quæ ſequitur, amplexus eſt Quiſtorpius in Annot. Bibl. ad c. XIV, Jud.

4. Vardina &c.] Nomina Urbium ſunt, quæ in depreſſiore parte Montium ſitæ erant; ita fiebat, ut aliis acclives, aliis declives evaderent. Confer Rabbot fol. 232. col. 1.

5. In loco quo omnium oculi &c.] Quia enim iter facientes, hoſpitio ibi excepti, & egregie curati fuere, ideo manſit illi loco veneratio, & prætereuntes, ad eum reſpicere ſolebant.

6. Dicebat &c.] Si quis poſt אמר ex Talmude לה poſt vocem קדשין vero, & poſt טמאה את utrobiq; אמרה לה inſerere velit, eum non impedio.

7. Munda ſum] Non laboro e menſibus. Quantopere Judæi noſtri, contactum mulierum τὰ ἔμμηνα patientium, refugiant, & quomodo ab iis ſeparentur, ex Cl. Buxtorfii Synagogæ Jud. c. 31. eſt omnibus notiſſimum. Sed Judæorum Samaritanorum, quos in Oriente reperire eſt, hac in re mores, perſpectos quoque habere, non parum juvat. Notavit eos Illuſtris *Petrus de la Valle* in literis ſcriptis ex urbe Aleppo, quæ habentur Itinerarii to. 1. part. 1. p. 262. edit. Romanæ. *Nelle Caſe de' Samaritani, vidi vn' altra coſa curioſa; cioé, in vn lato di vna camera, a canto al muro, vn materaſſetto in terra piegato, & intorno a quello da ogni parte, doue non era il muro, molti ſaſſi piccoli pur' in terra poſti in fila per ordine ad vno ad vno, che facevano quaſi ſiepe al materaſſo. Domandai che ſignifica a; e mi diſſero, che in quel luogo, fra di loro ſtaua ſempre, ſenza mouerſene mai, la Donna, mentre haueua i ſuoi meſtrui, nel qual tempo a loro é vietato di toccarla, e di accoſtarſi a lei: anzi, che tengono per immonda ogni coſa, che la tocchi; e però la fanno ſtare in quel luogo a parte ſeparata, doue niuno ſi accoſta fin' al ſegno de i ſaſſi in terra: e ſuole ſtar la donna in queſta guiſa otto giorni: ma, ſe in queſto tempo, non le mancano le purghe, conuien che ve ne ſtia otto altri, e coſi fin che le manchino.* Fieri poteſt, ut Samaritani, hos mores a Zabiis petierint, de quibus Maimonides in More Nevuchim part. 3. c. 47. המפורסם מדעת הצאבא עד זמננו זה בארצות המזרח רוצה לומר שאירית המגורתי שהנדה תהיה בבית בפני עצמה וישרפו המקומות אשר תלך עליהם ומי שמדבר עמה יטמא ואפילו אהל עבר רוח על הנדה ועל הטהור יטמא:

id eſt vertente Buxtorfio: *Conſueto & uſitato more receptum erat apud Zabios in partibus Orientis, h. e. inter reliquias* המגורתי (*ut impreſſaedi-*

* *Mallem:* Eſt hodieq;.

* *In noſtro MS. eſt* המגוס *nec dubito quin Maimonidem, Zabios vel Zabaeos, eſſe Geterum Magorũ in Perſide, reliquerit.*

ſæ editio vel המגופי* *ut Manuſcriptum exemplar habet*) *ut Mulier menſtruo laborans, ſeparatim ſit in domo aliqua, ut loca in quibus ambulavit, comburantur, & quicquis cum ea loquutus fuerit, pro polluto habeatur; quin imo, ſi ventus idem tranſeat ſuper menſtruatam, & ſuper mundum aliquem, ut pro polluto habeatur.*

כז

ויטע אשל בכאר שבע אם
אמר ריש לקיש מלמד שעשה
פרדס ונטע בו כל מיני זז
מגדים רבי יהודה ורבי זח
נחמיה חד אמר פרדס וחד
אם פונדק בשלמא למאן ל
דאמר פרדס היינו דכתי׳ ויטע
אשל בבאר שבע ואמר ריש
לקיש שעשה פרדס ונטע בו
כל מיני מגדים אלא למאן
דאמר פונדק מאי ויטע כלכ
כדכתי׳ ויטע אהלי אפדנו בין
ימים להר צבי קדש ויקרא
שם בשם ה׳ אל עולם אמר
ריש לקיש אל תקרי ויקרא
Ibid. אלא ויקריא מלמד שהקריא
אברהם שמו של הקבה בפה
כל עובר ושב כיצד לאח מא
שאכלו ושתו עמדו לברכו אם
אמר להם ובי משלי אכלתם

XXVII.

Et *plantavit* (*Abraham*) אשל *in Beerſeba.* Ait Reſch Lakiſch doceri, quod [1] Paradiſum fecerit, in eoque plantaverit, [2] omnis generis arbores fructiferas. R. Judas, & R. Nehemia (*aſe invicem diſſident:*) Alter enim locum, de Paradiſo, alter, [3] de Hoſpitio exponit. Conceſſo quidem, non abludere a vero eum, qui de Paradiſo exponit, diſerte enim dicitur: [4] *Et plantavit Eſchel in Beerſeba:* Quare & Reſch Lakiſch verba, de plantato horto, ſatisque in eo arboribus fructiferis, accipere jubet. Qui vero de Hoſpitio exponit, quomodo ſalvabit is verba: *Et plantavit?* Nimirum explicat hunc locum, ex altero conſimili: (Dan. XI, v. 45.) *Et plantabit tentoria palatii ſui inter maria in monte decoris ſancti. Et invocavit illic* (*Abraham*) *nomen Domini Dei hujus univerſi.* Monente Reſch Lakiſch, nõ legendum ויקרא *Et invocavit*; Sed, ויקריא *Et invocare fecit.* Nempe docetur,

Gen. XXI, 33.

משל אל עולם אכלתם הודו וברכו למי שאמר והיה שם העולם׃

docetur, quod ſonare fecit Abraham nomen Dei B. in ore, cujusvis ultro citroque commeantis. Qua ratione? Cum comediſſent (*viatores*,) bibiſſentque, ſurgebant gratias acturi (*Abrahamo.*) Tum vero illis ajebat: Nunquid vos de meis facultatibus comediſtis? Enim vero de eo quod eſt Rectoris hujus univerſi, ſaturati eſtis:[6] Quin igitur, laudes & grates illi dicite,[7] quo jubente mundus extitit.

ANNOTATA.

1. Paradiſum fecerit] Elias in Tisbi: פרדס גן שגרלים בו אילני מאכל ומזה קורין הגוים לגן עדן פרדס׃ id eſt: *Verbum* פרדס *notat Hortum in quo nutriuntur Arbores frugiferæ: atq; ea cauſa eſt, cur Chriſtiani vocent Hortum Edenis, Paradiſum.* Niſi fallor, cum פרדס nude adhibetur, Hortum notat, maceria cinctum; At cum Arboretum minime clauſum innuere volunt, uſurpant שדה פרדס Ager Paradiſus; eiq; opponitur שדה לבן Ager albus, ſive nullis arboribus, quæ nigra umbra eum obfuſcent, conſitus. Bava Batra fol. 122. a. העולם הזה אדם יש לו שדה לבן אין לו שדה פרדס שדה פרדס אין לו שדה לבן׃ id eſt: *In hoc Seculo*, (ſæpe) *cui eſt Ager albus, ei non eſt Ager Paradiſus, &* (vice verſa) *cui eſt Ager Paradiſus, ei non eſt Ager albus.* Notat vox פרדסאות in plurativo numero, interdum etiam *Cuſtodes*, *Coryceos*, ceu indicatum quoque a Buxtorfio in Lex. Talm. p. 1802. Atque etſi ſic vocantur Cuſtodes quicunque, tamen initio ſolos Hortorum Cuſtodes ita dictos, deinde vero Speciei nomen, ad Genus deſignandum, uſurpari cœptum fuiſſe, a vero non abludit. Credo eſſe Locutionem Ellipticam, & plene dicendum fuiſſe מנטרי פרדסאות quomodo legitur in Moëd Katon fol. 17. a.

2. Omnis generis arbores fructiferas] Scilicet, ut harum fructibus veſcerentur, famelici Viatores.

3. De Hoſpitio] In quo pernoctarent, & requiem caperent, defeſſi peregrinantes. R. Salomo in Gloſſa: לשון אשל נוטריקין הוא אכילה שתייה לוייה שהיה מאכילן ומשקן ומלוין אותן׃ id eſt: *Vocabuli* אשל *literæ ſingulæ, totidem voces denotant, quæſiunt* אכילה שתייה לוייה id eſt: Cibus,

Cibus, Potus, Comitatus, *nam Viatoribus Cibum & Potum miniſtrabat, eosq; comitabatur.* Sed, non debebant omittere, ab Abrahamo conceſſam quoque *pernoctandi facultatem*, officium Hoſpitalitatis præcipuum. Melius longe, magisque ingenioſe, ejus virtutis munera complexus eſt, quidam Rabbinus, noſtri ævi non inglorius, in publicis iſtis, quas Orientis perigrinationes aliquando meditanti mihi, ultro dederat, ad ſuæ, quæ in illis partibus potens eſt, gentis homines, commendatitiis tabulis,

שילת

אליכם אישים בני רחמנים קולי אקרא עליכם
כל חד וחד לפי מעלתו ומרדגתו יצו
ובאלש׳:

אני המדבר בעדו ורב להושיע בכל מקום אשר תדרוך
כף רגלו:

ואהבתם את הגוי לתת לו לחם
ושמלה׳:

חו פירושו ואהבתם את לרבות הלמדן גדול ושמו
יוחנן ללמד תלמוד תורה להיכנס וליתן ללון
חשובה מיהודים ואכילה שתייה ממון
לויה הידועה:

ארי תיצון למילי ותזכון למיתיב באלעי דרתיא ולביאורת
מנחם יבא לשלום לפקו:

מנחם בן הרר יעקב זצל איש
נש:

P. D. M. S.

P. D. M. S.

Vos, Viri, munificorum Parentum Soboles, alta voce compello, quemque ſecundum dignitatem, & honorem ſuum: (*Rite prius precatus,*) ut Vos DEus ſervet, omnesque Veſtros ſalvere jubeat.

Propoſui Dominũ mihi ſemper. Pſal. XVI, 8.

Ego quidem intercedo pro iſto (*cui has literas dedi*) quando autoritate plurimum valet, ac Magiſtri munere inter ſuos fungi poſſet, quocunq; locorum is pedem tetulerit:

DILIGITE ALIENIGENAS EISQUE PANEM ET VESTES SUPPEDITATE.

Eſt alluſio ad locum Deut. X, 18. 19.

Quæ verba ita capere vos oportet, ut vocabulo אחר (*quod quotiescunq; in Scripturis deprehenditur, communi, ceu noviſtis, omnium Sapientum noſtrorum conſenſu, ſemper tacite aliquid præter ea quæ diſerte expreſſa ſunt, involvit, ac reſolvendo deinde cæterarum vocum literas ſingulas, in integra nomina, præcipue*) incluſus intelligatur, Vir apprime doctus, cui nomẽ JOHANNES, Divinarum Literarum peritiſſimus, ut (*vos boni Populares,*) ei ad morandum, pernoctandum, exquiſitiſſimas ædium veſtrarum concedatis, cibum inſuper, potum, opesque veſtras miniſtretis, (*de loco quoq; in locum*) magno comitatu proſequamini.

Vide Kidduſchin fol. 57. a. & Bava Kama fol. 41. b.

Morem

Est annus Christianæ Epochæ 1659.

Morem gerite verbis meis; Ita vobis eveniat, ut primo ordine sedeatis (*in cœlesti olim Academia,*) & ut vobis superstitibus accidat adventus ConsoLatorIs gentIs IsraëlItICæ, qVI In paCenobIs VenIat!

Menachem, Filius Jacobi, Clarissimi, venerabilisq; memoriæ Viri, natus Nicolaiburgi.

4. Et plantavit] Totum quod sequitur אשל בבאר שבע ויאמר ריש לקיש שעשה פרדס ונטע בו בל מיני מגדים non est in Talmude, & sane, commode omitti ista possunt. Quia tamen omnes Editiones En Jacob ita habent, hanc lectionem retinuimus; memores, non Gemaram Talmudicam nos edere, sed Libri En Jacob Excerpta.

5. Nunquid vos de meis facultatibus &c.] Rebecca Filia R. Meir Tiktinar, quæ sola Fœminarum Judaicarum, quod ego quidem sciam, scriptis claruit, in libro suo סנקת רבקה Porta 5. Locum præsentem non ineleganter exposuit, scribens: *Wen* אברהם *hat Gäst gehat, vven sie haben vvölln eimveg gehen, und haben ihn gedanckt, da hat er zu sie gesagt, vvas danckt ihr mier, danckt dem, ders geschaffen hat, und hat gesagt* ברך שאכלנו משלו *das is deutsch: Mir vvöln loben das vvier gessen haben von den sein: da haben sie gesagt, vver is der? aso hat er sein heiligen Nahmen zuderkennen geben, und hat sie* מגיר *gevvesen, das sein* גוים *gevvesen, und haben den* בורא יתי שמו *derkennt.* Nimirum, habuit Abrahamus hoc in perpetuo more positum, ut occasionem ad veri Dei cultum perducendi homines sedulo captaret, idque si Judæos audimus, etiam admodum juvenis adhuc, & cum apud Patrem degeret, feciſſe deprehenditur. Locus facetus e Midraschim, hac de re est in Schalsch. Hak. p. 8. a. nec me contineo, quin minimum latinam Interpretationem afferam. Ergo fertur, Tharam Abrahami Patrem, non idololatram tantum fuisse, sed & idola parasse, & eorum venditione quæstum feciſſe maximum. Forte negotiorum causa, iter ei aliquando suscipiendum erat; Abrahamum igitur tabernæ præficit. Cæterum hunc si quis accedebat Emtor, quæsivit Abrahamus ex eo, quot annos natus esset? Isto vero annorum numerum edifferente, tum Abrahamus, quæso te, inquiebat, mi homo, annon oppido insanis, qui cum tantam ætatem agas, tamen idolum adorare instituis

ſtituis, quod χθὲς ἐχ ὄφεως demum, e rudi materia fuit effictum? Quamobrem fuſſuſi pudore quotquot emtum venerant, infecta re diſceſſerunt. Adfuit poſtremo anus quædam, offam geſtans, ſacrificatura eam, ut ajebat, omnibus quæ in Abrahami taberna proſtabant, Numinibus. Hîc quidem Abrahamus ira percitus, amplius ſe continere non valens, accepto fuſte omnia Numina comminuit, ſolo inter ea majore, relicto incolumi, cujus manibus fuſtem ipſe commiſit. Interea temporis, reverſus Pater, illamque ſtragem cum horrore aſpiciens, quis eam edidiſſet, Abrahamum interrogat? Enim vero, inquit Abrahamus, neſcio quæ Vetula adventaverat, offam conſecrans iſtis Numinibus, ibi tumultus inter ea ortus eſt longe maximus, unoquoque ſibi offam depoſcente. Denique eo res rediit, ut magnum illud, reliquisque valentius, arrepto fuſte, minorum temeritatem compeſcere, & pœnam, quam, mi Pater, vides, de iis ſumere cogeretur. (Negante Patre, id accidere potuiſſe, cum ſenſu omni Numina ſua careant: Tum vero exprobrare ei cœpit Filius, ineptiſſimam ſuperſtitionem, quod iis honorem deferret, quæ inanima eſſe, ipſe agnoſceret, quodque opem ab iis præſtolaretur, quæ a ſuis capitibus fuſtium contuſiones averruncare nequiverant.) Sed Thara, ſana conſilia haud admittens, adverſus filium apud Nimrodum accuſationem inſtituit; qui, vocatum Abrahamum, jubet ignem adorare illico. At Abrahamus, magis eſt, inquit, ut Aquam quis adoret, hæc enim Ignem extinguit. Ergo, quando ita viſum eſſet, jubetur Aquam venerari Abrahamus, ſed is, imo, excipit, potius Nubes adorandæ ſunt, nam hæ Aquas ſuſtinent. Nubibus cultum deferre juſſus, majori jure hunc Vento competere regerebat, quod is Nubes diſpergeret. Verum nec ad hunc divino cultu proſequendum, permoveri potuit, cauſam allegans, quod Homo adverſus Ventum adhuc queat conſiſtere, nec proinde æquius quid videri, quam ut Homines ſeſe invicem adorare debeant. Tandem Nimrodus ſentiens ludum & jocum tantum ſe eſſe Abrahamo, in fornacem ardentem eundem actutum conjici juſſit.

Non habentur hæc in Schalſch. Hak. ſed ſupplemus ea ex ספר הישר *p. 24. b. ubi tamen cætero quin multa aliter geſta narrantur.*

6. Quin igitur laudes] Talmud poſt הודו etiam ושבחו inſerit.

7. Quo jubente &c.] Crebro, hac circumlocutione Deus deſignatur. Chullin fol. 63. b. גלוי וידוע לפני מי שאמר והיה העולם שבחמה טמאה מרובה מן הטהורה לפיכך מנה הכתוב בטהורה גלוי וידוע לפני מי שאמר והיה העולם שעופות טהורין מרובין על הטמאין לפיכך מנה הכתוב בטמאין: id eſt: *Perſpectum & exploratum erat illi, quo jubente Mundus extitit, plures eſſe quadrupedes immundas, quam mundas, ideo* (Deut. XIV,) *has, non illas recenſuit. Similiter explora-*

ſiſſimum erat illi, quo jubente Mundus extitit, Aves mundas copioſiores eſſe immundis, ideo (eodem loco) *aves immundas enumerat.* Cum hac æterni Dei Periphraſi, apprime convenit illa, qua S. Chryſoſtomo, ſæpiſſime idem circumſcribitur, per, ὁ λόγος τὰ πάντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγών.

כח

XXIIX.

Gen. XXXIIX. 15. וירא יהודה ויחשבה לזונה כי כסתה פניה משום דכסתה פניה ויחשבה לזונה אמר רבי אליעזר שכסתה פניה בבית חמיה דאמר ר שמואל בר נחמני אר יונתן כל כלה שצנועה בבי חמיה זוכה ויוצאין ממנה מלכי ונביאי מנלן מתמר נביאים דכתיב חזון ישעיהו בן אמוץ מלכים מדוד ואר לוי דבר זה מסורת בידינו מאבותינו אמוץ ואמצי אחי הוו היא מוצאת והיא שלחה אל חמיה היא מיתוצאת מיבעי אמר רבי אלעזר לאחר שנמצאו סימנים בא סמאל ורחקן בא גבריאל וקרבן והיינו דכתיב למנצח על יונת אלם רחוקים לדוד מכתם אר

verſ 25.

AC videns eam Judas, exiſtimavit illam eſſe ſcortum; *operuerat enim faciem ſuam.* Num quia faciem illa obtexerat, idcirco eam ſcortum eſſe credidit? R. Elieſer (*hic Ellipſin ſtatuit, &*) ſupplet: *Quia operuerat faciem ſuam, in domo Soceri ſui.* In hanc ſententiam recitat R. Samuel F. N. dictum R. Jonathanis: Quæcunque nurus verecunda eſt in domo Soceri ſui, promeretur, ut ab ea deſcendant Reges & Prophetæ. Unde hoc (*colligitur?*) A Thamare: Prophetæ (*ex ea orti*:) Q. S. E. (Eſ. I, 1.) *Viſio Eſaiæ filii Amoz.* Reges vero: Puta David, (*& poſteri Succeſſores.*) Et vero ait R. Levi: Rem hanc traditione Majorum habemus, Amoz & Amaziam fratres fuiſſe. *Cum illa inventa eſſet, & miſit ipſa ad Socerum ſuum. Cum educeretur ipſa,* dicendum erat. Ait R. Eleaſer: Cum pignora reperta, eſſent, venit Samaël & ea de medio removit.

Præſto

יוחנן לאחר שנתרחקו סימני
נעשית כיונה אלמת : לדוד
מכתם שיצא ממנה דוד שמך
ותם לכל דבר אחר מכתם
שהיתה מכתו תמרה שנולד
כשהוא מהול : דבר אחר
מכתם כשם שבקטנותו הקטין
עצמו אצל מי שגדול ממנו
ללמוד תורה כך בגדולתו
הקטין עצמו אצל מי שגדול
ממנו ללמו תורה : והיא
שלחה אל חמיה לאמר לאיש
אשר אלה לו אנכי הרה וגו
ותימר ליה מימר אמר מר וגו
זוטרא בר טובייה אמ
אמר רב ואמרי לה אמ רב
חנא בר ביזנא אר שמעון
חסידא ואמרי לה אר יוחנן
משום רבי שמעון בן יוחאי זג
נוח לו לאד שיפול עצמו
לתוך כבשן האש ואל ילבין
פני חברו ברבי מל מתמר
הכר נא אמר ר חמא בר עז
חנינא בהכר בש לאביו בהכר
בשרוחו בהכר בשר הכ נא

Præſto adfuit Gabriel, illaque reſtituit. Atque hoc eſt quod S. E. (Pſ. LVI, 1.) [5] *Victori ſuper columba muta, e longinquo: Davidis Michtam.* Ait enim R. Jochanan, [6] cum ſublata eſſent pignora ejus, redditam eſſe ſimilem columbæ mutæ. *Davidis Michtam.* (*Vox Michtam hoc loco adhibetur*) propterea, quod ex Thamare deſcendit David, qui [7] in omnibus negotiis מך וחם id eſt demiſſum, & ſincerum ſe præſtitit. Alio modo (*exponitur*) vox Michtam, (*quaſi Maccato tammas*) quod [8] locus plagæ recipiendæ, integer fuit, & [9] circumciſus natus eſt. Rurſus alio, Michtam (*indicat*:) Quod [10] quemadmodũ (*David*) in juventa illum omni obſervantia colebat qui in lege diſcenda ſe majores progreſſus fecerat, ita & ætate provectior, erga ſapientiores, demiſſum ſe exhibuerit. *Ipſa miſit ad Socerum dicendo: ex viro cujus hæc ſunt,* [11] *ego ſum gravida.* Atqui perſpicue illi loquendum erat. Enim vero autor eſt Mar Sutra T. F. dixiſſe Raf: [12] (diverſi tamen diverſis idem hoc tribuunt.) [13] Satius fuerit homini, ut ſeipſum præcipitet in fornacem igne accenſam, quam ut vultum Ibid.

הכתנת בנך היא אם לא
Ibid. בהכר בשרוהו הכר נא למי
החותמת והפתילי הבר נא
אין נא אלא לשון בקשה
אמרה לו בבקשה ממך הכר
נא בוראך ואל תעלי עיניך
ממני ויכר יהודה ויאמ צדקה
ממני היינו דאמ רב חנין בר
ביזנא אר שמעון חסידא יוסף
שקידש שם שמים בסתר זכה
והוסיפו לו אורת אחת משמו
של הקבה דכתיב עדורת כ׳
ביהוסף שמו יהודת שקידש
שם שמים בפרהסיא זכה ז׳
ונקרא כולו על שמו של הקבה
הקבה כיון שהודה ואמר צדק
ממני יצתה בת קול ואמרה
אתה הצלתמר ושני בניה מן
האור חייך שאני מציל בזכות
ג׳ מבניך מן האור מאן ניגהו
חנניא מישאל עזריה צדקה
ממני מנא ידע יצתה בת קול
ואמרה ממני יצאו כבושים:
ולא יסף עוד לדעתה אמר

vultum proximi sui, publice pallore suffundat. Unde hoc (*discimus?*) A Thamare. *Recognosce quæso.* R. Chamna F. Ch. ait: Verbo, *Recognosce*, patri nuncium attulerat, quare (*eâdem voce*) *Recognosce*, illi quoque nuncius allatus est. Verbo, *Recognosce*, illum nuncium attulisse, patet ex illo: (Gen. XXXVII, 32.) *Recognosce quæso utrum hæc tunica, filii tui sit, nec ne.* Verbo, *Recognosce*, illi similiter nuncium allatum, (*e loco constat præsenti:*) *Recognosce quæso, cujus sigillum & sudarium. Recognosce quæso.* [11] Vocula נא precandi sensum hîc habet, quasi illi diceret: Quæso te, agnosce Creatorem tuum, neq; faciem tuam a me averte. *Quæ agnoscens Judas, dixit: Justior me est.* Nempe hoc est, quod perhibente R. Channin, F. B. dixit Simeon Pius. Josephus, qui clam nomen Dei professus est, meruit ut litera una, sibi e nomine Divino adderetur: Q. S. E. (Ps. LXXXI, 6.) *Qui testimonium Jehoseph imposuit ipsum.* (*At vero*) Judas, Dei nomen propalam profitendo, meruit ut integrum nomen divinum sibi inderetur. Cum enim fassus esset, dixissetque: *Justior me est:*

שמואל סבא חמוה דרב חם
שמואל בר אמי כיון שידעה
שוב לא פסק ממנה כתיב ש
הבא ולא יספ עוד לדעתה
וכתיב התם קול גדול ולא
יספ׃

me eſt : Oraculum cœleſte editum fuit, ſonans : Tu liberaſti [16] Thamarem & gemellos ejus, ab igne : [17] Ita vivis, [18] liberaturus ſum ego ob pietatem hanc tuam, tres tuorum poſterorum ex igne. Quinam ſunt illi? Chanania, Miſaël, & Aſaria. *Juſtior me eſt.* Unde id compertum habebat? [19] Oraculum editum eſt proclamans : Me (*diſponente*) evenere iſti [20] concubitus. *Et non* יספ׃ verſ. 26. *amplius eam cognoſcere.* Samuel Senior, [21] Socer R. Samuelis, F. A. ait: [22] Poſtquam eam (*ſemel*) cognovit, [23] non abſtinuit deinde ab ea: Conferens hunc locum: *Et non* יספ׃ *amplius eam cognoſcere.* Cum altero. (Deut. V, 28.) *Voce magna* ולא יספ׃ id eſt, *neq; ſiviſit.*

ANNOTATA.

1. Operuerat faciem ſuam in domo &c.] Hoc volunt : Cum Thamar in ædibus Judæ Soceri eſſet, tam ſolicite vultum ſemper obnupſerat, ut nunquam de facie ei fuerit cognita, atq; eapropter cum jam illam ſolicitaret, ab ipſo agnoſci non potuit. Alii magis contorte, dubitaſſe quidem Judam volunt, annon hæc mulier Nurus ſua eſſet : Sed cum cogitaret, quam modeſte ſemper, quamque obnupto vultu verecunde, ſuis in ædibus vitam egiſſet Thamar, quamque hæc contra vultum & corpus ad libidinem quæſtumque compoſita haberet, tum quidem ob morum inter utramque tantam diverſitatem, eam quam in via publica ſedentem videbat fœminam, ſola tantum facie, Thamarem referre, certo certius ſibi ipſum perſuaſiſſe, dictitant. Utroq; igitur modo, illam faciei, cujus in Sacris mentio fit, abſconſionem, non ad id tempus quo Judas eam ſolicitabat, ſed ad præteritum Judæi referunt. Aliter tamen multi Chriſtianorum Interpretum, qui Thamarem tum, cum Judæ publice loquebatur, & ideo quidem, obnuptam fuiſſe contendunt, quod non minus apud Judæos quam Romanos, ea quondam fuerit conſuetudo, ut Meretrices eſſent opertis capitibus : Atque pro ſe allegant quoque, illud Tertulliani e lib. de cultu fœmin. c. 17. *Thamar illa quia ſe expinxerat, idcirco Judæ ſuſpicione, viſa eſt quæſtui ſedere, adeo quia ſub velamento latebat, habitus qualitate quæſtuariam mentiente.* Cæterum, quicquid

sit de Romanis prostibulis, apud Judæos ita more fuisse receptum, *ut*, quod quidam ait, *nunquam nisi vultu velato, foras prodirent meretrices*, nondum persuasum habeo. Repugnat enim satis aperte præsens Gemaræ locus, atque ea quæ tanquam a mirabundo hic proponitur quæstio, utique arguit, solis honestis mulieribus, ut sese tegerent, fuisse proprium. Quin &, quia de impudentissimo Judæorum Populo, Jer. III, 3. Deus queritur, מצח אשה זונה היה לך id est: *Frons mulieris meretricis fuit tibi*: admodum verisimile est fœminas impudicas Judæorum, vultus sui conspiciendi potestatem omnibus fecisse, nec enim cæteroquin sciri poterat, quam soleat frons Scortorum effrons esse. Interim quod ad Thamarem attinet, optima videtur Doctissimi Seldeni sententia, quam l. 3. Ux. Ebr. c. 17. his paucis verbis proposuit: *Ob opertam faciem Nurum suam (Judas) agnoscere nequibat. Meretricem autem fuisse putabat, quoniam de facie non agnita, in trivio ita sedebat.*

2. Amoz & Amaziam &c.] Nimirum Amoz, Patrem Esaiæ Prophetæ, & Amaziam Regem Judæ: Vide Raschi & Kimchium ad initium vaticinii Esaiæ. Conveniunt hic loci in Lectione, Editiones omnes En Jacob omnes, & ipsum quoque Talmud Amstel. nihilominus ausim intrepide asserere, locum trajectione verborum corruptum esse, quare eundem sic restituo. מנלן מחמר נביאים רכתיב חזון ישעיהו בן אמוץ ואר לוי רבר זה מסור בידינו מאבותינו אמץ ואמציה אחים היו מלכים מדור: Si quis leviter animum ad cogitandum intendat, animadvertet, probam esse Correctionem. Quippe non sufficiebat dicere Esaiam a Thamare genus trahere, sed ratione id probandum erat, ea vero consistit in veteri Traditione, qua Amazias (quem ut Reges Judæ reliquos, ad Thamarem genus referre nulla potest esse dubitatio,) & Amoz Esaiæ genitor, fratres germani fuisse feruntur. Hæc igitur connectenda sunt, nec iis alterum de Davide immiscendum.

3. Dicendum erat] Voci מיבעי addi potest ליה ceu habet Talmud, nam sic occurrit Phrasis frequentius.

4. Sammaël] Is est Angelus tutelaris Idumæorum, qui subducendo pignora, hoc efficere conabatur, ut Thamar ignis supplicio periret. Præviderat enim, cæteroquin ex ea proditurum Davidem, qui percussurus erat Idumæorum millia decem in Valle salis, 2. Reg. XIV, 17.

5. Victori super Columba muta] Si Judæorum mentem recte accipio, sic explicanda fuerit Psalmi LVI. Inscriptio: *Victori super columba muta* (id est, Thamare, quæ obmutuerat, propter) *remotiones* (e medio pignorum, ad impediendam) *Davidis* (nativitatem, qui

qui) *modeſtus & probus, natusq; circumciſus erat.* Nugæ! Veram interpretationem videſis apud Cl. Bochartum to. 2. Hieroz. p. 18.

6. Cum ſublata] Pro לאחר in Talmude eſt בשעה.

7. Omnibus negotiis] Poſt לכל enim ſubaudiendum eſt דבר quod quidem in Talmude exprimitur.

8. Locus plagæ recipiendæ] Id eſt: Membrum in quo vulnus faciendum erat, vulneris expers fuit; carebat enim David præputio, itaq; nihil reſectum eſt. Melchior Palontrotti in farragine Errorum Judaic. p. 88. obſcuriſſime, & ut fortaſſe ſeipſum vix intellexerit: *Nel Salmo XVI. Sopra il Titolo Michtam, i Rabbini explicono, Machtam Rottura intiera, perche David nacque circonciſo.* Cæterum, etſi circumciſis natis, magnum vulnus, quod abſciſſione præputii in aliis fit, infligi haud poteſt, nihilo minus læſio aliqua, ut ſanguis fœderis exſtillet, exigitur. Maimonides Hilchot Mila cap. 1. §. 7. גר שנכנס לקהל ישראל חייב מילה תחלה ואם מל בשהיה כותי צריך להטיף ממנו דם ברית ביום שנתגייר וכן קטן שגולד כשהוא מהול צריך להטיף ממנו דם ברית ביום השמיני אנדרוגינוס והוא הילוד שיש לו זכרות ונקבות כנקבה צריך למול אותו בשמיני וכן יוצא דופן ומי שיש לו שתי ערלות מלין את שתיהן בשמיני: id eſt: *Proſelytus, qui Cœtui Judæorum acceſſit, oportet prius circumciſionem admittat: Quod ſi infidelis adhuc exiſtens, circumciſus fuerit, eo die quo judaicam fidem amplectitur, ſanguinem fœderis exſtillare debet. Sic pariter & puerulo qui quaſi circumciſus naſcitur, die* (a navitate) *octavo, ſanguis fœderis eliciendus. Androgynum, ſive eum qui virilia & muliebria habet, octavo die circumcidere oportet, nec minus oportet circumcidere* (infantem, qui extra conſuetum naſcendi ordinem) *ex latere fiunt exſectus, aut cui geminum eſt præputium.*

9. Circumciſus natus eſt] Cl. Buxtorfius, in Lexico Talmudico pag. 1174. ait apud Jelammedenu fol. 4. col. 4. legi, *Septem numero eſſe, qui nati circumciſi ſint.* Sed in mea Editione, nihil ejus ibidem habetur. Baal Schalſch Hak. p. 6. b. ex R. Nathanis Pirke omnino quatuordecim fuiſſe prodit, quibus hæc felicitas obtigerit, ut circumciſi naſcerentur, recitatque illorum catalogum. Fuere enim: *Adam, Seth, Noah, Sem, Melchiſedech, Jacobus, Joſephus, Job, Bileam, Samuel, David, Jeremias, Serubabel.* Enim vero, ſi rationem ineas, non habebis hic niſi ſolos tredecim. Supplendum igitur in Schalſchelet Hakkabbala, & fortaſſe etiam in Pirke R. Nathanis, ſi cui ad manus ſunt, *Moſis* nomen, nam

hunc

hunc quoque ex numero eorum fuiſſe, qui circumciſi ex utero prodierunt, patet infra ex hujus Capitis Excerptorum Num. 38.

10. Quemadmodum in juventa &c.] Eadem leguntur in Megilla fol. 11. a.

11. Ego ſum gravida] Ecquomodo evenerit, ut Thamar, quam tamen tum temporis adhuc Virginem fuiſſe Rabbini dictitant, ex uno ſolo concubitu, & adeo gemellos conciperet, non tam perſtrictæ frontis ſum, ut proloqui ſuſtineam, etſi omnem rem teneo, ex Jebamot fol. 34. b.

12. Diverſi tamen diverſis &c.] Tædioſum erat, exprimere omnia, quæ in textu leguntur, Nomina, & hanc Phraſin ſubſtituimus. Sed interea loci notari hic velim, Judæorum ſummam in recitandis aliorum dictis circumſpectionem, qua diligentiſſime Autores ſemper laudant, nec unquam, modo quid ab hoc, aut illo, prolatum eſſe, tantilla ſubſit ſuſpicio, idipſum indicare negligunt. Hinc, longa ſerie, unum Doctorem nominant poſt alium, atque non tantum primus excogitator ſapientis alicujus dicti, ſed & ii, quorum interventu ad alios propagatum eſt, ac pluribus innotuit, æterna celebrantur memoria. Si quis, uno præſenti loco non contentus, plura exempla requirat, hunc ablegamus ad Joma fol. 29. a. lin. 16. Berachot fol. 5. a. lin. 26. & 30. item fac. b. lin. 41. ubi obiter lectionis indicanda diverſitas; nam in Talmude habemus tantum והאמר רב יהודה אמר רב ואי תימא רבי יהושע בן לוי: Sed in En Iſraël fol. 6. col. 2. n. 12. additur inſuper: ואמרי לה במתניתא תנא אבא בנימין Amplius conſulere licet in iisdem Berachot fol. 10. b. lin. 35. & fol. 55. Bava Mezia fol. 85. a. lin. 31. nec attinet plura allegare, ſunt enim hæc ubivis obvia. Cauſam tantæ in laudandis Autoribus ſolicitudinis, geminam deprehendimus, atque ſic facere, tum ipſorum Autorum, tum illorum, qui ab iis dicta repetunt, ſummopere intereſt. Nam, uti in Schekalim Jeruſchalmi inter Excerpta En Iſraël fol. 177. col. 3. item in Bechorot fol. 31. b. Jebamot fol. 97. a. nec non Sanhedrin p. 306. edit. Cocc. legitur: בל תלמיד חכם שאומרים דבר הלכה מפיו בעולם הזה שפתותיו רוחשות בקבר: id eſt: *Cujus-cunq; Diſcipuli Sapientum* (jam defuncti,) *ſcitum aliquod, ſuperſtites ipſius nomine allegant, ejus labia ſe motitant in ſepulchro.* Atque hoc quidem aſſertum, in locis quorum fecimus indicium, porro & per Scripturæ dicta, & per Similitudines confirmare ſatagunt: Sed & Viventes, ſi Autores ſedulo allegent, magnum ex ea re capiunt commodum. Pirke Avot c. 6.: האומר דבר בשם אומרו מביא גאולה לעולם id eſt: *Qui dictum aliquod adducit, ejus laudando Autorem, Orbi infert Liberationem.*

cionem. Probant id Exemplo Eſtheris, quia enim ipſa, quod a Mardochai ei indicatum fuerat, non ſibi tribuere auſa eſt, ſed hujus Nutricii nomine, ad Regem retulit, Eſth. II, 23. ideo eam, quæ deinde conſequuta eſt Populi Judaici ab internecione liberationem, huic Eſtheris candori ingenuo, ferunt acceptum. Commentarius noſter ad modo adductum locum מס׳ Pirke, graviter: דאם נוטל עטרה לעצמו ומכסה עצמו בטלית שאינו שלא עונשו גדול הרי זה גוזל ומעכב את הגאולה: id eſt: *Quisquis alteri praripit Coronam* (Sapientiæ, quam is labore ſuo promeruit) *exornatq; ſe pallio alieno, hunc magnum malum manet, nam & prædo & raptor eſt, & liberationem Orbis impedit.* Hæc cum ita Judæi perſuaſa teneant, ideo in Bava Mezia fol. 84. b. etiam Fœminarum autoritates allegantur. Et adeo in Peſachim fol. 117. a. legimus: ר׳ יוסי אומר אלעזר בני אומר id eſt: *R. Joſe dixit: Eleaſaris filii mei, ſententia eſt.* Non igitur, ne Patri quidem, filium ſuum citare, indecens viſum fuit, *Rabbi* tamen eum non vocat, nam id nimium eſſet, ſi Pater ſe filii Diſcipulum profiteretur. Hoc autem ſolo caſu excepto, ſemper cæteroquin, illud honoris elogium addere oportet, nunquam nudum Autoris nomen efferendum eſt. Unde in Sanhedrin fol. 100. a. מפני מה נענש גיחזי מפני שקרא לרבו בשמו: id eſt: *Quare* (Lepræ) *pœna affectus eſt Gehaſi? Scilicet, quia* (2. Reg. VIII, 5.) *Magiſtri ſui, nudo tantum nomine prolato,* (nec addito alio honoris elogio,) *mentionem fecit.* Confer quæ habentur in Jebamot fol. 105. b. Judæorum in proferendis aliorum dictis bonam fidem, etiam Arabes imitantur. Murtadus filius Gaphipe ſub initium libelli de Ægypto, dictum aliquod allaturus, Cl. Petri Vattierii, in margine Verſionis ſuæ teſtimonio, amplius viginti Sapientum Catalogum texuit, per quorum manus continua ſucceſſione, inde a Muhammede, ad ſuam uſque ætatem fuerat propagatum. Atque credat quis, eſſe id forſitan inſigne myſterium, dignumque cujus Inventor, cum Cuſtodibus & Conſervatoribus, æterna fama prædicentur. Sed vero, tot tantisque Nominibus commendatum dictum, non eſt aliud, quam: *Tout homme, qui à vn deſſein, & n'en commence pas l'execution par la louange de Dieu, eſt ou muet, ou incapable de reüſſir, en ſon entrepriſe.* Sic p. 256. ejusdem libelli legitur: *Le fils de Lahigue nous à raconté comme vne choſe qu'il avoit apriſe du fils de Habire, qu'Abutemime le Chiſanien luy auoit dit, qu'il avoit ouy Gamrou fils de Gaſe, parlant en ces termes. Vn des Compagnons de l'Apoſtre de Dieu a qui Dieu faſſe paix, & miſericorde, m'a dit qu'il avoit ouy le Prophete, a qui Dieu faſſe paix & miſericorde parler ainſi. Dieu toutpuiſſant, & tout bon, vous commande encore vne priere outre les ordinaires; faites la dans le temps qu'il y a depuis la priere du Soir, jusques au point du jour. Ce fut Abunaſre le Gopharien qui le rapporta.* Verum, quorſum iſta? Nimirum, ut oſtendamus me-

liores ſe præſtare Judæos & Arabes, erga eos a quibus recte ac prudenter quid dictum eſt, quam apud Nos vulgo fieri conſuevit, ubi multi non tantum verba quædam aliorum, ſed & Obſervationes integras, & totos propemodum libros ſibi tribuunt, ſuppreſſis ſummo ſtudio Autorum nominibus, imo ſi fieri poſſet, e Natura rerum, penitus ſublatis. Non dicam de aliis Artibus, certe in Literatura imprimis Hebraica, Plagiariorum, nec finis eſt, nec modus, & oppido pauci profitentur, quorum corticibus natent, quibus adjutoribus uſi fuerint, ſed ſe Talmud conſuluiſſe, ſibi Rabbinos lectos eſſe, ſuas ſe in medium afferre Verſiones, videri volunt. Enim vero, vellem, ſcirent tales, quam periculoſæ plenum opus aleæ tractent, quamque peſſime exiſtimationi ſuæ ſæpe conſulant, jam credo paulo cautius agerent, nec viros Doctos defraudarent memoria, quæ illorum Studio, Lucubrationibus, & in Rempublicam Literariam meritis, ſummo jure debetur. Quamobrem monendum eſt, ex vernaculis, & Latinis Libris facilius aliquid ſubduci, aut quibusdam ſimulationum diſſimulationumque involucris, ita poſſe obtegi, ut quis eadem eſſe non agnoſcat: Cæterum, in Hebraicis aliter rem ſe habere, & qui ſcrinia non ſua compilant, raro Exercitationibus in his literis, fidem facere, domi, & apud ſe, quæ docent, nata eſſe, ut potius ſuo ſe indicio, plerunque prodant. Nam, dum non ſatis tenent, quid alii citent, aut quomodo, proinde ipſi nunc ex libris Vulgarium Rabbinorum, faciunt Talmudicos, nunc hos, in illorum convertunt; Jam propria Nomina pro appellativis, appellativa pro propriis accipiunt; Conjungunt divellenda, ſeparant quæ cohærent, commutant priora cum poſterioribus; exſcribunt teſtimonia cum vitiis typographicis, laudant nobis *R. Radak*, *R. Raſchi*, *R. Rambam*, *R. Smag*, & ſi qui ſunt ſpiſſi, ridiculique errores alii. Scio quid dicam; & in Scenam poſſem educere, Viros egregios, qui non contenti ea gloria, quam in divinæ humanæque Literaturæ partibus aliis, doctrina & induſtria ſua, ad invidiam usque ſibi paraverant, dum etiam reliquæ Scientiæ, inſignem in Rabbinicis literis cognitionem adjeciſſe ſe, credi poſtulabant, & Rabbinorum dicta, Raymundis, Buxtorfiis, Seldenis, Coccejis, Voiſiniis, Schickardis, clam erepta cumularunt, hic quidem turpiter ſe dederunt, eruditis ſuis alioquin ſcriptis, fœda inurendo ſtigmata. Equidem, nolo Cornicum oculos configere, & nævos aliorum, meis divulgare ſermonibus, ne tamen quis arbitretur, gratis iſta a me dicta eſſe, e plurimis quæ obſervavi, duo tantum, & quidem remotiora, adducam rerum exempla. *Petrus Galatinus*, e Judæo Chriſtianus, pro homine, cui nemo in Judaicæ eruditionis peritia, anteferendus ſit, Patrum memoria fuit habitus: At, aliena eum ſcrinia, & ſæpe imperitè compilaſſe, nunc, poſt editos a Nobiliſſimo Voiſinio, Raymundi Martini Commentarios, nemo humanior ignorat. Et, quis quæſo ſatis ridere poteſt, inſanum magnum

gnum errorem, quem allegando ipsum hoc, quod explicamus Sotæ caput, in l. XI. de Arc. Cathol. Ver. c. 11. commisit? Cum enim apud Raymundum offendisset: סוטה פי המקנא לאשתו Ipse pro eo scripsit: *Legitur in libro* סוכה ideſt: *Casula, in cap.* שוטה המגלח אשתו *Sota hamegale Isto, id est, Stultus despicit Uxorem suam.* In his verbis tam paucis, primo unum librum Talmudicum nominat pro alio, deinde verba mire depravat, citatque Caput, quod in universo Opere Talmudico non reperitur, denique nec a se corruptorum verborum sensum, satis exprimere valuit. Sed, quia primi hoc non indicamus, & ante nos quoque Illustris Voisinius in Notis ad Raymundi Pugionem fol. 637. Galatinum ob peccatum tam imprudens, non injuria perstrinxit, *Dominici Garciæ*, Doctoris Theologi, & qui initio in Complutensi, *Academiarum omnium* (uti ipse laudat) *quotquot extiterunt, & modo extant celeberima, totius q; Religionis Christianæ tutelari firmissima*, Linguæ Hebraicæ Moderatoris primarii, postmodum, præter Canonici Deiparæ Virginis de Pilari, Censoris quoq; Deputatiq; Inquisitionis in Christianissimo Regno Aragonum, munere functus est, mentionem injiciemus. Edidit is Librum, quem vocavit *Propugnacula validissima Religionis Christianæ, contra obstinatam perfidiam Judæorum*, excusum Cæsaraugustæ Anno 1606. Isto, prout in fine operis magnifice loquitur, *speravit se consequuturum, ut non solum contra perfidos & conscelcratos Judæos, continuum bellum concitet, verum sic intus eorum corda acriter & crudeliter dilaniet, & transverberet, ut nullam partem neq; nocturnæ aut diurnæ quietis illis imperciat. Et quod magis est, intus & exterius palam eorum perfidiam perpetuo arguat, convincat, & condemnet.* Ut vero ii, qui se minus norant, qualis esset, perspectum haberent in præfatione ad Lectorem, *Cunctis aliis certissime pollicetur, se ita attente & mature vetustissimos, & emendatissimos Hebræorum Codices semel & iterum evolvisse, singularum dictionum vim, energiam, proprietates, phrases, & locutiones Rabbinorum inspexisse, & penetrasse: ut tantum absit, vir nimis desidiosus in evolvendis Originalibus Voluminibus Sacræ Scripturæ aliquibus videri possit: quo minus, & si non reprehensionis ob hoc unum dignus, saltem nimis diligens indagator, & in præcavendis cujuscunq; Hebraicæ dictionis significationibus, in adducendis, & investigandis priscis Rabbinorum translationibus, solertissimus exquisitor, ab omnibus haberi, & judicari valeat.* Enim vero, talis tantusq; Theologus, Hebrææ linguæ Professor, Aristarchus, Judæorumq; δίμιος ἀπαρίτητος, in perquā pauciſſimis illis, quæ non nisi in calce operis, vix semel iterumq; ex sumne familiaribus sibi Rabbinis, & quidem sermone tantum Latino allegat, p. 649. a. *Rabbi Salomonem* ait *esse Autorem libri, Directionis Dubitantium:* & p. 679. a. postquam τῶ *Rabbi Rabe* Sanhedrin dictum produxerat, etiam ad *Imberiset Rabba* provocat; Bone Deus, quam

In propugn. p. 158. b.

p. 776. b.

quam puerilibus erroribus! Sic pag. 673. apud eum legitur: *Rabbi Simeon Ægyptius Imbereſit Rabba, id eſt, in Expoſitione magna, exponens illa verba Gen. 22. Die autem tertio: dicit: Multi ſunt in Sacra Scriptura dies trinitatis, quarum una eſt profectio Reſurrectio Meſſia.* At vero in Libro quem allegat, nullus comparet *R. Simeon Ægyptius*; tum, *Imbereſit Rabba*, rurſus eſt ineptiſſimum; Porro, nec hilum valet interpretatio: *In Expoſitione magna*, niſi addatur quoq; verbum, *Geneſeos*. Noviſſime, ad ipſum allatum dictū quod attinet, haud aliud deprehendo, quam præter hallucinationes tam graves, adhuc amplius Garciam ψευδομαρτυρεῖν μαρτυρίαν ψευδῆ nam de Meſſia, altum eſt in Berelchit Rabba, loco qui citatur, ſilentium. Ecquis porro alienis obſervationibus clanculum ſua ornare præſumeret, cum ea res, illis, qui Hebraicas literas publice docuerunt, & primi apud Muſas Rabbinicas eſſe, non minus ſibi, quam aliis videbantur, tam infeliciter ceſſerit?

13. Satius fuerit homini &c.] Idem hoc dictum inculcant Magiſtri in Berachot fol. 43. b. Ketubot fol. 67. b. & Bava Mezia fol. 59. a. Atque in poſteriore hoc loco, præcedit ratio, quare ſatius videatur, ut homo ſeipſum conjiciat in fornacem ardentem, quam ut Socii publice afficiat ignominia. Quippe, cum alios confundens, cædem quaſi committat, ac eapropter æternis olim torquendus ſit Gehennæ cruciatibus: Conſultius igitur longe eſt temporariis quam æternis ſuppliciis ſe addicere. Ipſa Hebraica verba, ſi quis requirat, hæc ſunt: תני תנא קמיה דרב נחמן בר יצחק כל המלבין פני חבירו ברבים כאלו שופך דמים אל שפיר קאמרת דחזינא ליה דאזיל סומקא ואתי חיורא אל אביי לרב דימי במערבא במאי זהירי אל באחזורי אפין דאמר ר' חנינא הכל יורדין לגיהנם חוץ מג' הכל סר אלא אימא כל חיורדין לגיהנם עולין חוץ מג' שיורדין ואינן עולין ואלו הן הבא על אשת איש והמלבין פני חברו ברבים והמכנה שם רע לחברו id eſt: *Doctor quidam Miſchnicus præſente R. Nachmane F. I. diſſeruerat: Quisquis vultum Proximi ſui pallere facit, is videtur Sanguinem profundere. Subjecit R. Nachman: Bene monuiſti: Evaneſcit enim rubedo* (vultus,) *pallore ſuccedente*, (ergo omnino ſanguis videtur profundi.) *Quæſivit Abai ex R. Dimi, a quo peccato Incolæ Paleſtinæ ſedulo ſibi caverent? Reſpondit: Ne cujus vultum reddant pallidum. Dixit enim R. Chanina: Omnes deſcendunt in Infernum, tribus exceptis. Ain tu, Omnes* (deſcendere, tribus exceptis? Fallit te memoria:) *Sic dicendum erat: Omnes in Infernum deſcendentes, ex eodem rurſus liberantur, tribus exceptis, qui illum petentes, nunquam pedem referunt; ſuntq; Adulteri, Socios publice ignominia confundentes, vel probroſo eos apellantes co-*

tes cognomine. Adde his Pirke Avot c. 3. & Juchasin p. 54. Enim vero, non hæc simpliciter, & crude accipere oportet, sed de negotiis tantum, quæ cuiquam cum socio intercedere possunt. At quoties Dei res agitur, aliter sentiendum. Quia egregia sunt, quæ de tota ratione τὸν πλησίον & amandi, & corripiendi, in MS. nostro Ez Hechajim Hilch. Reut. Veahava c. 1. leguntur, & ad non unum locum Novi Testamenti illustrandum facere possunt, utiq; operæ pretium est, illa afferre in medium. מצות עשות לאהוב כל אחד מישראל גופו וממונו וכבודו כשל עצמו והמתכבד בקלון חבירו אין לו חלק לעולם הבא ועשות יתר לגר שאף הקבה אוהב הגר ושני ואהב גר וכל השונאם בלב עובר משום לא תשנא את אחיך ומשום שאין מעשות בלאו זה אינו לוקה אבל המכה והמחרף חבירו אעפ שאין רשאי אין עובר: מצוה להוכיחו בינו לבין עצמו בנחת אם יחטא לו או למקום שני הוכח תוכיח עמיתך עד פעם שנייה ושלישית ואפילו תלמיר לרב ואמר ר' אליעזר ממין תלמיד לרב עד שיקבל וחבירו אפילו בשאינו מקבלו עד ק' פעמים ולא יכלימנו ברבים שכל המלבין פני חבירו ברבים אין לו חלק לעולם הבא וכן לא יקרא לו שם כנוי שהוא בוש ואם בקש ממנו מחילה לא יהיה אכזר למחול וברבר שמים מצוה לפרסמו ולביישו אם לא רצה לקבל בנחת ומוכיחו עד שיכנו: id est: *Inter Ajentia Præcepta est, ut quisq; Judæus, quemq; suæ gentis, & ejus corpus, opes & honorem amet sicut seipsum, & res suas proprias: Atq; quisquis sibi honorem ex ignominia alterius quærit, exsors est æternæ vitæ. Ad Proselytum vero amandum, novo insuper Præcepto obligamur, cum adeo ipse Deus amet Proselytos* Q. S. E. (Deut. X. 18.) Et amat Proselytum. *Quicunque igitur aut Judæum originalem, aut Proselytum in corde suo odit, is violat* (Dei præceptum, quo Lev. XIX, 17. interminatur:) Ne odio habeto fratrem tuum. *Quia vero hoc interdictum* (ad solos affectus, & animi inclinationem attinet,) *nec proprie opus aliquod externum involvit, ideo ejus transgressores, nequaquam flagris caduntur. Quin nec adversus illud delinquunt, qui τὸν πλησίον etiam proprio ausu verberant, aut contumelia afficiunt. Factum bonum est, si quis τὸν πλησίον sive adversus sese, sive adversus Deum peccantem, modeste remotis arbitris corripiat.* Q. S. E. (Lev. XIX, 17.) Corripiendo, corripito Socium tuum. *Idq; bis & ter faciendum, ita ut Discipulus quoq; erga Præceptorem hoc officio fungi debeat. Imo R. Elieser contendit, Discipulo apud Præceptorem, usq; adeo instandum esse, donec eum emendet: Socio vero, si maxime alter socius, ejus admonitiones non admittat, tamen easdem repetendas esse vel centies. Atenim publice ὁ πλησίον ignominia confundi*

non debet, quisquis enim palam τὸν πλησίον pudore suffundit, is vitæ æternæ hereditate excidit. Proinde, non vocandus est cognomine ignominioso, & si veniam petat, non morose in ea tergiversandum. (Sed vero, hæc postrema, de causis privatis tantum capienda sunt;) *nam de violato Numine cum agitur, hic factum bonum est hominem* δημοσιῶσαι, *& in pudorem dare, si privatæ exhortationes nihil proficiant, nec prius ab hoc officio desistendum quam* (alter pervicax) *intentet verbera.* Apud Maimonidem Hilch. Deot cap. 6. §. 8. & Kozensem Præc. Aff. 6. post allatum dictum: *Quisquis Socium publice ignominia notat, exsors est æternæ vitæ:* iisdem utrobique verbis subjungitur: במה דברים אמורים בדברים שבין אדם לחבירו אבל בדברי שמים אם לא חזר בו בסתר מכלימין אותו ברבים ומפרסמים חטאו ומחרפים אותו בפניו ומבזין ומקללין אותו עד שיחזור למוטב כמו שעשו כל הנביאים בישראל: id est: *Quorsum hoc effatum spectat? Nimirum, ad injurias privatorum; At quando Deus est offensus, si peccator mores non mutet, publice confundendus, ejusq. peccatum divulgandum est, palam probris affici, contemni, & diris devoveri debet, quoad ad bonam frugem se recipiat, quale quid omnes Prophetæ adversus Israëlitas prævaricatores feciisse deprehenduntur.* Cæterum, המלבין פנים לחבירו *Qui Socii vultum candefacit:* Opponitur המלבין שנים לחבירו id est: *Qui Socii dentes candefacit:* Atque uti alterum in vitio, ita hoc in summa laude ponitur. Adhibent vero posteriorem Phrasin, de iis qui alios exhilarant, & ad risum commovent, nam inter ridendum, labiis contractis dentes monstrare solemus. Cetubot fol. 111. b. טוב המלבין שינים לחברו יותר ממשקהו חלב: id est: *Qui candefacit dentes Socii sui, præferendus est illi, qui eidem lac bibendum porrigit.*

14. A Thamare] Sic elice hoc dictum: Thamar nequaquam sustinuit, verbis apertis nuncium mittere, & Judæ significare, ipsum esse, ex quo conceperit, sed multis verborum ambagibus utitur, & pignora tantum exhibet, quæ a Juda tenebat. Si negasset factum Judas, non ipsa progressura erat ulterius, sed potius in rogum ardentem se conjici passa esset, quam ut rem uti gesta erat perspicue narrando, publica illum notasset ignominia.

15. Vocula נא precandi sensum &c.] Sæpe idem legas in Talmude. Vide Berachot fol. 9. a. Sanhedrin p. 302. ed. Cocc.

16. Thamarem & gemellos ejus ab igne] Non caret difficultate definire, quare Judas ignis supplicio Thamarem addixerit, quippe, quæ ne quidem scelus capite luendum, commisisse videtur, nec

nec enim Lex Mosaica uspiam in Fratrias ante Leviratum scortantes, extremo supplicio animadvertere jubet, qualem tamen Thamarem fuisse, est in propatulo. Hinc Lipmanus in Nizachon Num. 41. שמעתי מלגלגים על הצדיק לאמור איך דן שריפה לאמר יבם שזנתה ולבסוף כשידע שעמו זנתה פטרה אעפי שהיה חמיה: id est: *Audivi quosdam cavillantes optimum* (Judam,) *sciscitando: Quare Fratriam, Levirum quoad adolevisset, exspectantem, ob scortationem flammis addixit, tandem vero cum deprehenderet, secum scortatam fuisse, liberam eam pronunciavit, cum tamen Socer ejus esset?* Salomo Jarchi, Bechai, & plerique omnes Scripturæ Interpretes Rabbini, Talmudistarum legentes vestigia, nodum ita solvunt, ut dicant: תמר בתו של שם היתה והוא כהן לאל עליון לפיכך דן אותה בשריפה שכן דין תורה שני ובת איש כהן כי תחל לזנות וגו' באש תשרף: id est: *Thamar fuit filia Semi, qui cum esset Sacerdos Dei altissimi idcirco rogo eam imponendam judicavit, hanc enim pœnam lex determinat* (Lev. XXI, 9.) *ubi hæc sunt verba:* Filia autem alicujus Sacerdotis, cum profanaverit se scortando &c. igne comburitor. Cæterum Abarbenel etsi hujus responsionis Comment. in Leg. p. 104. col. 4. quoque meminit, non tamen pro more suo, tam incertæ Traditioni nimium deferre videtur, sed alium modum tollendi difficultatem excogitavit, quem hisce verbis proponit: היה הענין בזה שמנהגם בימים ההם כאשר מנהגם אצל קצת העמים שהאשה שתזנה תחת בעלה יהיה עונשה בה כרצונו וימסרה בידו אם ירצה להמיתה תמות ואם לפוטרה חפטר ולכן בהיות תמר זקוקה ליבם היתה כאשה איש לכל דבר ועל יהודה היה לתת לה העונש כרצונו: id est: *Sic se res habet: Erat quondam illis temporibus ea consuetudo, quæ etiam nunc apud quasdam Gentes obtinet, ut scilicet in potestate mariti sit definire pœnam fœminæ adulteræ, illiusq; arbitrio ipsa penitus tradatur, ut si velit eam capite luere, luendum sit, si vero noxam remittat, remissa censeatur. Quare cum Thamar obstricta esset Leviro, secundum omnia pro Uxore viro copulata reputabatur, ing, potestate Judæ erat, pro lubitu, illius pœnam decernere.* Porro, quod re uti gesta erat, comperta, Judas, & Thamarem, & seipsum a pœna liberavit, id facile excusant Rabbini, contendendo, Thamarem, ceu supra quoq; innuimus, adhuc fuisse virginem, ut sic omnibus Divinis, Humanisque Juribus salvis, Judæ nubere posset. Etsi enim is Socer, ejus dicebatur, tamen dicebatur tantum, & vere talis non erat, quippe באותו הדור לא היו מקדשין אלא בביאה וקידושי ביאה אינן קדושין אלא לנבעלה כדרכה ועד ואונן שלא כדרכה שמשו נמצאת שלא היתה כלתו: Sapienti sat!

17. Ita

17. Ita vivis] Divini Autoris Epistolæ ad Hebræos cap. VI. v. 13. observatio est; τὸν θεὸν, ἐπεὶ κατ' οὐδενὸς εἶχε μείζονος ὀμόσαι, ὤμοσεν καθ' ἑαυτοῦ, eamque firmare licet, Scripturæ testimoniis innumeris. Quamobrem intoleranda est Judæorum impietas, qui non hoc loco tantum, Deum, per Judam jurantem introducunt, sed & idem alibi quoque fecisse deprehenduntur. In En Israël fol. 12. col. 4. ex Schemot Rabba sect. 3. Deus Mosen ita alloquitur: אני באתי להראות לך פנים וחלקת לי כבוד והסתרת פניך חייך שאתה עתיד לעשות אצלי בהר ארבעי יום וארבעי לילה: id est: *Ego veni ut ostenderem tibi vultum meum, tu vero honorem mihi detulisti, abscondendo vultum tuum: Ita vivis, futurum est, ut mecum in monte acturus sis XL. dies, noctesq; totidem.* In Tanchuma fol. 9. col. 4. legimus, Deum, cum Abrahamus circumcisionem in corpore suo admisisset, hortatum esse Angelos, venirent secum, & Abrahamum e dolore laborantem, visitarent. Cum vero Angeli mirarentur, Deum tanto honore dignaturum misellum hominem, & petiturum ædes, sanguine, præputiisque sordentes, subjecisse fingitur Numen: חייכם ערב עלי איתו דם של ערלות ממור ולבונה: id est: *Ita vivitis, suavior est mihi, iste præputiorum sanguis, myrrha, thureq;.* Plura de Divino jurejurando dicam in Commentariis ad Massechet Purim.

18. Liberaturus sum ego &c.] Factum id ministerio Gabrielis, & merito: Nam is etiam hoc loco pignora Thamaris, a Sammaële surrepta, restituisse dicitur. Pesachim fol. 118. a. בשעה שהפיל נבוכד נאצר את חנניה מישאל ועזריה לתוך כבשן האש אמר יורקמי שר הברד לפני הקבה רבש"ע ארד ואצנן את הכבשן ואציל את הצדיקים הללו אמר לו גבריאל אין גדולתו של הקבה בכך שאתה שר של הברד והכל יודעין שהמים מכבים את האש אלא אני שר של אש ואקרר מבפנים ואקדיח מבחוץ ואעשה נס בתוך נס אמר הקבה רד: id est: *Tum, cum Nebucadnezar, Chananjam, Misaëlem, & Asarjam, in fornacem ardentem conjecisset, dixit Jorkemi, qui Grandinis Præfectus est, coram Deo B. Mundi Arbiter, descendam, efficiamq; ut fornax frigescat, & pios illos homines liberabo. At vero Gabriel, ad illum conversus, non spectaretur, inquit, in eo, Divina Majestas, cum tu Præfectus Grandinis sis; nemo enim nescit, Aquam extinguere Ignem. At vero ego, qui ignis præfecturam gero, ibo, & intra Clibanum frigus, extra eundem æstum excitabo & unum miraculum edam in alio. Dixit illi, Deus B.* (Sit ita:) *Descende.*

19. Oraculum editum est.] Eo enim opus erat, quippe suspicari cæteroquin poterat Judas' דאזל איהו לגבי אוהל נמי איניש ארמיגא id est: *Sicut ipse Thamare familiariter usus fuerat, ita usos quoq; eadem*

eadem similiter esse alios, prout in Maccot fol. 23. b. ubi hæc itidem habentur, supplent.

20. Concubitus] Ista propria & genuina est vocis נבושים significatio, eademq; hoc etiam loco, nisi fallor, militat. Sed R. Salomo quia ad Jebamot fol. 69. b. ubi in textu legitur: ונכבש על השפחה annotaverat: ונכבש על השפחה גדחק ונדבק עליה לשון מכבש פרישא בלעז ולשון גנאי הוא; id est: *Phrasi* ונכבש על השפחה *Compressio & Adhæsio notatur: Verbum enim* מכבש *in nostra vernacula* (Gallica, significat vne) Presse, *estq; inter vocabula Obscæna*: Quamobrem non tantum ad Gen. XXXVIII, 26. verba Oraculi illius, quod hic editum dicitur, repetens, pro נבושים substituit הדברים sed & in Glossa ad nostrum Locum נבושים exponit דברים עלומים שנגזרו מלפני id est: *Arcana Providentiæ Cælestis Consulta*. Nimirum, persuadere nobis satagit, quod quia Thamar sua modestia, cui in domo Soceri semper studuerat, promeruit, ut Reges ex se nascerentur, in Fatis vero erat, ne futuri Reges, ab alio, quam a Juda genus ducerent, secundum illud Gen. XLIX, 9. *Catulus Leonis Juda*; ideo necesse fuisse, ut inter Thamarem & Judam Nuptiæ contraherentur, & omnia ex occulta Divinæ Providentiæ dispositione, peracta esse. R. Salomonis Interpretationi subscribit Cl. Buxtorfius in Lex. Talm. p. 1011. postquam enim ex Maccot, ubi iterata rei mentio habetur, illud ממני יצאו כבושים attulisset, subjungit Expositionem: *Ex me prodierunt occulta, secreta*. Verum, quid obstat, quo minus etiam hoc loco impudice & inhoneste Judæi loquuti sint? non enim id insolens est, & a more eorum alienum.

21. Socer R. Samuelis F. A.] In Talmude sequitur משמיה דרב שמואל בר אמי ut Generi sui, non vero proprium dictum, ille Senex recitaverit. Non id negligendum erat, quia æque ac Judæis, persuasissimum nobis est, hoc velle Justitiam, ut quisque Vir bonus, sicut in reliquis, ita & in Dictis, suum cuique tribuat.

22. Postquam eam semel cognovit] Scilicet, quod tam pudica & pia esset.

23. Non abstinuit deinde ab ea] Non omnium tamen eadem sententia est, nam ut breviter eleganterque ait Raschi ad Gen. XXXVIII, 26. יא לא הוסיף ויא לא פסק id est: *Sunt qui eum in cæpto haud amplius perrexisse, sunt qui haud amplius destitisse perhibent*. Vide Lipmannum in Niz. Num. 41. & Abarbenelem Comm. in Leg. p. 104. col. 4. Cæterum R. Samuelem Seniorem, præter eum quem adduxit, juvat quoque locus Num. XI, 25. quippe pro ויתנבאו ולא יספו

Onkelos & Jonathan habent : ומחנבן ולא פסקן id eſt : Et vaticinati ſunt, neque (vaticinandi) fecerunt finem.

כט

XXIX.

פיסקא אבשלום נתנאה
בשערו וכו׳ : תנ׳ אבשלום
בשערו מרד שנאמ׳ ובאבשלום
לא היה איש יפה בכל
ישראל להלל מאד מכף רגלו
ועד קדקדו לא היה בו מום׃
ובגלחו את ראשו והיה מקץ
ימי לימי אשר יגלח כי כבד
עליו וגלחו ושקל את שער
ראשו מאתי שקלי באבן המלך׃
תנא אבן שאנשי טבריא
ואנשי צפורי שוקלי בה לפי
נתלה בשערו שנ׳ ויקרא
אבשלום לפני עבדי דוד ואנכי
ואבשלו רוכב על הפרד וגו׳
ויבא הפרד תחת שובך העץ
האלה הגדול ויחזק ראשו
באלה שקל ספסירא באע׳
למיפסקיה : תנא דבי רבי
ישמעאל באותה שעה ראה
גיהנם שנבקעה מתחתיו : וירגז המלך ויעל על עליה

2. Sam. XIX, 1.

1 COmentatio : Abſalom cæſarie efferebatur &c. Tradunt Magiſtri, Abſalomem coma ſua peccaſſe Q. S. E. (2. Sam. XIV, 26. 27.) 2 *Non erat vir pulcher ut Abſalom in toto Iſraële, decorus valde: a planta pedis ejus, uſq; ad verticem ejus, non erat in eo vitium. Et quando radebat capillum,* 4 *ſemel autem in anno radebatur, quia gravabat eum cæſaries,* 5 *ponderabat capillos capitis ſui* 6 *ducentis ſiclis, pondere Regio.* Extat vetus traditio; tale 7 pondus intelligi, quali incolæ Tiberiadis, & Zephoræ, librare ſolebant. Cæſarie igitur pependit : Q. S. E. (cap. XIIX, 9.) *Obviam autem factus eſt Abſalom ſervis Davidis: & Abſalome inſidente mulo,* 8 *venit mulus ſubter perplexam quercum magnam, cui quercui adhæſit caput ejus.* 9 Gladium igitur arripuit, capillos amputare volens. Cæterum Schola Iſmaëlis tradit, 10 vidiſſe illum eo momento, 11 gehennam ſub ſe dehiſcentem. *Tunc commotus Rex, aſcendens in cœnaculum illius portæ, flebat, & ſic dicebat eundo : Fili mi Abſalom,*

vinam

השער ויבך וכה אמר בלכתו
בני אבשלום בני בני אבשלום
מי יתן מותי אני תחתיך אם
אבשלו בני והמלך לאט את
פניו ויזעק המלך קול גדול
בני אבשלום אבשלום בני:
הני תמניא זימני בני למר
שבעה דאסקי משבעה מדורי
דגיהנם אידך איכא דאמרי
דקרי רישיה לגבי גופיה ואיכא
דאמרי דאתייה לעלמא דאתי:
ואבשלום לקח ויצב לו בחייו
את מצבת אשר בעמק המלך
כי אמר אין לי בן בעבור שו
הזכיר שמי ויקרא למצבת על
שמו ויקרא לה יד אבשלום
עד היום הזה מאי לקח תק
שלקח מקח רע לעצמו: את
מצבת אשר במעק המלך אר
חנינא בר פפא בעצה עמוקה
של מלכו של עולם שנ הנני
מקים עליך רעה מביתך ב
ביוצא בדבר אתה אומר
וישלחתו מעמק חברון אר

utinam mortuus essem ego loco tuo, Absalom fili mi, fili mi. Rex vero verſ. 5.
obvolverat faciem suam, & clamabat Rex voce magna: fili mi Absalom, Absalom fili mi, fili mi. Quare octonis vicibus repetitur, *fili mi?* Septenis quidem, ut illum eximeret [12] e totidem habitaculis gehennæ: unius (*quæ vestat exclamationis,*) causam alii reddunt, ut [13] caput corpori uniret: Alii, ut eum in vitam æternam introduceret. *Absalom vero sumens statuerat sibi* [14] *in vita sua monumentum in convalle Regis, dicebat enim non est mihi filius, ut memoriam conservem nominis mei; quapropter vocavit monumentum illud nomine suo, quod vocatur* [15] *Manus Absalomis usq; in diem hunc.* Quid notat verbum, *Sumens?* [16] Quod malam sibi mercem sumserit. *Monumentum in convalle Regis.* Secundum sententiam R. Chaninę F. P. (*evenit hoc,*) [17] ex consilio profundo, Regis hujus universi. Q. S. E. (2. Sam. XII, 11.) *Ecce ego suscitaturus sum contra te malum e domo tua.* [18] Similis loquendi modus occurrit: (Gen. XXXVII, 14.) *Et dimisit eum e valle Hebronis.* (*Hoc est,*) eodem explicante: Ob profundum consilium istius c. XIIX, 18.

חנינא בר פפא בעצה עמוקה
של אותו צדיק הקבור בחברון
שנ׳ ידוע תדע כי גר יהיה
זרעך בארץ לא להם כי אם
אמר אין לי בן ולא הוו ליה
בנים והכתיב ויולדו לאבשלם
שלשה בנים ובת אחת ושמה
תמר אמר ר׳ יצחק בר אבדימי
שלא היה לו בן הגון
למלכות ׃רב חסדא אמר זה
נמירי כל השורף תבואתו של
חברו אינו מניח בן ליורשו וא
ואיהו קליי לדיואב דכתיב
ויאמר אבשלום אל עבדיו ר
ראו חלקת השדה אשר ליואב
אל ידי ולו שם שעורים לכו
והציתוה באש וכו׳

justi, qui in Hebron sepultus jacet. Q. S. E. (c. XV, 13.) *Certo scito, peregrinos fore posteros tuos in terra aliena.* Dicebat enim, non est mihi filius Annon filios (*Absalom*) habuit? Atqui S. E. (2. Sam. XIV, 28.) *Et nati sunt Absalomi tres filii, & filia una, nomine Thamar.* Proinde R. Isaac F. I. ait (*hæc ita concilianda, quasi in priori dicto ideo negetur, Absalomi filium fuisse,*) quia [19] non habebat filium aptum regno. R. Chasda vero ait, ita Majores tradidisse; neminem igne absumentem fruges proximi, post se superstitem relinquere filium heredem. Atqui is combusserat (*fruges*) Joabi: Q. S. E. (ibid. v. 31.) *Edixit Absalom servis suis videte possessionem Joabi adjacentem meæ, ubi ei est hordeum; ite & succendite eam igne.*

ANNOTATA.

1. Commentatio.] Cl. Coccejus in Versione Sanhedrin, verbum פיסקא varie interpretatur, & modo *Segmentum*, modo Τμάχιον, alias *Particulam*, reddit. Fortasse nihil horum, satis perspicue vim verbi indicat. Sic vero tenendum, fuisse Autori En Jacob propositum, ut optima, & amœniora quæque, ex Gemara frustatim excerperet. Ergo nunc quædam ex longis Digressionibus Magistrorum, nunc ex iis quoque, quæ ad Mischnam commentantur, selegit. Ut autem fieret inter hæc distinctio, quoties quæ ad Mischnæ textum illustrandum faciunt, afferuntur, in En Jacob additum Signum est פיסקא, & statim succedunt ea Mischnæ verba, de quibus instituitur Disquisitio. Nullum igitur vocabu-

Vide pag. 304. 377. 302.

vocabulum excogitare potuimus, quo ſenſum verbi פיסקא ſignificantius exprimeremus, quam illud *Commentatio*, eaque voce conſtanter uti decretum eſt. Populares Judæi omnes, dum פיסקא exponunt *Eine Einzeichnus*, noſtram interpretationem ſuis ſuffragiis confirmant.

2. Cæſarie efferebatur] נתגאה ביופיו ובשערו וחושב כי אין ראוי למלוכה מבני דוד כמוהו: id eſt: *Superbus erat ob formam cæſariemq, nec credebat ad ſuccedendum in Regno eſſe quem inter Davidis filios æque dignum, ac ſeſe.* Kimchi ad 2. Sam. c. XIV.

3. Non erat vir &c.] Qui integer in En Jacob affertur Scripturæ locus, in Talm. Amſtel. truncatus eſt; Atque quod hoc loco fit, idem plerunque accidere, obiter monendum eſſe duximus.

4. Semel in anno radebatur] Eliciunt hinc Judæi, Abſalomen fuiſſe Nazaræum perpetuum, ceu videre eſt in Rabbot fol. 232. col. 2. & imprimis Ralbag ad 2. Sam. c. XIV. Ob hanc, enim, ſolam cauſam, inquit iſte, Abſalom radebat crines, quia iis ferendis non erat: Ergo abſque hac cauſa fuiſſet, nunquam ſe radi paſſus eſſet, verorum Nazaræorum more: Qui vero in una re Nazaræum ſe præſtat, talis eſt in omnibus. Interim Radak conſequentiam non admittit, & Abſolomen Nazaræum fuiſſe, ſola traditione conſtare dictitat, etſi de ejus quoque fide videtur dubitaſſe. Verba ipſa adducam: אמרו רבותינו ז"ל כי אבשלום נזיר עולם היה כן היתה קבלה בידם כי מן הפסוק' לא ראו זה כי אפשר כי הוא היה מגדל שערו ליופי שערו להתגאות בו ולהתנאות ומשנה לשנה כשהיה כבד עליו שלא יוכל לסבלו היה מגלחו אבל הם ז"ל קבלו כי בגזירת היה מגדל אותו ולמדו מזה כי מי שנדר בנזיר שלם כל ימי חייו בשהכביד שערו מיקל בתער משנים עשר חדש לשנים עשר חדש: id eſt: *Dicunt Rabbini noſtri Abſalomen fuiſſe Nazaræum perpetuum. Habent id per Traditionem, ex Scripturæ enim verbis, id neutiquam deprehenderunt, & fieri poteſt, ut ipſe comam nutriverit, ob decorem, quo, ea ſe efferret, & pulchrior appareret, annuatim vero raſerit, cum tam gravis reddita eſſet, ut eam ferre amplius nequiret. Sed laudati noſtri Rabbini, ut καλοπαράδοτον tenent, ipſum ex voto Nazaræatus nutriviſſe crines, atq, hinc colligunt, eum qui Nazaræatui per omnem ſuam vitam ſe obſtrinxit, ſi nimis graveſcant crines ejus, ſemper poſt elapſos XII. menſes, radendo novacula, onus allevare poſſe.*

5. Ponderabat, capillos capitis ſui] Cur illud facere inſtituit? Cauſas duas affert R. Levi Gerſonides, arbitrium liberum relin-

quens Lectori, utri magis assentiri velit: שוקל זה במשקל המלך אם לפי שהיה נותן משקלם בכסף או זהב לבית המקדש או לעניי' או היה שוקל זה לראו' הפלגת רבוי שערו: id est: *Ponderabat Comam* (absalam) *pondere Regio, vel ut tantundem auri aut argenti, pro donario in Templo offerret, aut inter pauperes distribueret: vel, ut stupendam crinium mirareturcopiam.*

6. Ducentis Siclis] Baal Schalschel. Hak. p. 89.a. ex Midrasch Ruth, & Midrasch חיי שרה (Observamus nos, idem tradere Gemaram Bechorot fol. 50. a.) hanc tanquam probam, & minime fallacem nobis exhibet Regulam: כל שקל האמור בתורה הוא סלע בנביאים ליטרא ובכתובים קנטרין חוץ משקל עפרון שהיו קנטרין: id est: *Quotiescunq; Sicli mentio fit in Pentateucho, intelligere oportet Selam* (sive pondus 324. granorum hordeaceorum communium.) *In Prophetis* (Siclum interpretari debemus) *Libram, & in Hagiographis Centum pondo: Excipe tamen Siclos* (quibus emit Abraham Speluncam cum Agro, ab) *Ephrone, nam & illorum quusq; æquabat centum Pondo.* Quæ si ita se habent, cuiq; cogitandum relinquitur, qualis ista fuerit, Coma, dicam, an Juba, cujus abrasæ superfluitates, æquabant libras omnino ducentas. Nimirum, verum sit oportet, quod in Rabbot fol. 232. col. 2. legitur: בחרובים גדולה היה id est: (Cæsaries Absalomis) *referebat ingentem arborem ceratiorum*, (*cujus rami multi magnq; sunt, & quaquaversum diffusi.*) Imo vero jam non dubito, verum esse illud quoque, quod non ibidem tantum, sed & in Nidda fol. 24. b. memoriæ proditum est. תניא אבא שאול אומ' קובר מתים הייתי פעם אחת נפתחת מערת תחתי ועמדתי בגלגל עיניו של מת עד חיטמי בשחזרתי לאחורי אמרו עין של אבשלו' הודת ושמא תאמר אבא שאול נגס הוה אבא שאול ארוך ברוחו הוה: id est: *Extat Traditio, Abbam Schaul dixisse: Ego Vespillonem egi, & aliquando forte fortuna patuit Spelunca subter pedes meos*, (in quam incidens) *steti in orbe Oculi cadaveris cujusdam, ad summas usq; nares. Cum inde pedem retulissem, edoctus sum, fuisse Oculum Absalomis. Sed, credat quis, Abbam Schaul Pumilionem fuisse: Atqui, fuit omnium ætatis suæ longe maximus.* Fateor, ad amussim servari proportionem. Nam capiti quod sua Coma, proceræ densæq; Ceratiorum Arboris speciem habet, haud certe minor convenit Oculus; proindeq; fieri aliter nō potest, Rhodius Colossus, ad Absalomen collatus, Nani cujusdam speciem præ se tulisset, perexigui. Profecto, nihil æquius erat, quam ut huic lampada in manus traderet David, & noctu in littore Palæstinæ, excubias agere juberet, nam sic clarum jubar affulsisset, omnibus toto Tyrrheno æquore navigantibus. Atenim vero, illud

istud unum nimis scire equidem vellem, unde suum Mulum nactus sit Absalom, quo vehi solebat? Scilicet, oportet dicant Judæi, quod semper apud se, simul ac Gigas homo nascitur, Gigas quoque nascatur Asinus!

7. Pondus intelligi, quali incolæ Tiberiadis & Zephoræ &c.] Non memini, me alibi legisse, quæ harum Urbium, fuerit Ponderis ratio. Multa cæteroquin de iis annotarunt, Viri, quibus plurimum debent literæ Hebraicæ, Buxtorfius in Comment. Masor. c. 4. Drusius in Præt. Joh. 6. & Lightfootus in Cent. Chorogr. c. 72. seqq. Addendum illorum Observationibus, quod de proprio & peculiari Pondere hoc loco habetur. Itemque quod est in Rabbot fol. 232. col. 2. בני טבריא ובני צפורי מגלחין מערב שבת לערב שבת: id est: *Cives Tiberiadis & Zephoræ, semper pridie Sabbathi comam radunt.*

8. Venit mulus] Quare Hebræis Mulis פרד proprie dicatur, rationem docet eruditissimus Bochartus parte 1. Hieroz. l. 2. c. 19. Plerique Christianorum Interpretum, & ex Judæis, quos nobis adire licuit, præter Talmudistas in Pesachim fol. 54. a. etiam Raschi, Kimchi, Chaskuni, Abarbenel, & Abenesra, omnino volunt, idem animalis genus alio nomine a Scriptura Gen. XXXVI, 24. ימים vocari, atque ejusdem procreandi rationem, Anæ ibidem inventum asseri. Enim vero, hanc Expositionem, laudatus Bochartus libro citato Cap. 21. vehementer impugnat, multisque argumentis probare satagit, locum eam haud invenire. Urget principio non posse ostendi, ullas in Oriente Gentes, Mulos ימים appellasse. Tum verbum מצא inculcat, quod apud Hebræos haud unquam significat, id quod non est, excogitare, sed tantum reperire rem existentem. Amplius cogitare jubet, quod non nisi Asinos paviisse legatur Ana, e quibus solis Mulos non procreari, omnibus perspectum sit. Denique addit parum verisimile reddi, mulos progignendi rationem jam tum in Idumæa fuisse repertam, cum Judæi iis usi non legantur, ante Davidis tempora, qui universis septingentis annis, Ana erat posterior. Porro, rejectis jure merito, mox Veterum quoque aliis explicationibus, qui ימים aut de Aquis calidis, aut de Paludibus, quas, Maria, ipsi vocabant, interpretati sunt, tandem Onkelosi, & Samaritani partibus Bochartus adhæret, atque per הימים prorsus ac si אמים aut אימים scriptum esset, Emæos Gigantes, intelligi debere, contendit. *Ut hos scilicet invenisse dicatur Ana, quod sive fortuito in eos inciderit, sive irruerit; atq; ex eo casu tum notissimo, cum nominis sui famam ad Posteros tum propagaverit, seu magna clade illos affecit, aut sibi paratas insidias virtute sua eluserit, hoc quasi velut eum Propheta designare, atq; ab alio cognomine Ana distinguere voluerit.* In promptu est, firmare hanc, Viri Magni opi-

gni opinionem etiam R. Moſis Nachmanidis, quem MS. poſſidemus, inſigni teſtimonio, is enim Paraſcha Vajiſchlach, præmiſſa altera de Mulis explicatione, denique ſubjungit: ולפי דעת אונקלוס שתרגם גבריא יהיה הימים כמו אמים ויהיה פשט הכתוב כי בא על ענה זה מן האומות הנקראת אמים לפנים עם גחל ורם כענקים ורצו לגזול ממנו החמורים של צבעון אביו והוא היה במדבר אין עזר לו והצילם מידם ועל כן יאמר הוא ענה המפורסם בגבורה הזאת והוא נכון: id eſt: *Atenim ſecundum mentem Onkeloſi qui pro* (הימים) habet גבריא (ſive Gigantes) *illud* הימים *poſitum pro* אמים *fuerit, & Scripturæ ſenſus: Adorti ſunt Anam, quidam, ex gente, quæ alias Emæorum dicitur, Natione procera & gigantea, adinſtar Enakæorum. Illi volebant prædari Aſinos Zibonis Patris illius, ipſe vero* (etſi) *in deſerto & ſolus conſtitutus, eripuit eos ex manibus ipſorum, proinde dicitur: Hic eſt Ana, illuſtri illo facto celebratiſſimus. Atq; iſta Expoſitio videtur commodiſſima.* Laudat hunc Nachmanidis locum Bechai Comment. in Moſen fol. 46. col. 1. eundemque, ſed ſuppreſſo, contra Judæorum morem Autoris nomine, tranſcripſit quoque R. Jacob Abendana, appoſuitque textui Michlal Jophi fol. 13. col. 2. Confer ספר פענח רזא p. 25. col. 3. ubi eadem opinio de Gigantibus, aut viris validis adducitur, ita tamen ut non ſignate de Emæis accipiantur verba, ſed de undecunque collecta Latronum manu, quippe placet Autori המאיימים ומפחידים את הבריות הימים dictos, quaſi id eſt: *terrentes, & in metum conjicientes mortales reliquos.* Cæterum, dum Bocharti Argumenta, quibus interpretationem veterem de repertis ab Ana Mulis, oppugnat, accuratius penſito, haud ſane crediderim, eidem patrocinantes Judæos, iis poſſe convinci. Nam ut de primo, tanquam de quo controvertitur, parum dicam: Excipient adverſus ſecundum, non ſumi verbum מצא alio, quam quo Scriptura id adhibere conſuevit ſignificatu, hoc eſt de reperta re jam extante, minime vero, etiamſi a quibusdam id proditum ſit, de aliqua nova excogitatione. Commiſiſſe enim Anam Onagros, cum iis quos paſcebat Aſinis, animi fortaſſe cauſa, & interjecto deinde tempore, ſolo caſu incidiſſe in Mulos, qui ex illa coitione prognati fuerant, quomodo locum Jonathan Chaldæus expoſuit. Nec obſtat, quod ſolos Aſinos, nõ etiam Equos paviſſe legatur Ana, haud enim Equis neceſſario opus erat ad Mulorum procreationem, ſed fieri potuit, ut repertis Sylveſtribus Aſinis, libido Anam ceperit, tentandi, annon iſti cum manſuetis ſuis, ad familiaritatem mutuam redigi poſſent: Atque rurſus ſic Jonathan Chaldæus ſenſit, apud quem עדריא quæ vox Onagros notat, pro eo quod vulgo עדריא excuditur, legendum eſſe, recte Bochartus monuit, monueruntque idem ante illum, Autor Notarum quas in margine adjectas habet Pentateuchus cum tribus Targumim, & Autor

Autor libelli פירוש על התרגום יונתן וירושלמי p. 10. col. 2. Jam Mulum ex Onagro, & Asino nasci, ipse Bochartus, non agnoscit tantum, sed & multis Scriptorum probatum dedit testimoniis. Denique, si maxime ante Davidis tempora, Judæi Mulis usi non sunt, id nihil referre dicent Magistri, sed ideo factum esse, quod ab hoc genere animantis, tanquam vitio & adversante Natura procreato, vulgo abhorrerent: Quo faciunt loca, quæ ex Bereschit Rabba, & R. Salomone, Bochartus adduxit. His similibus, inquam ego, Judæi sese tueri possunt, eadem tamen, ut verum fatear, iis, qui undecunque conquisitis effugiis haud delectantur, nequaquam satisfaciunt, quin potius nobis videtur, omnino probatum dedisse Bochartum, quod probandum sumserat, neque verisimile est, Anam Mulos reperisse. Hac in sententia me confirmat, quod & LXX. Interpretibus, quid הימים significaret, non satis perspectum erat, quippe qui pro eo verbo, ἐμὶν scripserunt, voce Hebraica, quam interpretari non concedebatur, retenta, & literis Græcis utcunque expressa. At Talmudistæ, qui nihil ignorare volebant, & quidlibet audendi sibi potestatem sumsere, illud de Mulis postea commenti sunt, haud profecto alia inducti ratione, quam quia Scriptura Anam dum Asinos pasceret, aliquid reperisse memorat, nullaque alterius rei inventio, magis cum Asinorum pastu conveniret, quam Mulorum. Et sane, nec potuit evitare Abenesra, quo minus hæc ita succeississe non obscure proderet. Sed, quam frivola ista sint, omnes intelligunt, atque, quia nec lingua Arabica, quam tamen quoties in Hebræa Radices deficiunt, consulere jubent Rabbini, nec ulla Orientalis alia, vel tantilla Analogia, in suis appellationibus, quibus Mulos designant, subveniunt, ut receptæ explicationi assentiar, a me non impetro. Libens vero Cl. Bocharto assurgerem, ejusque opinionem amplecterer ambabus manibus, nisi unus scrupulus hunc animum male haberet, & in diversa distraheret. Nimirum idem verbum מצא quod valide adversus Mulorum inventionem, Vir doctus urgit, eundem quoq;, quantum mihi judicare licet, incommodat; nec enim capio quid Scriptura vellet, si diceret: *Hic est Ana, qui invenit Emæos in deserto, cum pasceret Asinos Zibonis Patris sui.* Atque, esto, *Invenire Emæos*, idem hic, ceu quidem Vir eruditus postulat, significare, quod, *In eos irruere*; nondum tamen vel sic aliquid profertur, in quo mens possit acquiescere, sed manca & imperfecta tota est oratio, nec crediderim tanti defectus, in ejusmodi re aliqua, simile exemplum, in Scriptura alibi posse ostendi. Nempe, si quis sigillatim examinet, illa quæ magno numero Bochartus adduxit, id quidem clarissime patescit, pro *Irruere in aliquem*, sæpe dicere Scriptores Sacros, *eum invenire*. At vero, nunquam sistitur in Scriptura, intra solum illud sive *Invenire*, sive *Irruere*, sed semper aliquid additum est, quod rei eventum declarat, nec uspiam tam incertus relinquitur

quitur Lector, quam hic loci dimitteretur. Ipsa illa duo palmaria loca 1. Reg. XIII, 24. & Ps. XXI, 9. etiam Judæis, eandem cum Bocharto explicationem professis, laudata, quam minime rem conficiant, haud longa eget probatione: Nam, in priore, dicitur quidem, *Cum abiisset, invenit eum Leo in via:* Atenim, adjunctum quoque est, *Et occidit.* Similiter, postquam dixisset David: *Inveniet manus tua omnes inimicos tuos, dextra tua inveniet odio habentes te:* Sequitur continuo: *Pones eos ut clibanum ignis, in tempore iræ tuæ, Dominus in furore suo disperdet eos, & consumet eos ignis.* Invenire enim aliquem, aut in ipsum irruere, nonnunquam casus, aut temeritatis est, nec de eo admodum laboratur; quem vero ea res habuerit exitum, id demum est, quod homines tenet solicitos, quare hoc postremum etiam, non vero prius illud, exprimere breviloquio studentes, semper in more habent positum. Atq; ut multa taceam alia, haud sane 1. Chron. XVIII, 12. Abischai filius Zerujæ octodecim millia Idumæorum in Valle Salis reperisse dicitur, aut in eos irruisse, sed enim, percussisse. Neque sufficit ad tollendam difficultatem, dicere; tum temporis cum ista scriberentur, ita notum fuisse Anæ casum, ut nihil ultra requireretur, quam ejus quomodocunque mentionem injicere. Nam nemo profecto nescit, quomodo exceperit Simson Philistæos in Lechi, aut David, Goliathum ad convallem Querceti; & tamen dubito, num vel sic, de iis loquentes, quis laturus sit, si nude dicant: *Hic est ille Simson, qui invenit Philistæos (aut, irruit in eos, dicat,) in Lechi: Hic iste David, qui invenit Goliathum, ad convallem Querceti.* Nisi igitur quis velit, tale illud de Ana fuisse negotium, quale accidisse ætate Patrum nostrorum in Hispania, præter alios Scriptores, etiam Jesuitæ, Sanctius in Hist. Hispan. & Nierembergius in Philosophiæ Curiosæ l. 1. c. 35. nimis creduli, pro vero commemorant: Quod videlicet Nobilis Adolescens, cum ea quam vitia verat Amasia, Ducis Albani, cui serviverant, iram fugientes, in media Hispania, post superatos Montes aliquos, in Vallibus, hodie *Las Batuecas* dictis, innumeros repererint Homines, nullis retro Seculis cognitos, & qui ipsi quoque, aliorum præter se mortalium, ne minimam quidem habebant notitiam: Nisi inquam quis, (quo tamen nemo facile progredietur) factum simile admittat, ego quidem ad quamcunque rem aliam indicandam, alio, & pleniore, quam quem adhibuit sermonis genere, Scripturam usuram fuisse, si הימים Populos notaret, persuasum habeo. Ergo, donec iste mihi eximatur scrupulus, non possum non ἐπέχειν, & assensum suspendere. Supereſt una, Christianis Scriptoribus, hactenus, quod sciam, neglecta Judæorum Opinio, quæ vocem הימים de Herbarum aliqua, nunc parum cognita specie, accipit. Cujus sententiæ, etsi in hac Librorum Hebræorum, qui nobis Christianis obtingunt, paucitate, nec Autores nec Defensores nominare possumus, tamen

tamen ita asserenti Abenesræ credimus, esse inter Scripturæ Interpretes Rabbinos, qui sic verbum exponant, longe plurimos. Atque hi quidem, si quid in re tam ardua, nobis judicare conceditur, forsitan non omnino aberrant a linea, certe sententiam fovent, minimis obnoxiam difficultatibus. Hanc enim si amplectimur, non ulla vis verbo הימים literas ejus immutando, temere infertur, & Scriptura quoque, nec a sua, nec a communi hominum loquendi consuetudine, quid alienum extulit, sed מצא את הימים במדבר convenit cum illo Gen. XXX, 14. וימצא דודאים בשדה nec ovum ovo similius; estque in ejusdem Autoris, styli ista parilitate, magnum præjudicium. Adhæc concurrunt multa, quæ conjecturam firmant: Nam in Sylvis, & eremo, facile fieri poterat, ut in herbam nunquam antea visam incideret Ana: Huic, quia vel ex odore, vel guttu, vim magnam inesse sensit, aut quia ejus aspectu delectabatur, vel etiam quia Asini ea comesta insigniter fuere mutati, ideo evenit ut illam deinde radicitus evulsam domum absportaret, hortisque commissam & propagatam, communicaret cum cæteris. Possent varia narrari, quæ evenere similiter, sed unum illud Appiani in Parthicis allegare sufficiet, quo prodidit, fame pressos milites Parthos, cum ad radices & olera verterentur, incidisse in herbam, quæ omnes quotquot illam comederant, ad eam insaniam adegit, ut rebus quibusvis missis, nihil nisi terram vertere, & lapides movere inciperent, sic, ut totus circumjectus campus, fodientibus & lapides volutantibus repleretur. Quia notus erat Mosis tempore Herbæ הימים usus, nihil requirebatur quam Anam ejus laudare inventorem, quasi si nunc quis dicat: Hic est ille Johannes Nicotius, qui reperit herbam Tabacum: Vel, uti Plinius l. 25. Hist. Nat. cap. 4. *Est Chronis*, inquit, *inventum Ampelos, quæ vocatur Chronia.* Sed de his jam satis: Quæ, si cui displicent, non id molestè feremus: Si vero meliora docebimur, magnam & solidam bene monenti habebimus gratiam.

9. Gladium igitur arripuit capillos amputare volens.] Totum hoc in Talmude Amstel. Typographi oscitantia inexcusabili omissum est, nec enim sine istis, sensus sibi constat. Sed & Codices En Jacob, qui post verba illa, novam quasi παρεκταὶν ordiuntur, non minori vitio laborant. Et vero, cum sequentibus esse hæc conjunctissima, non tantum ratio suadet, sed & מד Rabbot fol. 232. col. 3. confirmat autoritas, ita enim legunt verbis contiguis: תנא דבי ר' ישמעאל בעת שנתלה אבשלום באלה לקח ספסירא בעא למיפסקיה באותת שעה נבקע שאול מתחתיו: Eandem correctionem roborant Pirke R. Eliesers pag. 149. Edit. Vorst.

10. Gehennam ſub ſe dehiſcentem.] χάσμα μέγα! Nam ſecundum R. Elieſerem in Pirke p. 9. *Denſitas terræ, iter ſexaginta.* (Vorſtius *Sex* legere jubet, dubito, an ad mentem Autoris.) *Annorum eſt:* Atqui: גיהנם הוא אלף רמה מילין תחת הארץ id eſt: *Gehenna eſt M CC XLV. milliaria ſubter ipſam terram*, ita tradente Baal Schalich. Hak. pag. 90. b. Ergo merito Latini, Gehennam vocant *Inferos*, nec male pro πύλαι ᾅδου apud Matth. XVI, 18. Vetus Interpres Hebræus dixit שערי תחתיות Qui locus rurſus me confirmat in opinione, qua textum tantum Latinum, non Græcum, homini illi ad manum fuiſſe ſuſpicor.

11. E totidem habitaculis Gehennæ.] Et conveniunt cum his, & ſimul vehementer quoq; diſcrepant, quæ R. Elieſer tradit in Pirke p. 149. his Vorſtii verbis: *Septem Portas habet Gehenna. Ingreſſus eſt Abſalom per quinque portas Gehennæ; audiens hoc David ejulavit, planxit, & clamavit quinquies, Fili mi, fili mi* 2. Sam. XIX, 1. *Cum reduxerat illum ex quinq; Portis Inferni, celebravit & laudavit Creatorem ſuum.* Enim vero, nec cum Sotæ noſtræ dictis, nec cum R. Elieſere, conſentiunt, quæ ex Avoda Sara producit Baal Schalſch. Hak. p. 91. a. quippe in iis ſex tantum inferorum memorantur manſiones, & adeo fingitur Abſalom in Gehenna ætatem agere, eſt enim ipſe primæ manſionis, ut ita dicam, Paterfamilias: Secundæ præficitur Doëg, tertiæ Korach, quartæ Jeroboam, quintæ Achab, & poſtremæ denlq; Micha. De amplitudine Gehennæ in Peſchachim fol. 94. a. & Taanit fol. 10. a. verbis iisdem, ajunt utrobiq; Magiſtri: מצרים הויא ארבע מאות פרסה על ארבע מאות פרסה ומצרים אחד ששים בכוש וכוש א' ששים בעולם ועולם אחד ששים בגן וגן אחד ששים בערן וערן אחד ששים בגיהנם נמצא כל העולם כנסוי קרירה לגיהנם וגיהנם אין לו שיעור: id id: *Ægyptus CCCC. milliaria in longitudinem, totidemq; in latitudinem porrigitur. Ægyptus æquat ſexageſimam partem Æthiopiæ, Æthiopia ſexageſimam partem Orbis; Orbis, ſexageſimam partem Horti* (in Edene;) *Hortus, ſexageſimam partem Edenis; Eden, ſexageſimam partem Gehennæ. Eſt igitur Orbis univerſus reſpectu Gehennæ, ut ollæ operculum, neq; enim Gehennæ capacitas ſatis exprimi poteſt.* Præter hæc, ſciunt quoq; Judæi Portas extimas, per quas in Avernum deſcenſus eſt: Erubin fol. 19. a. גי פתחי יש לגיהנם אחד במדבר ואחד בים ואחד בירושלם: id eſt: *Tres portas habet Infernus, unam in Deſerto, alteram in Mari, tertiam Hieroſolymis.* Neſcio, num ad Gehennæ exteriores, an vero interiores diverſorum habitaculorum Portas, referre debeam illud

Alco-

Alcorani p. 176. verſionis Gallicæ: *L' Enfer haſept portes, e chaque porte a ſon faict particulier.* Cæterum, Judæis illa, de qua hactenus egimus Gehenna, etſi ad ipſos omnes capiendos ampliſſima eſt, nequaquam ſufficit, ſed habent aliam quoq; ſupra cœlum ſupremum. Tamid fol. 66. b. תנא רבי אליהו גיהנם למעלה הרקיע: id eſt: *Scholæ Eliæ Traditio eſt, dari Gehennam ſupra cœlum ſupremum.* Raſchi in Gloſſa addit: והן החיות המוציות על ראש רשעים: id eſt: *Illam Gehennam provenire ex ſudore quem animantia* (ab Ezechiele viſa) *Impiorum capitibus immittunt.* Notavit Idem, jam olim, Agobardus Epiſcopus Lugdunenſis, in libro quem de Judaicis Superſtitionibus, ad Ludovicum Imperatorem ſcripſit, & qui Tom. 9. Bibl. SS. Patrum habetur, ſic inter reliqua loquens: *Literas quoq; Alphabeti ſui* (Judæi) *credunt exiſtere ſempiternas, & ante mundi principium impetraſſe diverſa miniſteria, quibus eas oporteat in Seculo præſidere. Legem vero Moſaicam multis annorum curriculis ante mundum fuiſſe ſcriptam. Nec non affirmant plures eſſe terras, plura inferna, pluresq; cœlos.*

12. Caput corpori uniret.] Volunt enim Judæi, id ab eo fuiſſe avulſum.

13. In vita ſua monumentum.] Joſephus l. 7. Antiq. c. 9. Ἔστησε Ἀβεσάλωμος ἐν τῇ κοιλάδι τῇ βασιλικῇ στήλην λίθου μαρμαρίνου δύο σταδίους ἀπέχουσαν ἱεροσολύμων, ἣν προσαγορεύουσιν ἰδίαν χεῖρα, λέγων, ὡς κἀμοῦ τέκνων ἀυτὸ διαφθαρέντων, ἐν τῇ στήλῃ μένει τὸ ὄνομα. Haud igitur aliud fuit ex Joſephi aſſertione, Monumentum Abſalomis, quam Columna quædam Marmorea. Aliter tamen Raſchi, qui opinatur: שבנין חשוב הוא id eſt: *Fabricam quandam inſignem fuiſſe:* Quod idem cenſuit R. Levi ben Gerſon dicens: ירמז שבנה שם בנין גבוה id eſt: *Veriſimile fit, eum excitaſſe fabricam altam.* Et ſane ſi ea audimus, quæ Recentiores de Monumento Abſalomis, quod hodieq; in valle Joſaphati ſupereſſe volunt, memorant, magis Raſchi & Gerſonidis, quam Joſephi ſententiam confirmare videntur. Nemo diligentius omnem formam, iſtius quod etiam nunc viſitur monumenti, deſcripſit, quam I. Daubdanus in Itinerario Terræ Sanctæ, quod Gallice, ab illo editum eſt, ſuntq; digna ejus verba, ut ex c. 13. adſcribantur. *La Sepulture d' Abſalon eſt a dix ou douze pas, de ce petit pont de Cedron, vn peu au coſté du chemin qui conduit a Bethanie. C' eſt vn grand Cabinet ou chambrette toute quarrée de quelques huict pas, en chaque face, hors veuure, taillée à la pointe du cizeau, dans vne groſſe & puiſſante roche detachée de tous coſtez de la montagne, qui eſt eſcarpeé tout a l' entour, laiſſant vn chemin de ſix ou ſepts pieds de large, afin de pouuoir voir, & conſiderer l' excellence de ſon ouurage. Elle*

eſt toute d' vne piece pour ce qui eſt du corps, & de la quarreure, jusques à La Corniche; mais non la couuerture qui eſt faite en forme pyramidale fort haute & large, auec vne maniere de pot a fleurs, le tout ayant bien quatre ou cinq toiſes de hauteur. Elle eſt orneé par dehors à l' entour de dix ou douze demy-colomnes de la meſme pierre, le dedans eſt vn cabinet tout nuy, où on ne void qu' une quantité de pierres auſſi bien qu' au dehors, où tous les paſſans, tant Chreſtiens qu' Infideles, hommes, femmes, & enfans, jettent chacun la ſienne en deteſtation de la perfidie & rebellion de ce jeune Prince contre ſon Pere David. Quod tam vivis coloribus nobis depingit Cenotaphium Daubdanus, etiam Judæos pro Abſalomis Monumento habere, ob locorum easdem circumſtantias patet ex Benjaminis Itiner. p. 43. & Autore libelli de Cippis a Cl. Hottingero editi p. 26. Sed eſto, antiquum ſit hoc Conditorium, Abſalomis tamen Monumentum eſſe, malo dubitare, potior enim mihi Joſephi autoritas, qui nunquam Columnam pro Cenotaphio ſuppoſuiſſet, ſi tale tanquam ab Abſolome conditum, & quidem Hieroſolymis tam vicinum, ſuo ævo extabat. Ut taceam, Scripturæ verbis, ſententiam Joſephi magis conformem eſſe, nam לקח ויצב מצבה quod LXX. non male, ἔλαβε καὶ ἔστησεν ἑαυτῷ στήλην, reddiderunt, niſi vim inferre verbis velis, de ea tumba quam Daubdanus repræſentat, accipi nequit. Cæterum, dubium nullum eſt, Abſalomem illud nominis ſui, qualecunque tandem id fuit, Monumentum, diu ante obitum paraſſe; penitusque delirarunt illi Judæi, quos Autor Quæſt. Hebr. in libros Regum, quæ Hieronymi nomen præferunt, tradidiſſe ſcribit: *Quod Abſalom depoſitus de quercu, petierit ſibi inducias, ante quam perimeretur, ut faceret ſibi titulum ob memoriam ſui, eo quod non haberet filium talem, qui Regno dignus eſſet, verum etiam ob peccatum ſuum quod in Patrem geſſerat, præſenti vita indignos.* Atqui, cum Joab, Abſalomis adhuc in Quercu pendentis cor, tribus lanceis confixiſſe legatur, inſignitet væcordes fuere, qui iſta commenti ſunt, nec crediderim tam inſulſæ traditionis, hodie in Judæorum libris extare memoriam. Cl. Quiſtorpius in Annotat. Bibl. p. 292. refert, Guilielmum quendam Equitem Auratum in Hodœporico c. 8. memoriæ prodidiſſe, cerni in Valle Joſaphat ſtatuam quandam lapideam, bonæ magnitudinis & artificioſam, atque velle ipſum, hanc eſſe ab Abſalome poſitam. Aſt, cum nunquam moris fuerit inter Judæos, ut integras humanas ſtatuas e lapide fingerent, & nemo quoque alius hujus ſtatuæ mentionem faciat, iſta narratio nobis jure merito eſt ſuſpectiſſima.

15. Vocatur Manus Abſolomis]S. Hieronymus, vel neſcio quis alius, ejus nomine, poſt ea quæ jam modo attulimus, porro ſubjungit: *Abſalom in Titulo Manum dicitur defixiſſe, & figuram manus ſuæ*

ſua expreſſiſſe, & ob hoc, titulum hoc modo vocari. De his Hieronymi verbis Daubdanus p. 114. *Les Hebreux au rapport de S. Jeroſme diſent qu' Abſalon vn peu avant ſa mort, ayant appliqué ſa main ſur la pierre dont la Sepulture eſt baſtie, la figure de ſa main y demeura grauée. Toutes fois cette marque paroiſt ſi peu, que je penſe que perſonne ne s' en eſt encore apperceu.* Æque inepta eſt iſta traditio, ac altera prior, & longe melius Kimchi: יד פירושו מקום וכמוהו רבים מדברי רבותינו זל id eſt: *Vox* יד *ſignificat* Locum, *atq; eo ſenſu ſæpiſſime a Magiſtris noſtris ſ. m. accipitur.*

16. Quod malam ſibi mercem ſumſerit] Dum Patrem Solio deturbare, & ſibi Faſces Populi Judaici vindicare, conatus eſt.

17. Ex Conſilio profundo Regis &c.] Torquent Allegoria, Scripturæ verba, & hoc myſterium proliciunt: *Abſalom aſſumens*, id eſt: Involando in Patris dignitatem; *Statuerat ſibi in vita ſua*: id eſt, firmaverat, effectum reddiderat: *Monumentum in Convalle Regis*: id eſt, Conſilium arcanum, quod in Regis æterni, profunda & inſcrutabili mente, adverſus Davidem erat deliberatum, de malis e domo propria, ad eum vexandum orituris.

18. Similis loquendi modus &c.] Ut quoddam præſidium habeat, nec penitus vacillet, elumbis Allegoria, ſimilem comminiſcuntur aliam, quo ſe mutuo adjuvent, atque verbis Gen. XXXVIII, 14. *Et dimiſit eum e valle Hebronis*: hoc arcanum indicari perhibent: Et miſit Jacobus Joſephum ad viſitandum fratres, ut abditi, cœleſtis Providentiæ Conſilii, quod Abrahamo Patriarchæ, in Hebrone ſepulto, de Servitute quam Poſteri in Ægypto tolerare debebant, innotuerat, fundamenta jacerentur, atq; Joſephus a fratribus venditus, deportaretur in eam Regionem.

19. Non habebat filium aptum Regno.] Paria eſſe, aliquid plane non facere, & aliquid non recte facere: In vulgus notum JCtorum dictum eſt, autoritate l. 6 D. Qui ſatisd. cog. l. 2. D. de Aut. tut. aliisque ſuffultum. Quod, non tantum de reliquis hominum actionibus, ſed & de liberorum procreatione verum eſſe, Paulus docet l. 14. D. De Stat. Hom. Cæterum, an iſta aliquid, ad tollendam illam Scripturæ, quæ primo aſpectu, ſeſe exhibet contradictionem, faciant, addubito. Simplicior eſt Concilatio Kimchii, & R. Levi Gerſonidis, qui Abſalomis filios ante Patrem, & ante excitatum ab eo *μνημόσυνον*, diem ſupremum obiiſſe exiſtimant: quo etiam inclinaſſe R. Chasdam, iis quæ mox in textu noſtro ſequuntur verbis, perſuaſum habeo.

ל.

XXX.

פיסקא וכן לענין הטובה
מרים וכו׳ מי דמי התם
שעתא חדא הכא שבע יומי
אם אביי אימא ולענין שמן
הטובה אינו כן אל רבא והא
וכן לענין הטוב קחני אלא
אמר רבא הכי קאמר וכן
לעני הטובה דבאותה מדה
ולעולם מדה טובה מרובה
ממדת פורענות ׃ ותתצב
אחותו מרחוק לדעה מה יעשה
לו ׃ אר יצחק פסוק זה על
שם שכינ נאמר ותתצב
דכתיב ויבא ה ויתיצב ויקרא
בפעם בפעם ׃ אחותו אמור
לחכמה אחותי את ׃ מרחוק
מרחוק ה נראת לי ׃ לדעה
כי אל דעות ה ׃ מה ׃ מה
ה אלדיך שואל מעמך ׃ יעשה׃
יעשה ה לאדוני בית נאמן׃
לו ׃ ויקרא לו ה שלום׃

Ex. II, 4

COmentatio : Eadem ratio in rebus bonis apparet &c. Num inter hæc proportio ? Ibi horæ tantum unius (*moraerat* :) hîc vero septem dierum. Itaque ait Abai, dicendum esse : *In bonis, idem non obtinere.* Isti Raba opponit : Atqui vero ; *Eadem ratio in rebus bonis apparet*, (expresse) in Mischna docetur. Quare Raba monet (*sic capienda esse verba Mischnæ:*) Eadem ratio in rebus bonis apparet ; quod scilicet eâdem mensura fiant, sed, [1] æternùm mensuram Beneficentiæ, majorem esse mensura Ultrice. [1] *Et stiterat sese illius soror e longinquo, cognitura quid eveniret illi.* R. Isaaco ita opinante, integrũ hoc comma de Divina Majestate dictum est. Et stiterat sese. Ita S. E. (1. Sam. III, 10.) *Et venit Dominus substititq; vocans ut antea.* Soror illius : (Sic in illo :) (Sap. VII, 4.) *Dic Sapientiæ Soror mea es.* E longinquo : (Simile alibi : Jerm. XXXI, 3.) *E longinquo Dominus apparebat mihi.* Cognitura : (Huic respondet locus: 1. Sam. II, 3.) *Nam Deus cognitionum est Dominus.* Quid : (Geminum dictum : Deut. X, 12.) *Quid Dominus Deus tuus petit a te.* Eveniret. (*Consonat* 1. Sam. XXXV, 28.) *Evenire faciet Deus, Domino meo, domum firmam. Ei :* (Confer : Jud. VI, 24 :) *Et proclamavit ei Deus pacem.*

ANNO-

ANNOTATA.

1. Æternum menſuram Beneficentiæ &c.] Quæ hic loci vocatur מדת טובה alias diciturquoque מדת הטוב & מדת Pro מדת פורענות vero, dicunt etiam מדת רחמים aut רחמנות item מדת הדין Vide Jebamot fol. 64. a. & Raſchi ad Gen. VII, 1. Abundantiam Menſuræ Bonitatis celebrat pari ratione Talmud alibi, ut in Joma fol. 76. a. qui locus quia in Sanhedrin repetitur, itaque ne explicata explicemus, Lectorem ad Cl. Cocceji Verſionem p. 394. dimittimus. Quin & conferre ſimul jubemus, quæ Ampliſſimus Voiſinius in Obſervationibus ad Raymundi Pug. fol. 140. b. ex Siphre adduxit. Uti vero exuperat Menſura Divinæ Benignitatis, Menſuram Pœnæ, ita hanc quoq;, illâ tardius adventare, ſimiliter Talmud prædicat. Schabbat fol. 97. a. מדה טובה ממהרת לבא ממדת פורענות דאילו במדת פורענות כתוב ויציאה והנה ידו מצורעת כשלג ואילו במדה טובה כתיב ויציאה מחיקו והנה שבה כבשרו מחיקו הוא דשבת כבשרו: id eſt: *Menſura Benignitatis, magis properanter advenit, quam Menſura Caſtigationis: Nam de Caſtigationis Menſura* (Ex. IV, 6.) S. E. Et eduxit manum ſuam, & ecce erat leproſa ſicut nix: (Puta, non niſi e ſinu eductã, infectam Lepra fuiſſe.) *At de Menſura Benignitatis mox ſequitur,* Et eduxit manum ſuam, e ſinu ſuo, & ecce reſtituta erat, ut reliqua caro ejus. *Nimirum, in ipſo Sinu, convaluerat.*

2. Et ſtiterat ſeſe illius Soror &c.] Integrum hunc locum adducit Raymundus in Pugione part. 3. diſt. 1. c. 7. §. 17. & eo adverſus Judæos utitur.

לא

ויקם מלך חדש על מצרים
אשר לא ידע את יוסף: רב
ושמואל חד אמר חדש ממש
וחד אמר שנתחדשו גזרותיו:
מ"ד חדש ממש דכתיב חדש ומ"ד
שנתחדשו גזרותיו דלא כתיב

XXXI.

ET *ſurrexit Rex novus ſuper Ægyptum, qui Joſephum non noverat.* Ex. I, 8.
1 Raſ & Samuel (*in diverſa hic abeunt.*) Alter de ſimpliciter novo accipit: Alter ob innovata decreta (*Regem novum dici,*) arbitratur. Qui de ſimpliciter novo intelligit, (*inde ſuam opinionem confirmat,*) quia perſpicue di-

וימת וימלך ומאי אשר לא
ידע את יוסף דהוה דמי מ"ם
במאן דלא ידע ליה : ויאמר
אל עמו הנה עם בני ישראל
רב ועצום ממנו : תנא הוא
verſ. 8. התחיל בעצה תחלה שנאמר
ויאמר אל עמו לפיכך לקה ש"ן
verſ. 9. הוא תחלה שנאמר ובכרה
ובעמך ובכל עבדיך יעלו ש"ג
הצפרדעים : הבה נתחכמה לו :
להם מיבעי ליה אמר רבי
חמא ברבי חנינא בואו וז"ש
ונתחכם למושיען של ישראל
במה נדונם נדונם באש כתיב
כי באש ה' נשפט נדונם בחרב
ובחרבו את כל בשר בואו
ונדונם במים שכבר נשבע
שאינו מביא מבול לעולם
שנאמר כי מי נח זאת לי אשר
נשבעתי מעבור מי נח עוד על
הארץ והם אינן יודעים שעל
כל העולם אינו מביא אבל
על אומה אחת מביא אי
נמי הוא אינו מביא אבל

cue dicitur : *Novus.* Qui vero innovationem decretorum (*tuetur, hinc ſubſidium petit :*) quia non præcedit : Et mortuus eſt (*ſcilicet anteceſſor N.*) regnavitq; (*iſte illius loco. Quod ſi vero poſteriore opinione ſtandum,*) quis erit ſenſus verborum : *Qui Joſephum non noverat?* Nimirum, ſimilem fuiſſe ei, cui Joſephus erat ignotus. *Et dixit populo ſuo : Ecce populus Iſraëlitarum numeroſior, & potentior nobis.* Traditio : Ipſe primus autor fuit conſilii : Q.S.E. *Et dixit populo ſuo* : Quare & primus pœnas luit. Q.S.E. (Ex. VII, 29.) *Contra te & contra populum tuum, & contra omnes ſervos tuos rana aſcenſura ſunt. Agedum ſapienter nos geramus adverſus illum.* *Adverſus illos*, dicendum erat. Nimirum ait R. Chamma F. R. Ch. (*hoc velle Pharaonem* :) Agedum catos nos præſtemus, adverſus Servatorem Iſraëlitarum : [2] Qua maxime re illos affligemus? Affligemusne eos igne? At vero S.E. (Eſ. LXVI, 16.) [3] *Dominus igne diſceptaturus eſt.* Affligemusne eos gladio? (At ibidem ſubjungitur :) *Et gladio ſuo contra omnem carnem.* Agite, affliga-

הם באי ונופלין לתוך הים
וכן הוא אומר ומצרים נסים
לקראתו וינער ה׳ את מצרים
בתוך הים והיינו דאמר רבי
אלעזר מאי דכתיב כי בדבר
אשר זדו עליהם בקדרה
שבישלו בדה נתבשלו: אמר
רבי חייא בר אבא אמר רבי
יוחנן שלש היו באותה עצרה
בלעם ואיוב ויתרו בלעם
שיעץ נהרג איוב ששתק
נידון בייסורין: יתרו שברת
זכו בניו וישבו בלשכת הגזית
ומשפחות סופרים יושבי יעבץ
והרעתים שמעתים סוכתים
המה הקינים הבאים מחם
אבי בית רכב: וכתיב ובני
קיני חותן משה: ונלחם בנו
ועלה מן הארץ ועלינו מיבעי
ליה אמר רבי אבא בר כהנא
באדם שמקלל עצמו ותלה
קללתו באחרים: וישימו עליו
שרי מסים עליהם מיבעי
ליה: תנא משום ר׳ אליעזר בר

fligamus eos aquis, jam olim enim juravit, non ſe inducturum Orbi diluvium. Q. S. E. (Ib. c. LIV. 9.) *Nam ut aquæ Noachi hoc mihi, qui juravi, non tranſituras aquas Noachi, amplius ſuper terram.* Cæterum ipſi ignorabant, Orbi quidem univerſo (*Diluvium Deum*) haud inducere, unam autem gentem eum inundatione utiq; plectere. Vel etiam: Ipſe non adduxit aquas, ſed illi ultro venerunt, inque medium mare prolapſi ſunt. Sic enim dicitur: (Ex. XIV, 27.) *Egyptii autem fugerunt obviam: Sic excuſſit Dominus Egyptium in medium maris.* Hinc ait R. Elieſer: Quis ſenſus verborum: (Ex. XVIII, 11.) *Ea ipſa re qua ſuperbiunt, ſuperiorem eſſe illis.* Nempe [4] olla, qua coxerant, ipſimet cocti ſunt. R. Jochanan autor eſt, tradente R. Ch. F. A. [5] Tres illi conſultationi interfuere: Bileam, Job, & Jethro. [6] Bileam qui conſiliũ dederat, trucidatus eſt. [7] Job, qui tacuerat, calamitatibus plectebatur: Jethro aufugit, quare [8] ejus filii meruere, ut [9] in Conclavi, quod e cæſo lapide conſtructum, ſederent: Q. S. E. (1. Paral. II, v. ult.) *Et familiæ Scribarum incolentium Jabezum Thirhathæorum, Schimhathæorum*

שמעון אמרו מלמד שהביאו
מלבן וחלו לו לפרע בצוארו
Exc. I, 10 וכל א מישראל שאם להן אם
אסתנים אני אומרי לו כלום
אסתני את יותר מפרעה: שרי
מסים דבר שמשים לבנים:
verſ. 11. למען ענותו בסבלותם
ענותם: מבעל למען ענותו
לפרעה בסבלותם דישראל:
ויבן ערי מסכנות לפרעה רב
ושמואל חד אמר שמסכנורת
ארת בעליהן וחד אמר
שממסכנות את בעליהן דאמר
מר כל מי שעוסק בבנין
מתמסכן: ארת פיתום וארת
l. c. רעמסס: רב ושמואל חד אמר
פיתום שמה ולמה נקרא
שמה רעמסס שראשון ראשון
מתרוסס: וחד אמר רעמסס
l. c. שמה ולמה נקרא שמה פיתו
שראשו ראשו פי תהו בולעו:
באשר יענו אותו כן ירבה וכן
יפרוץ כן רבו וכן פרצו מיבעי
ליה: אמר ר שמעון בן לקיש
רוח הקדש מבשרתן כן ירבה

orum, Suchataorum: Hi ſunt Kinai advenæ, orti Chamatho, patre familiæ Recabi: Alibi vero (Jud. I, 6.) S. E. *Filii quoq; Kinai, Soceri Moſis. Et pugnet contra nos atq; exeat ex hac regione. Atq; exeundum nobis ſit*: dicendum erat. Ait R. Abba F. C. eſſe locutionem, [10] uti cum quis ſibi imprecaturus, ipſas diras ita effert, quaſi ad alios attineant. *Conſtituerunt ſuper eum, Præfectos exactionum.* Eos, dici, convenientius fuiſſet. Traditio: Nomine R. Elieſeris F. R. S. fertur, ſignificari, eos [11] ſumſiſſe formam lateris, eamq; ſuſpendiſſe de collo Pharaonis: Quare cuique e Judæis dicenti; [12] tener corpore ſum (*nec ſatis aptus ad laborem*,) regerebant: Nunquid tenerior es Pharaone? (*Igitur voces* (Sare maſſim,) exponendæ:) Res, quæ illos lateres facere compulit: (*quaſi* maſſim, *ſit pro*, meſim.) *Qui affligerent eum oneribus ſuis.* Affligerent eos, dici oportebat: (*Quare ſenſus:*) [13] Ut affligerent ipſum (*quoq;*) Pharaonem onere Iſraëlitarum. *Et ædificavit urbes* מסכנות *Pharaonis.* Raf. & Samuel (*de ratione apellationis harum urbium, contro-*

verſan-

ובן יפרוץ ויקוצו מפני בני
ישראל מלמר שחיו בעיניהם
בקוצים : ויעבידו מצרים את
בני ישראל בפרך ר׳ אליעזר
אומר בפה רך ר׳ שמואל בר
נחמני אמר בפירכא : וימררו
את חייהם בעבודה קשה ב
בחומר ובלבנים ובכל עבודה
בשדה את כל עבודתם אשר
בחומר ובלבנים ולבסוף ובכל
עבודה בשדה : את כל עבו
עבודתם אשר עבדו בהם ג
בפרך אמר רבי שמואל בר
נחמני אמר רבי יונתן שהיו
מחלפין מלאכת אנשי לנשים
ומלאכת נשים לאנשים וג
ולמאן דאמר התם בפה רך
הכא ודאי בפירכא:

verſantur inter ſe :) Alter enim (*ita dictas exiſtimat*,) quod [14] conditores ſuos in periculum conjiciant : Alter vero, quod [15] conditores ad paupertatem redigant. [16] Nam, dicente Mar; Quisquis fabricationibus deditus eſt, redditur egenus. *Pithom & Raamſes.* Raf & Samuel, (*iterum diſſident, a ſe invicem.*) Alter ait, [17] Pithom proprium nomen, & ſi quis quærat quare cognominetur Raamſes? (*Reſpondebo* :) quia quamprimum quid exſtructum fuerat, [18] continuo iterum corruit. Contra alter: Raamſes proprium fuit nomen; ſi quis autem percontetur, cur cognomen Pithom fuerit additum, (*cauſam dixerim* :) quia ut primum aliquid ædificatum erat, confeſtim ore barathri abſorptũ eſt. *Sed prout affligebant eum,* verſ. 12. *ita augeſcat, & ita erumpat in multitudinem.* Magis appoſitum eſſet: *Ita augeſcebant, & ita in multitudinem erumpebant.* At vero R. Simeon F. L. docet, hæc Spiritum S. protuliſſe, (bene precando:) Ita augeſcat (Populus Judaicus) & ita erumpat in multitudinem. *Ut diſtaderet* (Ægyptitios) *propter filios Iſraëlis.* Innuitur quod [19] oculis eorum, tanquam ſpinæ fuerint. *Coëgerunt itaq; Ægyptii filios Iſraëlis ſervire* verſ. 13. beperech. R. Elieſer (*verbum poſtremum*) explicat: Bepeh rach: quaſi dicas: [20] Ore blandiente. R. Samuel Nachmanides vero (*proprio ſignificatu accipit,*) [21] de ſævitie. *Et amaram effecerunt vi-* verſ. 14.

tam eorum, ſervitute dura, in luto & in lateribus, & in omni agricultura : præter omnem ſervitutem ipſorum, quam exigebant ab iis per ſævitiam. R. Samuel F. N. autor eſt, R. Jonathanem in ea fuiſſe opinione, quod [22] permutarint opera virilia, cum fœminis; fœminina vero, cum virilibus. Atque is qui ſupra contendebat *beperech* accipiendum eſſe de ore blandiente, *(fatetur tamen,)* [23] hîc loci, id vocabulum, de crudelitate exponi oportere.

ANNOTATA.

1. Raſ & Samuel &c.] Hæc eadem repetuntur in Erubin fol. 53. a. At Jelammedenu fol. 23. col. 3. in f. autor eſt, Pharaonem, cum Ægyptiis, Judæos affligere volentibus adverſaretur, ab iisdem fuiſſe depoſitum, & per menſes tres privatam vitam agere coactum eſſe, reſtitutum autem deinde Regno, quod recepiſſet, ſe omnia facturum, ex illorum ſententia. Formam hujus Pharaonis, ridicule nobis depingit Murtadus, Gapiphes filius, ex Gali filio Abutalches, quem ſic Gallice loquentem exhibet doctiſſimus Petrus Vattierius : *Pharaon Roy d' Egypte eſtoit vn Nain ou petit homme, qui n' auoit que ſept empans de haut. Les autres diſent qu'l auoit trois coudées de haut, & que ſa barbe auoit deux coudées de long, ſi bien que quand il eſtoit aſsis, il en traiſnoit vne coudée par terre, deuant luy. Il tordoit ſes monſtaches & les mettoit ſur ſes deux oreilles. Quand l' eau du Nil fut changée du ſang, du temps de Moyſe, Pharaon beuuoit du ſuc de fueilles de citronnier, auec du ſucre fin jetté deſſus. Quelquesvns diſent, qu'il eſtoit de petite taille, marqueté de taches blanches, & qu'il marchoit ſur ſa barbe, tant elle eſtoit longue Abubecre le veritable, Dieu, luy faſſe paix, diſoit, que Pharaon auoit perdu toutes ſes dens. Les autres diſent, qu'il eſtoit de la race des Amalecites. Les autres diſent, qu'il auoit vngros viſage charnu.*

Merueilles d' Egypte p. 171.

2. Qua re maxime illos affligemus] Supple: Ut illud inultum feramus, ſcimus enim Deum Judæorum, ſemper talionis pœnam infligere, quare aliquid ejusmodi reperiendum eſt, ut illa locum habere nequeat.

3. Dominus igne diſceptaturus eſt] Supple: Ergo, hac via minime procedendum, nam Igne nobis pereundum foret, quippe quo pœnæ genere, Deus Judæorum utitur.

4. Olla qua coxerant &c.] Volebant Judæorum ſtirpem Aquis delere, ſed illis ipſis in Mari pereundum fuit. Vox זד quia ad זיד quod

quod Gen. XXV, 29. extat, & nobis *Coxit*, significat, allusionem quandam præbet, inde præsens explicatio παροιμιώδης nata est.

5. Tres illi consultationi &c.] Scilicet, qua deliberatum fuit, quo potissimum modo e medio tollendi essent Judæi. Habes consimilem fere locum in Sanhedrin p. 320. edit. Cocc.

6. Bileam qui consilium dederat &c.] Vide quæ supra notavimus ad horum Excerptorum Num. XVIII. pag. 159.

7. Job qui tacuerat] Ex istis sequitur, vixisse Jobum circa illud tempus, quo Judæi in Ægypto degebant, haud tamen eum ex ipsorum Gente traxisse originem, nec enim cæteroquin Pharao, ad consultationem de Judæis delendis institutam, ipsum erat admissurus. Quæ si ita se habent, citra omne dubium corrupti sunt hoc loco Codices En Jacob, hanc opinionem R. Jochanani tribuentes, quippe cujus de Jobo sententia, immane quantum ab istis discrepat. Nam, ut est in Bava Batra fol. 15. 2. ר' יוחנן ור' אלעזר אמרו תרוייהו איוב מעולי גולת היתה ומדרשו בטבריא היתה: id est. *R. Jochanan & R. Eleasar, ambo arbitrati sunt, Jobum ex iis fuisse, qui ex Captivitate Babylonica reversi erant, & Scholam publicam illum aperuisse in Tiberiade.* Ergo, delendum omnino istud אר יוחנן & pro eo reponendum אר״י סימאי ceu in Talmude scribitur. Quod vero ad rem ipsam attinet, non hic sistuntur Judæorum dissidia, sed in plures partes, iviisse eos deprehendimus. Fuit enim qui assereret: איוב לא היתה ולא נברא אלא משל היתה id est: *Jobus nunquam in rerum Natura extitit, sed* (ejus Historia) *est quasi quædam parabola.* R. Eliesel dixit: איוב בימי שפוט השופטים היתה id est: *Jobus tempore Judicum floruit.* Contra R. Josua Korchæ filius putabat איוב בימי אחשורוש היתה id est: *Jobum temporibus Ahasveri vixisse.* At R. Nathan credidit: שאיוב בימי מלכות שבא היתה id est: *Quod Jobus vigente Sabæo Regno vitam egerit.* Denique nonnulli sic existimabant איוב בימי יעקב היה ודינה בת יעקב נשאה id est: *Jobum Jacobo fuisse coævum hujusq; Filiam Dinam ipsum uxorem duxisse.* Quæ omnes tam discrepantes sententiæ, in Bava Batra loco jam allegato & in Sota Jerusalmi fol. 20. col. 3. adducuntur prolixius. Plura de Jobo vide apud Cl. Hottingerum in Smeg. p. 381. & in Thes. Phil. p. 498. Autoresque, quos nominavit. Ipse, loco posteriore, quid sibi de Jobo videatur, declaraturus: *Certum est*, inquit, *Jobum extra ordinariam Ecclesiæ sedem, ut futuræ vocationis Gentium typum gereret, fuisse servatum. Unde Judæi ipsum vulgo Prophetam Gentilium appellant.* Non vocabo in controversiam, quæ Vir doctus, certa esse pronunciat, sed Judæos tanquam

causæ

cauſæ ſuæ Patronos, dubito an recte allegarit: nam diſerte in Bava Batra dicitur: וכולהו תנאי סבירא להו דאייב מישראל הוה לבר מיש אומרי' id eſt: *Omnes iſti tam diverſa de Jobo opinantes Doctores, tamen in eo conveniunt, Jobum ex Iſraëlitis duxiſſe originem, modo unos illos demas, qui Jacobo coævum illum faciunt.* Nimirum, quia conſtans Judæorum ſententia eſt, poſt Moſis fata, nunquam amplius Deum peculiari gratia, homini pagano præſentem fuiſſe, ideo aliter fieri nequit, priores omnes fateantur oportet, Jobum Iſraëlitam fuiſſe. Sed de poſtremis alia res eſt, quippe ex horum ſententia idem non conſequitur, ſic enim ante Moſen, Jobus vixiſſet. Atenim etſi neceſſitate aliqua, iſti nequaquam coguntur ſtatuere, Jobum Iſraëlitam fuiſſe, ſi tamen iis quæ Gen. XXXIV, 14. leguntur, hos ipſos, quis urgeret, vix oppoſitum tueri præſumerent. Relinquitur igitur, ſententiam R. Simai in Sota noſtra, quæ Jobum alienigenam facit, inter cæteros Judæos, haud admodum eſſe receptam. Nec vero juvat Hottingerum, quod Judæi Jobum vulgo *Prophetam Gentilium* appellant. Ipſi enim in Bava Batra ejus dicti ſunt Interpretes, & ſenſum eſſe monent, Jobum cum Sex, quos ibi nominant, aliis, ideo Prophetam Gentilium vocari, quia Gentilibus maxime ſit vaticinatus.

8. Ejus filii] Talmud pro בניו habet מבני בניו id eſt: *Quidam ex ejus Nepotibus*: levi diſcrimine. Nam, *Juſta Interpretatione recipiendum eſt ut appellatione Filii, ſicut Filia familias ſæpe continetur, ita & Nepos videatur comprehendi*: l. 201. de Verb. Sign.

9. In conclavi quod &c.] De vocum לשכת הגזית interpretatione, video non convenire Eruditos. Raymundus in Pug. p. 251. vertit. *Cameram Dolatam ſeu Politam*: Ampliſſimus vero Voſſinius in Notis ad eundem p. 268. *Cameram Dolatam ſive Auguſtam.* Hottingero in Smeg. p. 63. placuit reddere *Cameram* λιθόστρατον; aliis, *Cameram Lapidis ferro politi.* At præſtantiſſimus Ligthfootus in Cent. Chorog. c. 31 retinet vocem Hebræam, mavultque dicere, *Conclave Gazith.* Diſpiciant alii, quantum quæque harum Interpretationum, habeat proprietatis, dum nos interim Cl. Buxtorfium in Lex. Talm. p. 414. ſequimur, cui לשכת הגזית eſt *Aula ex cæſis lapidibus exſtructa.* Dubio enim procul לשכת הגזית κατ' ἀποφθεγμα dictum, pro לשכת אבני גזית videriqua poteſt locus 1. Reg. V, 17. Adde quod Judæi noſtri populares in verſione Germanica ſuâ Maamedot, Die 6. verba ex Middot: לשכת הגזית שם היתה סנהדרי גדולה של ישראל יושבת ודנה את כהונה ſic explicant: *Ein Kammer ausgehauen Stein war dorten zu der* סנהדרי גדולה *von* Iſraël, *die ſein geſeſſen und haben gericht die gantz* כהונה

10. Uti

10. Uti cum quis ſibi imprecaturus &c.] Hoc intendunt, voluiſſe dicere Pharaonem, metuendum eſſe ne aliquando Judæi, jungendo ſeſe Ægyptiorum hoſtibus, vincant Ægyptios, & e Regione propria ipſos exturbent. Quod vero Sermo ita conceptus ſit, quaſi contraria omnia, Ægyptoque exituros Judæos aſſeruerit, id factum eſſe, ut a verbis male ominatis ſibi Pharao temperaret. Pari modo Rabbini Scripturam alibi quoque explicant, uti patet ex Sanhedrin p. 411. n. 60. edit Cocc. Quin & iidem Magiſtri eandem loquendi formam in Imprecationibus, narratione eorum quæ improſpere acciderunt, aut cum quid, quod Deum minus deceat, efferendum eſt, perpetuo adhibent: Beza fol. 25. b. תורמוסא מקטע רגליהון דשונאיהון של ישראל id eſt: *Tormoſa abſcidit pedes Hoſtium Iſraëlis.* Taanit fol. 7. a, חרב על שונאיהם של תלמידי חכמים שעוסקין בר בדר בתורה id eſt: *Pereant gladio, Hoſtes Diſcipulorum Sapientum, qui ſolitarii, Divinæ Legi operam dant.* Ibidem, quibusdam interjectis, in averſa folii parte habemus: נתחייבו שונאיהם של ישראל כליה id eſt: *Hoſtes Iſraëlis excidii reatum incurrerunt.* Et mox iterum: נעשה שונאו של הקב"ה מך id eſt: *Hoſtis Dei, quaſi imbecillior redditus eſt.* Sufficiant hæc, pro tempore: Plura annotabo ad Maſſechet Purim. Cæterum, omnia iſta, ſignificatione oppoſita, de ipſismet Judæis, ipſis Diſcipulis Sapientum, ac ipſo Numine accipere oportet. Sed non a verbis tantum male ominatis, ſedulo abſtinent Judæi, verum etiam, a talibus ſignis. Gittin fol. 57. b. כל מילי ליחזי איניש בנפשיה בר משחיטה ודבר אחר: id eſt: *Licet*, (Homini, aliquid explicare volenti,) *omnium rerum in ſuo Corpore, facere indicium, mactationis ritibus, & illo, ne nominando quidem morbo*, (Lepra ſcilicet,) *exceptis.* Quaſi dicerent; in ſuo collo, nemo monſtret, quomodo beſtiæ jugulum petendum ſit, nec in hæc aut ſimilia verba quis prorumpat: Si in iſta manu, ſcabies enaſceretur ejusmodi.

11. Formam lateris] R. Salomo in Gloſſa: מלבן כמין דפוס שעושין בו הלבנים שממלאין אותו טיט ומחליקין אותו והוא הלבנה: id eſt: מלבן *eſt Species typi in quo fiunt lateres, repletur enim argilla, & adæquatur, atq; ſic later eſt paratus.*

12. Tener corpore ſum] De voce אסתנים conſuli poſſunt Elias in Tisbi, itemque Viri Egregii, Heinſius in Ariſt. c. 23. p. 434. & Coccejus in Sanhed. p. 400. Quæ nos præterea obſervavimus, tum producemus, cum ad Maſſechet Purim commentabimur.

13. Ut affligerent ipſum quoque Pharaonem] Cogebatur enim Pharao ubique circumgeſtare illam quam e collo ſuſpenſam habebat

habebat formam laterum. Quod, etsi oneri, molestiæque ipsi erat, tamen eo effectum est, ut hoc exemplo tanto magis ad laborem compelli possent Judæi. Obtinet ejusmodi aliquid, hodie in Regno Tunchinensi, ibi enim Rex sub cujusvis anni initium, die per haruspices designata, innumerabili hominum multitudine stipatus, in campum se confert, & primus aratro manum admovet, atque sic Agriculturæ facit initium. Relatione del Regno di Tunchino di Alessandro de Rhodes l. 1. c. 3. *Il Rè pervenuto in vn' aperta Campagna, scende subitamente del trono. Dipoi sacrifica al Cielo: e stando quivi apparecchiato, vn' aratro di assai gentil lauoro, con la destra mano l' afferra, onde sospinti i buoi, che lo reggono, forma con quello vn breve solco, nel campo. Deue questa attione riceuersi dal popolo in vece di riuerito consiglio, e d' infallibile insegnamento, mediante il quale si persuadono, non darsi in tal stagione più luogo all' otio, ma che la fatica di arar la terra è ad essi in quel tempo massimamente richiesta.*

14. Conditores suos in periculum conjiciant] Harum enim Urbium exstructio occasionem præbuit, ingenti periculo, imo vero cladi, quæ mansit Ægyptios in Mari Rubro; atque sic verbi מסכנות significatio, a voce סכנה petenda fuerit.

15. Conditores ad paupertatem redigant] Ista מסכנות a מסכן quod notat, *pauperem reddere*, derivat. Quippe ob has Urbes conditas, Ægyptii deinde a Judæis, auro suo & argento multati sunt.

16. Nam dicente Mar: Quisquis Fabricationibus deditus est, redditur egenus] Si is quem dedimus, illorum quæ proxime præcedunt, sensus esse conceditur, atque de Ægyptiorum pauperie sermo fuit, expungenda sunt hæc verba, quippe quæ ad quosvis ædificantes, non solos Ægyptios pertinent. Et vero, abesse ea ab Antiquis Codicibus, testis est R. Salomo. Quod si tamen quis retinere velit Lectionem usitatam, etiam alterum de periculo, promiscue ad quosvis ædificantes accommodandum est, ita ut dicatur, raro excitari fabricam, cujus occasione Paterfamilias ἐργοδιώκτης non ceciderit, aut perfregerit aliquid. Ipsa sententia, *Quisquis Fabricationibus deditus est, redditur Egenus:* depromta est ex Jebamot fol. 63. a.

17. Pithom proprium nomen &c.] Concisa & obscura est in textu Hebræo locutio: Ad sensum commode exprimendum, plene dicendum erat: פיתום עיקר שמה ולמה מפל לדת שם רעמסס Nam ad hunc modum alibi loquuntur. Vide Berachot fol. 13. a. in pr. & Hali-

Malichor Olam p. 23. & 24. edit l' Emper. De iis quæ ſtatim ſequuntur, idem eſto judicium.

18. Continuo iterum corruit &c.] Craſſum hoc, de vano & irrito Judæorum labore, in ædificandis Pharaonis Urbibus, mendacium, revocat mihi in memoriam Hiſtoriam veriſſimam, qua Judæos ſub Juliano Cæſare, Templum e ſuis ruderibus denuo excitare conantes, Divinitus impeditos fuiſſe, novimus. S. Chryſoſtomi, qui eâdem illa ætate qua hæc accidere, jam vixiſſe deprehenditur, in Orat. 3. adv. Judæos, obſervatione, imo cedro digniſſima verba ſunt: Ο βασιλεὺς Ιουλιανὸς) χρήματα ἀνήλωσε, καὶ ἐπισάτας τῷ ἔργῳ ἔπεμψε τοὺς ἀπὸ τῆς μεγάλης ἀρχῆς, καὶ τεχνίτας πάντοθεν ἐκίνησε, καὶ πάντα ἐποίει καὶ ἐπραγματεύετο, ἐρήμα καὶ κατ' μικρὸν Ιουδαίους ἄγχις εἰς τὸ θύειν ἐμβάλῃ, ἀφοσιοῦν ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν τῶν εἰδώλων θεραπείαν ἕξειν ῥᾳδίως, ὁμοῦ τε ἐλπίζων ὁ μεμηνὼς καὶ ἀνόητος τῷ χρεῖ πιστεύσειν τὴν ἀπόφασιν, τὴν ὑπ' ἐκείνου ἀνασπᾶν τὸν ναὸν ἐκεῖνον. Ἀλλ' ὁ φρασόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, εὐθεώς διὰ τῶν ἔργων ἐδήλου, ὅτι οἱ τοῦ θεοῦ ψῆφοι πάντων εἰσὶ δυνατώτεραι, καὶ ἰσχυρὰ τὰ ἔργα τῶν λόγων τοῦ θεοῦ. Ὡς γὰρ ἥψαντο τῆς παρανόμου ταύτης σπουδῆς, καὶ γυμνοῦν ἤρξαντο τὰ θεμέλια, καὶ πολὺν ἐκίνησαν χοῦν, καὶ τῆς ὀκνοδομῆς ἅπτεσθαι λοιπὸν ἤμελλον· Πῦρ ἐκπηδῆσαν ἐκ τῶν θεμελίων τῆς γῆς εὐθέως κατέφλεξέ τε πολλοὺς ἀνθρώπους, ἃ μὲν ἄλλα καὶ τοιαῦθις τῷ τόπῳ ἐκείνῳ, καὶ τῆς ἀκαίρου φιλονεικίας ἔσεσθαι· Ταῦτα ἀκούσας ὁ βασιλεὺς Ιουλιανὸς καί τοι τοσαύτην μανίαν ἔχων περὶ τὴν σπουδὴν ἐκείνην· Δείσας μὴ στρατιῶται ἐπιλεθῶν ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν κεφαλὴν καλέσῃ τὸ πῦρ· Ἀπέστη ἀτιμηθεὶς μετὰ τῆς ὅλης παντός· Καὶ νῦν ἐὰν ἔλθῃς εἰς Ιεροσόλυμα, γυμνὰ ὄψει τὰ θεμέλια τῆς γῆς ἐκείνης· Κἂν τὴν αἰτίαν ζητήσῃς τῆς κατασκαφῆς, ἐδημίαν, ἀλλ' ἣ ταύτην ἀκούσεις· Καὶ τοῦτο μάρτυρες ἡμεῖς πάντες· Ἐφ' ἡμῶν γὰρ, ὑφ' ὧν πολλῷ τοῦτο γέγονε χρόνῳ· Id eſt: Imperator Julianus, *& pecunias impendit, & præfectos miſit viros primates, & artifices undiquaq; accerſi juſſit, nihil non fecit, nihil non tentavit, paulatim ac ſenſim hoc agens, ſperansq; futurum, ut ſi poſſet illos ad ſacrificandum inducere, facile illos revocaret ad cultus ſimulacrorum. Simul & illud fore ſperabat inſanus ille ac vecors, ut Chriſti ſententiam fruſtraretur, qua non patitur templum illud inſtaurari. Verum is, qui comprehendit Sapientes in ipſorum aſtutia, protinus ipſis factis declaravit illi, quod Dei decretum omnibus ſit potentius, quodq; valida ſint opera ſermonum Dei. Nam ſimul atq; tentaſſent hunc impium conatum, cæpiſſentq; nudare fundamenta, multamq; terram exhauſiſſent, reſtaretq; ut jam ſtructuram aggrederentur: protinus ignis exiliens e fundamentis exuſſit multos, & intempeſtivam pertinaciam interrupit. Quibus auditis Julianus Imperator, quanquam tanta veſania deditus erat illi negotio, veritus tamen ne ultra progreſſus, in ſuum ipſius caput ignem accerſeret; deſtitit inops conſilii cum tota gente. Et nunc ſi redeas Hieroſolymam, conſpicies nuda fundamenta: quod ſi cauſam quæras*

quæras, non aliam quam hanc audies. Hujus rei nos omnes testes sumus. Nostra enim ætate hæc non ita pridem acciderunt. Confer Ammianum Marcellinum l. 23. in princ. & quos in Notis ad eum citat *Henricus Valesius*, Vir consummatæ doctrinæ, & cui si celeberrimum, animoq; nostro carissimum *Adrianum* jungas, simile par Fratrũ non alit Universus Orbis Literarius nec aluit. Et vero, tanto fulgore veritas coruscat, ut ipsi Judæi, etsi pro pertinaci sua malitia, caliginem ei inducere conati sunt, tamen illam admittere fuerint coacti. R. David Gans, in Zemach, veterator insignis est, non enim negare audet, Deo ita disponente, Judæos in ædificando Templo fuisse impeditos, sed interim veram rationem qua id factum est malitiose dissimulat, Juliani tantum mortem, Judæos ædificantes sufflamine strinxisse perhibens, cum tamen certum sit, ante cessatum esse ab opere penitus, quam Julianus adversus Persas Expeditionem susciperet. Sic vero habent verba Gansii part. 2. p. 36. a. הקיסר הזה צוה לחדש בנין בית המקדש לכבוד ולתפארת ונתן לזה עזר ממונו אך מן השמי׳ נתעכב שלא נגמר בנינו כי הקיסר נהרג במלחמת פרס: id est: *Julianus Cæsar præcepit, ut restitueretur Templum sanctissimum, magno cum decore & pulchritudine, huicq; rei ipse sumtus suppeditavit. At Cœlitus impedimentum injectum est, ne perficeretur fabrica, nam Cæsar in Bello Persico periit.* Magis candide rem narrat Baal Schalsch Hakkab. p. 109. b. בימי רב חנן וחביריו שהיו שנת כמו ד׳ אלפים שמט ליצירת אומרי׳ הקרוניקי שהיתה רעש גדול בכל העולם ונפל המקדש הגדול שעשו היהודים בירושלם במצות יוליאן אפוסטטא הקיסר עם הצאה רבת וביום שאחריו בא מן השמי׳ אש גדול באופן שנתכו כל הברזלים שהיו בבנין ההוא ונשרפו יהודי׳ רבי׳ אין קץ: id est: *In diebus R Chanan & Sociorum ejus, anno circiter Orbis conditi 4349. memorant libri Annalium, magnum in Orbe universo fuisse terræ motum, collapsumq; esse templum quod struxerunt Judæi Hierosolymis, præcepto Cæsaris Juliani Apostatæ, impensis maximis. Postridie ejus diei de Cœlo ignis multus cecidit, ita ut omnia ferramenta illius ædificii liquescerent, & amburerentur Judæi multi, atq; adeo innumerabiles.*

19. Oculis eorum tanquam spinæ fuerunt] Molestissimum enim erat Ægyptiis, tantopere augeri numero Judæos, & soboleſcere, itaq; sudes quasi fuere in illorum oculis.

20. Ore blandiente] id est: Ægyptii principio leniter, & verbis bonis, promissa quoq; mercede, & Regis exemplo, ad laborandum secum, Judæos inducere satagebant. Cum vero hi tot tantisq; rationibus

commoti, impigros sedulosq; se præstitissent, & robur ac solertiam suam ante alios ostensuri, pensa in formandis lateribus absolvissent ingentia, in vere numerum horum laterum Ægyptii, appositisq; Custodibus, deinde vi summa Judæos tantundem quoquo die perficere coëgerunt. Vide Jalkut fol. 51. col. 1. & Sepher Hajaschar p. 126.

21. De Sævitie] Nimirum iste vult, non verbis, sed statim verberibus actum esse, opertosq; fuisse Judæos loris ad necem, ut lateres multos efformarent.

22. Permutarint opera virilia &c.] Ut tanto majus negotium facesserent Judæis, æque enim inepti sunt viri, ad muliebria munera peragenda, ac fœminæ, ea quæ virorum sunt, curare nequeunt. In Antiquissimo libro Torat Cohanim, allegante locum Mose Kozensi in Præc. Neg. CLXXIV. plenius legitur: היו מחליפין עבורת נשים לאנשים ועבורת אנשים לנשים עבורת יום לעבורת לילה ועבורת לילה לעבורת יום id est (Ægyptii, ægre facturi Judæis,) *coëgere fœminas facere opera virilia, viros muliebria, sed & diuturna opera, cum nocturnis, nocturna, cum diurnis permutarunt.*

23. Hic loci id vocabulum de crudelitate &c.] Nam præcesserat in versu hoc 14. וימררו את חייהם id est. *Et amaros effecerunt vitam eorum*: quamobrem בפרך quod deinde sequitur, omnem mitiorem explicationem respuit. At præcedentis versus, dispar ratio est, nihil enim ibi de vitæ amaritudine.

לב

דרש רבי עקיבא בשכר זו נשים צדקניות שהיו באותו הדור נגאלו אבותינו ממצרים שבשעה שיוצאות לשאוב מים מזמן להם הקדוש ברוך הוא דגים קטנים בכריהם ומלא ושואבות מחצה מים ומחצה דגים ובאות ושופתו שתי

XXXII.

BEne judicat [1] R. Akiba, inquiens: [2] Merito fœminarum pientissimarum istius ætatis, liberati sunt Majores nostri ex Ægypto. Ea enim hora, qua ibant hausturæ aquam, [3] illarum hydriis Deus B. paravit pisciculos, ut medias aquis, medias pisces replerent. Redeuntes itaque, (*igni*) admoverunt duas ollas, [4] alteram calidæ al-

קדרות אחת של חמין ואחת
של דגי ומוליכות אותן אצל
בעליהן לשדה ומרחיצות אותם
וסכות אותם ומאכילות או
אותם ומשקות אותם ונזקקות
להם בין שפתים שנאמר אם
תשכבון בין שפתים בשכר
שתשכבון בין שפתים זכו
ישראל לביות מצרים שנאמר
בנפי יונה נחפה בכסף וא
ואברותיה בירקרק חרוץ :
וכיון שמתעברות באות
לבתיהן וכיון שמגיע זמן
מולדתן הולכות ויולדות
בשדה תחת התפוח שנאמ
תחת התפוח עוררתיך שמ
חבלתך אמך ושמה חבלה
ילדתך : והקדוש ברוך הוא
שלח מלאך מן השמים ומנקר
אותם ומשפר אותן כחיה
זו שמשפרת את הולד
שנאמר ומולדתיך ביום
הולד אותך לא כרת שרך
ובמים לא רחצת למשעי

teram piſcium. Has deinde ad maritos ſuos [5] in agris verſantes detulere, illos lavabant, illos ungebant, iis cibum potumque præbebant, denique cum illis concumbebant, [6] in agrorum limitaneis. Q.S.E. (Pſ. LXVIII, 14.) *Si jacueritis inter agrorum limitanea.* (Scilicet,) Ob factum bonum, quod in agrorum limitaneis recubuerunt, conceſſa eſt Iſraëlitis, præda Ægyptiorum. Q.S.E. (l.c.) [7] *Ala columbæ tectæ argento: penna ejus ex fulvo auro effoſſo.* Gravidæ factæ, in ædes revertebantur. Appropinquante vero partus tempore, ibant & fœtum edebant in agro, ſub pomifera arbore. Q.S.E. (Cant. VIII, 5.) *Sub ipſa malo expergefacio te, ubi enixa eſt te mater tua, ubi enixa eſt quæ peperit te.* Deus B. vero miſit angelum cœlitus. is ([8] *infantes recens natos*) mundavit curavitq; ad inſtar nutricis, infantem comentis. Q.S.E. (Ezech. XVI, 4.) *Nam ad genituras, quo die genita fuiſti, non fuerat præciſus umbilicus tuus, & aquâ non eras lota cum aſpexi te: neq; ſale fueras condita, nec faſciis eras faſciata.* Dedit porro illis [9] duos globulos, alterum mellis, olei alterum

והמלח לא המלחת והחתל
לא החתלת ונותן להם שני
ענולין אחד של דבש ואחד
של שמן שנאמר ויניקהו דבש
מסלע ושמן מחלמי צור: וכיון
שמכירין בהם המצרים באין
עליהם להורגן ונעשה להן נס
ונבלעין בקרקע ומביאין שש
שוורים וחורשים על גבם שנ
שנאמר על גבי חרשו חורשים
ולאחר שהולכין מבצבצין וי
ויוצאין כעשב השדה שנאמ
רבבה כצמח השדה נתתיך
וגו ולאחר שמנדלין באין
עדרים עדרים לבתיהם מז
שנאמר ותרבי ותגדלי ותבוא
בעדי עדים אל תיקרי בעדי
עדים אלא בעדרי עדרים:
וכשנגלה הקדוש ברוך הוא
על הים הכירוהו תחלת
שנאמר זה אלי ואנוהו:

alterum Q. S. E. (Deut. XXXII, 13.) *Datq; ei sugendum mel e petra, & oleum e rupe adamantina.* Cum vero Ægyptii illos persensissent, impetum in eos fecerunt, ut illos occiderent, sed miraculum ipsis accidit, & a dehiscente tellure, fuere absorpti. Tum Ægyptii adductis bobus, illorum tergo inarabant Q. S. E. (Ps. CXXIX, 3.) *Super tergum meum araverunt aratores.* His digressis, germinarunt, & prodiverunt sicut herba agri Q. S. E. (Ez. XVI, 7.) *Copiosam ut germen agri reddidi te &c.* Cumque adolevissent, [10] gregatim lares suos petebant. Q. S. E. (*ibidem.*) *Ut creveris, & adoleveris, pervenerisq; ad summum ornatum.* Non legendum *baadi adajim* (id est sensu ornatus.) Sed *beadre adarim* (significatione Gregis) [11] Cum vero conspiciendum se præberet Deus B. in Mari, isti primi eum agnoverunt. Q. S. E. (Ex. XV, 2.) *Hic Deus meus, cui habitaculum decorum ponam.*

ANNOTATA.

1. R. Akiba] In Talmude est רב עוירא Sed Jalkut fol. 51. col. 1. convenit cum Editionibus Et Jacob. Est ergo hæc difficultas insolubilis, & Thesbitem, ad eam expediendam, præstolari oportet. Interea lo-

rea loci, ne quid peccemus, utamur expeditissimo remedio, quod suppeditant Rabbot fol. 117. col. 2. & scribamus, prout ibi legitur: רע sic enim nulli fit injuria, & cuique jus suum servatur integrum. Sequuntur mox in hac Pericope, variantes Lectiones aliæ; sed Criticæ Hebraicæ, nondum ita se res habet, ut de levioribus solicita esse possit, sufficit si ea in quibus aliquod momentum positum, nos occupent. Ergo, pro אבותינו legas licet, ישראל pro שיוצאורת deinde, שהולכורת In ומוליכות אותן omittas posteriorem vocem, pro שלח מלאך מן השמים ומנקר אותם subsitituito: שולח משמי מרום מי שמנקיר ומשפיר אותן Pro ונותן להם rescribe si vis ומלקט להן &c. nihil peccabis.

2. Merito fœminarum pientissimarum &c.] Multa quæ hic, & in sequentibus, de Judæorum in Ægypto dura servitute, itemq; de Mosis deinde nativitate narrantur, eadem, ne de Rabbot & Jalkut quid dicam, reperies quoq; in libro Hajaschar, & *in Libro de Vita & Morte Mosis*, quem postremum nos MS. nacti sumus, facturi aliquando ex eodem Codice publici juris, *Libellum de Morte Aaronis*, qui ibidem, priori subjungitur.

3. Illarum Hydriis Deus B. &c.] Hæc in Joma repetuntur, loco quem integrum adscribam, quia ex eo, quædam disputandi ratio Talmudica, pulchre percipi potest: Leguntur vero fol. 8 5. a. quæ nunc repræsentabimus. זכרנו את הדגה אשר נאכל במצרים חנם
רב ושמואל תר אמר דגים ותר אמר עריות מ"ר דגים דכתיב נאכל ומ"ר
עריות כתיב חנם בשלמא למ"ד דגים היינו דאמר נאכל אלא למ"ד עריות
מאי נאכל לישנא מעליא נקט דכתי' כן דרך אשה מנאפת אכלה ומחתה
פיה בשלמא למ"ד עריות היינו דכתי' חנם אלא למ"ד דגים מאי חנם
דהוו משכחי ומייתי מהפקרא דאמר מר כשהיו ישראל שואבין מים הבת
מזמין להם דגים קטנים בכדיהם בשלמא למ"ד דגים אבל עריות לא פרצי
בהו היינו דכתיב גן נעול אחותי כלה אלא למ"ד עריות מאי משתבח בהו
קרא בהנך דאסירא בהו לא פרצי בהו היינו דכתיב גן נעול דבאשת איש
לא פקרי בשלמא למ"ד עריות היינו דכתי' וישמע משה את העם בוכה
למשפחותיו על עסקי משפרותיו שנאפרו להם לשכב אצלם אלא למ"ד
דגים מאי וישמע משה את העם וגו' הא והא הואי בהו: id est: (Testis est Scriptura Num. XI, 5. dixisse Judæos:) Recordamur Piscium, quos comedimus in Ægypto gratis. *De horum verborum sensu, non convenit inter Raf & Samuelem, nam alter de veris Piscibus, alter de Scortatione ista explicat. Qui de veris Piscibus accipit, urget vocem* Comede-

runt

runt; (nec enim Scortationem, quis Comedere dicitur:) *Qui vero de Scortatione, urget verbum*, Gratis, (nam nemo Pisces sine pretio emit. *Et vero, fac me illi assentiri, qui de Piscibus locum explicat, cum expresse* Comestionis *fiat mentio: Quomodo vero is qui Scortationem intelligit, salvabit istud de comestione?* (Respondebit, voluisse Scripturam verbis prætextatis abstinere, & ideo) (*honesto sermone circumscripsisse* (turpitudinem: pari enim ratione Prov. XXX, 20.) S. E. Sic est via mulieris scortantis, comedit, & abstergit os suum. *Cæterum, fac me illi assentiri, qui de Scortatione locum explicat, cum expresse de* Gratuito *sermo sit; quomodo vero is qui Pisces intelligit, salvabit illud de* Gratuito? (Respondebit, Pisces) *repertos, domumq; allatos esse, sine pretio. Nam sic ait Autor decisionis: Cum Israëlitæ haurirent aquam, Deus B. in illorum hydriis pisciculos parvos paravit. Jam, si illi assentior, qui de Piscibus locum accipit, cum Scortationi non videantur Judæi indulsisse; scriptum enim:* (Cant. IV, 12.) Hortus clausus, est soror mea Sponsa: *Quomodo is qui de Scortatione exponit, illam laudem quam Scriptura Judæis tribuit, applicabit?* (Respondebit, laudari ipsos, quod adulterio & incestu, tanquam solis tum ante Legem latam libidinibus) *prohibitis, abstinuerunt. Scriptum enim*, Hortus clausus, *quod omnino ad servatam fidem conjugalem pertinet. Porro, si illi assentiar: qui de Scortatione locum accipit*, quippe S. E. (Num. XI, 10.) Et audivit Moses Populum flentem per familias suas. *Quibus* (innuitur, fleviſſe eum) *ob rem ad familias attinentem; nam ista licentia exercendarum libidinum*, (quæ pridem obtinuerat) *fuit prohibita: Quomodo alter qui de Piscibus verba accipit, hunc Numerorum Locum, ad suam sententiam accommodabit?* (Dicet;) *tam ob Pisces, quam restrictam libidinis licentiam Judæos fleviſſe.*

4. Alteram calidæ] Ut istâ viros lavarent, & liberarent ab Argillæ sordibus.

5. In agris versantes] Ex Præcepto enim Pharaonis, Viris in Agris, Mulieribus vero separatim in Urbibus morandum erat, ut hac ratione sobolis impediretur procreatio.

6. In agrorum limitaneis] R. Salomo שפתים dicit esse: מקומות צנועים מצד גבול השדה גבוה מכאן וחביוה גבוה מכאן וחריץ באמצע: id est: *Loca depressa in agrorum extremitatibus, hinc & hinc eminentiâ aliquâ, in medio vero fossa existente.* His igitur Fossis, pro toro usi sunt Judæi, ne cubantes conspicerentur; partum deinde mulieres sub arboribus enitebantur, ceu mox in textu fit indicium. Ille, qui Judæo-

rum Verſionem Germanicam Pentateuchi, Notis illuſtravit, diſcrimen non obſervat, ſed magno memoriæ lapſu, cubilia Judæorum ſub arboribus ſternit, p. 95. a. de Fœminis ſcribens: *Sie vvaren bemannt zu ihre Manen unter den Apffelbaum*: Quod bis falſum eſt.

7. Alæ Columbæ &c.] Per Columbam Cant. V, 2. & Cap. VI, 9. Judæi, ſeſe intelligi contendunt. Ergo ſenſus dicti eſt, Judæos, Auro Argentoque quod Ægyptiis ſubtraxerant, fuiſſe onuſtos.

8. Infantes recens natos mundavit, curavitque] Tenelli, & e partu recentes infantes, quomodo lavandi ſint, Mulierum dicere eſt, non Virorum. Dicat igitur rem, Rebecca, Rabbina doctiſſima: Nos aures porrigere haud gravabimur. *Nun vvill ich vveiter reden von der Sachen, vvie ich von den koſtlichten Doctor* מהרר שמואל מקבל *hab gevveſen, vvie man das Kind ſol baden. Man ſol das Kind nit zu vvarm baden, dann es macht das Kind ſchvvach und mat: Und ſoll ihm den Kopf* כלל *nit netzen, dan das Gehirn is ihm vveich, und es kombt viel bös davon, daß ich es nit ſchreiben vvill, vvas* ישמרנו השם *darvon komt. Wen man es aus den Bad nimt, mag man es ein vvenig langſem vvaſchen, auch ſol man es nit lang in den Bad laſſen ligen.* חז

Meneket RibKa Porta 5.

9. Duos globulos alterum mellis, olei alterum] Sic legitur quoque in Rabbot fol. 117. col. 2. & Jalkut fol. 1. col. 1. Sed quare Olei? nec enim oleo nutriri ſolent infantes. Proinde aptius ſine dubio traditur in libello de Vita & Morte Moſis p. 2. b. edit. Gaulm. שלח להם מלאכיו לרחוץ אותם ולסוכם ולהחחילם ולשום שני חלוקי אבני מן יונק חלב ומן אוכל דבש: Hic vero lectio poſtremorum verborum, etſi cum MS. quoque noſtro, per omnia convenit, tamen palam corrupta eſt, & reſtituenda ex Sepher Hajaſchar p. 130. a. ubi integre probeque: ולשום בידו שתי חלוקי אבנים מן האחת יונק חלב ומן השנית יונק דבש: Senſum dicti, Ampliſſimus Gaulminius, ſic Latine interpretatur: *Angelos miſit, qui pueris lotis, unctisq; ac obvolutis, lapides binos appoſuerunt, ex quoque altero lac ſugebant, ex ſecundo mel eſitabant.* Nimirum, fuit apud Veteres more receptum, ut infantes quilibet, primo melle, deinde lacte nutrirentur, ceu videri poteſt apud Doctiſſimum Bochartum to. 1. Hieroz. p. 630. proinde merito, hæc ſtillantes globulos, aut ſpongias, Angeli miniſtrarunt. At vero, ille ſive R. Akiba ſive R. Avera, in Gemara noſtra, oleum nominare debuit, ſcilicet, יצ πόδα inhærens verbis Davidicis, quibus ſi Deo placet, aliter conſtare veritas non poterat. Iſtum mihi Præceptorem ſi nactus fuiſſet S. Chryſoſtomus, non mihi, credo, dicturus erat, Homil. 2. ad Pop. Antioch. Τῦτο ἐδαμῶ ἴδῃς

γραφῆς

γραφῆς ἀναγνώμεν, ὅτι μέλι ἐκ πέτρας ἐξήγαγεν ὁ Μωσῆς ἀλλὰ ποταμοὺς, καὶ ὕδατα, καὶ ψυχρὰ ῥεύματα id est: *Nunquam in Scriptura, lectum est, quod Mel de petra Moses eduxerit, sed ubique fluvios, & aquas, & frigida fluenta.*

10. Gregatim] Phrasin Hebræam habes etiam in Sanhedrin p. 344. edit. Cocc. & simul p. 386. ibidem adducitur, quam infeliciter Genebrardus eam exposuerit.

11. Cum vero &c. Isti primi eum agnoverunt] Nam pridem eum viderant. De cætero, magna in hoc dicto Mysteria, quærit Ignatius Landrianus tract. 1. de Partu Virg. p. 325. Num quid operæ pretium repererit, expendant alii.

ל ג

XXXIII.

ויאמר מלך מצרים למילדות העבריות רב ושמואל חד אמר אשה ובתה וחד אם בלה וחמותה מאן דאמר אשה ובתה יוכבד ומרים: ומאן דאמר בלה וחמותה יוכבד ואלישבע: תניא כמאן דאמר אשה ובתה דתניא שפרה זו יוכבד ולמה נקרא שמה שפרה שמשפרת את הולד: דבר אחר שפרה שפרו ורבו ישראל בימי פועה זו מרים ולמה נקרא שמה פועה שהיתה פועה לולד: דבר אחר שהית פועה ברוח

ET dixit Rex Ægypti, Obstetricibus Hebræis. Raf & Samuel (*inter se disputant.*) Unus ait; Matrem, & Filiam fuisse: alter Nurum, ejusq; Socrum. Is qui matrem & filiam exponit, de Jocebed & Mirjam accipit: qui vero Nurum & Socrum, de Jocebed & Elischaba. Traditio extat, illi favens, qui matrem & filiam exposuit, sic enim fertur: Schiphra eadem quæ Jocebed, quare autem cognominata Schiphra? Nimirum, quia mundavit infantes; Vel, ut alii declarant, Schiphra dicta, quia ejus tempore Israëlitæ fœtificabant, & augescebant. Pua cum Mirjam coincidit; dicta vero Pua, a deliniendis infanti- Ex. I, 15.

הקדש ואומרת עתידה אמי
שתלד בן שמושיע את ישראל:
ויאמר בילדן את העבריות
verſ. 16. וראיתן על האבנים: מאי
אבני אמ ר חנין סימן גדול
מסר להן אמר להן בשעת
שכורעה אשה ללדת יריכותיה
מצטננו כאבני ואית דאמר
כדכתיב וארד בית היוצר
והנה הוא עושה מלאכה על
האבני מה יוצר ירך זה מכאן
וירך מכאן וסדן באמצע אף
אשה ירך מיכאן וירך מיכאן
והולד באמצע אם בן הוא
והמיתן אותו ואם בת היא
וחיה אמר רבי חנינא סימן
Ex. 1,16. גדול מסר להן בן פניו למטה
בת פניה למעלה ותיראן
המילדות את האלהים ולא
verſ. 17. עשו כאשר דבר אליהן: להן
מבעי ליה: אמר ר יוסי ברבי
חנינא מלמד שתבעו לדבר
עבירה ולא נתבעו: ותחיין
את הילדים תנא לא דיין

fantibus. Vel, ſecundum alios, quia per Spiritum S. loquuta, dixitque: Futurum eſt ut mater mea pariat filium, qui liberabit Iſraëlitas. *Edixit: obſtetricando mulieribus Hebræis, cum inſpicietis in Abanim.*[3] Quid eſt *Abanim?* [4] R. Channin ait, illuſtre ſignum illas docuit, inquiens: Ea hora qua mulier ſeſe [5] incurvat ad pariendum, femora ejus [6] frigeſcunt ut lapis. Sed non deſunt (*qui Abanim exponant*) ex loco: (Jerem. XVIII, 3.) *Deſcendi itaq; in Domum figuli, ubi ecce is faciebat opus, al haobnajim* (*id eſt in ſuis ſellis.*) Sicut enim figuli alterum femur ab hac, alterum ab illa parte, rota vero in medio collocatur. Ita etiam fœmina parturiens, (*divaricando pedes,*) hinc & hinc femur habet, fœtusq; in medio eſt. *Si filius fuerit enecetis eum, ſin filia fuerit, vivat.* Ait R. Chanania: [7] Evidens ſignum illis commonſtravit: [8] Puerorum facies (*inquiebat,*) deorſum, puellarum ſurſum (*ſpectant.*) *Sed timuerunt Obſtetrices illæ Deum, neq; fecerunt, prout dixerat ad eas.* Lahen (*Illis*) dicendum erat (*pro alehen.*) Scilicet, ait R. Joſe F. R. Ch. docemur quod illas [9] ſolicitarit ad

concu-

שלא המיתו אותן אלא שהיו
מספקות להן מים ומזון:
ותאמרנה המילדות אל פרעה
כי לא כנשי המצריות הנה
העבריות כי חיות הנה מאי
חיות אילימא חיות ממש אטו
חיה לא צריכה חיה אחריתי
לאולודה אלא אמרולו אומה
זו כחיה נמשלה יהודה גור
אריה יהודה: דן יהי דן נחש
עלי דרך: ינפתלי אילה
שלוחה: יששכר חמור גרם:
יוסף בכור שורו הדר לו
בנימין זאב יטרוף דכתיב
ביה כתיב ביה דלא כתי ביה
כתיב ביה ואמרת מה אמך
לביא בין אריות רבצה בתוך
כפירים רבתה גוריה:

concubitum sed nõ assenserunt. *Et vivos conservabant natos.* Traditione constat, [10] non satis illis fuisse, ut non interimerent eos, verum insuper easdem submini-strasse ipsis aquam & alimentum. *Dixerunt Obstetrices illæ* verſ. 19. *Pharaoni, quia Hebrææ, non sunt sicut mulieres Ægyptiæ, sunt enim Chajot.* Quid notat vox *Chajot?* An dicendum simpliciter Bestias innui: (*& sensum esse, Hebræas mulieres tam parum obstetricibus egere*) quam [11] Bestia, Bestiæ ministerio non indiget, quæ in partitudine opituletur? Quin potius dixere illi: [12] Hæc gens bestiæ assimilata est: (*De*) Juda (*scriptum*: Gen. XLIX, 9.) *Catulus Leonis Judas.* (*De*) Dan: (ib. v. 17.) *Erit Dan serpens juxta viam. Naphthali Cerva emissa. Isaschar asinus ossium.* (*De*) Joſepho (S. E. Deut. XXXIII, 17.) *Primogeniti bovis illius decor est ei. Benjamin lupus discerpens.* Atque Gen. de his (*disertis verbis comparatio*) XLIX, in Scriptura instituitur: quorum 27. vero omissæ comparationes, comprehenduntur sub illo (*generali* Ezech. XIX, 2.) *Dicens* [13] *quid erat mater tua? leæna inter leones recubans; inter juvenes leones educans catulos suos.*

ANNOTATA.

1. Eliſchaba] Ea filia תה Aminadab fuit, & Aaronis Uxor, atq; ſic Nurus ñs Jocebed. Vide, Ex. VI, 23.

2. A deliniendis infantibus] In Talmude poſt מיעה additur ומוצ'א quod, ſi delendum quis cenſeat, non multum refragabor, quippe nec in Jalkut fol. 51. col. 2. ubi hæc noſtra percenſentur, comparet. Cl. Buxtorfius in Lex. Talm. p. 1778. verbum retinuit, & locum integrum vertit: *Quare vocatur nomen ejus Puah? Quod exclamaret, & educeret Infantem:* Qui ſenſus, eſt prorſus contrarius: Clamore enim ſuo, Pua Infantibus metum inculliſſet, terroremque. Niſi forte, id voluit Vir doctus, cum clamore illam obſtetricatam eſſe: Quod tamen nec ipſum ſatis convenit. Nam R. Chananel etſi in Toſephot En Jacob, ad hanc interpretationem nonnihil videtur accedere, tamen illud de clamore haud addmittit; ſic enim ait: לחשה לחושות ויצא הולד כמו שעושי' אלו עכשי'ו באזני האשה: id eſt: (Mihi videtur dicta Pua,) *quia fabellis aures permulcebat parturientium*, (ut falleret dolorem) *atq; ſic educeretur infans, quod etiam nunc obſtetrices noſtræ obſervant, cum e partu laborantibus opitulantur.* Noſtræ Verſioni, præterquam quod Textus, illam haud invite admittit, etiam in diligentiſſimo Commentatore R. Salomone præſidium eſt, qui כרכך שמשיאין לתינוק שהיתה פועה לולד ſic exponit: ברברי ערבים לפתותו ולשעשו: id eſt: (Oblectabat Infantem) *uti ſolent verbis blandis eum deliuire, ut quietum aut hilarem ſe præbeat.* Plura de Nominibus Schiphra & Pua vide in Rabbot fol. 117. col. 2.

3. Quid eſt Abanim] Præter eas quæ hoc loco ad nomen אבנים afferuntur Alluſiones, eſt quoque inſuper alia in Rabbot fol. 117. col. 3. dicique quibusdam creditur אבנים quaſi מקום שהולד נפגרת בו Ubi vocem נפגה ita flagitante Analogia, fidenter emendo, reſcriboque נבנה ac verba interpretor: *Locum in quo infans conditur, & quaſi exſtruitur.*

4. R. Channin &c.] In Editionibus En Jacob, nominatur R. Jochanan, & magna verborum quæ ſequuntur, eſt trajectio. Sed quia R. Salomo in Gloſſa, Lectionem illam corruptam judicat, ejusque Correctio, in Talmud Amſtelodamenſe recepta eſt, æquum erat, ut & nos, locum emendate repræſentaremus.

5. Seſe incurvat ad pariendum] Loquendi modus, deſumtus ex Job. XXXIX, 3. & Sam. IV, 19. Utuntur eodem Talmudiſtæ alibi: Sic in Nidda fol. 31. b. שאלו תלמידיו את רבי שמעון בן יוחאי מפני

מפני מה אמרה תורה יולדת מביאה קרבן אמר להם בשעה שכורעת ללדת קופצת ונשבעה שלא תזקק לבעלה לפיכך אמרה תורה תביא קרבן:
id est: *Quæsivere ex R. Simeone F. I. Discipuli ejus, quare Scriptura jusserit Puerperam* (partu levatam) *offerre Sacrificium? Respondit iis: Ea hora, qua se incurvat ad pariendum, prorumpit jurando nunquam se amplius cum viro rem habituram:* (Quod jusjurandum cum vanum sit, nec postea observetur,) *ideo imperavit Lex Divina, Puerperis sacrificium,* (ad illam culpam expiandam.) Cæterum, incurvant se, serpentisque instar convolvunt parituræ mulieres; ὅτι περὶ τὴν κοιλίαν σφοδρότατα γίνονται πόνοι, quod Aristoteles ait, l. 7. Hist. Anim. c. 9.

6. Frigescunt ut lapis.] Supple: Non igitur sic frigentem mulierem Judæam deserite, ne vobis absentibus, levata partu, prolem abscondat, abortum se edidisse prætendens. Quin, præsentes manete, ut quod natum fuerit, tollatis e medio. Atque heri sane potest, ut in summo parturientium dolore, id eveniat, quod Pharao fertur dixisse; nec minus verum esse crediderim, quod Moses Bar Cepha, Syrus Episcopus, part. 1. Comment. de Paradiso, a muliere quadam audivisse se refert; earum scilicet, quæ pariunt fœminarum, pupillas oculorum præ nimio doloris sensu adeo obfuscari, ut nihil cernant.

7. Evidens signum illis commonstravit] Scilicet, docuit eas, quomodo in ipso partu, nondum plene in lucem edito infante, illico agnoscere possent, utrum mas sit, an fœmina, atque sic inter obstetricandum, citra omnem cædis suspicionem, puerulos interimere.

8. Puerorum facies &c.] Firmiter persuasum est Judæis, omnium Puerorum nascentium vultus, pronos terram; Puellarum, sursum versus respicere: Quod nos, tanquam incompertum, relinquimus in medio. Sed Magistri, adeo de re non dubitant, ut in Nidda causas quoque allegent. Nam fol. 31. b. legimus: מפני מה איש פניו למטה ואשה פניו למעלה כלפי האיש זה ממקום שנברא וזו ממקום שנברא
id est: *Ectur* (in partu) *Mares vultum in terram, Fœminæ, eundem sursum ad viros dirigunt? Nimirum, utrique intuentur locum suæ primæ creationis:* (Vir enim e terra, Fœmina ex costa Viri, conditi sunt.) Præcesserat ibidem, in altera folii facie: מאי שנא דחכלי נקבה מרובה משל זכר זה בא כורך תשמישו וזה בא כורך תשמישו זה הופך פניו וזה אין הופך פניו
id est: *Quare Matres, majores patiuntur dolores, cum puellas pariunt, quam cum mares?* (Scilicet) *quia quisque sexus ita editur, prout ex utero vultum habet dispositum.* (At cum Infantes,

fantes, dum in utero adhuc sunt, omnes vultum deorsum convertant, hinc cum puellæ suscipiuntur, acriores oriuntur dolores) *quippe hæ prius se volutant, quod mares non faciunt.* Ergo hæc Vultus, diversa in Fœminis dispositio, in ipsa demum partitudine accidit, dum vero formatur adhuc infans, hactenus nullum inter pueros, puellasque discrimen est, & utrique ima respiciunt; hanc enim interpretationem, verba quæ adduximus omnino flagitant, neque alio sensu R. Salomo ea accepit. Proinde Autoris libri Chasidim, qui jam in ipsa formatione, fœmellarum & masculorum vultus diverse locari arbitratur, hallucinatio manifesta est, neque Gemaram consuluisse videtur, cujus tamen rationes proferre volebat, sic vero scribit. Num. 1041. כשמונח הולד ברחם אמו הזכר פניו למטה והנקבה למעלה דרך תשמישם האיש מביט לעפר שממנו לוקח והאשה מבטת למעלה אצל הארם שנלקחה מן הצלע שלו וכן שהארם מוצע במי פניו למטה ששט על כריסו כדרך שעומד ברחם אמו והאשה המוצעת בים פניה למעלה כמו שעומדת ברחם אמה: id est: *Cum jacet Infans in materno utero, Maris vultus inferna, Fœmina, superna spectant, καὶ τὸν τῆς μίξεως τρόπον. Vir intuetur pulverem, e quo fictus est; Fœmina sursum, ad Virum respicit, nam ejus costa, illi materiam præbuit. Porro, cum viri* (cadaver) *aquis innatat, vultus fundum tuetur, & ventri corpus incumbit, nam etiam hunc in modum, intra matris viscera constituitur: At Fœminæ cadaver, si quando ab aquis defertur, supinum jacet, & sic ipsum quoq; refert eam posituram, quam pridem in materno utero obtinuerat.* Enim vero, ut priora Talmudistis, ita posteriora nostris Scriptoribus adversantur, apud quos legisse me memini, semper fœminarum cadavera, in undis prona cubare, indicium faciente natura, debere ipsas esse pudoris retinentissimas.

9. Solicitarit ad concubitum] Nam Vox אליהן quiddam rei Venereæ videtur indicare, cum notum sit ויבא אליה ἐφολικὸν εἶναι μῆμα καὶ τὰ ἀφροδίσια σημαίνον,

19. Non satis illis fuisse &c.] Hoc enim si volebat Scriptura, sufficiebat dicere ולא המיתו את הילדי *Et non interemerunt natos.* At, quia signanter legimus ותחיין *Et vivos conservarunt;* utique asserendum est, non tantum a cæde puerorum abstinuisse Obstetrices, sed & præterea fovisse eas ipsos, & aluisse.

11. Bestia bestiæ ministerio non indiget &c.] Τοῖς μὲν ἐν ἄλλοις ζώοις ὠὰ ἐπίσσοις γίνονται οἱ τόκοι, ἀλλὰ μητριωτέρως ἐπίδυλά ἐστιν ἐνοχλέμενα ὑπὸ τῆς ὠδῖνος· Τοῖς δὲ γυναιξὶ συμβαίνουσιν οἱ τόκοι ἰχυρότεροι, ut apposite ait Philosophus l. 7. de Hist. Anim. c. 9. *Cæteris animalibus partus*

mors

non laborioſi eveniunt : minus enim, cum parturiunt, infeſtari videntur. At mulieribus, dolores vehementiſſimi incidunt. Interim tamen, iſta cum grano ſalis accipienda ſunt. Nam & feræ vehementer quandoque ſentiunt in partu dolores, manumque obſtetricantem non detrectant, imo læpe exigunt : Nec minus fœminas reperire eſt, quæ nullo negotio prolem edunt in lucem. Quam difficili partu Cervæ ſint, ipſæ Sacræ Literæ teſtimonium perhibent, Job. XXXIX, 3. ſeqq. ubi non exſcribimus, quæ ad illum locum illuſtrandum affert multiſcius Bochartus part. 1. Hieroz. p. 889. De Ovibus, inſignis locus eſt apud Columellam l. 7. Rei Ruſt. c. 3. *Partus vero incipientis pecoris, non ſecus quam Obſtetricum more cuſtodiri debet, neq; enim aliter hoc animal, quam muliebris ſexus, enititur, ſæpiusq; etiam, quanto eſt omnis rationis ignarum, laborat in partu. Quare, veterinariæ medicinæ prudens eſſe debet pecoris magiſter, ut ſires exigat, vel integrum conceptum, cum transverſus hæret locis genitalibus, extrahat : Vel ferro diviſum, citra matris perniciem partum educat, quod Græci vocant ἐμβρύου ἄκος.* Inter Novas obſervationes Medico-Phyſicas, a Naturæ Curioſorum, (cui bene ominamur, & tantis auſpiciis digna incrementa optamus) Academia, nuper publicatas, pag. 18. Experientiſſimi *Georgii Segeri* exhibetur Epiſtola, qui Hafniæ, Serpentis quem in Cubiculo incluſum habebat, partum cum promoveret, quam gratiſſimam eidem rem præſtiterit, pluribus commemorat. Jam, quod ad Mulieres attinet, de Illyricis ſcribit Varro l. 2. R. R. c. 10. *Prægnantem, ſæpe, cum venit pariendi tempus, non longe ab opere diſcedere, ibiq; enixam puerum referre, quem non peperiſſe, ſed inveniſſe putes.* Hunc locum adducens Thomas Gatakerus in Cinno p. 213. ſimul addit, *de Hibernis referre, qui in partibus illis degerunt aliquandiu, partui propinquam, nonnunquam a menſa recedere, & utero levato, poſt paulo ad veſcendum reverti.* Cl. Petrus Vattierius noſter, Scriptorem Arabem, de fœminis, quæ Tamerlanis caſtra ſequebantur, ſua lingua ſic facit loquentem : *Quand quelqu' vne d'elles eſtoit groſſe, ſi les douleurs de l' enfantement la ſurprenoient en chemin, elle s' eſcartoit vn peu, & quittoit la trouppe, deſcendoit de deſſus ſa beſte, & ſe dechargeoit de ſon fardeau ; puis l' ayant enuelopé, elle remontoit incontinent, & le prenant entre ſes bras, donnoit apres les autres.* *Portrait du grand Tamerlã pag. 52.*

12. Hæc gens beſtiæ aſſimilata eſt &c.] Multi Chriſtiani & Judæi Scriptores prodiderunt, habuiſſe Tribus ſingulas, cum in deſerto iter agerent, ſua Vexilla, certis notis a ſe invicem diſtincta, nec minus ediſſerunt, quales iſtæ fuerint. Præcipue enim nominant illa animalia, inter quæ, & filios, expreſſam comparationem inſtituerat Jacobus, & quorum hoc loco mentio injicitur : Illis vero Tribubus, ubi comparatio

deficit, quædam signa tribuunt ex ingenio. Nonnulli quoque Haraldicæ Artis periti, ab hac origine, deducere solent Insignia Nobilitatis. Vide præter Autores, Cl. Bocharto part. 1. Hieroz. p. 772. & Speidelio in Observat. Notab. voce *Wapen*, laudatos, etiam Schalsch. Hak. p. 10. a. & Dissertationem, quam Philippus Aquinas, de Tabernaculo & Castris Israëlitarum, in Lingua Gallica edidit. Sane, de Servianis simile quid nostra ætate observavit, diligentissimus Busbequius: Refert enim Ep. 1. Legat. Turc. vidisse se, in illorum Cœmiteriis, erectos in palos aut longurios cervorum, & hinnulorum, & similium ferarum, de ligno dedolatas effigies: Cumque causam rogasset, didicisse, Maritos vel Patres eo monumento voluisse testari, conjugum aut filiarum, in obeundis domesticis officiis, celeritatem & diligentiam. Sed, an quondam Judæorum par fuerit institutum, ob ea, quæ Bochartus loco citato, erudite in contrarium disputat, vehementer dubitamus.

13. Quid erat Mater tua &c.] Sic intellige: Matris Vox, totum Judæorum Cœtum denotat, qui cum Leænæ assimiletur, ideo quod de omnibus valet, non potest non valere quoque de singulis.

לד XXXIV.

ויהי כי יראו המילדות את האלדים יעש להם בתי׳ וגו׳ רב ולוי חד אמר ס בתי׳ מלכות וחד אמר בתי׳ כהונה ולויה מאן דאמר בתי׳ כהונה ולויה אהרן ומשה׃ ומאן דאמר בתי׳ מלכות דוד נמי ממרי קא אתי דכתיב ותמת עזובה ויקח לו כלב את אפרת ותלד לו את חור ובתי׳ ודוד בן איש אפרתי׳ וכלב בן חצרון הוליד את עזובה אשרה ואת יריעות

Ex. I, 12.

Deinde factum est, quia timebant illæ obstetrices Deum; & domos illis statuebat Deus. Raf & Levi (*de expositione litigant, quippe*) unus de Domibus Regiis, alter de Domibus Sacerdotali & Levitica accipit: atque horum posterior, [1] ad Mosen & Aaronem respexit; prior, ad Davidem; etenim David quoque a Mirjam descendit. Q. S. E. (1. Chron. II., 19.) [2] *Et mortua est Asuba, & accepit sibi Caleb Ephratam, quæ peperit ei Churem.* Cum hoc conferendus locus. (1 Sam. XVII, 12.) David autem filius viri E-

ואלה בניה ישר ושובב
וארדון בן חצרון בן יפנה
הוא בן שפנה מעצת עם
חמרגלים ואכתי בן קנז
הוא דכתיב וילכדה עתניאל
בן קנז אחי כלב הקטן ממנו
אלא אמר רבא חורגיה דקנז
הוה דיקא נמי דכתיב הקנזי
שם׳ : עזובה זו מרים ולמה
נקרא שמה עזובה שהכל
עזבוה הוליד והלא מינסיב
הוה נסיב לה אם רבי יוחנן
כל הנושא אשה לשם שמים
מעלה עליו הכתוב כאלו
ילדה : יריעות שהיו פניה
דומות ליריעות : ואלה בניה
אל תקרי בניה אלא בוניה
ישר שיישר את עצמו : ושובב
ששיבב את יצרו : וארדון שריד
את יצרו ואיבא דאמרי על
שהיו פניה דומים לוורד : וי
ולאשחור אבי תקוע היו שתי
נשים חלאה ונערה אשחור
זח כלב ולמה נקרא שמו אש

ri Ephrathæi. *Et Caleb filius Chezron genuit Asubam uxorem, & Jeriot: ac filii ejus erant, Jescher & Schobab, & Ardon.* Fuitne Caleb filius Chezron? Utique: filius fuit Jephunne. (*Sciendum, vocatum filium Jephunne, quasi dicas:*) filium qui avertit vultum, a consilio eorum, qui Palæstinam exploraverunt. (*Hoc concesso,*) tamen adhuc vocatur filius Kenasi: Quippe S. E. (Jos. XV., 17.) *Et cepit eam Othniel filius Kenasi, frater Calebi minor.* Respondet Raba, [4] Kenasi privignum fuisse. Idem exinde evincam, quia (c. XIV.) vocatur, [5] *Kenasides*: proinde sententia hæc omnino amplectenda. Asuba, non est alia quam Mirjam. Si vero quæras, quare cognominata fuerit Asuba? (*allegabo causam,*) quia [6] omnes eam neglexerunt. (*Immodo adducto loco e* 1. *Chron. II*, 18. *dicitur, quod Caleb Asubam genuerit:*) Atqui vero eam uxorem duxerat. Nimirum ait R. Jochanan: [7] Quisquis cum reverentia erga Deum, uxorem ducit, de eo ita loquitur Scriptura, quasi illam genuisset. *Jeriot.* Quia vultus ejus [8] cum aulæis comparari potuisset. *Ac filii ejus erant.* [9] Non legendum *Baneha* (filii ejus;) sed

1. Chron II, 18.

אשחור שהושחרו פניו
בתעניות : אבי שנעשה לה
באב : תקוע שתקע את לבו
לאביו שבשמים : היו שתי
נשים נעשה מרים כשתי נשים
חלאה ונערה לא חלאה ולא
נערה הואי אלא בתחלה חלאה
ולבסוף נערה ובני חלאה
צרות וצהר ואתנן צרות
שנעשית צרה לחברותיה צהר
שהיו פניה דומות כצהרים
אתנן שכל הרואה אותה
מוליך אתנן לאשתו:

1. Chron. IV, 5.

sed *Boncha*([10] *conditores ejus.*) *Jeſcher.* Quia [11] probum ſe præſtitit. *Schobab.* Quia fregit [12] affectus ſuos. *Et Ardon.* [13] Quia dominatus eſt affectibus ſuis. Cæterum alii, (*hoc nominis, de Mirjam*) explicant, cujus vultus [14] Roſas æquaverit. *Aſchuri patri Tekoa, fuerunt duæ uxores, Chela & Naara.* Aſchur idem eſt qui Caleb, ſi vero quis percontetur, quare cognomen Aſchur ei ſit impoſitum? (*Reſpondebo:*) quia [15] vultus ejus ob jejunia crebra, nigredinem contraxerat. *Patri.* Nam [16] patris loco illi fuit. *Tekoa.* Quia [17] cor in Deum defixerat. *Fuerunt duæ uxores.* Mirjam inſtar duarum uxorum fuit. *Chela & Naara.* Neque Chela, neque Naara unquam extitit: Sed (*Mirjam*) initio ægrotavit, tandem vero (*ſanitati reddita,*) virginem (*formoſiſſimam*) referebat. [18] *Filii autem Chelæ, Zeret, & Zochar, & Ethnan.* (Dicta) *Zeret*, quia [19] aliis fœminis afflictio erat. *Zochar*; quia vultus ejus ſplendeſcebat inſtar meridiei. *Ethnan*; quia quisquis eam intuitus eſt, uxori ſua [20] ἔδωρον dedit.

v. 7

ANNOTATA.

1. Ad Moſen & Aaronem &c.] Nam horum Mater Jochebed fuit, una ex illis Obſtetricibus.

2. Et mortua eſt Aſuba &c.] Ut dictum quadret, ſciendum, ex Judæorum opinione, Aſubam & Mirjam eandem eſſe, nec eos de vera morte, ſed de Lepra tantum Scripturam accipere: A qua, poſtquam fuerat liberata, tum iterum domum illam duxiſſe Calebum ajunt, novo Ephrathæ illi indito nomine.

3. Fili-

3. Filius fuit Jephunne &c.] Hæc fere iterantur in Temura fol. 116. a.

4. Kenasi privignum fuisse] Filius Uxoris Kenasi fuit Calebus, atque sic Othnielis tantum frater uterinus, non germanus.

5. Kenasides] Id est: Non diserte vocatur filius Kenasi, quod tamen de Othniele Scriptura affirmat, haudquaquam igitur illi natura filius fuit, sicut alter, sed sola educatione. Consulendus omnino R. Salomo ad 1. Chron. II, 18. ubi ingenue agnoscit, & rationibus quoque probat, Talmudistas hic loci, interpretatione sua, Scripturæ vim facere.

6. Omnes eam neglexerunt] Post שהכל עזבוה adde ex Talmude מתחילתה, ut sensus sit commodior; Nam *principiò* tantum, cum imbecilliore adhuc esset valetudine Mirjam, procos nullos habuit, ex quo vero cum sanitate in gratiam rediit, & a Calebo ducta fuit, omnes efflictim illam deperibant.

7. Quisquis cum reverentia &c.] Alios modos, ista, quæ pugnantium speciem habent, ad concordiam redigendi, vide apud Menassen in Conciliat. ad libros Paralipomenon Q. 8. Prævaluit autem in Calebi matrimonio, sola Pietas, & erga Deum Religio: non enim formæ diligens spectator fuit; sed de familia præcipue solicitus erat, ut piis, bonisque, affinitate jungeretur. Cum Mirjam igitur, etsi valetudinaria, matrimonium inivit, quod Mosen & Aaraonem fratres ipsa haberet, sic enim certa spes eum tenuit, liberos quoque bonæ frugis se suscepturum. Quippe רוב בנים דומין לאחי האם id est: *Plerung, filii similes evadunt suis avunculis*, uti est in Bava Batra fol. 110. a.

8. Cum aulæis] Cum Aulæis puta, quæ longo usu attrita sunt, & omnem speciem & colorem amiserunt. Nam cum novis, & rutilantibus, fœminarum formosissimæ comparari solent: Vide Cant. I, 5.

9. Non legendum baneha &c.] In Codicibus En Jacob; similis Massichtæ Nasir est Epilogus, adducto enim loco Esaiæ LIV, 13. וכל בניך למודי יי ורב שלום בניך additur deinde: אל תקרי בניך אלא בונך: Omissa sunt postrema hæc verba in Talmude Amstel. sed quantum mihi cernere datur, perperam, & credo idem sensuros mecum, qui locum inspicient.

10. Conditores ejus] Ecce tibi, Scripturam exponendi, seu potius depravandi, rationem mirificissimam; Pro Liberis, substituuntur Conditores; Conditoris verbum, velit nolit, Maritum significare debet,

quia is fœminam, uxorem eam ducendo, condere, sive in statum collocare videtur, Occasione fortasse desumta ex Gen. XVI, 2. & cap. XXX, 3. Denique, ne quid desit amentiæ, quæ Liberis indita fuere nomina, obtruduntur Parentibus.

11. Probum se præstitit] Nec pessimis cœptis Collegarum Exploratorum, adjumentum præbuit.

12. Fregit affectus suos] Hi enim, ad non deserendos socios, eum stimulabant.

13. Quia dominatus est affectibus suis] Petita est a verbo רדה significatio. In Sanhedrin p. 172. edit Cocc. & Megilla fol. 13. a. eundem Calebum insuper *Mered* dictum volunt, quia obstitit consilio Exploratorum.

14. Rosas] ורד Rabbinis Rosam notat, viderique potest præter Buxtorfium in Lex. Talm. p. 639. etiam Elias in Tisbi. Notum dictum ex Chagiga, & fertur in primis: יפה עניותא לישראל כוורדא סומקא לסוסי חיוורא id est: *Decora est Afflictio Israëlitis, sicut Rosa rubra, Equo albo:* ceu doctissimi Buxtorfii in Lex. Talm. loco quem dixi, & in Florileg. Rabb. p. 12. pridem explicarunt. Istos consulere debebat, Vir, cætera non contemnendus, nec in Theologia Jud. p. 263. dictum hoc vertere; *Utilis erit calamitas Israëli, furnus enim ruber, est instar equi albi*: Hæ siquidem interpretatione nulla æque est incommoda, & vana sunt omnia quæ pag. 269. ad illustrandam eam, ex Gemara Sanhedrin afferuntur. Verbo obiter monendum, in Parœmia adducta, pro כוורדא quosdam Codices legere כברזא sumta de *Fræno* similitudine, id quod diserte Autor En Israël fol. 164. col. 4. monuit, nec minus cum eadem hac voce, laudatur dictum illud Buxtorfio in Lex. Talm. p. 354. Sed ibi leviter Virum doctum, deseruit memoria, non enim ceu opinatus est, in alio loco Talmudico, Parœmiam cum כוורדא in alio cum כברזא offenderat, sed in eodem Chagigæ loco, Lectiones variant, unde nec aliam, præter istam Masichtam, sive hanc, sive illam Lectionem sequutus, ipse Vir doctus allegavit.

15. Vultus ejus ob jejunia crebra nigredinem &c.] Multis enim precibus, jejuniisque Deum propitiare studuit, ne paria reliquis Exploratoribus faceret. Cæterum, frequentibus jejuniis, vultus hominum maciem contrahere, pallere, & decolores fieri, id equidem scio, sed quomodo ex diuturna inedia, omnia lineamenta, fuliginea, ut ille ait, nube, atroque nigrore confundantur, non habeo perspectum. Videntur tamen hoc velle Judæi, & quidem in tantum, ut jejunantium tristes

triſtes umbras, orbi huic Eclipſin quaſi quandam inducere, prædicent: nec enim aliud ex iſtis Autoris Schalſch. Hak. p. 24. a. conſequitur: בסוף מגלת תענית אומר ח' בטבת נכתבה התורה יוניה בחיי תלמי המלך והחשך בא לעולם ג' ימים ונל שרל שמרוב פחד היהודי עשו תעניות ותפלות והושחרו פניהם כמו שעשו בימי המן: id eſt: *In fine Megillæ Taanit dicitur, Octavo die Menſis Tevet, Legem Divinam in Linguam Græcam converſam eſſe, temporibus Regis Ptolemæi, & per triduum in Orbe tenebras eſſe obortas. Atq; crediderim, hoc velle dicere Autorem, Judæos præ nimia formidine, jejunia & ſupplicationes inſtituiſſe, illorumq; vultus nigreſcere cœpiſſe, quod idem factum Hamanis tempore.*

16. Patris loco illi fuit] Id eſt: Calebus Uxorem Mirjam, cibo & medicaminibus curavit molliter, atque id unum ſtuduit ut illa convaleſcere poſſet.

17. Cor in Deum defixerat] At exploratibus reliquis, tanta vecordia innata fuit, ut metum omnem, & curam Dei penitus excuterent.

18. Filii autem Chelæ] Ineptiarum, nec finis eſt, nec modus. Rurſus בני capiendum pro בנעי, quaſi nos *Ædificationes* dicamus, ut ſenſus emergat: Mirjam, quæ ob ægritudinem perpetuam, Chela, vel Morbida dicta, tandem cum Sanitati redderetur, & quaſi domus collapſa, ex ruinis denuo excitata eſſet, Afflictio, Meridies, & Εδρον dici meruit. Nemo ſtultitiam hominum ridere, dolere cæcitatem, ſatis unquam poteſt.

19. Aliis Fœminis Afflictio erat] Quæq; enim Zelotypia corripiebatur ad mentis exitium, metuebatq; ne Maritus ſeſe deſereret, & τὴν Mirjam ſectaretur.

20. Εδρον dedit] Non poterat, quod Magiſtri volunt, exprimi ſignificantius, quam Græcanica voce Εδρον, illamq; adeo ab ארזנ deductam eſſe, Eruditiſſimus Caſaubonus ad Sueton. Calig. c. 40. magna probabilitate aſſeruit. Cæterum, ab honeſtate non nihil remotum eſt, quod hoc loco dicitur, ſic tamen accipiendum fuerit: Quisquis τὴν Mirjam intuitus eſt, illico miſere cœpit eam amare & æſtuare ignibus. Quia vero ab iſtius pudicitia procul erat, quid turpe in ſe admittere, ut aliquo iſti proci Penelopes modo, ſuos, quibus ferendis non erant, reſtingerent ardores, præ Zelotypia nimia tumultantes & jurgantes ſecum Uxores ſuas, donis aliquibus expugnare cogebantur, ne tori exortes eſſe vellent. Mirjami Matri, nec formæ venuſtate, nec ſorte, multum diſſimilis fuiſſe videtur, ſi-

tur, filia Achsa, cujus Jud. I, 13. seqq. mentio fit, nam de illa in Temura fol. 116. a. proditum est: למה נקרא שמה עכסה אר' יוחנן שכל הרואה אותה כועס על אשתו id est. *Quare vocata est Achsa? R. Jochanan appellationis causam affert, quia quisquis eam intuitus est, succensere cœpit uxori suæ* (eamq; fastidire.) Affine hactenus dictis, quod de Rachab in Megilla fol. 15. a legitur: אמר ר' יצחק כל האומר רחב רחב מיד נקרי אמר ליה ר' נחמן אנא אמינא ולא מקרינא ולא איכפת לי מינה אלא כי אמינא ביודעה ומכירה קאמינא: id est: *Dixit R. Jsaacus: Quisquis voce sua,* Rachab Rachab, *ingeminavit,* παραχεῦμα ἐγκοπρώνος. *Excipit R. Nachman atqui: ego id facio, nec tamen tale quid patior, aut vel tantillum perturbor. Respondet alter, sè de iis locutum, qui eam de facie noverant, & familiaritatem cum illa contraxerant.* (nam in hos quidem, tantam illius fœminæ pulchritudinem, vim exercuisse, & tyrannidem.)

לה XXXV.

Ex. I, 22. ויצו פרעה לכל עמו לאמר אמר רבי יוסי בר חנינא אף על עמו גזר: ואמר ר' יוסי ברבי חנינא שלש גזירות גזר בתחלה אם בן הוא הוא והמתן אותו ואם כך היאורה תשליכוהו ולבסוף אף על עמו גזר:

ET *præcepit Pharao toti populo suo, edicendo.* Si R. Jose, F. Ch. fides, etiam contra suum populum, edictum promulgavit: Vult nimirum, tria decreta illum promulgasse: principio [1] *Si filius fuerit, enecetis illum.* [2] Deinde: [3] *In rivum ipsum projicite.* [4] Noviſſime, etiam contra suos subditos legem tulisse.

ANNOTATA.

1. Si filius fuerit enecetis illum] Hoc primum decretum fuit, idq; imperavit Pharao Obstetricibus, nihil dubitans de earum fide, & in parendo sedulitate.

2. Deinde] Retineamus אחר כך ceu legunt Codices En Jacob. Nam ולבסוף quod in Talmude est, non huic loco, sed solis sequentibus, proprie convenit.

3. In

3. In rivum ipſum projicite] Jam Pharao, non amplius fidens Obſtetricibus, Cuſtodes appoſuit, qui natos Hebræorum in profluentem abijcerent.

4. Etiam contra ſuos Subditos legem tuliſſe] Scilicet, die qua natus eſt Moſes, monuerunt Aſtrologi Pharaonem, ſe didicisſe ex Aſtris, hac ipſa luce natum eſſe Liberatorem Judæorum, verum id ſe non habere perſpectum, num Ægyptiis an vero Hebræis Parentibus genitus ſit. Ergo Pharao, non Judæorum tantum, ſed & Ægyptiorum puerulos, qui illo die in mundum editi erant, tollere juſſit, id quod eliciunt ex verbis Ex. I. v. ult. Cum vero poſtridie, nondum infauſtus Siderum aſpectus ceſſaret, haud revocavit præceptum Pharao, ſed tamdiu ab utraq; gente mos ei gerendus fuit, quoad cum Moſis expoſitione, malignum quod portendebant Stellæ, omen, diſparuit. Sic Raſchi in Gloſſa, laudatq; Midraſch Jelammedenu, apud quem tamen, loco proprio, ubi iſta legi debebant, nihil reperio. Mirum, ni Midraſch Rabbot nominare voluit, nam ibi fol. 118. col. 1. prænarrata habentur, additurq; non paruiſſe Ægyptios mandato Pharaonis, quod contenderent, fieri neutiquã poſſe, ut ex ſeſe Judæis ſalus oriretur, & præſidium. Libellus de Vita Moſis ſub initium, itemque Sepher Hajaſchar, p. 128. a. & Schalſch. Hak. p. 11. b. paulo aliter rem narrant, perhibentq; Pharaonem, ſecundum quietem vidiſſe, adſtantem ſibi Senem, qui libram manu tenebat, ejus lanci uni, cum univerſos Ægypti incolas, mares fœminasq;, ſenes & pueros, impoſuiſſet, alteri טלה id eſt *Agnum* indidit. Atq; hic quidem, Virum ſummum, & cujus demortui Manes quoq; ſuſpicimus, *qui* טלה *Puerum*, quo ſenſu alibi vox accipitur, explicat, ægre deſerimus. Sed, omnino Agnum intelligendum eſſe, Sepher Hajaſchar indubitate convincit, ubi pro eo quod in aliis libris nude eſt טלה uberius diſtinctiusq; legitur טלה חלב אחד ſumta ex 1. Sam. VII, 9. loquendi formula, ita ut noſtra interpretatio conſtituta ſit, extra omne erroris periculum. Cæterum, cum iſto Agno, omnis Ægyptiorum comparata multitudo, levior pluma videbatur, Agni enim pondus erat longe maximum. Turbatus hoc Somnio Pharao, convocatis omnibus Hariolis, & Somniorum Interpretibus, nocturnam imaginem illis expoſuit, a quibus cum didiciſſet, ſignificare illam, prodiiſſe in dias luminis auras, eum, qui olim Judæos e ſervitute liberaturus eſſet, conſilium de ſuffocandis puerulis, deliberatum eſt.

לו

XXXVI.

Ex. I, 11. וילך איש מבית לוי ויקח
את בת לוי להיכן הלך אמר
רבי יהודה בר זבינא שהלך
בעצת בתו תנא עמרם זל
גדול הדור היה כיון שגזר לג
פרעה כל הבן הילוד היאורה
תשליכוהו אמר לשוא אנו
עמלים עמד וגרש את אשתו
עמדו כולם וגרשו נשותיהם:
אמרה לו בתו אבא קשה זו
גזרתך יותר משל פרעה לה
הרשע שפרעה לא גזר אלא
על תוכרים ואתה גזרת על
הזכרים ועל הנקבות פרעה
לא גזר אלא בעולם הזה
אתה גזרת בעולם הזה ולז
ולעולם הבא פרעה רשע הוא
ספק גזרתו מתקיימת ספק
אין מתקיימת אתה צדיק ודאי
גזרתך מתקיימת שנאמר ותגזר
אומר ויקם לך עמרם והחזיר את
אשתו עמדו כולם והחזירו

*A*Biens autem quidam ex familia Levi, duxerat filiam Levi. Quorsum abivit? Respondet R. Juda B. F. quod consilium filiæ secutus sit. Sic habet vetus traditio: [1] Amram sui temporis fuit eximius, [2] cumque edixisset Pharao: *Omnem filium natum in rivum projicitote*: In vanum, inquiebat, nos laboramus; surgens itaque repudiavit uxorem suam, (*nec minus*) omnes (*cateri*) surrexere, & cum uxoribus fecere divortium. Quamobrem, filia eum in hunc modum affata est: Iniquius est decretum tuum, Pater, (*decreto*) impii Pharaonis. [3] Non enim Pharao nisi de masculis præceptum dedit, at tuum institutum, tam maribus, [4] quam fœmellis adversatur. [5] Pharaonis decretum, ad hunc tantum mundum attinet; tuum autem, & hanc, & futuram vitã respicit. Pharao cum impius sit, dubium relinquitur, an decretum ejus ratum, an irritum sit futurum. Tu vero cum justus sis, controversia caret, tuum edictum futurum inviolabile: Q. S. E. (Job. XII, 28.) *Cum primum decernes*

נשותיהם : ויקח ויחזיר מיבעי
ליה אמר ר׳ יהודה בר זבינא
שעשׂ׳ לה מעשׂ׳ ליקוחין הושיב
באפריון ואהרן ומרי׳ מרקדין
לפניה ומלאכי השרת אומרין
אם הבנים שמחה : את ברת
לוי אפשר בת מאה ושלשים
שנה היתה וקרי לה בת לא
דאמר רבי חמא בר חנינא
זו יוכבד שהורתה בכנען
ולידתה בין החומו׳ שנא׳ אשר
ילדה אותו ללוי במצרים
לידתה במצרי׳ ואין הורת
במצרים אמר יהודה בר
ביזנא שנולדו בה סימני
נערות׃

decernes ſermonem præſtabitur tibi. (His comotus) ſurrexit, reduxitque domum uxorem ſuam, quod & ipſum reliqui omnes ſunt imitati. *Duxerat.* Reduxerat, dicendum potius fuiſſet. Nempe ait R. Judas S. F. Renovavit [6] cum ea ſolemnia ſponſalitiorum, [7] conſtituens eam ſub uraniſco, Aarone & Mirjam præſultantibus, accinentibusq; Angelis miniſtris: (ex Pſ. CXIII, 9.) *Mater liberorum læta ſit. Filiam Levi.* [8] Fierine poteſt ut ea filia vocetur, quæ [9] centum & triginta annos agebat? Nam ut ait R. Chama Ch. F. hæc illa Jocebed, quæ [10] in Cananæa concepta, & [11] inter muros eſt edita. Q. S. (Num. XXVI, 59.) *quam peperit* (uxor) *Levi in Ægypto.* Scilicet, nativitas ejus fuit in Ægypto, ſed conceptio non item. Vocat autem filiam, ita cenſente R. Juda, F. B. quia [12] renata illi ſunt ſigna juventæ.

ANNOTATA.

1. Amram ſui temporis fuit eximius] Quare, ut fieri ſolet, omnes, ejus facta & inſtituta imitabantur. Joſephus l. 2. Antiq. cap. 5. remiſſius, veriusque: Ἀμαράμης τῶν ἐν γενεᾷ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις (γίγνεται·)

2. Cumq; edixiſſet Pharao: Omnem] In Talmude plenior eſt Lectio בין שראה שאמר פרעה הרשע כל Nam præter cæ-

tera, non videbatur quoq; Pharaonis mentio injicienda esse, sine execratione.

3. Non enim Pharao nisi de Masculis &c.] Baal Chasidim Num. 369. כל הנסי' אינם דומות לפורי' שהרי במצרי' גזרו כל הבן הילוד היאורה תשליכוהו הבן להמית והבת להחיות אבל הפורים מנער ועד זקן טף ונשים כל היהודים לכך ימי הפורי' לא יהיו נבטלים: id est: *Nullum Dei, in liberandis Judæis beneficium, cum ea liberatione, quam Festum Purim in memoriam revocat, comparari potest, nam in Ægypto tantum Præceptum promulgatum fuit de parvulis in profluentem abjiciendis. Soli igitur mares interimendi erant, puellis superstitibus esse permittebatur. At in Persia, Ahasveri tempore,* (ferale edictum complectebatur) *Juvenes & Senes, Infantes & fœminas, totamq; Judæorum Universitatem: Quamobrem istud Festum, æternum, summa religione celebrandum est.*

4. Quam Fœmellis adversatur] Id est: Quia Judæis ad facienda divortia Dux & Autor es, omnino omnem sobolis procreationem tollis funditus.

5. Pharaonis decretum ad hunc tantum &c.] Quippe Infantes hujus vitæ usura privati, in æternas illas sedes deferuntur, & cum Deo agunt, nec nisi præsens mundus illorum jacturam patitur. At tu Conjugiorum usum abrogando, non terræ minus, quam Cœli es desolator.

6. Cum ea] Uxore videlicet sua. Quamobrem לה legendum, non לו prout in Talmude excusum est pessime.

7. Constituens eam sub Uraniſco] Cl. Buxtorfius in Lex. Talm. p. 1804. אפרין interpretatur *Lectum, Torum Nuptialem*, allegatoq; ipso hoc Sotæ loco, vertit eum: *Collocavit eam in torum nuptialem, & Aharon & Mirjam saltarunt coram ea.* Contra, David Cohen de Lara, in Lexico novo, אפרין exponit כסא הכלות id est: *Sellam Sponsarum, Sellam gestatoriam, Lecticam.* Video priori explicationi favere Kimchium in Radicibus p. 401. posteriori, vel utriq; potius, Baal Aruch fol. 15. col. 3. vult enim, in Lecto Sponsam fuisse gestatam. Sed, haud existimo, ullam illarũ, præsentis esse instituti. Nam hoc loco verbum אפרין eodem sensu accipiendũ esse, quo infra in Capite ultimo Mischnæ nostrę accipitur, cum ajunt גזרו שלא תצא הכלה באפרין בתוך העיר nemo ibit inficias. At in istis, nec Torum nuptialem, nec Lecticam אפרין ullatenus significat. Non enim in Toro Nuptiali, Sponsa collocabatur in publico: aut, *in Lectica, & Sella, vel Grabbato etiam gestatorio exire*, Hebræi dicunt,

cunt, etſi Galli, Itali, & Hiſpani, ab hoc loquendi modo, non abhorrent. Eſt igitur omnino אפרין in Sota noſtra, Uraniſcus, vel Conopeum, quod Sponſæ obtendebatur, cum in publicum prodibat, alias Judæis חופה dictum, & cujus uſum etiam nunc in feſtivitatibus nuptialibus noſtrates Judæi retinent. Ii tamen, qui in Italia degunt, præ cæteris vetuſti moris ſunt retinentiores, nam apud hos, plane uti antiquiſſimis temporibus obtinuiſſe, noſtra Gemara commemorat : *Si riducono li Spoſi in una Sala o Camera, ſotto vn Baldachino con ſuoni, ed alcuni vſano con certi fanciulli appreſſo, con torcie acceſe in mano, che cantano*: quæ Leonis Modenæ verba ſunt, de promta ex libello, cui titulus : *Hiſtoria de Riti Hebraici Vita ed oſſeruanze de gli Hebrei di queſti tempi.* Nec obſtat, quod nulla in his, ſaltationis mentio. Dum enim cantant pueri, fieri non poteſt, quin non iidem ſimul tripudient. Imo in Bava Batra fol. 120. a. ubi omnia quæ de renovatis Amrami Nuptiis hic loci tradita ſunt, repetuntur, Aaronem & Mirjam cantaſſe tantum, non ſaltaſſe legimus. Adde, quod, cum in Cetubot fol. 16. b. dicitur כיצד מרקדין לפני הכלה id eſt : *Quomodo ſaltant ante Sponſam?* R. Salomo id exponat: מה אומרין לפניה id eſt: *Quid dicunt, vel canunt coram illa?*

8. Fierine poteſt &c.] Verba Hebraica in Codicibus Ex Jacob trajecta erant, quare ſecuti editionem Talmudis, in verum, e quo exciderant locum, quædam repoſuimus.

9. Centum & triginta annos agebat] Ut hæc, & quæ ſuccedunt, recte accipiantur, tenenda animo eſt Judæorum hypotheſis. Nimirum ajunt, Gen. XLVIII, 27. aſſerere Scripturam, Omnes animas familiæ Jacobi, quæ venit in Ægyptum, fuiſſe ſeptuaginta numero. Quia vero, ſingulas quæ ibi nominantur ſeorſim numerando, & colligendo ſummam, non emergunt niſi novem ſupra ſexaginta, idcirco ad tollendam difficultatem, perhibent, Jochebed antequam inſtitueretur in Ægyptum profectio, jam fuiſſe conceptam, itaque hujus quoque habitam rationem, &, (ceu jus quoque Civile Romanum, certis caſibus facere jubet) inter jam natos & exiſtentes computatam eſſe, eam quæ erat in utero. Atque ſic illud de Septuagenario numero dubium tollitur. Cæterum ſupponendo porro, ſub ipſum ingreſſum in urbem Ægypti, quam habitandam accepit familia Jacobi, in lucem editam eſſe Jochebed, conſequitur, illo tempore, quo Amramus ſecundas Nuptias cum ea celebravit, fuiſſe ipſam natam annos CXXX. Quippe, omne tempus quod Judæi in Ægypto exegerunt, eſt annorum CCX. quorum Symbolum vox ורד ſuppeditat: Moſes vero educens Iſraëlitas ex Ægypto, ipſa Scriptura Ex. VII, 7. teſte, agebat annum octogeſimum : Quibus detractis, evidens eſt,

matrem ejus, cum illum gestare inciperet in utero, (id quod tres menses, ante renovatas nuptias factum est,) annum egisse CXXX.

10. In Cananæa concepta] In Talmude tam hoc loco, quam in Bava Batra fol. 120. a. Rabbot præterea fol. 118. col. 1. & En Jacob fol. 92. col. 1. constantissime legitur שהורתה ברך quasi inter peregrinandum demum Jochebed concepta fuerit. Fieri potest ut fallar, plane tamen persuasus sum, ex Judæorum hypothesi, necessitate quadam inferendum esse, haud in itinere, sed antequam ad illud Jacobus cum suis se accingeret, Jochebed fuisse conceptam, atque idem velle hic quidem loci Codices En Jacob, quorum lectionem, tanquam optimam tueor. Habeo causam geminam: Principio, Gen. XLVI, initur numerus familiæ Jacobi, non qualis in via erat, sed qualis ex Cananæa discessum parabat: Ergo, ad complendum septuagenarium, jam tum Jochebed conceptam oportuit. Amplius, quia sub ipsum in Ægyptum ingressum, Jochebed nata dicitur, si in itinere ipsa concepta esset, sequeretur minimùm totos novem menses, ad conficiendum iter fuisse insumtos, quod tamen, si illud modicum terrarum spatium, quod emetiendum erat, (Consule Gen. XLIII, 10.) desiderium quoque, quo Jacobus videndi Josephum tenebatur, & denique vehicula & plaustra quæ ad celerius peragendum iter, Josephus suppeditaverat, cogites, perabsurdum apparebit.

11. Intermuros] Id est: In Porta Urbis; Sub ipsum Urbis ingressum: בכניסתן לעיר ut ait R. Salomo.

12. Renata illi sunt signa juventæ] Jochebed enim gravis annis, amiserat omnem venustatem,

—— Posuit q. ad tempora canos,
Sulcavit q. cutem rugis, & curva trementi
Membra tulit passu, vocem quoq. fecit anilem.

Sed rediit priscus decor, mutarunt colorem crines, rugæ complanatæ sunt, corpus firmum, solidum, & succi plenum, suaves emisit ex ore rotundo sermones. Sic Georgius Fournier in Geogr. Orb. Not. l. 8. c. 4. ex Delrio refert, in Urbe Hispaniæ Morviedro, quæ in ruinis veteris Sagunti excitata est, ante annos centum, vetulæ Abbatissæ edentulæ, restitutam juventam, crines denigratos, renovatos dentes, sulcos frontis æquatos, & mammas compactas fuisse.

XXXVII.

לו

ותהר האשה ותלד בן והא
מיעברא ביה תלתא ירחי
מעיקרא ׃ אמר רבי יהודה
בר ביזנא מקיש לידתה לה
להורתה מה הורתה שלא ב
בצער אף לידתה שלא בצער
מבאן לנשי צדקניות שלא ש
היו בפיתקא של חוה׃

XXXVII.

Concepitq; mulier illa & peperit filium. Atqui[1] ante tres menſes ab eo gravida facta fuerat. Nimirum ait R. Juda F. P.[2] aſſimilat partum, conceptioni: Sicut enim hæc ſine dolore fuit, ita & iſte. Inde (*conſequitur*) mulieres pias[3] in tabula edicti adverſus Evam promulgati,[4] non comprehendi. Ex.II,2.

ANNOTATA.

1. Ante tres menſes &c.] Id eſt: Jam per tres menſes uterum geſtaverat Jochebed, antequam Amramus eam reduceret.

2. Aſſimilat partum conceptioni] Id eſt: Haud opus erat, ut Scriptura nominatim exprimeret, concepiſſe תאר Jochebed, nam dicendo quod Moſen ipſa enixa erat, cuique intelligere dabatur, ante quam pareret, prægnantem illam fuiſſe: Unde frequentiſſime quoque, conceptionis mentionem, in Scriptura videas omitti. Quia vero hic loci expreſſa ejus injicitur memoria, atque nullum in Divinis Literis verbum otioſum eſt, veriſimile evadit, iſtud eam ob rationem factum eſſe, ut innueretur, ſimilem fuiſſe partum conceptioni, & tam hanc quam illam, dolore omni caruiſſe. Interea loci, dubium magnum, & captum noſtrum longe excedens eſt, num Judæ Sebinæ, an vero Biſnæ filio, quorum alterum Talmud, alterum Codices En Jacob, & Chaskuni in Comment. Exodi, nominant, tam prudens dictum primo in mentem venerit.

3. In tabula edicti] Ejus nimirum, quo Deus Gen. III. v. 6. Evæ eſt comminatus: הרבה ארבה עצבונך והרנך De hoc loco ita legitur apud B. Hildephonſum Archiepiſcopum Toletanum, *libro contra eos qui disputant de perpetua virginitate S. Mariæ*, relato in Tom. 9. Biblioth. SS. Patrum p. 123. *Multiplicans, multiplicabo dolores tuos, & conceptus tuos. Pro quo, Symmachus*, Afflictiones tuas dixit: *Origenes vero & Theodotion, nec non & Septuaginta*, Triſtitias tuas, *dixerunt*, & gemitus

mitus : *Ubi Theodotion & Symmachus pro Gemitibus Ærumnas posuerunt.* Quæ ideo adduximus, quia hæc antiquorum Interpretum fragmenta, inter cætera, quæ Johannes Druſius, collegit, non comparent.

4. Non comprehendi] Hoc quidem eſt falſiſſimum, ac mulieres piiſſimas Rebeccam & Rachelem, Judæorum, ſi ita loqui licet, Matriarchas, cum ſummis doloribus in partu conflictatas eſſe, ipſæ Sacræ Literæ commemorant. Sic R. Chajæ celeberrimi Autoris τῶν Toſephot, conjugem, ob acerrimos quos in puerperio experta erat cruciatus, medicamento ſibi ſterilitatem induxiſſe, & Maimonidis Matrem, cum hunc filium in lucem ederet, præ nimietate doloris extinctam eſſe, Baal Schalſchelet Hak. p. 32. b. & p. 45. b. prodidit. Quanto melius, elegantiusque, obſervavit S. Chryſoſtomus noſter, maxime quidem ad Fœminas nuptas promiſcue, minime tamen ad Virgines attinere divinam imprecationem, atque has vere in Tabula Edicti adverſus Evam promulgati, non comprehendi. Locus nobilis eſt in Homil. de laudibus Theclæ. Κρείττων καὶ τῶν κατ' τῆς Εὔας ἡ Παρθένος προσίμων. Τὸ γὰρ, Πρὸς τὸν Ανδρα σου, ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει, τοῖς παρ' ἀνδρῶν μὴ δεσποζομένοις ἀνίσχυρον. Τὸ, Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα, τοῖς παρθενευούσαις ἀργόν. Ἡ γὰρ μὴ τέκτουσα τῆς τῶν λυπηρῶν ὠδίνων ἐκτὸς ἀποφάσεως. Id eſt : *Virgo etiam pœna, qua Eva mulcta eſt, ſuperior evaſit. Illud enim* : Ad virum tuum converſio tua ; & ipſe tui dominabitur : *In eas quæ virorum dominatu non premuntur, invalidum eſt. Illud*, In doloribus paries filios, *in eas quæ virginitatem colunt, otioſum eſt, nam quæ minime parit, a graviumpartus dolorum ſententia libera eſt & immunis.* Cæterum, ad ſolandas, puerperii doloribus laborantes, frugi mulieres, nonnihil facere poteſt, quod ſæpius nobis laudata, Rabbina Rebecca notavit, Deum Optimum Maximumque, ſeipſum Autorem illorum cruciatuum prædicare, afflictiones vero reliquas, quibus vexari ſolent mortales, haud temere illum ſibi tribuere. Adſcribamus & hujus verba, ex Libelli מנקת רבקה Porta 5. הקבה *hat geſagt*, הרבה ארבית עצבונך *das is deutſch*, * *mehren dein Wehtag, das gefinden mier nirgens, das* הקבה *bey einen* פורענות *ſein Nahmen het gedacht, as mier es ſehen in unſerer heyligen* תורה *bey der* תוכחה *Bey der* ברכה *ſpricht er:* ונתתי גשמכם בעתו ונתתי שלום בארצכם *das iſt deutſch: Ich vvil gebē den Regen in ſeiner Zeit, und darnach ſpricht er auch, und ich vvill geben den* שלום *in euren Land. Aber bey der* קללה *ſagt er nit, ich vvil ſie auf euch bringē, meinet, ſie vverden ſelber komen, as auch bey* Eli הכהן *Kinder* Chophni *und* Pinehas, *hat* הקבה *geſagt* מכבדי אכבד ובוזי יקלו *das iſt deutſch : Die mich ehren, die vvil ich vvieder ehren, die mich verſchmehen,*

* *Opinor excidiſſe :* Ich vvil ſehr

hen, die ſolln verleichtert vverden; und ſpricht nit, ich vvil ſie verſchmehen. Alſo gefinden mier viel mal das הקבה *ſeinen heiligen Nahmen bey keinen* פרעונות *nit läſt gedencken, aber da hat er angeſchrieben. ich vvil mehren dein Wehtag.*

לח XXXIIX.

ותרא אותו כי טוב הוא
רבי מאיר אומר טוב שמו
רבי יהודה אומר טוביה שמו
ר׳ נחמיה אומר הגון הידו
לנבואות אחרי׳ אומרים נולד
כשהו׳ מהול וחכמים אומרי׳
בשעה שנולד משה נתמלא
כל הבית אורה כתיב הכא
ותרא אותו כי טוב הוא וכתי
וכתיב התם וירא אלהים את
האור כי טוב: ותצפנהו שלשה
ירחים דלא מנו לה מצריי
אלא משעה דאהדרה והיא
הות מיעבר׳ בידה תלחא ירחי
מעיקר׳ ולא יכלה עוד הצפינו
ואמאי תצפנידה ותיזל אלא
כל דשמעי מצראי דמחיליד
ינוקא ממטו ינוקי ומעוו התם
כי היכי דלישמע לקלייהו וזת

ET *videns eũ,* [1] *quod tobh* (i.e. bonus) *eſſet.* Traditio: R. Meir ait, vocatum eſſe Tob: contra R. Juda, Tobija vocatum aſſerit. R. Nehemias dicit (*vidiſſe eam,*) quod capax ſit afflatus prophetici. Alii dicunt, eum quaſi circumciſum natum eſſe. At Sapientes noſtri perhibent, quod circa horam nativitatis Moſis, [2] tota domus repleta fuerit luce: Nam hoc loco S. E. *Et videns eum quod bonus eſſet.* Alibi vero (Gen. I, 4) dicitur: *Et vidit Deus lucem, quod bona eſſet.* [3] Abſcondit eum tribus menſibus. Ægyptii enim tantum calculum inibant, a tempore novorum ſponſaliorum: ſed ipſa jam ante trimeſtre conceperat. *Et non potuit amplius abſcondere eum.* Quid ita? Abſcondiſſet eum in conclavi; & abiviſſet. Nempe, quotiescunque Ægyptii inaudiverant, infantem natum, attulere ſuos infantes, qui clamorem illic ederent, ut (*puer Hebræus*) voce illorum ex audita, [4] juxta

Ex. II, 2.

Ex. II, 2.

verſ. 3.

ונעוי בהדייהו דכתיב אחזו לנו שועלים שועלים קטנים מחבלים כרמים׃

cum iis inclamare inciperet. Hinc S. E. (Cant. II, 15.) *Prehendite nobis vulpes, vulpeculas parvas, corrumpentes vineas.*

ANNOTATA.

1. Quod bonus esset] Exercet Magistros, quænam fuerit illa Bonitas, quam in Filiolo, Mater deprehendit, & hinc ista sententiarum divortia promanant.

2. Tota domus repleta fuerit luce] Et quidem fulgentissima, כאור השמש והירח בעת זרוח id est: *Qualis solet Phœbi & Lunæ esse, cum per sudum rutilant:* Libellus de vita Mosis p. 3.

3. Abscondit eum tribus mensibus] Per trimestre integrum eum abscondere poterat, quia interea temporis, domus ejus ab Ægyptiis non frequentabatur. Nesciebant enim ipsi יוכ Jochebed jam tres menses uterum gestasse, antequam denuo nuptias cum marito celebraret, sed non nisi nono, post istas renovatas mense, num quid peperisset Jochebed, explorare & perquirere satagebant. Miror R. Salomonem ad Ex. c. II, 3. præter morem, deserere hanc Talmudistarum opinionem, & aliam substituere, sic enim ait: שמנו לה המצריים מיום שהחזירה ט׳ חדשים והיא ילדתו לששה חדשים ויום אחד שהזילדת לשבעה יולדת למקיטעין׃ id est: *Ægyptii computarunt novem post iteratas* (Amrami & Jochebed) *nuptias menses*, (tum יוכ Jochebed parituram persuasi.) *Ipsa vero peperit mense sexto, & die uno a conceptione*, (quæ contigit ipso die quo matrimonium renovatum. Pariunt enim frequenter Fœminæ mense septimo, & quidem) *eo nondum completo*, (sed circa ipsum illius initium. Atque sic poterat per menses tres Jochebed infantem abscondere.)

4. Juxta cum illis inclamaret] Ergo in intimis ædium penetralibus absconditus puer, audita alterius qui foris erat, voce, & ipse, qui infantum mos est, clamare cœpit, & suo se indicio prodidit ut sorex. Faciunt ista redire mihi in memoriam, quod ex Taanit Jeruschalmi in En Israël fol. 190. col. 3. traditur: אמר ריש לקיש תשובה של רמאות עשו אנשי נינוה מה עשו רבי הונא אמר העמידו עגלי מבפנים ואמותיהם מבחוץ והו אלין געיין מן הכא ואילין מן הכא אמרין אי לית את מרחם עלן ליתנן מרחמין עליהון׃ id est: *Ait Resch Lakisch: Vaferrimam pœnitentiam*

tentiam

tentiam egere Ninivitæ: (Vel: Ninivitæ vaferrime Deum propitiarunt.) *Quid igitur fecerunt? Autore R. Huna, Vitulos intro, Matres illorum foras constituerant, atq; his & his amare balantibus, dixere: Nisi tu* (Deus) *nostri misereris, nec nos istorum miserebimur.*

לט

ותקח לו תבת גמא מאי
שנא גמא אמר ר׳ אלעזר
מכאן לצדיקים שממונם ח
חביב עליהם יותר מגופם
וכל כך למה לפי שאין פושטין
ידיהם בגזל: רבי שמואל בר
נחמני אמ׳ דבר רך שיעמוד
בפני רך ובפני קשה ותחמרה
בחמר ובזפת תנא חמר ם
מבפני׳ וזפת מבחוץ שלא
יריח אותו צדיק ריח רע: מ
ותשם בה את הילד ותשם
בסוף על שפת היאור ר׳ אל
אלעזר אומר ים סוף רבי ם
שמואל בר נחמני אמר אגם
כדכתיב קנה וסוף קמלו:

XXXIX.

ET *accepit arcam scirpeam.* [1] Cur præcipue scirpeam? R. Eliezer ait, [2] (*constare*) hinc, justos magis amare pecuniam, quam corpus suum. Quamobrem tantopere (*illam amant?*) [3] Quia non extendunt manus ad rapinam. R. Samuel F. N. causam affert; (*electam arcam scirpeam, quia* [4] *scirpus*) mollequid est, & tam adversus mollia, quam dura consistit. *Oblevit illam argilla, & pice.* Secundum antiquam traditionem, [5] argilla ab interiore, [6] pix vero ab exteriore parte fuerunt, [7] ne justus ille, graveolentiæ exponeretur. *Et positum in ea puerulum exposuit in Suph, juxta ripam cujusdam rivi.* R. Eleaser mare algosum intelligit. [8] R. Samuel F. N. autem, stagnum (*cannis palustribus plenum*;) prout S.E. (Es. XIX, 6.) *Arundo & alga languebunt.* Ex. II, 3.

ANNOTATA.

1. Cur præcipue scirpeam] Satius enim erat fingere arcam ligneam, tanto magis impenetrabilem aquis, & ad natandum aptum futuram.

turam. Patricides Arabs apud Hottingerum in Smeg. p. 398. dicit Arcam, in qua Moses servatus, fuisse Papyraceam, in Lege autem scribi, constructam fuisse ex Subere. Papyrus Josepho quoque placuit, nam 2. Antiq. c. 5. Mosis Arcam πλίγμα βίβλινον vocat: Imo & LXX idem arbitrati sunt, apud quos legimus: Ελαβεν αὐτὸ μήτηρ αὐτοῦ βίβλινον παπύρου.

2. Constare hinc justos &c.] Reperies idem dictum in Chullin fol. 91. a.

3. Quia non extendunt manus ad rapinam] Supple: Ideo pauperes sunt, & faciunt exigue sumtum.

4. Scirpus molle quid est &c.] Pulcher in hanc rem locus habetur in Sanhedrin p. 411. edit. Cocc. quem vide. Si lignea fuisset Mosis arca, metus erat, ne ex vi propellentium undarum, ad lapidem forte allidens, confringeretur. Scirpus quia leviter cedit, illius periculi expers videbatur.

5. Argilla ab interiore] Pro ותחמרה בחמר LXX reddiderunt, κατέχρισεν αὐτὴν ἀσφάλτῳ. Quos imitatus est & Vetus Interpres, habet enim: *Et linivit eam bitumine*: Ac Josephus quoque, qui adeo solitus bituminis mentionem facit, omissa pice; inquiens: Επειτα χρίσαντες ἀσφάλτῳ τῇ γὰρ ὕδατι τὴν διὰ τῶν πλιγμάτων ἀπορράττειν εἴσοδον ἡ ἀσφαλτος πίφυκεν, ἐντιθέασι τὸ παιδίον. At vero, dissentiunt hic Rabbini plerique, ac iis חמר non Bitumen, sed *Argillam*, *Intritum*, significat. Vide R. Salomonem ad allegata Exodi verba, & Kinchium in Schorschim p. 253. Hinc verterunt Hæbrei populares nostri, Scripturæ istam locutionem: *Und sie verklebt sie mit Mörder*. Eandem interpretationem etiam Gemara nostra, quantum judicare possum, confirmat, ob ea quæ de graveolentia sequuntur, æque enim gravis bituminis odor est, ac picis.

6. Pix ab exteriore &c.] Ingeniosa est R. Salomonis, Filii Klonimos, in Glossa ad Jarchi opinio, qui tam Argillam, quam picem intra Arculam adhibitas censuit, ita quidem, ut prius omnia probe picarentur, Argilla deinde undique superinducta: Foris enim Scirpi colorem haud fuisse immutatum opinatur, ut Arcula palustrium Cannarum servaret similitudinem, & inter illas posset latere, ac aliquando, sublato Ægyptiorum metu, repeti. Hac ratione, & ipse evitat illud inconveniens, picis fœtore offensum fuisse puerulum, etsi picem intra Arcam admittit. Ipsa verba hominis sunt: זרז וזרז בתוך התיבה והזמר הירך מכסה את החפרת אבל מבחוץ לא זיפתה שלא ירגישו כי הגומא רומה לקנה היאור ולא יבחינו התיבה בתוך קנה היאור:

7. Ne

7. Ne justus ille graveolentiæ &c.] Chaskuni pro eadem opinione confirmanda, aliam quoque addit rationem, inquiens: ואילו חירת החמר מבחוץ המים היו ממחין אותו id est: *Si Argilla foris fuisset, aquæ illam diluissent.*

8. R. Samuel Stagnum] Josephus, Flumini commissam Arcam scribit. Cum eo conveniunt Abenesra, & Alcoranus Surata de Historia, qui nomen etiam Flumnis exprimunt, & fuisse Nilum perhibent. Amplius progreditur Patricides Arabs, apud Hottingerum in Smeg. p. 400. locum enim commonstrat, juxta quem Moses fuit expositus. Sic vertit Arabica Hottingerus: *Puerulum* (Mosen) *Arcæ impositum*, (Mater) *projecit ad Nili ripam, ubi minus profunda erat aqua in urbe Tzana, quæ Metropolis fuit* Νόμου *sive ditionis Taxitica, ut allisione fluctuum interficeretur, neq; spectatrix mortis esse deberet.* Sed in istis, uti posteriora palam falsa sunt, nec enim id expetebat Jochebed, ut Infans allisione fluctuum periret, verum ut in Arca servaretur; sic & priora, carent autoritate. Non male, sensum verborum Scripturæ, expressit Ezekiel, vetus Judæorum poëta Græcus, in Dramate, cujus fragmenta habentur Tom. 14. Bibl. SS. Patr. p. 153. quando sic Mosen loquentem introducit:

—Μήτηρ ἡ τεκοῦσ' ἔκρυπτέ μι
Τρεῖς Μῆνας, ὡς ἔφασκεν, ἐλαθεῖσα δέ,
Τιτρώσκει κέαμον ἀμφιβεῖσά μοι,
Παρ' ὄχθην ποταμοῦ, λάσιον εἰς ἕλος δασύ·

Mater quæ me peperit, abscondit me,
Tres menses, ut dixit: cum autem latere non posset,
Exposuit, habitum circumdans mihi,
Juxta littus fluvii herbosum, in ulvam densam.

מ XL.

ותרד בת פרעה לרחוץ
על היאור רבי יוחנן משום
רבי שמעון בן יוחאי מלמד
שירדה לרחוץ מגלולי בית
אביה ובן הוא אומר אם

ET descendit [1] *filia Aaronis ut lavaret se ad rivum illum.* R. Jochanan nomine R. Simeonis F. I. perhibet, doceri, quod descenderit, [2] ut sese purgaret a stercoraria idololatria, domus paternæ: Quo sensu, & alibi (Ex. II, 5.

רחץ יי את צואת בנות ציון
ונערותיה הולכות על יד Ex. II, 5.
היאור אמר רבי יוחנן אין ש
הליכה אלא מיתה וכן הוא
אומר הנה אנכי הולך למות
וחרא את התיבה בתוך הסוף
כיון דחזו דקבעה לאצולי ל
למשה אמרו לה גבירתנו מ
מנהגו של עולם מלך בשר
ודם גוזר גזרה אם אין כל
העולם מקיימין אותה בניו
ובני ביתו מקיימין אותה ואת
עוברת על גזרת אביך בא
גבריאל וחבטן בקרקע : מ
ותשלח את אמתה ותקחה ר
יהודה ורבי נחמיה חד אמר
ידה וחד אמר שפחתה : מאן
דאמר ידה דכתיב אמתה ס
מאן דאמר שפחתה מדלא
כתיב ידה : ולמאן דאמר ס
שפחתה הא אמרת בא ל
גבריאל וחבטן בקרקע דשייר
לה חדא דלאו אורח ארעא
דברת מלכ למיקם לחודה

IV, 3.) dicitur: *Cum laverit Dominus excrementum filiarum Zionis.* Et puellæ ejus ibant juxta rivum. R. Jochanan ait: [3] Itionis vocem, hoc loco mortem notare, prout in isto: (Gen. XXV, 32.) *Ecce ego eo ad mortem.* [4] Et vidit arcam illam in media alga. Cum (*puella*) animadverterent quod Mosen servare conaretur, dicebant illi: Hera, sic inter omnes more receptum est, ut Rege terreno, decretum quoddam promulgante, si vel maxime totus Orbis id non observet, tamen liberi & Aulici ejus id observant. At tu violas præceptum patris tui. Tum[5] (*adfuit*) Gabriel, & solo illas allisit. *Et misit Amatha, & accepit eam.* R. Judas, & R. Nehemia, (*hic in diversa abeunt.*) Alter enim (*Amatha*) de manu ejus; alter de illius Ancilla, explicat. [6] Qui de manu exponit, urget vocem *Amatha*: Qui autem de Ancilla; (*pro se affert,*) quod non legatur expresse Jadah. (*Cæterum*) ejus qui de Ancilla explicat, (*sententia quomodo persistere potest?*) modo enim dixeras, Gabrielem venisse, ancillasque solo allisisse. Nempe unam illi reliquit, quippe in

ולמאן דאמר ידה ליכתוב ידה הא קא שמשמע לן דאשתרבב אשתרבובי דאמר מר וכן אתה מוצא באמתה של בת פרעה: וכן אתה מוצא בשיני רשעים שנאמר שיני רשעים שברת ואמר ריש לקיש אל תקרי שברת אלא שרבבת:

pe [r] in civile foret, filiam Regis ſolam conſiſtere. Enim vero, ad probabilem reddendam opinionem ejus, qui de Manu, locum accipit; videtur ſcribendum fuiſſe Jadah. (*Reſpondeo*) manum tacite intelligi; quam conſtat in immenſum fuiſſe protenſam. Sic enim [s] ait princeps conſtitutionis: Simile reperies de cubito filiæ Pharaonis, quin & ſimile reperies de dentibus Impiorum. Q. S. E. (Pſ. III, 8.) *Dentes Impiorum confregiſti.* Scilicet, uti Reſch Lakiſch vult, non legendum *Schibbarta* (*frangendi ſenſu*:) Sed, *Scherababta* (id eſt: *quos adauxiſti.*)

ANNOTATA.

1. Filia Pharaonis] Joſephus *Thermuthim* eam vocat, Patritides Arabs apud Hottingerum in Smeg. 401. *Sithhoun*, Judæi communiter *Bathjam* appellitant; De quo vide Pirke R. Elieſ. p. 130. & Vorſtium in Notis p. 246. Addi poſſunt ab ipſo citatis Schalſch. Hakkab. p. 8. a. & p. 95. b. Megilla fol. 13. a.

2. Ut ſeſe purgaret a ſtercoraria idololatria] Nimirum volunt, Pharaonis Filiam, miſſa Gentilium ſuperſtitione, ſacra, & cærimonias Judæorum amplexam eſſe. Iis vero, qui hoc agere inſtituunt, tam maribus, quam fœminis, corporis ablutione opus eſt. Codex noſter MS. Ez Hechajim Hilch. Avod. Sara cap. 8. גר תבא להתגייר מלין אותו, אם היה מהול טיפין ממנו דם ברית ואחר משחין אותו עד שיתרפא רפואה שלימה ואחר מטבילין אותו בפני שלשה ויודיעוהו שניי מצות קלות ומקצת מצות חמורות והוא עומד במים ואם היתה אשה נשים מושיבות אותה במים עד צוארה ודיינין מבחוץ ויודיעוה מצות קלות וחמורות בעודה במים ואחר טובלה בפניהם ויצאו שלא יראנה כשתעלה מהמים ואין מטבילין אותו בשבת ויט ובלילדי הואל וצריך בירת רין: id eſt: *Si quis*

[r] ידה

[s] שמשמע

τῶν ἐξω religionem Judaicam amplecti velit, is circuncidendus est: Quod si verò jam circumcisus sit, (quales sunt qui Muhammedis placita sequuntur,) fœderis tamen sanguis, (facto vulnere,) proliciendus, & adhibenda deinde unctio est, quoad plane convalescat. Porro abluere quoq; Proselytum oportet, tribus testibus præsentibus, eiq; dum in aquis adhuc est constitutus, indicare unum & alterum e levioribus, itemq; quædam ex gravioribus præceptis. Quod si fœmina alienigena ad Judæos accedat, a mulieribus collo tenus in aquam deducenda, ibi adsunt judices, eiq; sic in aquis stanti, quædam levia, & quædam gravia præcepta proponunt, quibus perceptis ipsa se immergit. Mox abeunt (testes,) ne fœminam (nudam) cum ex aquis illa exit, aspiciant. Non vero instituenda hæc ablutio, aut Sabbatho, aut festo die, aut nocte, adesse enim oportet Magistratum (Trium-viralem, qui istis temporibus non colligitur.) Atenim, quia de Lustratione eorum, qui Judaicis sacris initiari postulant, diximus: ne illud quidem negligendum videtur, superiori ævo, cum sæpe mera vi, Judæi ad fidem Christiano Romanam profitendam, vel simulandam potius, passim per Europā cogerentur, introductum quoque a γνησίοις novum quoddam & superstitiosum Ablutionis genus, ad recipiendum denuo in gregem, invitos desertores. Ea res quia vulgo parum cognita habetur, operæ pretium est illam docere, verbis, Johannis Mariæ Vincentii Missionarii Apostolici, in appendice libri, quem vocat, il Messia Venuto. num 41. *Posciache Condotto l' infelice recidiuo al fiume, l' interrogauano se fare volesse Teuila, cioè Bagno, o lauanda, nel profluuio dell' acqua corrente, e rispondendo il misero che si: Diceua gli il Prefetto delle ceremonie,* BAAL TESSVVA, *cioè ritorna dallo stato del peccato: e fra tanto spogliato di tutte le vesti, lo lauava ignudo nell' acque calde: ed i Giudei Ministri gli fregavano tutto il corpo con l' arena, e massime la fronte, il petto, e le mani, e tutte le parti vnte col sacro Crismate. Poi gli radeuano i peli di tutto il corpo, tagliandoli, le vnghie delle mani, e dei piedi, fino allo spargimento del sangue, ed in tal modo raso, e tagliato, tre volte gli immergeuano il capo nell' acqua del fiume corrente, orando e dicendo: BENEDETTO IL SIGNORE RE DE' CIELI CHE COMMANDATO CI HAI IL SANCTIFICARCI SOPRA DI QUEST' AC QUA O BAGNO TUVVILA. Lauato lo vestiuano di nuove vesti, baciauanlo e con nuouo nome o con l' antico, con cui prima del battesimo si chiamaua lo salutauano: Frattanto il misero la professione facendo della Mossaica legge, promettendo oseruarla, difenderla, e vivere conforme al suo prescritto: Solennemente abjurando, e bestemmiando la fede di Cristo, i riti, e costumi de Christiani: delle quali cose tutte ricevuta la testimonianza scritta in publico instrumento, ammettevano il miserabile alle cose sacre de' Giudei.* Hactenus Vincentius, qui se ista didic isse

didiciſſe profitetur ex Eymentici Direct. Inquiſ. p. 2. q. 44. nec dubito pleraque ita geſta eſſe, & fortaſſe etiam nunc geri, quoties Apoſtatæ ad volutabrum redeunt, etſi in iſtis quædam dicuntur perperam. Nec enim profecto, *Baàl teſſiuua*, id ſignificat, quod innuitur, neque juxta amnem, calidam quoque aquam, locum inveniſſe, mihi fit veriſimile. Sed, tempus eſt, ad Pharaonis, quam tantiſper deſeruimus, filiam, ut revertamur, quando de caulà cur lotum ipſa iverit, cum Gemara noſtra non ſatis convenit R. Elieſeri in Pirke p. 130. ait enim verbis Vorſtii: *Filia Pharaonis Bathja, percuſſa erat gravibus plagis, neq; poterat ſe lavare in calidis aquis, ſed deſcendit, ut lavaret in fluvio.* Rurſus aliter eſt in Sepher Hajaſchar p. 130. b. & Libello, de Vita Moſis p. 3. b. ubi æſtus tam atrox & intolerabilis excitatus a Deo dicitur, ut cogerentur omnes Ægyptii, ac Filia quoque Pharaonis, in aquis refrigerium quærere. Omnium optime Abeneſra, ex ritu & conſuetudine Gentis, lotum iviſſe Bathjam aſſerit. Sed Joſephus, dum juxta flumen tantum ludentem, Pharaonis introducit filiam, a Scriptura ſeceſſit longule. De reliquo, uti hoc loco Judæi Pharaonis Filiam miſſa Superſtitione, vero Deo adhæſiſſe contendunt, ita de ejus Uxore idem hoc affirmat Alcoranus, Surata de Defenſione, cujus quidem alia, quam Gallica verba, dare non poſſumus: *Dieu enſeigne une parole a ceux, qui enſuivent ſa loy. Prenes exemple a la Femme de Pharaon, elle à prié Dieu, eſt á dit: Seigneur baſty moy une maiſon en Paradis, deliure moy de Pharaon, de ſes oeuvres, & des perſonnes injuſtes.*

3. Itionis vocem hoc loco mortem notare] Atque hanc iis Gabriel intulit, quoniam Moſis ſalutem impedire conabantur. Ne enim illud *de Itione*, ſuperfluum appareat, ideo opus fuit, ut proliceret Magiſtri, aliquod myſterium.

4. Et vidit Arcam illam] Conſpexit Pharaonis Filia Arcam in mediis jacentem Cannis, nam in flumen ipſa deſcenderat, ab Ancillis vero in ripa ambulantibus, eadem animadverti haud potuit. Chaskuni.

5. Adfuit Gabriel & ſolo illas alliſit] Conſimili ratione idem Angelus, aliquando e medio ſuſtuliſſe dicitur Synedrii Senatores in Sanhedrin, p. 169. edit. Cocc.

6. Qui de manu exponit urget vocem Amatha] Sed profecto nequicquam: Tò Mem enim Dageſch non habet, quo tamen carere non debebat, ſi vox illa *Manum* ſignificare poſſet, ceu Raſchi quoq; & Abeneſra indicarunt. Imo, vere obſervat, adhuc amplius Abeneſra,

nec אמה, etiam cum Mem ejus, impreſſum Dageſch agnoſcit, uspiam *Manum aut Brachium* denotare, ſed tantum, *Ulnam*, genus menſuræ.

7. Incivile foret &c.] Non mirum Gabrielem civilitatis morum tam obſervantem fuiſſe, cum etiam ille qui μιαρὸς ἢ παμμιαρὸς S. Chryſoſtomo Hom. de S. Romano dicitur, tamen eam haud gravatim admittat, ſic enim Itali proverbio frequentant: *La Civilitá ſta bene, ancora nella Caſa del Diauolo.*

8. Ait Princeps &c.] Hæc digitum intendunt, ad ea quæ traduntur alibi in Megilla. Nam in ea Maſſichta fol. 15. b. ad verba in Eſther c.V.v.2. ויהי כראות מלך האסתר המלכה עומדת בחצר נשאה חן בעיניו ויושט המלך לאסתר את שרביט הזהב: Id eſt: *Fuit vero, cum videret Rex Eſtheram Reginam conſiſtentem in eo atrio, (obtinebat gratiam in oculis ejus) ut extenderet Rex ad Eſtheram Sceptrum aureum:* ſic annotant: אמר ר' יוחנן ג' מלאכי השרת נזדמנו לה באותה שעה אחד שהגביה את צוארה ואחד שמשך עליה חוט של חסד ואחד שמחה שרביט של אחשורש וכמה מתחו אמר רבי ירמיה בר אבא שתי אמות הית והעמיה על יב' ואמרי לה על יו' רבי יהושע בן לוי אמר כח' ורב חסדא אמר ס': id eſt: *R. Jochanan tradit: Tres Angeli, Dei Miniſtri, illo tempore ei præſto fuerunt. Unus collum ejus* (caputque) *ſublevavit: Alter totam amabilem acceptamq; illam reddidit; tertius extendit Sceptrum Aſhasveri. In quantum illud extendit? Ait R. Jeremias A. F. longum erat cubitos duos, & ipſe ad XII. illud produxit. Sunt tamen qui ad XVI. cubitos productum autumant, imo R. Joſuæ F. L. ad XXVIII. & R. Chaſda ad univerſos LX* (cubitos extenſum fuiſſe opinatur.) Sequuntur deinde ea, quæ in Sotam noſtram tranſcripta, אתה מוצא וכן cum cæteris. Quod ad illud *de Dentibus Imptorum* attinet, id explicandum ex Berachot fol. 54. b. Scilicet, cum Og Baſanis Rex, montem tres leucas longum, latumque, in caput ſuſtuliſſet, obruturus eodem univerſa caſtra Iſraëlitarum, Deus vermiculos quosdam paravit, qui montem perforarunt, ita ut capite Ogi prominente, collo ejusdem adhæreret. Removere volebat Ogus, moleſtiſſimum σιελόφραον, ſed dentes illius ab utraque oris parte producti ſunt, ita ut is conatus irritus evaderet, ac inanis. Ipſa verba Hebraica ſi quis mavult, hæc ſunt, מחנה ישראל כמה הוי תלתא פרס' אמר [עוג מלך הבשן] איזל ואיעקר טורא בר תלתא פרסי ואשרי עלייהו אול עקר טורא בר תלתא פרסי ואוחביה ארישיה אייתי הקדוש ברוך הוא עליה קומצי ונקבוה ונחית ליה אצואריה בעא למשלפיה משכוה שיניה להאי גיסא

גיסא ולהאי גיסאולא מצי למישלפא: Nequeo conjicere, qui factum ſit, ut Magiſtri, unius præterea extenſionis, quæ Nebucadnezari Regi in Schabbat fol. 149. b. eveniſſe dicitur, contra quam ratio ſuadebat, non tantum hic loci, ſed in Megilla quoque, indicium facere neglexerint, & num illos ipſos piguit puduitque nefandiſſimarum affaniarum? Inquiunt: בשעה שבקש אותו רשע לעשות לאותו צדיק כך נמשכה ערלתו ש' אמה והיתה מחוזרת על כל המסבה כלה: id eſt: *Cum nequiſſimus Nebucadnezar, Zedekiæ Regis optimi, miniſterio turpiter abuti niteretur,* τὸ περὶ τὴν βάλανον ἀνώνυμον δέρμα, *ulnas trecentas productum eſt, & omnes* (Reges, Principesque) *cum eo convivantes obſepivit.*

מא XLI.

ותפתח ותראהו את הילד ותרא מיבעי לי׳ אמר ר׳ יוסי ברבי חנינא מלמד שראתה שכינה עמו: והנה נער בוכה קרי ליה ילד וקרי ליה נער תנא הוה ילד וקולו בנער דברי רבי יהודה אמר לו רבי נחמיה אם כן עשיתו למשה רבינו בעל מום אלא מלמד שעשתה לו אמו חופת נעורים בתיבה אמרה שמא לא אזכה לחופתו ותחמול עליו ותאמר מילדי העברים זה מנא ידעה אמר ר׳ יוסי ברבי חנינא מלמד שראתה אותו מהול: זה אמר רבי יוחנן מלמד

ET aperiens vidit illum infantem. (Simpliciter tantum,) *Et vidit* (*infantem*) dicendum erat. Nimirum autore R. Joſe, F. Ch. docetur, vidiſſe eam, ſimul cum illo, divinam majeſtatem. *Et ecce puer flebat.* Modo Infans, [1] modo Puer appellatur. Nempe, ut habet traditio; Infans fuit, ſed vox ejus (*gravis erat,*) inſtar pueri; ita quidem cenſet R. Juda. Huic R. Nehemias objicit: Hæc ſi ita ſunt, [2] vitium corporis, Moſi magiſtro noſtro attribuis. Ergo potius innuitur, quod Mater illi uraniſcum nuptialem fecerit, in ciſtella. Cogitabat enim, forſitan ea mihi non obtinget felicitas, ut nuptiis illius interſim. *Et miſerta illius dixit, ex natis Hebræorum, eſt iſte.* Unde id noverat? R. Joſe F. R. Ch. ait, doceri iſtis, quod viderit eum Ex. II, 6.

שראתה אותו מהול : זה אמר
רבי יוחנן מלמד שנתנבאת
שלא מרעתה זה נופל ואין
אחר נופל והיינו דאמר רבי
אלעזר מאי דכתיב וכי יאמרו
אליכם דרשו אל האובות
ואל הידעונים המצפצפים
והמהגים צופים ואינם
יודעים מה צופים מהגים וא
ואינם יודעים מה מהגים ראו
שמושיעם של ישראל במים
הוא לוקה עמדו וגזרו כל
תבן חילוד חיאורה תשליכוהו
ביון דשדיוה למשה במיא
אמרו תו לא קא חזינן כי
ההוא סימנא בטלו לגזרתייהו
והם אינם יודעי שעל מי
מריב הוא לוקה והיינו דאמר
ר חמא ברבי חנינא מאי
דכתי המה מי מריב אשר
רבו בני ישראל המה שראו
איצטגניני פרעה וטעו היינו
דקאמר משה שש מאות אלף
רגלי העם אשר אנכי בקרבו

circumcisum. *Iste.* R. Jochanan autor est, hinc colligi, quod [5] insciens vaticinata sit. (*Sic enim prædixit :*) Iste cecidit *(in profluentem,)* nec quisquam casurus est, (*deinde amplius.*) Atque hoc est quod ait R. Eliesер. Quis sensus loci. (Es. VIII, 19.) *Cum enim edicunt vobis, consulite Pythones, aut Hariolos, [4] qui vident, & qui musitant?* Nempe [5] vident, & nesciunt, quid videant: Musitant, ignorantes quid musitent. Deprehenderant aquas incommodaturas Servatorem Israëlis, surrexerunt itaque, & decretum fecere: Omnis infans recens natus, in fluviū projiciatur. Postquam vero Moses [6] in profluentem projectus fuit, dicebant, non conspicimus amplius istud signum, resciderunt igitur decretum suum. Cæterum, illi non noverant, Aquas contentionis [7] illi damnum allaturas. Huc spectat illud R. Chamæ F. R. Ch. Quid notant verba: (Num. XX, 13.) *Ista est aqua contentionis, ubi contenderunt filii Israëlis?* Ista scilicet, quam viderunt Astrologi Pharaonis, & decepti fuerunt. Atque hinc Moses ait: (c. XI, 21.) *Sexcenties mille* רגלי *est populus hic,*

אמר להם משה לישראל אתם במיבילי נצלתם כולכם:

hic, in cujus medio ego ſum. Quaſi diceret Moſes Iſraëlitis: ⁸ Mei cauſa, omnes vos liberati eſtis.

ANNOTATA.

1. Modo Puer appellatur] Nomen נער ei, qui nonnihil adulta ætate eſt, convenit. Obiter, quia ad Latinos Comicos intelligendos facit, nota, quod ait Kimchi in Schorſchim fol. 305. לפי שדרך הקטן לשרת את הגדול נקרא המשרת נער ואף על פי שהוא גדול בשנים: id eſt: *Quia moris eſt, ut Minor ſerviat Majori, ideo Servus*, Puer *vocatur, etſi eſt annis provectior.*

2. Vitium corporis Moſi m.n. tribuis] Supple: Et hoc ipſo, hominem Levitam ineptum reddis, ad laudes & hymnos Deo canendos, quod eſt perabſurdum: Nec enim iis, qui vocis aliquo vitio laborabant, iſto munere fungi licebat. Tanchuma interim fol. 23. col. 4. nihilo ſecius a R. Judæ opinione non eſt alienus.

3. Inſciens vaticinata ſit] Talium vaticiniorum ab imprudentibus editorum, ſit quoque alibi mentio. Habes mox aliud exemplum, & vide Bava Batra fol. 119. b. S. Chryſoſtomus Hom. de B. Abrahamo: Ἄκων προεφήτευσεν ὁ Αβραὰμ τῆς θείας χάριτος αὐτῷ συνεργούσης· Σφάξαι ἀπέχῃ τὸν υἱόν σου, καὶ λέγεις ἀναστρέψαμεν· Ὡς ζητεῖ κρύψαι τοὺς παῖδας, προφήτης καθίσταται· Id eſt: *Inſciens prophetavit Abraham, divina illi gratia cooperante. Filium tuum mactaturus pergis, & ais, Revertemur? dum pueros ſtudet celare, Propheta efficitur.* Illuſtra ex his locum Joh. XI, 51.

4. Qui vident & qui muſſitant] צפצוף ſi R. Salomonem ſequimur, is proprie ſonus eſt, quem edunt Hirundines. Sed in Michlal Jophi fol. 90. col. 2. generatim: צפצוף בעופות כענין הדבור באדם: id eſt: *Idem eſt* צפצוף *in Avibus, quod in Homine, Sermo.* In Beer Moſche המצפצפים exponitur: *die da pipeſen*: In Galut Jehuda vero: *Che bisbigliano.* Nos, *Videndi* ſignificationem, quaſi a צפה deflexum verbum eſſet, expreſſimus, non quod illam genuinam eſſe credamus, ſed quia ſic facere Gemaræ contextus jubet. De vero dicti ſenſu, laborantem Lectorem, remitto ad magnum Bochartum, & ejusdem Hieroz. part. 1. pag. 731.

5. Vident & neſciunt quid videant] Quomodo Magi & Harioli futura nuncient, quodque inter illorum prædictiones, & divi-

na Prophetarum vaticinia, discrimen intercedat, consule differentem egregie Maimonidem, in Præfat. Seder Seraim, quam inter cæteras, Arabice quoque in Porta Mosis, exhibet Cl. Pocockius.

6. In profluentem] במיא retinendum censeo, tanquam vocem non penitus inutilem, contra Talmudis Amstel. autoritatem, ubi omittitur. De מלמר litem quam poteram, non movebo, est enim levior. Expressimus tamen, semel iterumque, in hac pericope id verbum, quando ejus Talmud nullam habuit rationem.

7. Illi damnum allaturas] Harum enim occasione, ob incredulitatem, Deum sibi offensum reddidit.

8. Mei causa omnes vos liberati estis] Nam רגלי *Propter me*, exponi debet, plane uti in illo Gen. XXX, 30. *Et prosperavit Dominus te* לרגלי id est: *Propter me.*

מב

אמר ר׳ חנינא בר פפא אותו היום עשרי ואח בניסן הית אמרו מלאכי השר לפני הקבה רבונו של עולם מי שעתיד לומר לפניך שירה על הים ביום זה ילקה ביום זה ו רבי אחא ברבי חניניא אמר אותו היום ששה בסיון היה אמרו מלאכי השרת לפני ש הקדוש ברוך הוא רבונו של עולם מי שעתיד לקבל תורה בהר סיני ביום זה ילקה ביום זה בשלמא למאן דאמר בששה בסיון משכחת לה ג׳ ירחי

XLII.

R. Chanina asserit, illam diem (*qua Moses exponebatur,*) vigesimam primam (*mensis*) Nisan fuisse. Quare Angeli ministerii coram Deo dixere: Mundi Arbiter, num illum, [1] qui olim hac die in mari hymnum tibi dicturus est, [2] eâdem hac die malum manebit? R. Achæ F.R.Ch. probabilius videtur, sexta mensis Sivan id accidisse; dixisseque Angelos a ministerio, coram Deo B. Arbiter mundi, num is qui hac die legem in monte Sinai accepturus est, eâdem ista vapulabit? Enim vero, admissa ejus sententia, qui de sexta die mensis Sivan accipit, sic enim tres menses (*illi, quibus*

דאמר מר בשבעה באדר נולד
משה בשבעה באדר מת משה
מו באדר ועד ששה בסיון
תלתא ירחי הוו אלא למאן
דאמר בב"א בניסן היכי סמס
משכחת לה אות שנה מעובר
היתה רובו של ראשון וכו
ורובו של אחרון ואמצעי שלם:

quibus Moſes occultatus dicitur) emergunt. Quippe [1] ſecundum definitionem Doctoris Clariſſimi, ſeptima die in Adar Moſes eſt natus, & illa ipſa ſeptima menſis Adar, mortem obiit. Et vero a ſexta die menſis Adar, [4] usq; ad ſextam menſis Sivan, tres menſes numerantur. Verum, ad mentem ejus qui de die XXI. Niſan exponit, [5] quomodo elicuntur (*iſti tres menſes?* *Nimirum,*) [6] is annus intercalaris fuit: (*& latuerat*) maxima parte primi, maximaq; parte poſtremi menſis, intermedio autem integro.

ANNOTATA.

1. Qui olim hac die in mari hymnum &c.] Sic computa, cum Raſchi, ex Seder Olam: Menſis Niſan die XV. exiverunt Iſraëlitæ ex urbe Ægypti Raamſes, & pernoctarunt in Succoth: Poſtridie, ex Succoth pervenere in Etham, atque hinc tertio die delati ſunt ad fauces Montium Chirotarum. Die quarto, indicatum eſt Pharaoni, in fugam ſeſe dare Populum, ergo quinto & ſexto illos perſequitur. Nocte quæ ſeptimum diem præcedebat, ingreſſi ſunt Judæi Ægyptiique Mare Erythræum, atque iſtis ſalvis tranſeuntibus, hi circa vigiliam matutinam ſuffocati ſunt Ex. XIV, 24. Quamobrem conſequitur, cum illuxiſſet dies XXI. Menſis Niſan, cantatum a Moſe fuiſſe illud Epinicium, quod Ex. XV. deſcriptum eſt.

2. Eadem hac die] Verba ביום זה quæ male omiſſa erant in Codicibus En Jacob, ex Talmude, textui reddidimus.

3. Secundum definitionem &c.] Iſta tanquam in Kidduſchin fol. 38. a. ſatis probata, hic ſupponuntur, quare exinde lux huic loco afferenda eſt, & oſtendendum qua hæc inferantur collectione. Enim vero, ὕστερον πρότερον agere oportet, & prius probatum dare, ſeptima die Menſis Adar, Moſen eſſe mortuum; idque hac ratione: Legimus Deut. XXXIV, 8. deflevisſe Judæos obitum Moſis, in campeſtribus Moab, per dies XXX. Poſt finitum hunc luctum, imperat Deus Joſuæ: *Surge, tranſi*

transi Jordanem hunc, tu, & totus Populus: Jos. I, 2. Hoc mandato accepto, divulgat Josua Dei voluntatem in Castris, & populum ad eam exequendam post triduum paratum esse jubet, ac interea temporis de viatico sibi prospicere: ib. v. 11. Nec mora, cum exactum esset illud triduum, contigit Israëlitarum transitus per Jordanem, die scilicet decimo mensis primi, sive Nisan, prout diserte traditur Jos. III, 2. seqq. & c. IV, 19. Ergo, a die decimo Mensis Nisan, retro numerandi sunt, dies XXXIII. quos in itineris apparatu, luctuque insumsere Judæi, & constabit necessario sequi, mensis Adar die septimo, Mosen esse mortuum. Jam, ostenso die, quo Moses fato functus est, porro quoque, de altero, quo lucem primum aspexit, fieri potest judicium. Quippe illo die, quo suprema hora imminebat, Moses testatur ipse Deut. XXXI, 2. natum se esse annos centum viginti. Hoc vero capiendum κ τὴν ἀκρίβειαν, ita ut nullus temporis articulus abundet, nullus deficiat, sed exactissime tum annos CXX. impleviſſe intelligatur: Vide mox Excerptorum Num. XLIX. Quæ si ita sunt, non potest non Moses ante annos CXX. septimo die Mensis Adar quoque natus esse, nam ad reddendum numerum annorum ætatis ejus, usque quaq; perfectum, utique requiritur, ut idem ille, qui olim dedit vitam dies, eandem quoque, postea carpserit. Adde his Imre Schapher p. 116. b. & Menassen in Conciliat. Lib. Regum Q. 46. §. 11.

4. Usque ad sextam Mensis Sivan] Interjectis Nisan, & Jiar mensibus.

5. Quomodo eliciuntur isti tres Menses?] Nam Adar & Nisan se mutuo consequuntur, in septimo vero die τῷ Adar, Mosen natum esse, caret dubio: Atqui, ab expositione ad nativitatem, menses tres numerare oportet.

6. Is annus intercalaris fuit] Additus ei est Mensis intercalarius Veadar, sive Adar secundus, atque sic trimestre emergit, nam partes quoque Mensium, capiendæ pro Mensibus integris, id quod in computatione alia, facere quoque jubet Raschi Gen. XXXVIII, 24.

מג XLIII.

Ex. II, 7. ותאמר אחותו אל בת פרעה האלך וקראתי לך אשה מינקת מן העבריו ותינק לך את הילד מאי שנא מעבריות

Tunc dixit Soror illius, filiæ Pharaonis; an ibo vocatum tibi mulierem nutricem ex Hebræis, quæ lactet tibi hunc puerulum? Cur potissimum ex Hebræis? Docetur

מלמד שהחזירוהו למשׁ על כל
המצריו כולן ולא ינק אמר
הקדוש ברוך הוא פה שעתיד
לדבר עמי יינק דבר טמא
והיינו דכתיב ארת מי יורה
דעה וארת מי יבין שמועה
גמולי מחלב עתיקי משדי למי
יורה דעה ולמי יבין שמועה
לגמולי מחלב ולעתיקי משׁד
משׁרים: ותאמר לה בת פרעה
לכי וחלך העלמה. אמר רבי
אלעזר מלמד שהלכה בזריזות
בעלמה ר שׁמואל בר נחמני
אמר שהעלימה את דבריה:
ותאמר לה בת פרעה הילכי
את הילר הזה אמר רבי חמא
בר חנינא מתנבאה ואינה
יודעת מה מתנבאה הילכי
הי שליבי: ואני אתן ארת
שכרך אמר רבי חמא ברבי

tur quod ꝛ circumtulerit Moſen ad omnes (*nutrices*) Ægyptias, verum nō ſuxit de ulla illarum. Dixerat enim Deus B. Anne os quod mecum locuturum eſt, ꝛ ſugeret rem immundam? Hinc S. E. (Eſ. XXVIII, 9.) *Quem doceret* (Deus) *ſcientiam, & cui proponeret intelligendum documentum? reſpuentes lac; rejicientes ubera.* Et dixit ei filia Pharaonis, ſito: abivitque adoleſcentula. Vult R. Eleaſer doceri, quod alacriter abiverit, ꝛ inſtar adoleſcentulæ: R. vero Samuel Nachmanides, quod ꝛ res ſuas occultaverit. *Et dixit illi filia Pharaonis*, הילכי *puerulum hunc.* R. Chama F. R. Ch. ait ignoranter vaticinatam eſſe: *Hailichi* (enim notat:) *hai ſchellichi* (id eſt: iſtum infantem, qui tuus eſt.) *Et ego dabo mercedem tuam.* Sic ait R. Chama F. R. Ch. non id ſolum obtingit juſtis, ut res amiſſa illis reddatur, ſed præmium eidem inſuper adjungitur: Q. S. E. *Et ego dabo mercedem tuam.* Ex. II, 8.

חנינא לא דיין לצדיקים שמחזירין להם אבדתן אלא שנותנין להם שכר עמה שנאמר ואני אתן את שכרך:

ANNOTATA.

1. Circumtulerit Moſen ad omnes nutrices Ægyptias &c.] Quare enim cæteroquin dictura erat Mirjam: *An ibo vocatum tibi mulierem nutricem ex Hebræis?* niſi lac fœminarum Ægyptiarum puer reſpuiſſet?

2. Sugeret rem immundam] Καταχρήτικῶς hæc dicta ſunt. Etſi enim in iis Fœminis, quæ rebus, Lege Moſaica prohibitis, veſcuntur, alimentum in Lac convertitur, ipſum tamen Lac non propterea immundum reputatur, ſed ali eo poſſunt Judæorum infantes, haud aliter, quam, ſi nullum aliud vitium obſtet, licite Judæi fruuntur carne animalium, quæ rebus immundiſſimis ventrem repleverunt. Niſi itaque prætendas, habito reſpectu ad ſanctitatem Moſis, lac Ægyptiarum pollutum pronunciari, jejuna eſt hæc ratio. Fallor, an ipſi Tanchumæ eadem inſubida viſa fuit, ut proinde mellorem (nec enim ipſe quoque factum inficiatur) ſubſtituere laborarit fol. 23. col. 4. אמר הקב"ה עתיד פה של צדיק זה לדבר עמ' למחר יהיו המצריו' אומרי' זה שהוא מדבר עם השכינה אני הנקתיו לפיכך פסל את דריהן: id eſt: *Dixit Deus B. cum futurum erit, ut Os ſancti hujus pueruli mecum loquatur, jactabunt Ægyptiæ: Iſti, qui cum Majeſtate Divina loquitur, huic ego mammam præbui: eam ob rem ab uberibus ipſarum illum arcuit.* Adde Alcoranum Surata de Hiſtoria. Eſt cæteroquin inter Judæos, expediti, ceu dixi, juris, fas eſſe Nutricem a τοῖς ἔξω petere. Vide Maimonidem Hilchot עכו"ם c. 9. Meus ineditus liber Ez Hechajim Hilchot ע"ז וגרים cap. 4. habet: בת ישראל לא תינק בן נכרית שמגדלתו לע"ז ולא תיילד הנכרית אם לא בשכר מפני איבה ונכרית מילדת בת ישראל ומניקה בנה ברשותה שלא תהרגנו: id eſt: *Mulieri Hebrææ nefas eſt lactare infantem* ἀλλόφυλον, *quippe illum educaret ſuperſtitioni idololatricæ. Sed nec Hebræa mulieri, fas eſt obſtetricari uxoribus* τῶν ἀλλοφύλων *niſi mercede conducatur, & odii evitandi cauſa id faciat. At* ἀλλόφυλος *fœmina, obſtetricatur licite mulieri Judaicæ, & ejus infantem lactat, verum intra ades matris, ne illum alioquin occidat.* Interim non accipienda hæc ſunt, niſi de ſummo neceſſitatis caſu, nam extra eum, ne quidem Nutrices Judææ adhiberi debent, ſed cuique matri, ſuo lacte infantem alere, vehementer præcipitur. Rebecca noſtra rurſus audienda eſt, in re ad ſuum ſexum attinente, eſt vero paulo commotior: *Es ſol ein jegliche Frau gewarnt ſein, daß ſie das Kind kein andre ſoll laſſen ſaugen, ſie ſol es ſelbert den andern Tag anlegen, denn alſobald*

Meneket Ribka f. 22. a.

aſobald, as das Kind ein andre ſchmeckt, da vvil es darnach die Mutter nit ſaugen, darnach komt ihr die Milch aſo geh, da hat ſie dan kein vvürzeln, und muß ſich viel genieten. Auch is manche aſo unſelig, und vvil ſich nit vveh thun, und laſt das Kind ein andre ſaugen, der vvegen verſchieſt ihr die Milch, und vvird bitter, darnach vvil ſie das Kind aber nit ſaugen: die aſo thut, die vvird ihr tag kein gute Am, und ihr Milch is nit gut, ſie is als ein Waſſer, und is bitter. Kurze Wort, vvas ſol man viel davon ſchreiben? ein jegliche die aſo thut, oder ſaugt mit einer Bruſt, es ſey vver ſie vvol, ſo halt man ſie vor ein Untugend, daß ſie ſich läſt mutvvillig verderben, den es ſchat ihr al ihr Tag; hernach muß ſie ſich viel genieten, und Am halten, den möcht ſie es gern mit groſſen Geld abkauffen. Aber eine die da ſelig und klug is, die gedenkt auf ein חכלית *und legt al ihr fleis an, vvann ſie gleich reich is, man vveis nit vvie ein ding kan kommen.* Quis non exhorreſcat, cum in Corpore Canonico c. 13. Extrav. de Jud. & Sarac. legit teſtantem Archiepiſcopo Senonen. & Epiſcopo Pariſienſi, Innocentium III. Pontificem, accepiſſe ſe, Judæos Chriſtianis Nutricibus utentes, cum ipſæ in die Reſurrectionis Dominicæ, Corpus & Sanguinem Jeſu Chriſti ſumunt, eas deinde cogere, ut antequam pueros ſuos iterum lactent, per triduum, lac in latrinam effundant?

3. Inſtar adoleſcentulæ] Quæ corpore, viribusque, eſt integris.

4. Res ſuas occultaverat] Nec enim prodidit, ſe infantis ſororem eſſe, aut, ſe matrem ejusdem vocaturam.

מד

ותקח מרים הנביאה אחות
אהרן את התף בידה ותצאן כל הנשים
אהרן ולא אחות משה אמר
רב עמרם מלמד שהיתה
מתנבאה כשהיא אחות אהרן
ואומרת עתיד אמי שתלד בן
שמושיע את ישראל וכיון שנ
שנולד משה נתמלא כל הבית

XLIV.

1 *Accepit quoq; Prophetù Miriam, ſoror Aaronis tympanum in manum ſuam. (Ergone)* ſoror Aaronis fuit, & non ſoror Moſis? 2 Raf Amram cenſet notari, quod vaticinata ſit, 3 cum Soror eſſet Aaronis, dixeritque: Paritura eſt, mater mea filium, qui liberabit Iſraëlem. Cumque natus fuiſſet Moſes, 4 repleta eſt tota domus fulgore, igitur pater Ex. XV, 20.

τῶν ἐξω *religionem Judaicam amplecti velit, is circumcidendus est: Quod si vero jam circumcisus sit,* (quales sunt qui Muhammedis placita sequuntur,) *fœderis tamen sanguis,* (facto vulnere,) *proliciendus, & adhibenda deinde unctio est, quoad plane convalescat. Porro abluere quoq; Proselytum oportet, tribus testibus præsentibus, eiq; dum in aquis adhuc est constituens, indicare unum & alterum e levioribus, itemq; quædam ex gravioribus præceptis. Quod si fœmina alienigena ad Judæos accedat, a mulieribus collo tenus in aquam deducenda, ibi adsunt judices, eiq; sic in aquis stanti, quædam levia, & quædam gravia præcepta proponunt, quibus perceptis ipsa se immergit. Mox abeunt* (testes,) *ne fœminam* (nudam) *cum ex aquis illa exit, aspiciant. Non vero instituenda hæc ablutio, aut Sabbatho, aut festo die, aut nocte, adesse enim oportet Magistratum* (Trium-viralem, qui istis temporibus non colligitur.) Atenim, quia de Lustratione eorum, qui Judaicis sacris initiari postulant, diximus: ne illud quidem negligendum videtur, superiori ævo, cum sæpe mera vi, Judæi ad fidem Christiano Romanam profitendam, vel simulandam potius, passim per Europã cogerentur, introductum quoque a γνησίοις novum quoddam & superstitiosum Ablutionis genus, ad recipiendum denuo in gregem, invitos desertores. Ea res quia vulgo parum cognita habetur, operæ pretium est illam docere, verbis, Johannis Mariæ Vincentii Missionarii Apostolici, in appendice libri, quem vocat, il Messia Venuto. num 41. *Posciache Condotto l' infelice recidivo al fiume, l' interrogauano se fare volesse Teuilà, cioè Bagno, o lauanda, nel profluuio dell' acqua corrente, e rispondendo il misero che si: Diceua gli il Prefetto delle ceremonie.* BAAL TESSVVA, *cioè ritorna dallo stato del peccato: e fra tanto spogliato di tutte le vesti, lo lauaua ignudo nell' acque calde: ed i Giudei Ministri gli fregauano tutto il corpo can l' arena, e massime la fronte, il petto, e le mani, e tutte le parti vnte col sacro Crismate. Poi gli radeuano i peli di tutto il corpo, tagliandoli, le vnghie delle mani, e dei piedi, sino allo spargimento del sangue, ed in tal modo raso, e tagliato, tre volte gli immergeuano il capo nell' acqua del fiume corrente, orando e dicendo:* BENEDETTO IL SIGNORE RE DE' CIELI CHE COMMANDATO CI HAI IL SANCTIFICARCI SOPRA DI QUEST' AC QUA O BAGNO TUVVILA. *Lauato lo vestiuano di nuove vesti, baciauanlo e con nuouo nome o con l' antico, con cui prima del battesimo si chiamaua lo salutauano: Frattanto il misero la professione facendo della Mossaica legge, promettendo oseruarla, difenderla, e vivere conforme al suo prescritto: Solennemente abjurando, e bestemmiando la fede di Cristo, i riti, e costumi de Christiani: delle quali cose tutte ricevuta la testimonianza scritta in publico instrumento, ammettevano il miserabile alle cose sacre de' Giudei.* Hactenus Vincentius, qui se ista

didic isse

didiciſſe profitetur ex Eymentici Direct. Inquiſ. p. 2. q. 44. nec dubito pleraque ita geſta eſſe,& fortaſſe etiam nunc geri,quoties Apoſtatæ ad volutabrum redeunt, etſi in iſtis quædam dicuntur perperam. Nec enim profecto,*Baàl teſſuua*, id ſignificat, quod innuitur, neque juxta amnem, calidam quoque aquam, locum inveniſſe, mihi fit veriſimile. Sed,tempus eſt, ad Pharaonis, quam tantiſper deſeruimus,filiam, ut revertamur, quando de cauſa cur lotum ipſa iverit, cum Gemara noſtra non ſatis convenit R. Elieſeri in Pirke p. 130. ait enim verbis Vorſtii : *Filia Pharaonis Bathja, percuſſa erat gravibus plagis, neq; poterat ſe lavare in calidis aquis, ſed deſcendit, ut lavaret in fluvio.* Rurſus aliter eſt in Sepher Hajaſchar p. 130. b. & Libello, de Vita Moſis p. 3. b. ubi æſtus tam atrox & intolerabilis excitatus a Deo dicitur, ut cogerentur omnes Ægyptii, ac Filia quoque Pharaonis, in aquis refrigerium quærere. Omnium optime Abeneſra, ex ritu & conſuetudine Gentis, lotum iviſſe Bathjam aſſerit. Sed Joſephus, dum juxta flumen tantum ludentem, Pharaonis introducit filiam, a Scriptura receſſit longule. De reliquo, uti hoc loco Judæi Pharaonis Filiam miſſa Superſtitione, vero Deo adhæſiſſe contendunt, ita de ejus Uxore idem hoc affirmat Alcoranus, Surata de Defenſione, cujus quidem alia, quam Gallica verba,dare non poſſumus : *Dieu enſeigne vne parole a ceux,qui enſuivent ſa loy. Prenes exemple a la Femme de Pharaon, elle à prié Dieu, eſt á dit : Seigneur baſty moy vne maiſon en Paradis, deliure moy de Pharaon, de ſes oeuvres, & des perſonnes injuſtes.*

3. Itionis vocem hoc loco mortem notare] Atque hanc iis Gabriel intulit, quoniam Moſis ſalutem impedire conabantur. Ne enim illud *de Itione*, ſuperfluum appareat, ideo opus fuit, ut proliceret Magiſtri, aliquod myſterium.

4. Et vidit Arcam illam] Conſpexit Pharaonis Filia Arcam in mediis jacentem Cannis, nam in flumen ipſa deſcenderat, ab Ancillis vero in ripa ambulantibus, eadem animadverti haud potuit. Chaskuni.

5. Adfuit Gabriel & ſolo illas alliſit] Conſimili ratione idem Angelus, aliquando e medio ſuſtuliſſe dicitur Synedrii Senatores in Sanhedrin, p. 169. edit. Coec.

6. Qui de manu exponit urget vocem Amatha] Sed profecto nequicquam : Tò Mem enim Dageſch non habet, quo tamen carere non debebat,ſi vox illa *Manum* ſignificare poſſet, ceu Raſchi quoq; & Abeneſra indicarunt. Imo, vere obſervat, adhuc amplius Abeneſra,

nec אמה, etiam cum Mem ejus, impreſſum Dageſch agnoſcit, uspiam *Manum aut Brachium* denotare, ſed tantum, *Ulnam*, genus menſuræ.

7. Incivile foret &c.] Non mirum Gabrielem civilitatis morum tam obſervantem fuiſſe, cum etiam ille qui μιαρὸς καὶ ταμμιαρὸς S. Chryſoſtomo Hom. de S. Romano dicitur, tamen eam haud gravatim admittat, ſic enim Itali proverbio frequentant: *La Civilitá ſta bene, ancora nella Caſa del Diauolo.*

8. Ait Princeps &c.] Hæc digitum intendunt, ad ea quæ traduntur alibi in Megilla. Nam in ea Maſſichta fol. 15. b. ad verba in Eſther c. V. v. 2. ויהי כראות מלך האסתר עומדת בחצר נשאה חן בעיניו ויושט המלך לאסתר את שרביט הזהב: Id eſt: *Fuit vero, cum videret Rex Eſtheram Reginam conſiſtentem in eo atrio, (obtinebat gratiam in oculis ejus) ut extenderet Rex ad Eſtheram Sceptrum aureum*: ſic annotant: אמר ר' יוחנן ג' מלאכי השרת נזדמנו לה באותה שעה אחד שהגביה את צוארה ואחד שמשך עליה חוט של חסד ואחד שמחה שרביטו של אחשורש וכמה מתחו אמר רבי ירמיה בר אבא שתי אמות היתה והעמידו על יב' ואמרי לה על יו' רבי יהושע בן לוי אמר כח' ורב חסדא אמר ס': id eſt: *R. Jochanan tradit: Tres Angeli, Dei Miniſtri, illo tempore ei præſto fuerunt. Unus collum ejus* (caputque) *ſublevavit: Alter totam amabilem acceptamq; illam reddidit; tertius extendit Sceptrum Aſhasveri. In quantum illud extendit? Ait R. Jeremias A. F. longum erat cubitos duos, & ipſe ad XII. illud produxit. Sunt tamen qui ad XV I. cubitos productum autumant, imo R. Joſuæ F. L. ad XXVIII. & R. Chaſda ad univerſos LX* (cubitos extenſum fuiſſe opinatur.) Sequuntur deinde ea, quæ in Sotam noſtram tranſcripta, ובן אתה מוצא cum cæteris. Quod ad illud *de Dentibus Impiorum* attinet, id explicandum ex Berachot fol. 54. b. Scilicet, cum Og Baſanis Rex, montem tres leucas longum, latumque, in caput ſuſtuliſſet, obruturus eodem univerſa caſtra Iſraëlitarum, Deus vermiculos quosdam paravit, qui montem perforarunt, ita ut capite Ogi prominente, collo ejusdem adhæreret. Removere volebat Ogus, moleſtiſſimum σιαλόφωνον, ſed dentes illius ab utraque oris parte producti ſunt, ita ut is conatus irritus evaderet, ac inanis. Ipſa verba Hebraica ſi quis mavult, hæc ſunt, מחנה ישראל כמה הוי תלתא פרסי אמר [עוג מלך הבשן] איזל ואיעקר טורא בר תלתא פרסי ואשרי עלייהו איזל עקר טורא בר תלתא פרסי ואוחביה ארישיה אייתי הקדוש ברוך הוא עליה קומצי ונקבוה ונחית ליה אצואריה בעא למשלפיה משכוה שיניה להאי גיסא

גיסא ולהאי גיסא ולא מצי למישלפא: Nequeo conjicere, qui factum ſit, ut Magiſtri, unius præterea extenſionis, quæ Nebucadnezari Regi in Schabbat fol. 149. b. eveniſſe dicitur, contra quam ratio ſuadebat, non tantum hic loci, ſed in Megilla quoque, indicium facere neglexerint, & num illos ipſos piguit puduitque nefandiſſimarum affaniarum? Inquiunt: בשעה שבקש אותו רשע לעשות לאותו צדיק כך נמשכה ערלתו ש' אמה והיתה מחזרת על כל המסבה כלה: id eſt: *Cum nequiſſimus Nebucadnezar, Zedekiæ Regis optimi, miniſterio turpiter abuti niteretur, τὸ περὶ τὴν ϕάλλον ἀνώνυμον δίημα, ulnas trecentas productum eſt, & omnes* (Reges, Principesque) *cum eo convivantes obſepivit.*

בא XLI.

ותפתח ותראהו את הילד ותרא מיבעי לי' אמר ר' יוסי ברבי חנינא מלמד שראתה שכינה עמו והנה נער בוכה קרי ליה ילד וקרי ליה נער תנא הוה ילד וקולו בנער דברי רבי יהודה אמר לו רבי נחמיה אם כן עשיתו למשה רבינו בעל מום אלא מלמד שעשתה לו אמו חופת נעורים בתיבה אמרה שמא לא אזכה לחופתו ותחמול עליו ותאמר מילדי העברים זה מנא ידעה אמר ר' יוסי ברבי חנינא מלמד שראתה אותו מהולי זה אמר רבי יוחנן מלמד

ET aperiens vidit illum infantem. (Simpliciter tantum,) *Et vidit* (*infantem*) dicendum erat. Nimirum autore R. Joſe, F. Ch. docetur, vidiſſe eam, ſimul cum illo, divinam majeſtatem. *Et ecce puer flebat.* Modo Infans, [1] modo Puer appellatur. Nempe, ut habet traditio; Infans fuit, ſed vox ejus (*gravis erat,*) inſtar pueri; ita quidem cenſet R. Juda. Huic R. Nehemias objicit: Hæc ſi ita ſunt, [2] vitium corporis, Moſi magiſtro noſtro attribuis. Ergo potius innuitur, quod Mater illi uraniſcum nuptialem fecerit, in ciſtella. Cogitabat enim, forſitan ea mihi non obtinget felicitas, ut nuptiis illius interſim. *Et miſerta illius dixit, ex natis Hebræorum, eſt iſte.* Unde id noverat? R. Joſe F. R. Ch. ait, doceri iſtis, quod viderit eum Ex. II, 6.

שראתה אותו מהול : זה אמר
רבי יוחנן מלמד שנתנבאו
שלא מרעתו זה נופל ואין
אחר נופל והיינו דאמר רבי
אלעזר מאי דכתיב וכי יאמרו
אליכם דרשו אל האובות
ואל הידעונים המצפצפים
והמהגים צופים ואינם
יודעים מה צופים מהגים וא
ואינם יודעים מה מהגים ראו
שמושיעם של ישראל במים
הוא לוקה עמדו וגזרו כל
חבן חילוד חיאורה תשליכוהו
ביון דשדיוה למשה במיא
אמרו תו לא קא חזינן בי
ההו סימנא בטלו לגזרתייהו
והם אינם יודעי שעל מי
מריב הוא לוקה והיינו דאמר
ר חמא ברבי חנינא מאי
דכתי המה מי מריב אשר
רבו בני ישראל המה שראו
איצטגניני פרעה וטעו והיינו
דקאמר משה שש מאות אלף
רגלי העם אשר אנכי בקרבו

circumciſum. *Iſte.* R. Jochanan autor eſt, hinc colligi, quod [3] inſciens vaticinata ſit. (*Sic enim prædixit :*) Iſte cecidit (*in profluentem,*) nec quisquam caſurus eſt, (*deinde amplius.*) Atque hoc eſt quod ait R. Elieſer. Quis ſenſus loci. (Eſ. VIII, 19.) *Cum enim edicunt vobis, conſulite Pythones, aut Hariolos,* [4] *qui vident, & qui muſitant?* Nempe [5] vident, & neſciunt, quid videant: Muſſitant, ignorantes quid muſſitent. Deprehenderant aquas incommodaturas Servatorem Iſraëlis, ſurrexerunt itaque, & decretum fecere: Omnis infans recens natus, in fluviũ projiciatur. Poſtquam vero Moſes [6] in profluentem projectus fuit, dicebant, non conſpicimus amplius iſtud ſignum, reſciderunt igitur decretum ſuum. Cæterum, illi non noverant, Aquas contentionis [7] illi damnum allaturas. Huc ſpectat illud R. Chamæ F. R. Ch. Quid notant verba: (Num. XX, 13.) *Iſta eſt aqua contentionis, ubi contenderunt filii Iſraëlis?* Iſta ſcilicet, quam viderunt Aſtrologi Pharaonis, & decepti fuerunt. Atque hinc Moſes ait [8] (c. XI, 21.) *Sexcenties mille* רגלי *eſt populus*

hic,

אמר להם משה לישראל אתם בשבילי נצלתם כולכם׃

hic, in cujus medio ego ſum. Quaſi diceret Moſes Iſraëlitis: Mei cauſa, omnes vos liberati eſtis.

ANNOTATA.

1. Modo Puer appellatur] Nomen נער ei, qui nonnihil adulta ætate eſt, convenit. Obiter, quia ad Latinos Comicos intelligendos facit, nota, quod ait Kimchi in Schorſchim fol. 305. לפי שדרך הקטן לשרת את הגדול נקרא המשרת נער ואף על פי שהוא גדול בשנים׃ id eſt: *Quia moris eſt, ut Minor ſerviat Majori, ideo Servus*, Puer *vocatur, etſi eſt annis provectior.*

2. Vitium corporis Moſi m.n. tribuis] Supple: Et hoc ipſo, hominem Levitam ineptum reddis, ad laudes & hymnos Deo canendos, quod eſt perabſurdum: Nec enim iis, qui vocis aliquo vitio laborabant, iſto munere fungi licebat. Tanchuma interim fol. 23. col. 4. nihilo ſecius a R. Judæ opinione non eſt alienus.

3. Inſciens vaticinata ſit] Talium vaticiniorum ab imprudentibus editorum, fit quoque alibi mentio. Habes mox aliud exemplum, & vide Bava Batra fol. 119. b. S. Chryſoſtomus Hom. de B. Abrahamo: Ἄκων προεφήτευσεν ὁ Αβραὰμ τῆς θείας χάριτος αὐτῷ συνεργούσης· Σφάξαι ἀπέρχῃ τὸν υἱόν σου, καὶ λέγεις ἀναστρέψαμεν· Ὡς ζητεῖ κρύψαι τὰς παῖδας, προφήτης καθίσταται· Id eſt: *Inſciens prophetavit Abraham, divina illi gratia cooperante. Filium tuum mactaturus pergis, & ais, Revertemur? dum pueros ſtudet celare, Propheta efficitur.* Illuſtra ex his locum Joh. XI, 51.

4. Qui vident & qui muſſitant] צפצוף ſi R. Salomonem ſequimur, is proprie ſonus eſt, quem edunt Hirundines. Sed in Michlal Jophi fol. 90. col. 2. generatim: צפצוף בעופות כענין הדבור באדם׃ id eſt: *Idem eſt* צפצוף *in Avibus, quod in Homine, Sermo.* In Beer Moſche המצפצפים exponitur: *die da pipeſen*: In Galut Jehuda vero: *Che bisbigliano.* Nos, *Videndi* ſignificationem, quaſi a צפה deflexum verbum eſſet, expreſſimus, non quod illam genuinam eſſe credamus, ſed quia ſic facere Gemaræ contextus jubet. De vero dicti ſenſu, laborantem Lectorem, remitto ad magnum Bochartum, & ejusdem Hieroz. part. 1. pag. 731.

5. Vident & neſciunt quid videant] Quomodo Magi & Harioli futura nuncient, quodque inter illorum prædictiones, & divi-

na Prophetarum vaticinia, discrimen intercedat, consule differentem egregie Maimonidem, in Præfat. Seder Seraim, quam inter cæteras, Arabice quoque in Porta Mosis, exhibet Cl. Pocockius.

6. In profluentem] במיא retinendum censeo, tanquam vocem non penitus inutilem, contra Talmudis Amstel. autoritatem, ubi omittitur. De מלמד litem quam poteram, non movebo, est enim levior. Expressimus tamen, semel iterumque, in hac pericope id verbum, quando ejus Talmud nullam habuit rationem.

7. Illi damnum allaturas] Harum enim occasione, ob incredulitatem, Deum sibi offensum reddidit.

8. Mei causa omnes vos liberati estis] Nam רגלי *Propter me*, exponi debet, plane uti in illo Gen. XXX, 30. *Et prosperavit Dominus te* לרגלי id est: *Propter me.*

מב

אמר ר׳ חנינא בר פפא אותו היום עשרי ואח בניסן הית אמרו מלאכי השר לפני הקבה רבונו של עולם מי שעתיד לומר לפניך שירה על הים ביום זה ילקה ביום זה ו רבי אחא ברבי חניניא אמר אותו היום ששה בסיון היה אמרו מלאכי השרת לפני ש הקדוש ברוך הוא רבונו של עולם מי שעתיד לקבל תורה בהר סיני ביום זה ילקה ביום זה בשלמא למאן דאמר בששה בסיון משכחת לה ג׳ ירחי

XLII.

R. Chanina asserit, illam diem (*qua Moses exponebatur,*) vigesimam primam (*mensis*) Nisan fuisse. Quare Angeli ministerii coram Deo dixere: Mundi Arbiter, num illum, [1] qui olim hac die in mari hymnum tibi dicturus est,[2] eâdem hac die malum manebit? R. Achæ F.R.Ch. probabilius videtur, sexta mensis Sivan id accidisse; dixisseque Angelos a ministerio, coram Deo B. Arbiter mundi, num is qui hac die legem in monte Sinai accepturus est, eâdem ista vapulabit? Enim vero, admissa ejus sententia, qui de sexta die mensis Sivan accipit, sic enim tres menses (*illi, quibus*

דאמר מר בשבעה באדר נולד
משה בשבעה באדר מת משה
מו באדר ועד ששה בסיון
תלתא ירחי הוו אלא למאן
דאמר בב"א בניסן היכי
משכחת לה אות שנה מעובר
היתה רובו של ראשון
ורובו של אחרון ואמצעי שלם:

quibus Moſes occultatus dicitur) emergunt. Quippe [1] ſecundum definitionem Doctoris Clariſſimi, ſeptima die in Adar Moſes eſt natus, & illa ipſa ſeptima menſis Adar, mortem obiit. Et vero a ſexta die menſis Adar, [4] usq; ad ſextam menſis Sivan, tres menſes numerantur. Verum, ad mentem ejus qui de die XXI. Niſan exponit, [5] quomodo elicuntur (*iſti tres menſes? Nimirum,*) [6] is annus intercalaris fuit: (*& latuerat*) maxima parte primi, maximaq; parte poſtremi menſis, intermedio autem integro.

ANNOTATA.

1. Qui olim hac die in mari hymnum &c.] Sic computa, cum Raſchi, ex Seder Olam: Menſis Niſan die XV. exiverunt Iſraëlitæ ex urbe Ægypti Raamſes, & pernoctarunt in Succoth: Poſtridie, ex Succoth pervenere in Etham, atque hinc tertio die delati ſunt ad fauces Montium Chirotarum. Die quarto, indicatum eſt Pharaoni, in fugam ſeſe dare Populum, ergo quinto & ſexto illos perſequitur. Nocte quæ ſeptimum diem præcedebat, ingreſſi ſunt Judæi Ægyptiique Mare Erythræum, atque iſtis ſalvis tranſeuntibus, hi circa vigiliam matutinam ſuffocati ſunt Ex. XIV, 24. Quamobrem conſequitur, cum illuxiſſet dies XXI. Menſis Niſan, cantatum a Moſe fuiſſe illud Epinicium, quod Ex. XV. deſcriptum eſt.

2. Eadem hac die] Verba ביום זה quæ male omiſſa erant in Codicibus En Jacob, ex Talmude, textui reddidimus.

3. Secundum definitionem &c.] Iſta tanquam in Kidduſchin fol. 38. a. ſatis probata, hic ſupponuntur, quare exinde lux huic loco afferenda eſt, & oſtendendum qua hæc inferantur collectione. Enim vero, ὕστερον πρότερον agere oportet, & prius probatum dare, ſeptima die Menſis Adar, Moſen eſſe mortuum; idque hac ratione: Legimus Deut. XXXIV, 8. deflevisſe Judæos obitum Moſis, in campeſtribus Moab, per dies XXX. Poſt finitum hunc luctum, imperat Deus Joſuæ: *Surge, tranſi*

transi Jordanem hunc,tu,& totus Populus: Jos. I, 2. Hoc mandato accepto, divulgat Josua Dei voluntatem in Castris, & populum ad eam exequendam post triduum paratum esse jubet, ac interea temporis de viatico sibi prospicere: ib. v. 11. Nec mora, cum exactum esset illud triduum, contigit Israëlitarum transitus per Jordanem, die scilicet decimo mensis primi, sive Nisan, prout diserte traditur Jos. III, 2. seqq. & c. IV, 19. Ergo, a die decimo Mensis Nisan,retro numerandi sunt, dies XXXIII. quos in itineris apparatu, luctuque insumsere Judæi, & constabit necessario sequi, mensis Adar die septimo, Mosen esse mortuum. Jam,ostenso die,quo Moses fato functus est,porro quoque,de altero,quo lucem primùm aspexit, fieri potest judicium. Quippe illo die,quo suprema hora imminebat, Moses testatur ipse Deut. XXXI, 2. natum se esse annos centum viginti. Hoc vero capiendum κατὰ τὸν ἀκρίβειαν, ita ut nullus temporis articulus abundet, nullus deficiat, sed exactissime tum annos CXX. impleviisse intelligatur : Vide mox Excerptorum Num. XLIX. Quæ si ita sunt, non potest non Moses ante annos CXX. septimo die Mensis Adar quoque natus esse, nam ad reddendum numerum annorum ætatis ejus, usque quaq; perfectum, utique requiritur, ut idem ille, qui olim dedit vitam dies, eandem quoque, postea carpserit. Adde his Imre Schapher p. 116. b. & Menassen in Conciliat. Lib. Regum Q. 46. §. 11.

4. Usque ad sextam Mensis Sivan] Interjectis Nisan, & Jiar mensibus.

5. Quomodo eliciuntur isti tres Menses ?] Nam Adar & Nisan se mutuo consequuntur, in septimo vero die מז Adar, Mosen natum esse,caret dubio : Atqui,ab expositione ad nativitatem, menses tres numerare oportet.

6. Is annus intercalaris fuit] Additus ei est Mensis intercalarius Veadar, sive Adar secundus, atque sic trimestre emergit, nam partes quoque Mensium, capiendæ pro Mensibus integris, id quod in computatione alia,facere quoque jubet Raschi Gen. XXXVIII, 24.

מג

Ex. II, 7. ותאמר אחותו אל בת פ
פרעה האלך וקראתי לך אשה
מינקת מן העבריו ותיניק לך
את הילד מאי שנא מעבריות

XLIII.

Tunc dixit Soror illius,filiæ Pharaonis : an ibo vocatum tibi mulierem nutricem ex Hebræis,quæ lactet tibi hunc puerulum ? Cur potissimum ex Hebræis? Docetur

מלמד שהחזירוהו למשׁ על כל
המצריו כולן ולא ינק אמר
הקדוש ברוך הוא פה שעתיד
לדבר עמי ינק דבר טמא
והיינו דכתיב ארת מי יורה
דעה וארת מי יבין שמוע גז
גמולי מחלב עתיקי משדי למי
יורה דעה ולמי יבין שמועה
לגמולי מחלב ולעתיקי משׁר
משדים: ותאמר לה בת פרעה
לכי וחלך העלמה· אמר רבי
אלעזר מלמד שהלכׁ בזריזות
כעלמה רׁ שמואל בר נחמני
אמר שהעלימה את דבריה:
ותאמר לה בת פרעה הילכי
את הילר הזה אמר רבי חמא
בר חנינא מתנבאה ואינה
יודעת מה מתנבאה הילכי
הי שליכי: ואני אתן ארת
שכרך אמר רבי חמא ברבי

tur quod [1] circumtulerit Moſen ad omnes (*nutrices*) Ægyptias, verum nō ſuxit de ulla illarum. Dixerat enim Deus B. Anne os quod mecum locuturum eſt, [2] ſugeret rem immundam? Hinc S. E. (Eſ. XXVIII, 9.) *Quem doceret* (Deus) *ſcientiam, & cui proponeret intelligendum documentum? reſpuentes lac; rejicientes ubera.* Et dixit ei filia Pharaonis, ito: Ex. II, 8. abivitque adoleſcentula. Vult R. Eleaſer doceri, quod alacriter abiverit, [3] inſtar adoleſcentulæ: R. vero Samuel Nachmanides, quod [4] res ſuas occultaverit. *Et dixit illi filia Pharaonis*, הילכי *puerulum hunc.* R. Chama F. R. Ch. ait ignoranter vaticinatam eſſe: *Hailichi* (enim notat:) *hai ſchellichi* (id eſt: iſtum infantem, qui tuus eſt.) *Et ego dabo mercedem tuam.* Sic ait R. Chama F. R. Ch. non id ſolum obtingit juſtis, ut res amiſſa illis reddatur, ſed præmium eidem inſuper adjungitur: Q. S. E. *Et ego dabo mercedem tuam.*

חנינא לא דיין לצדיקים שמחזירין להם אבדתן אלא שנותנין להם שכר עמה שנאמר ואני אתן את שכרך:

aſobald, as das Kind ein andre ſchmeckt, da vvil es darnach die Mutter nit ſaugen, darnach komt ihr die Milch aſo geh, da hat ſie dan kein vviirzeln, und muß ſich viel genieten. Auch is manche aſo unſelig, und vvil ſich nit vveh thun, und laſt das Kind ein andre ſaugen, dervveil verſchieſt ihr die Milch, und vvird bitter, darnach vvil ſie das Kind aber nit ſaugen: die aſo thut, die vvird ihr tag kein gute Am, und ihr Milch is nit gut, ſie is als ein Waſſer, und is bitter. Kurze Wort, vvas ſol man viel davon ſchreiben? ein jegliche die aſo thut, oder ſaugt mit einer Bruſt, es ſey vver ſie vvol, ſo halt man ſie vor ein Untugend, daß ſie ſich läſt mut vvillig verderben, den es ſchat ihr al ihr Tag; hernach muß ſie ſich viel genieten, und Am halten, den möcht ſie es gern mit groſſen Geld abkauffen. Aber eine die da ſelig und klug is, die gedenkt auf ein תבלית *und legt al ihr fleis an, vvann ſie gleich reich is, man vveis nit vvie ein ding kan kommen.* Quis non exhorreſcat, cum in Corpore Canonico c. 13. Extrav. de Jud. & Sarac. legit teſtantem Archiepiſcopo Senonen. & Epiſcopo Pariſienſi, Innocentium III. Pontificem, accepiſſe ſe, Judæos Chriſtianis Nutricibus utentes, cum ipſæ in die Reſurrectionis Dominicæ, Corpus & Sanguinem Jeſu Chriſti ſumunt, eas deinde cogere, ut antequam pueros ſuos iterum lactent, per triduum, lac in latrinam effundant?

3. Inſtar adoleſcentulæ] Quæ corpore, viribusque, eſt integris.

4. Res ſuas occultaverat] Nec enim prodidit, ſe infantis ſororem eſſe, aut, ſe matrem ejusdem vocaturam.

בד XLIV.

ותקח מרים הנביאה אחות
אהרן את התף בידה ותצאן כל הנשים
אחרי הול במחלת ותען להם מרים
שירו לה' כי גאה גאה סוס ורכבו רמה
בים ויהי בשלח פרעה את בני ישראל
ויולך אלהים את העם דרך מדבר סוף
ויחן שם משה את ישראל מים מרה
ויקרא שמו מרה ויאמר העם אל משה
לאמר מה נשתה ויצעק אל ה' ויורהו
ה' עץ וישלך אל המים וימתקו המים
שם שם לו חק ומשפט ושם נסהו
ויאמר אם שמוע תשמע לקול ה'
אלהיך והישר בעיניו תעשה והאזנת
למצותיו ושמרת כל חקיו כל המחלה
אשר שמתי במצרים לא אשים עליך
כי אני ה' רפאך ויבאו אילמה
ושם שנים עשר עינות מים ושבעים
תמרים ויחנו שם על המים

[1] *Accepit quoq; Prophetis Mirjam, ſoror Aaronis tympanum in manum ſuam. (Ergone)* ſoror Aaronis fuit, & non ſoror Moſis? [2] Raf Amram cenſet notari, quod vaticinata ſit, [3] cum Soror eſſet Aaronis, dixeritque: Paritura eſt, mater mea filium, qui liberabit Iſraëlem. Cumque natus fuiſſet Moſes, [4] repleta eſt tota domus fulgore, igitur pater Ex. XV. 20.

אורה עמד אביה ונשקה על
ראשה אמר לה בתי נתקיימת
נבואתי וביון שהטילוחו לא
ליאור עמד אבירה וטפחה
על ראשה אמר לה בתי היכן
נבואתיך והיינו דכתי ותתצב
אחותו מרחוק לדעה מה
יעשה לו לידע מה יהא
בסוף נבואתה׃

surrexit, & [5] caput ejus deosculatus, dixit illi: Filia, impleta est prædictio tua. Verum cum in profluentem abjiceretur, surgens pater, & illius [6] caput pulsans, Filia mea, inquit, ubi nunc est prædictio tua? Hinc legimus (Ex. II, 2.) *Stiterat autem sese illius soror procul, cognitura quid fieret illo.* Cognitura scilicet, quis eventus foret vaticinii abs se editi.

ANNOTATA.

1. Accepit quoque Prophetis &c.] Tota hæc περικοπὴ habetur quoque in Megilla fol. 14. a.

2. Raf Amram censet] Talmud post אמר רב עמרם addit scrupulosius: ואמרי לה אמר רב נחמן אמר רב

3. Cum Soror esset Aaronis] Subaudi, *Tantùm:* Mose scilicet tum nondum adhuc nato.

4. Repleta est tota domus fulgore] Vide Præclarum Vossium de Idolol. p. 231. & adde, si placet, exempla similis Ominis, quæ ex profanis Scriptoribus observarunt, Freinshemius ad Curtii l. 3. c. 3. §. 3. & ad Flori l. 1. c. 6. §. 1. Gruterus ad Livii l. 25. c. 39.

5. Caput ejus deosculatus] Varia notare licet apud Talmudistas Osculorum genera. Quod *Capiti*, impingitur Osculum, affectus est, eoque Parentes, Liberos suos; Præceptores, Discipulos quoque, aut Socii, Socios, solent excipere. Sic in Rosch Hasschana fol. 25. a. legimus, quod cum R. Josua, propria opinione deserta, R. Gamalieli cessisset: עמד רג׳ ונשקו על ראשו id est: *Surrexerit R. Gamaliel, & caput ejus deosculatus sit.* In Nedarim fol. 9. b. narrat R. Simeon Justus, venisse ad se, adolescentem formosissimum, & cæsarie ad miraculum pulchra præditum, qui profitebatur se votum Nazaræatus fecisse, cumque ex eo quæreret R. Simeon, ob quam causam resecare vellet, crines tam comtos? respondisse juvenem, se nuper in adaquando paterno pecore, propriam

priam in undis vidisse effigiem, cumque mali motus ad superbiam stimularent, vovisse se sancte, capillorum abscissionem. Hic vero subjicit, R. Simeon Justus: מיד עמדתי ונשקתיו על ראשו אמרתי לו בני כמותך ירבו נזירי נזירות בישראל: id est: *Continuo surrexi, & caput illius osculatus sum, dixiq; : Fili mi,* (macte tua virtute,) *o utinam tui similem Nazaraeatum multi inter Judaos profiteantur.* Aliud exemplum habemus in Sanhedrin fol. 104. a. quod quia festivum est, illud quoque audire, non taedebit: אמר רבא אמר רבי יוחנן כל מקום שהן הולכין נעשין שרים לאדוניהם תר מעשי בשני בני אדם שנשבו בהר הכרמל והיה שבאי מהלך אחריהם אל אחד מהם לחבירו גמל שמהלך לפנינו סומא באחד מעיניו וטעון שתי נודות אחת של יין ואחת של שמן ושני בני אדם המנהיגין אותה אחד ישראל ואחד גוי אמר להן עם קשה עורף מאין אתם יודעין אמרו גמל מעשבים של פניה מצד שרואה אוכלת מצד שאינה רואה אינה אוכלת וטעונה שתי נודות אחד של יין ואחד של שמן יין מטפטף ושוקע ושל שמן מטפטף וצף ושני בני אדם המנהיגין אותם אחד גוי ואחד ישראל גוי נפנה לדרך וישראל נפנה לצדדין רדף אחריהם ומצא כדבריהם בא ונשקן על ראשן והביאן לביתו ועשה ובכל † להן סעודה גדולה והיה מרקד לפניהם ואמר בריך לכתי הן שבחר בזרעו של אברהם ונתן להם מחכמתו מקום שהן הולכים נעשין שרים לאדניהם ופטרן לשלום: id est: *Autore Raba, dixit R. Jochanan: Quocunq; deferuntur* (Judæi,) *Principes evadunt, Dominorum suorum. Narrant Magistri, historiam, de duobus Judais, captis in monte Carmel, quos ille, qui eos ceperat, sequebatur. Tum vero, captivorum unus, ad alterum conversus, iste Camelus, inquit, qui nos praecedit, uno oculo caecus est, gestatq; duos utres, alterum vino, alterum oleo repletum; e duobus, qui illum agunt, unus Judaeus, alter infidelis est. Ibi* (ἀνθρωπάτης) *exclamare: O dura cervicis homines, unde hoc vobis perspectum? Respondebant:* (Animadvertimus) *Camelum ex ea parte, qua visu pollet, decerpsisse herbas, ex altera qua caecus est, decerpsisse nihil. Ex illis utribus quos gestant, unum vino alterum, oleo repletum esse,* (hinc datur intelligere:) *Quia vinum quod exstillavit, illico absorptum est, quod, exstillavit oleum, sese diffudit. Quod vero eorum qui agunt Camelum, unus infidelis, alter Judaeus sit, inde colligitur, quia infidelis in media via ventris onus excrevit, Judaeus cum pariter a natura urgeretur, ad latus secessit.* (Ergo ἀνθρωπάτης) *persequitur* (Camelum, & agasones,) *cumq; omnia ita se habere deprehendisset, prout dixerant, reversus, exosculatus est illorum capita, deduxitq; eos in domum suam, ac magno apparato convivio, multum saltitans, Benedictus sit, ajebat,*

† *Expunenda Gox, cum nec sensus, nec Codices En Iacob, in quos fol. 132. col. 3. relatum locum est, eam admittant.*

* *Etiam hoc verbum libri En Iacob non agnoscunt. Nec id improbamus.*

bat, qui elegit ſemen Abrahami, illudq; particeps reddidit ſapientia ſua, quocunq; gentium defertur, in ſuos dominos, dominium occupat, Poſtea cum bona pace Judæi ab illo dimiſſi ſunt. *Manus Oſculum*, Honoris eſt, & Reverentiæ, quin modeſtiam quoque indicat. Hinc quibusdam in locis receptum, ut quovis Sabbatho ineunte, Liberi, Matrum manus oſculentur, quæ conſuetudo laudatur, & ex ſecretiore Judæorum Theologia explicatur in Caſſanot R. Jizchak Luria p. 3. a. In Berachot fol. 8. b. legitur: אמר ר' עקיבא נג' דברים אוהב אני את המדיים כשחותכין את הבשר אין חותכין אלא על גב השלחן וכשנושקין אין נושקין אלא על גב היד וכשיושבין אין יושבין אלא בשדרה id eſt: *Dixit R. Akiba: Ob cauſam triplicem faveo Medis: Quippe, cum carnem ſcindunt, non ſcindunt eam niſi in menſa, cum quem deoſculantur, non niſi manum ejus oſculantur, & haud alibi quam in campo deliberationes inſtituunt.* R. Salomo in Gloſſa de Oſculo Manus addit ודרך חשיבות הוא זה מפני הרוק id eſt: *Eſſe illud magis reverentia conveniens, ne quis ſputo* (alterius faciem humectet.) Huc refero quod in Gregentii Archiepiſcopi Tephrenſis, Diſputatione adverſus Herbanum Judæum, Tom. 10. Biblioth. SS. Patrum p. 207. legitur: Τούτων πασῶν ῥηθεισῶν μεταξὺ τοῦ ἁγιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου, καὶ Ἑρβᾶν τοῦ νομοδιδασκάλου, παρόντος καὶ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως, καὶ τίνων Ἐπισκόπων, καὶ τοῦ πλήθους τῶν Ἰουδαίων, καὶ πάσης τῆς πόλεως, οὐδεμοιβολία λύσιν οὐκ ἔσχεν· Ἐστέρα γὰρ καταλαβοῦσα ἔκλιψιν αὐτῶν τὴν δίκην· Ἐχαιρον δὲ οἱ Ἰουδαῖοι ἐπὶ τῷ Ἑρβᾶν, ὅτι ὅλως ἠυτάρκησεν οὗτος μετὰ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου ἐν λέξεσιν, καὶ κατενόησαν αὐτὸν ἅπαντες ἐυμαθῆ id eſt; *His omnibus dictis, & diſputatis, inter ſanctiſſimum Archiepiſcopum, & Herbanum legis Doctorem, præſente etiam pietate illuſtriſſimo Rege, & quibusdam Epiſcopis, & multitudine Judæorum, atq; univerſa civitate, nec dubitatio ſolutionem ſive exitum habuit. Namflexus in veſperam dies, ipſorum diſſertationem & cauſæ judicium intercidit. Gaudebant autem Judæi ſuper Herbano, quod hic contra Archiepiſcopum in diſputatione ſtare integre, & fortiter potuiſſet, nec defeciſſet: Atq; omnes ipſum deoſculabantur, & magna benevolentia proſequebantur.* Quod *Pedibus datur Oſculum*, ſubjectionis, & devotiſſimi cultus ſignum eſt, eoque R. Akibam, cum XXIV. millibus Diſcipulorum, ex Academia reducem, ab Uxore & Socero exceptum legimus in Cetubot fol 63. a. Nec minus R. Acham concionantem, cultu hoc humillimo, ipſe malus dæmon affecit, ſi fides iis, quæ traduntur in Bava Batra fol. 16. a. Oſculum, quod פה על פה στόμα πρὸς στόμα fit, Autore R. Salomone in Comment. ad initium Cantici Canticorum, proprie tantum Sponſo & Sponſæ convenit, aliis vero tam familiaribus eſſe haud licet. Denique, non prætereundum, ex Judæorum mente, vivos tantum oſculandos eſſe, minime vero mortuos: Baal Chaſidim n. 236. לאדם שמרת לו בנו או בתו אל ינשק אותם ואל ישתו לנשק אותם כי מקצרי ימי בניהם ובנותיהם id eſt: *Nemo de-*

mortuum

mortuum filium aut filiam osculator, aut uxori suæ id facere concedat, hæc enim res reliquis quoq; liberis præmaturæ mortis causa est. Fortasse, hoc stricte tantum, de Liberis capere oportet, nam Josephum, patrem suum defunctum osculatum esse, ipsa Scriptura indicat Gen. L, 1. Fieri tamen potest, ut Judæi, hoc, tanquam perperam factum calumnientur, atque hinc quoque confirment sententiam, qua Josephum primum inter fratres diem supremum obiisse, dictitant.

6. Caput pulsans] Hæc Phrasis priori opponitur, estque ignominia maxima, cum cui Caput pulsatur. Kidduschin fol. 31. a. כי אתא רב דימי אמר פעם אחת היה לבוש סירקון של זהב והיה יושב בין גדולי רומי ובאתה אמו וקרעתו ממנו וטפחה לו על ראשו וירקה לו בפניו ולא הכלימוה ונפל קורדקסון שלה והושיטו לה שלא תצטער; id est: *Adventans R. Dimi, retulit,* (Damam filium Nethinæ) *aliquando indutum fuisse serico, multo auro intexto, consedisseq; inter Optimates Romæ, ibi Matrem ejus venisse, & vestem omnem illi conscidisse, caput ejus pulsasse, & in faciem conspuisse; At vero ipsum* (tanta erga matrem fuisse reverentia,) *ut eam nullatenus confunderet, cumq; corrigia calcei illius cecidisset, eam* (humo sublatam,) *matri porrexit, ut hanc tollendi molestia, ipsam sublevaret.*

מה XLV.

פיסקא יוסף זברה לקבור אביו וכו מאי שנא מעיקר דכתיב ויעל יוסף לקבור את אביו ויעלו אתו כל עבדי פרעה זקני ביתו וכל זקני ארץ מצרים והדר וכל בית יוסף ואחיו ובית אביו ומאי שנא לבסוף דכתיב וישב יוסף מצרימה הוא ואחיו והדר וכל העולים אתו לקבור את אביו אמר ר יוחנן בתחלה

COmmentatio. *Josephus pietatis officium præstitit, in sepeliendo Patre &c.* [1] Quæ ratio discriminis, quod ab initio (Gen. L, 7.) dicitur: *Ascendit itaq; Joseph ad sepeliendum Patrem suum: Ascenderuntq; cum eo omnes Servi Pharaonis, seniores familiæ ejus, & seniores omnes terræ Ægypti.* Additurq; (v. 8.) *Præterea tota familia Joseph, & fratres ejus, ac familia patris ejus.* Quæ vero (*inquam*) ratio discriminis, quod in fine (v. 14.) dicitur: *Deinde reversus est Joseph in Ægyptum, ipse & fratres ejus*

עד שלא ראו בכבודן של
ישראל לא נהגו בהם כבוד
ולבסוף שראו בכבודן נהגו
בהם כבוד דכתיב ויבואו
עד גרן האטד ובי גרן יש לו
לאטד אמר ר׳ אבהו מלמד
שהקיפוהו כתרים לארונו של
יעקב כגרן זה שמקיפין לו
אטד שבאו שם בני עשו
ובני ישמעאל ובני קטורה:
תנא כולם למלחמה באו
כיון שראו כתרו של יוסף
שתלוי בארונו של יעקב נטלו
כולם כתריה ותלאום בארונו
של יעקב: תנא שלשים
וששה כתרים נתלו בארונו
של יעקב:

ejus. Atque tum (*demum ſubjicitur:*) *Et omnes qui aſcenderunt cum ipſo, ad ſepeliendum patrem ejus?* Rationem reddit R. Jochanan. Nimirum, principiò, quoad nondum viderant (*Ægyptii*) nobilitatem Iſraëlitarum, non detulerunt illis honorem. Poſtremo autem, cum illorum excellentiam percepiſſent, impertiti ſunt illis honorem. Scriptum eſt. (ib. v. 10.) *Et venerunt ad aream cynosbati.* Nunquid area e cynosbatis conficitur? Ait R. Abhu, diſcendũ hinc eſſe, quod cinxerint coronis loculum Jacobi, adinſtar areæ alicujus, quæ cynosbatis circumunitur. Convenerant enim ibidem Eſavi, Iſmaëlis, & Keturæ filii, atque prout traditio habet, omnes ad præliandum venerant: Conſpecta vero corona Joſephi, quæ ſuſpenſa erat ex ſandapila Jacobi, [2] omnes, coronas ſuas detractas, ex eâdem ſandapila ſuſpenderunt. Fertur: [3] ſex ſupra triginta coronas, ex ſandapila Jacobi pependiſſe.

ANNOTATA.

1. Quæ ratio diſcriminis &c.] Hoc quæritur, quare in priore Scripturæ loco, Fratres Joſephi poſtponantur Ægyptiis, in altero vero iisdem præmittantur?

2. Omnes coronas ſuas detractas] In Talmude vitioſiſſime נטלו כולו legitur.

3. Sex

3. Sex ſupra triginta coronas] Nimirum, una erat Joſephi, XII. ſpectabant ad Principes Iſmaëlitas, laudatos Gen. XXV, 16. & tres ſupra viginti, attulere Principes Eſavo progeniti, quorum nomina eduntur Gen. c. XXXVI.

בו

ויספדו שם מספד גדול
וכבד מאד תנא אפילו
סוסים ואפילו חמורים: כיון
שהגיעו למערת המכפלה
אתא עשו קא מעכב אמ' להו
ממרא קרית ארבע היא הוא
חברון אמר רבי יצחק קרית
ארבע ארבע זוגות היו שם
וחוה אברהם ושרה יצחק
ורבקה יעקב ולאה איהו
קברה ללאה בדידיה האי
דפייש דידי הוא אמרי לי'
זבינהו מינך אמר להו נתתי
דזבין בכירותא פשיטותא
מי זבין אמרי ליה אין דכתי'
בקברי אשר כריתי לי בארץ
כנען ואמר רבי יוחנן משום
רבי שמעון בן יהוצדק אין
בירה אלא לשון מבירה שכן
בברבי הים קורין למבירה

XLVI.

PLanxerunt ibi planctu magno, & gravi valde. Imo juxta traditionem, ipſi adeo equi [1] ipſiq; aſini, (*in planctum ſoluti ſunt.*) Cumque veniſſent ad [2] Speluncam duplicatam, [3] accurrit Eſau impediturus (*ſepulturam,*) dicens: [4 *Mamre Civitatem Arba, hæc eſt Hebron.* Atque uti R. Iſaac explicat: *Civitatem Arba*, dicitur, quia quatuor paria (*ibidem*) fuere (*ſepulta.*) [5] Adam & Eva, [6] Abraham & Sara, Iſaac & Rebecca, Jacob & Lea.] Iſte (*frater meus defunctus Jacobus,*) Leam ſepelivit (*in loco*) ſuo, [7] hinc qui reſtat, meus eſt. Regeſſerunt illi: [8] Emerat ſpeluncam a te Tum Eſau: Conceſſo quod primogenituræ (*prærogativam*) emerit, nunquid ideo omnem meam partem emit? Reſpondent: [9] Imo vero: Q. S. E. (Gen. L, 5.) *In ſepulchro meo* aſcher Kariti *mihi, in regione Canaanis.* (*Quo in loco*) dicente R. Jochanan, nomine R. Simeonis, F. I. [10] *Kira* idem eſt quod *Mekira,* (*aut, Emtid:*)

Gen. L, 10.

cap. XXXV. 27.

בירה אם להו הבו לי אינרת
אמרי ליה אינרתא בארעא
דמצרים היא ומאן ניזיל ניזיל
נפתלי דקליל כאילתא דכתיב
נפתלי אילה שלוחה הנותן
אמרי שפר אל תקרי אמרי
שפר אלא אמרי ספר חושים
בן דן תמן הוה ויקירן ליה אוז
אודניה אמר להו מאי האי
אמרי ליה קא מעכב האי עד
דייתי נפתלי מארע דמצרים
אמר להו ועד דאתי נפתלי
מארעא דמצרים יהי אבי אבא
מוטל בבזיון שקל קולפא
מחייה אירישיה נתרו עיניה
נפלן אכרעא דיעקב פתחינהו
לעינידה ואחיך והיינו דכתיב
ישמח צדיק כי חזה נקם
פעמיו ירחץ בדם הרשע
באותה שעה נתקיימה נבואת
של רבקה דכתיב למ אשכל
גם שניכם יום אחד ואף על
גב דמיתתן ביום אחד לא
הואי קבורתם מיהא ביום

tio:) [11] In civitatibus enim maritimis, emtionem vocant Kira: Instat Esaü: Ostendite mihi instrumentum venditionis: Contra, illi dicere: Instrumentum in regione Ægypti esse. Quis iturus (*allatum?*) [12] Vadat Naphthali, qui capreæ instar levis. Q. S. E. (Gen. XLIX, 21. *Naphthali est caprea emissa, qui profert* [13] *verba elegantia.* Hic vero pro *Imre schapher*, substituendum, *Imre Sepher*; (id est: *verba libri.*) Aderat ibi simul Chuschim, filius Dan, cujus aures hebetiores erant: Quærit igitur, quid rei esset? Responsum fuit: Iste impedit sepulturam, donec revertatur Naphthali e regione Ægypti. Ad hæc (*Chuschim:*) Siccine, quoad redit Naphthali e regione Ægypti, avus meus contemtus jacebit? [14] Quare clavam sumit, ea cum caput Esavi diverberasset, exiluerunt oculi ejus, ceciderunt; ad pedes Jacobi, qui suos oculos aperiens, in risum solvebatur. Atque hoc est, quod scriptum (Ps. LVIII, 11.) *Lætabitur justus cum viderit ultionem, pedes suos lavabit in sanguine improbi.* Tum impletum vaticinium Rebeccæ: Scriptum enim est: (Gen. XXVII, 45.) *Quare orbaret*

אחד הוא׳ ואי לא איעסק
ביה יוסף אחוה מי לא ש
הוו מיעסקי ביה והכתיב וי
וישאו אותו בניו ארצה כנען
ויקברו שם
אמרו תניחו לו כבודו
במלכים יות מבהדיוטות׃

barer etiam, utroq; veſtrum, die una? Etſi enim utrique, eâdem die mori non contigit, attamen eâdem die uterque ſepultus eſt. At vero, " ſi Joſephus (*in curando patris funere*) non fuiſſet occupatus, num Fratres illius, hoc facere neglexiſſent? Scriptum quoque: (Gen. L, 13.) " *Extulerunt eum Filii ejus, in terram Canaan.* Videlicet dixere: Simile eum (*hoc officio defungi*:) major honos patri eſt, ſi a Regibus, quam ſi a plebejis condatur.

ANNOTATA.

1. Ipſique aſini] Quædam Exemplaria poſt חמורים addunt מאילו מאילו ſed nulla neceſſitate, quare etiam hæc verba in Talmude ſemicirculis includuntur.

2. Ad Speluncam duplicatam] Quid ſit מערה המכפלה mire æſtuant, Interpretes tam Chriſtiani, quam Judæi, eſtque ipſis Sepulchrum Abrahami, Labyrinthus inextricabilis. Cl. Salmaſius in Exercit. Plin. p. 2008. ſimpliciſſimum exiſtimat, Speluncam duplicatam accipere de ea, quæ duplicem habet aperturam, & ex duabus partibus ingreſſum, vetatque quærere aliam duplicis Speluncæ interpretationem. Daniel Heinſius in Ariſt. p. 522. Foſſam, & Speluncam fuiſſe arbitratur, ut per foſſam aditus ad Speluncam patuerit, in qua jacebat mortuus. Aliis placet מכפלה Proprium nomen eſſe, quomodo acceperunt Junius & Tremellius, eaque opinio probatur Cl. Hakſpanio noſtro, in Interpret. Errab. p. 153. & Vorſtio in Notis ad Pirke R. Elieſ. p. 179. Talmudiſtæ, in eo fere conſentiunt, fuiſſe Speluncam duplicem, ſed an alia ante aliam, an vero, una ſupra alteram extiterit, id definire non potuerunt. Adſcribam locum unicum e Bava Batra fol. 58. a. cætera ineptum quidem, ſed vel ideo probe notandum, quia inſigniter confert ad intelligendum id quod Chriſtus apud Math. c. XXIII, 27. de Τάφοις κεκονιαμένοις dixit, & album calculum addit iis, quæ in hanc rem diſſerit eruditiſſime, Eximius Pocockius in Notis Miſcell. ad Portam Moſis cap. 5. Sic vero habet Talmud: רבי בנאת הוה מציין מערתא דרבנן כי מטא למערתא דאברהם אבינו אשכחיה

אשכחיה לאליעזר עבד אברהם דקאי קמי בבא אמר ליה מאי קעביד אברהם
אמר ליה גנאי בכנפה דשרה ומעיינה ליה ברישיה אמר ליה זיל אימא ליה
בגאי קא אבבא אזל אמר ליה ליעזל וליתי מידע ידע דיצר הרע בהאי עלמא
ליכא על עיין ונפק כי מטא למערתא דאדם הראשון יצתה בת קול ואמרת
לו נסתגלת בדמות דיוקני בדיוקני עצמו אל תסתכל והא בעינא לצייויי
מערתא כמדת החיצונה כך מדת הפנימית ולמה שני בתים זו למעלה
מזו קיימן כמדת העליונה כך מדת התחתונה id est: *R. Bana, signare solebat monumenta veterum Doctorum calce*, (atque, quia in summa apud omnes erat existimatione, ideo ei concessa facultas, intrandi in ipsa Sepulchra, quod cæteroquin nemini erat permissum. Is igitur, intra monumentum, ejus capacitatem mensurabat, & postea foris tantundem spatii, calce oblinebat, ut ab eo prætereuntes sibi caverent, ne polluerentur. Cæterum,) *cum pervenisset ad Speluncam Abrahami Patris nostri, invenit Eliesérem servum ejus, ante fores excubantem*: (Nam in Massechet דרך ארץ traditur, Septem omnino viros pios, non esse mortuos, atque inter illos, est quoque Elieser.) *Existo quæsit R. Bana, quid rerum ageret Abraham? Respondet servus, dormire illum in gremo Saræ, atq; hanc illius crines perscrutari. Jubet alter Servum renunciare Abrahamo, foris esse Banam* (& petere intrandi veniam.) *Quod cum exequutus esset Elieser, dixit Abraham: Veniat, ingrediatur, perspectissimum enim illi, in hac quam agimus vita, pravæ cupiditati nullum locum relictum esse*, (proinde non mihi vitio verti potest, quod in Saræ gremio caput reclinatum habeo, nec opus ut me moveam.) *Ergo intravit, cepit* (mensuram,) *& exivit*, (ac spatium calce definivit.) *Cum venisset ad Speluncam Adami protoplasti, edita vox est inquiens: Vidisti* (in Spelunca, præter Abrahamum, etiam) *imaginem iconis mea*, (Jacobum scilicet, qui sua venustate Adamum refert:) *ipsam iconem meam* (Adamum, quem ad meam imaginem condidi,) *intueri tibi nefas est.* (Excipit Bana:) *Atqui, oportet me signa facere monumenti.* (Qui credit duas esse spelucas, unamq; alia interiorem, vult responsum:) *Quæ est capacitas exterioris, eadem est quoq; interioris. Qui vero arbitratur unam speluncam altera fuisse editiorem*, (contendit fuisse responsum:) *Quæ ima, eadem & suprema, est proportio.* Qui plura de Spelunca Abrahami desiderat, consulat Hottingeri libellum de Cippis p. 4. Benjaminis Itiner. p. 48. & Schalsch. Hak. p. 10. a.

3. Accurrit Esau] Narratur eadem contentio in Pirke R. Elies. p. 104. edit. Vorst. Adde Schalsch. Hak. p. 11. a.

4. Mam-

4. Mamre Civitatem Arba] Locus transſumtus ex Erubin fol. 53. a. Fere conſonat iſtis S. Hieron. in tradit. in Gen. ſcribens: *Dicitur Civitas Arbe, hoc eſt, Quatuor, quia ibi Abram, & Iſac, & Jacob, conditus eſt, & ipſe Princeps humani generis Adam.* Eadem repetit in Libro de Locis Hebraicis, & in Paulæ Epitaphio. Aliter Menaſſe ben Iſraël in Concil. Joſuæ Quæſt. 11. ex Bereſchit Rabba: *Eſta ciudad ſe llamó* קריה ארבע *Ciudad de quatro, por auer caydo a quatro en ſuerte, y eſto porque primeramente entró toda la ciudad en el termino del tribu de Jehuda; deſpues ſe le apropriό una parte a Caleb, el campo y ſus aldeas, y deſpues lo que della quedó, cayó la ſuerte, de ſe dar por ciudad de refugio, a los Levitas, y deſpues en particular, de todos ſe eſcogieron los Sacerdotes hijos de Aaron, por lo qual como ſe ha dicho, ſe llamó, Ciudad de quatro.*

5. Adam & Eva] Atque hi quidem ſoli, in illa, ſive Interiore, ſive Superiore caverna cubabant, alteram quæ ſupererat, reliquorum cadavera occuparunt. Fuere tamen jam olim, qui Adamum in monte Calvariæ ſepultum opinabantur, quam ſententiam rejicit S. Hieronymus Coment. in c. XXVII. Matthæi & in c. V. Epiſt. ad Epheſios. Patricidis Arabis verba, de Sepultura Adami affert Hottingerus in Smeg. Or. p. 254. Murtadus vero Gaphiphé filius in Deſcriptione Ægypti p. 106. annotat: *Nóe fit porter la Chaſſe ou eſtoit le corps d' Adam, dans la Cauerne de vieilleſſe a la Mecque, & l' y l' aiſſá.*

6. Abraham & Sara &c.] De his omnibus quod in Spelunca Machpela ſepulti fuerint, teſtimonium perhibet ipſa Scriptura Gen. XLIX, 31. & c. L, 13. Cæterum, ſicut litem hic ortam legimus, cum Jacobus ſepeliendus eſſet, ita quoque cum Abrahamus, Saræ juſta perſolvere vellet, aliquid turbæ accidit, ſic enim in לקום ראובני voce בושה traditur ex Sohar: כשבא אברהם לקבור את שרה במערת המכפלה עמדו אדם וחוה ולא רצו להיות שם במערת אמרו ומה אנו תמיד מתבישי לפני הקברת מפני החטא שעשינו ואתם באתם להוסיף עלינו בויש שנתבייש מפני מעשיכם חטובים אמר אברהם אני מקבל עלי להתפלל לפני הקבה שלא תבייש עוד זנכנס אדם במקומו id eſt: *Cum veniſſet Abraham, ſepeliturus Saram in Spelunca duplicata, ſurrexerunt Adam & Eva, amplius ibi permanere nolentes: Ajebant enim: Jam ſemper coram Deo B. pudore confundimur, ob peccatum a nobis commiſſum, at q; vos adventatis, ad augendum inſuper ignominiam noſtram, veſtra enim bona opera ruborem nobis incutiunt. Reſpondit Abraham: Polliceor me pro vobis apud Deum interceſſurum, ne porro confundamini. At q; ſic Adam locum ſuum repetit.*

7. Hinc qui reſtat meus eſt] Nec enim Monumentum plura quam octo cadavera admittit.

8. Emerat ſpeluncam a te] Spelunca, ob jus Primogenituræ, quod vendidiſti, ad eum pertinet. In Talmude, tam hic, quam in ſequentibus, verbi זבן perſonæ ſic immutantur, ut pro *Emendi*, quem ſecundum hanc, quam nos exhibemus lectionem, induit ſignificatu, ibi *Vendendi* ſenſum exigat. Talmudis lectionem ſequitur Jalkut fol. 50. col. 1.

9. Imo vero] Supple: Quicquid juris habebas in Speluncam, id totum vendidiſti, ſic enim pater noſter, ante obitum verbis ſupremis teſtatus eſt nobis. R. Elieſer in Pirke c. 38. vertente Vorſtio: *Sumſit Eſau quicquid pater ejus (hereditario jure) reliquerat; terram vero Iſraëlis, & Speluncam Machpela tradidit Jacobo, & conſtripſerunt inter ſe literas (contractus) æternas.* At Raſchi ad cap. Gen. L, v. 5. ex Medraſch: כטל יעקב כל כסף וזהב שהביא מבירת לבן ועשרת אותו כרי ואמר לעשו id eſt: *Congeſſit Jacobus, omne argentum & aurum, quod ex domo Labanis attulerat, in unum acervum, dixitq; Eſavo: Accipe hac, pro portione Speluncæ, quæ tibi competit.*

10. Kira idem eſt quod Mekira] Idem aſſeritur in Chullin fol. 92. a. & in Roſch Haſſchana fol. 26. a. Atque ſic Jonathan quoque pro אשר כריתי לי habet דאתקנית לי Onkelos tamen id ſenſu vulgato reddidit דחפרית לי id eſt: *Quod fodi mihi.* Et vero, כרה etiam *Emendi* ſenſum admittere, probat locus Hoſeæ III, 2.

11. In Civitatibus enim maritimis &c.] Hic loquendi modus, crebro occurrit apud Talmudiſtas. Megilla fol. 12. a. אבן טובה יש בכרכי הים ודרה שמה id eſt: *Gemma quædam reperitur in Civitatibus maritimis, quam Dara vocant.* Berachot fol. 6. b. קוף אחד יש בכרכי הים ושמו כרים id eſt: *Eſt ſpecies avis in Civitatibus maritimis, quæ vocatur Crum.* Equidem, aſſentior Cl. Lightfooto qui ſub initium Obſervationum Chorographicarum, Phraſin hanc, de Urbibus Paganorum, in litore maris mediterranei ſitis, accipit. Habemus enim teſtimonium luculentum in Gittin fol. 76. a. הולך למרינת הים והגיע לעכו id eſt: *Abiit in oram maritimam, & pervenit Acconem.* Eſt tamen, ubi eadem, ſimpliciter loca procul remota, ſive juxta mare, ſive in continenti illa ſint, denotat. Nimirum, pro eo, quod in Nidda fol. 45. b. Schabbat fol. 95. a. & Erubin fol. 18. a. extat שכן בכרכי הים קרין לקלעיתא בנייתא: non tantum in Bereſchit Rabba fol. 20. col. 4. nude legimus אית אתרין דקרין לקלעתא בנישא: Sed & in libro *Brandſpiegel* p. 123.

Gemaræ

Gemaræ quæ adduximus verba, sic exponuntur, in vernacula nostra: *Den es sein örther heist man flechten* Baneita. In שאלות ותשובות מהגאונים Num. 252. hæc proponitur quæstio: מי שהשכיר בירת לחבירו והלך במדינת הים והניח את אשתו בבית ובא בעל הבית ושואל שכר מה הדין? id est: *Si quis conducat ab alio domum, & in oras maritimas,* (sive peregre) *profectus, uxorem intra ædes relinquat, atq; ab hac dominus ædium locationis pretium exigat, quid juris est?* Similiter cum Matthæus c. XXV. v. 14. scripsisset Ἄνθρωπος ἀποδημῶν ἐκάλεσε τοὺς ἰδίους δούλους. Quod Vulgatus, transtulit: *Homo peregre proficiscens, vocavit servos suos.* Vetus Interpres Hebræus scite vertit: אדם כשהלך לגור במדינת הים והיא קרא לעבדיו: Codex noster MS. Ez Hechajim Hilchot Gittin cap. 11. אשה שהלכה היא ובעלה למדינת הים ושלום בינו לבינה ושלום בעולם ובאה ואמרת מת בעלי תנשא או תתיבם? Id est: *Mulier quæ cum Conjuge in Oras Maritimas* (sive peregre) *abiit, nulla intercedente inter eos simultate, & quieto Orbe a bellis; si reversa dicat, Mortuum esse maritum,* (neutiquam mendacii suspecta esse debet, sed) *tam ad secunda vota transire, quam jure Leviratus duci potest.* Apud Maimonidē in Mischne Tora, cuivis Tomo, brevibus præmittuntur argumenta materierum omnium, quæ universus liber pertractat, atq; hic ubi capitis 12. τῶν Hilchot Ischut, narratur propositio, inter cætera significatur, agi eo מי שהלך בעלה למדינת הים ובא אשתו לתבוע מזונות Id est: (Quid juris sit,) *si Marito in Oras Maritimas profecto, mulier ejus Magistratum adeat, petatq; alimenta sibi decerni.* At, in proprio deinde loco, sic conceptus est sermo: מי שהלך למדינה אחרת ובאת אשתו לבית דין לתבוע מזונות שלשה חדשים הראשונים מיום הלכתו אין פוסקין לה בהן וכו׳ Id est: *Si quis Maritus* aliò gentium *profectus sit, atq; Uxor ejus Magistratum adeat, & alimenta sibi decerni petat, primos tres a die profectionis ejus menses, nihil eidem Magistratus decernit.*

12. Vadat Naphthali qui Capræ instar levis] In Pirke R. Elieseris, ubi eandem hanc historiam narrari, jam supra indicavimus, sic inter alia vertit Vorstius: *Quid fecit Joseph? Misit Naphthali, ut subjugaret sidera, atq; descenderet in Ægyptum, & adferret literas æternas, contractus inter illos.* Non capio, quid sibi velint ista: *Ut subjugaret sidera*, & dolet, ipso Hebraico textu me destitui, propemodum enim translatio ista, se mihi reddit suspectam.

13. Verba elegantia] In Talmude sequitur deinde אר׳ אבהו atque sic demum succedit אל תיקרי cum reliquis.

14. Qua-

14. Quare clavam sumit &c.] Ipse R. Jacobus, qui Excerpta Gemaræ compilavit, notat magnum circa hæc in Talmude dissensum, quod in Gittin c. 5. Judas Elavum occidisse tradatur.

15. Si Josephus &c.] id est: Quare cæteri fratres otiosi fuere spectatores, & soli Josepho funus paternum curare concesserunt? Et, num illi, sine Josepho, justa Patri non persolvissent?

16. Extulerunt eum filii ejus &c.] Sed, sic annotat Scriptura, non nisi post peractam sepulturam Jacobi. Nempe, quia Josephus, etiam nomine cæterorum fratrum, supremum officium Parenti præstitit, ideo recte facti laus, omnibus deinde, merito tribuitur.

מז XLVII.

פיסקא מילנו גדול מיוסף
שלא נתעסק בו אלא משה:
תנו רבנן בוא וראה כמה
חביבות מצות על משה
רבינו שכל ישראל נתעסקו
בבזה והוא נתעסק במצות
שנאמר חכם לב יקח מצות
ואויל שפתים ילבט: ומנין
הית יודע משת רבינו היכן
יוסף קבור אמרו סרח בת
אשר נשתיירת מאותו הדור
חלך משה אצלה אמ לה בלו
את יודעת היכן יוסף קבור
אמר לו ארון של מתכת עשו
לו מצריי וקבעוהו בנילוס הנהר
כדי שיתברכו מימיו הלך משה

COmmentatio. *Quis Josepho illustrior, circa cujus cadaver nemo se occupavit, præter Mosen?* Hortantur Magistri: Veni, vide, quantopere Moses magister noster, præcepta adamarit. Omnes enim Israëlitæ [1] prædæ erant intenti, is autem præceptis vacabat. Q. S. E. (Prov. X, 8.) *Sapiens animo accipit præcepta, stultus vero labiis, seipsum conturbat.* Unde vero noverat Moses præceptor noster, ubi Josephus erat sepultus? (*Scilices*) fertur [2] Serach filia Aser, superfuisse adhuc ex illo ævo, eam igitur Moses accessit, & percontatus est: Nunquid tibi exploratum ubi Josephus sit conditus? Respondet illa: Sarcophagum ipsi fusilem pararunt Ægyptii, eumque [3] flumini Nilo immerserunt, [4] ut prospe-

ועמד על שפת נילום אמר
יוסף יוסף הגיע עת שנשבע
הקדוש ברוך הוא לגאול את
ישראל והגיעת השבועה מ
שהשבעת את ישראל אם
אתה מראה את עצמך מוטב
ואם לאו הרי אנו מנוקין מ
משבועתך מיד צף ארונו של
יוסף ואל תתמה היאך ברזל
צף שהרי בתיב ויהי האחד
מפיל הקורה ואת הברזל נפל
אל המים ויצעק ויאמר אהה
אדוני והוא שאול ונומר מ
וישלך אל המים ויצף הברזל
והלא דברי קל וחומר ומה
אלישע תלמידו של אליהו וא
ואליהו תלמידו של משה צף
הברזל מפניו משה רבינו על
אחת כמה וכמה: ר נתן או
אומר בקברניט של מלכי היה
קבור הלך משה ועמד על מ
קברנט של מלכים אמר יוסף
הגיע עת שנשבע הקדוש ברוך
הוא לגאול את ישראל מ

prosperarentur aquæ illius. Tum Moses abiens constitit juxta ripam Nili, inclamavitque: Josephe, Josephe: Adest tempus, in quo [r] liberaturum sese juravit Deus B. Israëlitas. Prope est similiter (*tempus, implendi*) jusjurandum, cujus religione Judæos obstrinxisti. Si ipse te conspiciendum præbes, bene est: Sin minus, ecce soluti sumus jurejurando. Confestim supernatavit sarcophagus Josephi. Nec est quod mireris, quomodo ferrum supernatarit: Ecce enim S. E. (2 Reg. VI, 5.) *Fuit autem illorum uno dejiciente tignum, ut ferrum caderet in aquam, quapropter exclamabat dicens: Eheu Domine mi, est enim commodatum. &c. Et projecit in aquas, & supernatavit ferrum.* Annon hîc, a minori, ad majorē verisimilitudinem bene concludere licebit? [r] Quod si enim Elisæi, discipuli Eliæ, [cum ipse [s] Elias discipulus Mosis fuerit,] in gratiam, ferrum supernatavit: quanto magis id, propter ipsum Mosen magistrum nostrum factum, credibile est? R. Nathan perhibet, (*Josephum*) in Regum Mausoleo fuisse conditum. Abiens igitur Moses, constitit juxta Mausoleum Re-

ישראל והגיעה שבועה
שהשבעה את ישראל אם
אתה מראה את עצמך מוטב
ואם לאו הרי אנו מנוקין מ
משבועתך באותה שעה נודעו
ארונו של יוסף נטלו משה
והביאו אצלו וכל אותן שנים
שהיו ישר' במדב' היה ארונו
של יוסף וארון של שבינה
מהלכין זה עם זה והיו עוברים
ושבים אומרים מה טיבן
של שתי ארונות הללו אמרו
אחד של מת ואח' של שבינה
אמרו וכי דרכו של מת להלך
עם שבינה אמרו קיים זה מה
שכתוב בזה ואי לא איעסיק
ביה משה לא הוו מיעסקי
ביה ישראל והכתיב ואת
עצמות יוסף אשר העלו בני
ישראל ממצרי' קברו בשכם
ותו אי לא איעסקו ביה כל
ישראל בניה לא היו מיעסקי
ביה והכתי' ויהיו לבני יוסף
לנחלה אמרו הניחו לו כבודו

gum, &, Josephe inquit, adest tempus in quo juravit Deus B. liberandum Israëlem, nec minus (*tempus*) adest, (*implendi*) jurisjurandi, quo Israëlem obstinxisti. Si ipsum te ostendis, bene est, sin minus, immunes sumus a jurata fide, quam dedimus. Eodem momento, [9] motitavit se sarcophagus Josephi, quem Moses acceptum, secum avexit, universisque illis annis, quibus Israëlitæ in deserto fuere, arca Josephi, & arca divina, juxtim incedebant. Atque sicubi ultro citroque commeantes, quærerent, ad quid conducerent duæ istæ arcæ? Tulere responsum. Altera de mortui, altera Divinæ est Majestatis. Rogantibus porro, an fas sit, ut mortuus cum Divina Majestate juxtim incedat? Dictum. [10] Iste implevit, quod in ista exaratum. Enim vero, [11] nunquid si Moses, in hoc se haud occupasset, Israelitæ reliqui illo munere functuri non erant? [12] scriptum: quoque (Jos. XXIV, 32.) *Et ossa Josephi quæ deportaverant filii Israëlis ex Ægypto, sepelierunt in Sichem.* Porro, [13] si Israëlitæ non fecissent officium, an filii ejus hæc non curassent? Adde quod

S.E.

במרובין יותר מבמועטין אם
אמרו הניחו לו כבודו שלו
בגדולים יותר מבקטנים קברו
בשכם מאי שנא בשכם אמרו
משכם גנבוהו לשכם נחזור
אבדה: קשים קראי אהדדי
כתיב ויקח משה את עצמות
יוסף עמו כי השבע השביע
וגו' וכתיב ואת עצמות יוסף
אשר העלו בני ישראל ממצרים
אמר רבי חמא ברבי חנינא
כל העושה דבר ולא גמרו
ובא אחר וגמרו מעלה עליו
הכתוב על שגמרו כאלו עשאו
רבי אלעזר אומר אף מורידין
אותו מגדולתו דכתיב ויהי בעת
ההיא וירד יהודה מאת אחיו
רבי שמואל בר נחמני אמר
אף קובר אשתו ובניו שנאמר
ותמת בת שוע אשת יהודה
וכתיב וימת ער ואונן:

S.E. (l.c.) [14] *Et fuerunt filiis Josephi in possessionem.* (*Nempe,*) dicebant (*filii Josephi, Mose defuncto:*) linquamus hoc, majori enim honori illi erit, si multi, quam si pauci (*justa persolvant. Pariter Israëlitæ quoq;, Mose adhuc superstite,*) se mutuo fuerant adhortati: Missum hoc faciamus, amplior enim dignitas, si viri illustres, quam tenuioris sortis homines, (*funus illi celebrent.*) *Sepeliverunt in Sichem.* Cur potissimum in Sichem? Dicebant enim, [15] e Sichem furto ablatus est, reddamus igitur Sichemo, rem amissam. Videtur Scriptura sibi contradicere: uno enim loco, (Scilicet, Ex. XIII, 19.) S.E. *Acceperat vero Moses ossa Josephi secum, nam jurejurando obstrinxerat* &c. Altero vero: *Et ossa Josephi quæ deportaverant filii Israëlis ex Ægypto, sepeliverunt in Sichem.* (*Ista conciliaturus*) ait R. Chama F.R. Ch. Quando quis rem aliquam orditur, neque eam ad finem perducit, supervenitque alius, eandem absolvens, tum Scriptura de eo qui illam absolvit, sic loquitur, [16] quasi (*solus*) effectam reddidisset. R. Eleaser addit, etiam exui talem (*nudum inceptorem,*) dignitate: Q.S.E. (Gen. XXXVIII, 1.) *Evenit autem per illud tempus, cum descendisset Judas a fratribus suis.* R. Samuel F.N. adjicit, sepelire quoque eum uxorem,

Jos. XXIV, 32.

uxorem, natosque. Q. S. E. (v. 12.) *Et mortua est filia Schua, uxor Juda.* Itemq; (c. XLVI, 12.) *Et mortuus est Er, & Onan.*

ANNOTATA.

1. Prædæ erant intenti] Pro se enim quisque, res optimas Ægyptiorum commodato petebat, easdemque secum auferebat.

2. Serach filia Afer] Mira fabulantur de hujus longævitate Judæi. Schalsch. Hakkab. p. 11. a. סרח בת אשר ויוכבד בת לוי אשרת עמרם היו מבאי מצרים ומיוצאיה סרח גלתה למשה המקום שהיה טמון ארון יוסף ביאור והיא היתרת האשרת חכמרת שדברת ליואב עץ שבע בן בכרי כי ארכה ימים : id est : *Serach filia Ascher, & Jochebed filia Levi, Uxor Amrami, fuere ex illis qui in Ægyptum ingressi, & ex eadem egressi sunt. Serach ostendit Mosi locum, ubi Josephi sarcophagus conditus erat in flumine, eademq; est illa prudens fœmina, quæ cum Joabo, in causa Schebæ filii Bichri verba contulit, vitam enim prorogavit diutissime.* Neque solas fœminas illius ævi, tam vivaces fingunt, sed & Viros. Bava Batra fol. 121. b. יאיר בן מנשה ומכיר בן מנשה נולדו בימי יעקב ולא מתו עד שנכנסו ישראל לארץ : id est : *Jair filius Menasse, & Machir filius Menasse, nati fuere Jacobo superstite, nec mortui sunt, ante Israelitarum in Palæstinam ingressum.*

3. Flumini Nilo immerserunt] Idem asserit Patricides Arabs, nisi quod sarcophagus marmoreus, pro æneo, ab illo substituitur. Verba ejus reperies apud Hottingerum in Smeg. p. 378. Jonathan Chaldæus, prorsus materiam feretri tacet, scribens : בסימו יתיה ועטרין יתיה ושון יתיה בגלוסקמא ושקעון יתיה בגו נילום דמצרים : id est : (Cadaver Josephi) *Conditum aromatibus, coronatum, ac feretro impositum, in medium Nilum, qui Ægypti fluvius est, demerserunt.* Cæterum, unde nata esse possit opinio, de Josephi cadavere in Nili fluentis sepulto, docet Autor Notarum, quæ Jonothani, in Pentateucho, qui cum tribus Targumim editus est, in margine adjiciuntur. Sed, quia frivolæ sunt rationes, merito eas adducere supersedemus; illud potius indicantes, esse alios, inter Judæos, qui non in ipsis Nili aquis, sed ejus tantum Ripa, humatum Josephum tradiderunt. Sepher Hajaschar p. 118. a. וישימו ארון יוסף בארון אשר מלא בשמים וכל מעשה רוקח ויקברוהו על שפת היאור הוא שיחור : id est : *Condiderunt Josephum, in Arcam aromatibus, omnisq; generis unguentis plenam, & sepeliverunt eum in ora fluminis Schichor.* Schichor haud aliud flumen esse, quam Nilum, ad Jos. c. XIII. v. 3. Christiani, Judæique tradunt Interpretes.

4. Ut

4. Ut prosperarentur aquæ ejus] Sic ad hunc locum commentatur Raschi in Glossa : לפי שאין ארץ מצרי שותה מימי גשמים אלה כולה עשויה יאורי וחריצים מנילוס עד סוף המדינה כמה פרסאות ונילוס עולה ומשקה ומתברך וממלא אותן יאורים ומהם משקין את השדות והיינו דכתיב והיה אשר לא יעלה משפחות הארמה ולא עליהם יהיה הגשם ואם משפחת מצרים לא תעלה ולא באה ולא עליהם אין כתוב כאן גשם אלא ולא עליהם יהיה אותו שהם שותין ממנו ויונתן תרגם ולא עליהם תיסק נילוס: id est : *Haudquaquam enim Ægyptus, haurit aquas pluviales, sed per universam illam Regionem, derivantur canales, & fossæ, a Nilo, ad extremos usq; Provinciæ terminos, per multa milliaria. Ascendit igitur Nilus,* (statis temporibus,) *& suis aquis illos canales implet, beatq;, e quibus agri irrigantur. Atq; hinc* S. E. (Zach. XIV, 17. 18.) Eveniet, non ascendentibus familiis terræ (Hierosolymas, ad adorandum Regem Dominum Exercituum,) ut non sit super eos imber. Et, si familiæ Ægypti non ascendent, & non venient, haud erit super illas. *Non additur hic,* Imber, *sed,* (ait Scriptura,) *Haud erit super illas,* (scilicet) *quod bibunt : Unde & Jonathan transtulit : Et non ascendet illis Nilus.* Hactenus Raschi : qui videtur subscribere, pervulgato errori, quo communiter creditur, Ægyptum nullo unquam tempore pluviis humectari, quod idem tradidit quoque Benjamin Tudelensis in Itiner. p. 116. Sed, aliter rem se habere, nec penitus ignorare Ægyptios, quid Pluvia sit; uno ore affirmat omnes, qui eam regionem adeunt. Sufficiat, ad solius Nobilissimi Tevenotii testimonium, quod habetur in Itineris ejus Orientalis c. LXIX. provocare. Cum enim quædam de Nili exundantis fœcunditate, narrasset, mox subjungit : *Ce n' est pas a dire, pour cela qu'il n'y pleuue point en Egypte, comme plusieurs resueurs nous veulent faire a croire en Chrestienté, s'alambiquans l' esprit pour trouuer les raisons d' vn estre de raison, car il pleut fort en Alexandrie, et a Rosette aussi ; mais au Caire, qui est plus haut, il y pleut moins, et toutes fois j' ay veu pleuuoir chaq. année bien fort durant deux jours dans le mois de Decembre, et il y tonna en mesme temps, de telle sorte, que la nuit du onzième au douzième du mesme mois, le tonnerre tua vn homme au chasteau, quoy que personne n' eust jamais entendu dire, que le tonnerre eut tué qui que ce soit au Caire. Il y fait aussi froid en Decembre, comme je l' ay eprouué, mais non pas jusqu' a ce point, qu' on aye nec essité de se chauffer. Aux autres saisons il y fait extremement chaud, et principalement en Esté.* Interim, negari nequit, rariores in Ægypto esse Imbres; quam ut sufficiant ad fœcundandam terram. Itaque omnis ubertas ejus Regionis, merito Nilî

aquis accepta fertur, quæ campos longe lateque æstivo tempore, & rigant simul, & stercorant. Hinc adeo, proventus deinde, vota colonorum vincunt, & per illos, Gentium etiam longius difficitarum indigentia, potest sublevari. Quæ cum ita sint, haud sane mirum, Ægyptios Nilum suum magnis efferre laudibus, eique Principatum inter omnia Orbis flumina deferre. Legendus elegans, & sæpe commendatus nobis libellus, Murtadi filii Gapiphe, ubi multa in hanc rem reperiuntur. Inter cætera vero p. 169. Mecacholis filii Tabique, verba sequentia allegantur: *I'ay leu cent Liures sur la loy de Moyse, et ay trouué dans l' vn d' eux, qu'il y a sept Climats dans le monde, qui prient Dieu touts les ans, en pleurant et criant, et disent: O mon Seigneur, mettez l' abondance dans l' Egypte, et faites couler son Nils.* Enim vero, quæ ratio sit, prodigiosæ illius inundationis, id jam inde a vetustissimis temporibus, ad hæc nostra usq; Viros Doctos exercuit, & variorum, variæ fuere sententiæ. Omnes colligere, non est nostri instituti, tantum, quid ea de re, quibusdam inter Arabes, & Judæos visum fuerit, faciemus indicium. Gabdolla filius Gamrou apud Gapiphen p. 167. censet, solius Dei jussu, Nili incrementum fieri, nec aliam rationem, præter nudam illius voluntatem, quærendam. Sic loquitur ore Interpretis; *Le Nil d' Egypte est le Seigneur des Fleuues. Dieu oblige tous les Fleuues depuis l' Orient jusques a l' Occident de luy rendre seruice dans le temps de son debordement, il les detourne dans son canal, & augmente son cours de leurs eaux. Quand Dieu veut que le Nil d' Egypte se déborde pour la commodité des habitans du pays, les autres Fleuues luy prestent leurs eaux, & Dieu luy fait sourdre de la terre de nouuelles fontaines. Quand son cours s' est enflé jusques au point que Dieu veut, il ordonne à toutes les eaux, de retourner en leur sources.* Paucis interjectis, porro memorat Murtadus, sic tradere Quisen filium Chagege, quod cum Gamrou filius Gasæ, occupasset Ægyptum, accesserint eum incolæ, dicentes, esse more antiquissimo apud se receptum, ut statо die, filiam virginem, pulchre ornatam, in Nilum abjiciant, atque sic continuo augescere Nilum, & diffundi. Quibus perceptis, vetabat Gamrou, tale quid, tanquam Muhamedis legi penitus adversum, imposterum conari. Sed, hujus præcepto, dum morem gerunt Ægyptii, universum trimestre, Nili augmentis cæteroquin destinatum, præteriit, nec vel hilum undæ creverant, quare incolæ res suas convasantes, abitum meditabantur. Interea loci, Gamrou missis literis ad Omarem, totum negotium ordine illi exponit. Omar vero per epistolam respondens, laudat factum & pietatem ꝯ Gamrou, Schedulamq; addit, quam in Nilum conjicere eum jubet. Cujus monitis cum paruisset Gamrou, derepente fluvius turgescens, una nocte ulnas sedecim intumuit. Quid in Schedula scriptum fuerit, malo dicere verbis Vattierii nostri: *Au nom de Dieu clement & misericordieux. Dieu benisse Mahom-*

mes

met, & ſa famille. De la part de Gabdolle Omar fils de Chettabe, Commandeur des Fideles, au Nil d' Egypte, Apres cela. Si tu n' as coulé jusques a preſent, que par ta propre vertu, ne coule plus; mais ſi ç' a eſté le grand Dieu unig. et Tout-Puiſſant, qui t' a fait couler nous prions le grand Dieu unig., et Tout-Puiſſant, qu' il te faſſe couler encroe. Dieu faſſe paix a Mahommet le Prophete Idiot, et a ſa famille, & miſericorde. Ad Judæos, quod attinet, præter ea, quæ in Gemara noſtra, de Joſephi loculo, in Nilum demerſo, finguntur, aliam quoque cauſam, felicis illius inundationis ſuppeditat Autor libri טוב הארץ fol. 28. col. 4. אל יקשה בעיניך שארץ מצרים מוציאה חטה עכ"י מים נקיבות כמו הירקות שאין הענין כן אלא כמו שארז"ל שבכל שנה ושנה בימי תקופות תמוז הקב"ה מטיל טיפה אחת כמו כרור ממים זכרים לתוך הנילוס והחוא טיפה הוא כמו שאור לעיסה ונעשים כל מי נילוס מים זכרים ואינה צריכה למי גשמים וזאת הטיפה אינו נמנע לבא בכל שנה ושנה לפי שנתנה למצרים בשביל תפילות אברהם; id eſt: *Non te moveat, quod Ægyptus, per aquas fœmineas,* (uti Cabbaliſtæ has inferiores vocant, quibusque omnem fœcundandi vim adimunt,) *triticum* (ſua ſponte,) *inſtar herbarum producit, haud enim res ita ſe habet, ſed tenenda de his Rabbinorum noſtrorum opinio. Quibus placet, Deum annis ſingulis, circa ſolſtitium in Junio, dejicere guttam unam, pila magnitudine ex aquis maſculis,* (ſuperioribus nimirum, & fœcundiſſimis,) *in medium Nilum. Iſta vero gutta, ita ſe habet, uti fermentum in maſſa; omnes enim aquæ Nili, efficiuntur maſcula, ac proinde Ægyptus non eget pluviis. Atq; hæc gutta, quovis anno, Ægypto conceditur, quippe quam preces Abrahami, eidem impetrarunt.* Hactenus Baal Tob Haarez. Putaret quis, non multum abſimilia iis, quæ de Aquis ſupernis Cabbaliſtæ tradunt, ſcripſiſſe Plinium l. 31. Hiſt. Nat. c. 1. *Aquæ cadentes*, inquit, *omnium terra naſcentium cauſa ſiunt, prorſus mirabili natura, ſi quis velit reputare, ut fruges gignantur, arbores fruticesq; vivant, in cœlum migrare aquas, animamq; etiam herbis vitalem, inde deferre.* Cæterum, quantum ad Nili originem attinet, eam celebris Athanaſius Kircherus, in Mundo Subterraneo l. 2. c. X. §. 3. nunc tandem, poſt tot, ac tantas, graviſſimorum Autorum fallacias, futilesque conjecturas, vere detexiſſe affirmat *Petrum Pais*, Societatis Jeſu Presbyterum, qui ad ea loca ubi Nilus e terra erumpit, una cum Imperatore Æthiopiæ, ſuo ſtipatum exercitu, delatus fuerit, & omnem eorum conditionem, diligenter ſic perſcrutatus. Affert Kircherus, ipſam Relationem integram Petri Pais, ex Luſitanica, qua ab Autore concepta fuerat Lingua, in Latinam converſam, atque ſic Petrus ille, teſtatur: *Nilus, Originem ſuam tenet in Regno Goyam, in uno territorio, quod vocatur Sabalà, cujus Incolæ vocantur Agous, ſuntq; Chriſtiani, etſi ſucceſſu temporum ſylveſcente Eccleſia, variis ſuperſtitionibus imbuti & corrupti, a gentibus, & paganis vicinis parum-*

diffe-

differant. Fons autem Nili in parte occidentali Regni Goyam situs in summitate unius vallis, quæ assimilatur ingenti Campo, jugis montium undiq; circumdato. Anno 1618. 21. die mensis Aprilis, cum in hoc Regno una cum Imperatore ejusq; Exercitu degerem, hunc locum ascendi, omnia diligenter lustravi, invenq; primo duos ibi fontes rotundos, utrumq; quatuor quasi palmis latum in diametro, summaq; animi voluptate vidi id, quod nullis votis consequi potuerunt Cyrus Rex Persarum, & Cambyses, Alexander M. ac famosus ille Julius Cæsar. Aqua fontis clarissima est, & levissima, gustuq; gratissima. Sciendum tamen, nullum hosce duos oculos fontis, in suprema montis planitie exitum habere, sed in radice montis; profunditatem quoq; Fontium tentavimus, & in primum quidem lanceam immisimus, quæ instrando ad 11. palmos tangere videbatur, quasdam veluti radices vicinarum arborum, sibi invicem implexas. Secundus Fons, vergit a primo in Orientem, ad jactum lapidis, hujus profunditatem explorantes, immissa lancea 12. palmorum, fundum nullum invenimus, colligatisq; duabus lanceis 20. palmorum, denuò rem tentavimus, sed nec sic fundum tenere potuimus, dicuntq; incolæ, totum montem plenum aquis, cujus hoc signum dabant, quod tota circa fontem planities tremula erat, & bulliens, manifestum latentis aquæ vestigium, eandemq; ob causam non redundat aqua ad fontem, sed ad radices impetu maximo sese egerit; affirmabantq; Incolæ, ut & ipse Imperator, qui præsens erat una cum Exercitu suo, eo anno terram parum tremuisse ob magnam anni siccitatem, aliis vero annis ita tremere & bullire, ut vix sine periculo adire liceat. Circuitus loci instar Lacus cujusdam rotundi, cujus latitudo fundæ jactum constituere possit. Infra apicem hujus montis, Populus degit ad montem, leuca circiter unâ, a fonte dissitum, versus Occidentem, vocaturq; Guix, & videtur hinc fons Bombarda attingi posse. Est hoc loco vicus Gentilium, qui sacrificant multas vaccas, & veniunt ad fontem certo die anni, una cum Sacrificulo, quem pro Sacerdote tenent, qui ibi sacrificat unam vaccam, juxta fontem, caputq; Vaccæ abscissum, projicit in fontis abyssum. Ista, & complura alia Petri Pais, cum attulisset Kircherus, tandem de suo addit: *Atq; hæc est Descriptio Fontis Nili, ejusq; fluxus, quem citatus P. Petrus Pais, propriis oculis una cum Imperatore Abyssinorum Anno 1618. 21. Aprilis uti curiosè observavit, ita summa diligentia advotavit; ut hoc suo tam insigni, & oculato examine, Remp. Literariam multis tricis & dubiis liberaret. Cui quidem unice imposterum standum existimem, cum Imperatorio approbato testimonio, suam jam Fons Nili certitudinem infallibilem sit, adeptus.* Verum enim vero, nondum de Nili Origine tam confectam rem habemus, ac Kircherus opinatur, & procul sane absumus a vado. Si enim ea quis legat, quæ de Nili fonte, longe recentius, hoc est Anno 1659. mense Octobri, cum Cairi degeret, ab Imperatoris Abyssinorum, ad Turca-

rum

rum Sultanum Legato Michaële, didicit Nobiliſſimus *Tevenotius*, tantum abeſt, ut Petri Pais narratione intrepide ſtare poſſit, ut potius nonnihil ſuſpectam, certe valde dubiam, illa ſe reddere occipiat. Afferamus & nos pariter, Tevenotii Relationem, & quidem propriis illius verbis, depromtam ex Itinerarii elegantiſſimi c. LXIX. *Je demanday a cette Excellence, quelques Nouuelles de la ſource du Nil, & voicy ce qu'il m'en dit. L'origine du Nil, eſt vne fontaine, qui ſort de terre, dans vne grande plaine, ou il y a pluſieurs arbres; cette fontaine s'appelle Oüembromma, & eſt dans la Province appellée Ago. Elle fait la vn lieu fort delicieux, rejaillissant en haut par pluſieurs endroits; ledit Ambaſſadeur m' aſſeura, qu'il auoit eſté plus de douze fois auec le Roy d' Ethiopie paſſer pluſieurs jours au bord de cette fontaine, elle eſt esloignée de Gontar ville capitale d' Ethiopie de douze journées. Cette Fontaine amene ſes eaux vers le Nort, par vn long chemin, & apres auoir paſſé ſept cataractes ou caſcades, qui ſont des lieux fort hauts, d où elle tombe a plomb, faiſant vn grand bruit a chacune de ces cheutes, & apres auoir trauersé toute l' Egypte, elle vient mesler ſes eaux dans la Mer Mediterranée, par les deux bouches de Roſſette, & de Damiette. Or la cauſe du croiſſement du Nil, ſi regulier en Eſté, n'eſt autre choſe, ſi non que lors que l' Eſté eſt en Egypte, ils ont l' hyuer en Ethiopie, & durant trois mois il y fait des pluyes continuelles, dont les eaux viennent de toutes parts en torrents ſe joindre a cette ſource, qu'elles augmentent extraordinairement, et toutefois il n'y a point de montagnes proche de cette ſource; car les montagnes qui en ſont les plus proches, ſont les montagnes des Juifs, & elles en ſont esloignées de vingt journées. Il eſt donc faux de dire que ce fleuue tire ſa ſource d' vn lieu inconnu, comme auſſi que ceux qui habitent a l' entour des cataractes du Nil ſont ſourd, et encor ce que diſent quelques vns, que le Grand Seigneur paye tribut au Roy d' Ethiopie, pour laiſſer couler le Nil, par ſon canal ordinaire, car il ne peut pas le detourner.* Proh! quanta hic ſententiarum divortia ſe offerunt! Si Petrum Pais audimus, montes excelſi geminos Nili fontes, undique cingunt. Si Tevenotium, in tam plano loco ſcaturit fons unicus, ut ab eo vix univerſorum viginti dierum itinere, ad montem aliquem pervenire liceat. Ergo, incerta etiam nunc, ſunt omnia, & tantæ controverſiæ expediendæ, Arbiter aliquis nobis præſtolandus eſt. O utinam brevi is detur: quantam, & quam ſolidam apud omnes Bonos inibit gratiam. Interea loci, dum in dubio relinquitur animus, multa tamen concurrunt, ad Illuſtris Tevenotii partes, paulo magis eum propellentia. Nam dum nudis conjecturis hactenus agere oportet, neſcio an non Petro Pais, utpote peregrino, hominem Legatum, & Regionis illius gnariſſimum; Æthiopiæ vero Imperatori, ſemel hanc profectionem ſuſcipienti, illum alterum Succeſſorem, qui Nili fontem in deliciis habuit, & frequenter adire ſoli-

tus est, jure quis præferat. Tum ipsa Tevenotii recensio, præ illa altera, longe est simplicior, planior, captu facilior. Equidem credo, Petrum Pais dixisse sedulo, & nihil istorum ab ipso esse confictum. Verum fieri potest, ut ipsi illorum montium accolæ Barbari, pro suo stupore, falso persuasi sint, apud se Nilum nasci, & ut perperam, princeps flumen arbitrentur, aliud minus, quod in Nilum defertur, suasque aquas ei ministrat. Habemus erroris similis apud veteres exempla, quæ, quia modus servandus est, libens prætereo, præsertim quia idem nunc, & apud nos quoque fit. Ignatius a Jesu Carmelita Discalceatus, Missionarius, & Vicarius Domus S. Mariæ de Remediis, in Bassora Mesopotamiæ, Narrationem nobis dedit, Originis, Rituum, & Errorum, Christianorum S. Johannis Romæ Anno 1652. impressam. In ista, p. 17. tradit, illos homines, persuasum firmiter habere, prope Civitatem Sciuster in Persida, esse domum quandam, in qua sit Sepulchrum Johannis Baptistæ, & ibi quiescere ejus corpus, atque ex eadem domo exire fluvium Jordanem. Est intra proximum ab Oppido nostro lapidem, scaturigo torrentis cujusdam, de quo si vicinos agrestes quæras, dicent omnes, esse illum ipsum, qui Noribergam interluit, & a Piscibus nomen habet impositum. At hoc tàm verum est, quam, quod Aristoteles 1. Meteorol. c. XIII. de Istro, vicino nostro flumine asseruit, illud in Gallia Celtica, ex Pyrenæis profluere montibus. Nimirum, non Antiquitas tantum, circa Flumina, fabulosa fuit, sed & hodie mendaciis locus supereſt. Quemadmodum vero, Nobilissimi Tevenotii Narratio de Nili Fonte, se plurimum commendat, ita quæ de causa inundationis ejusdem, ipse tradidit, nobis persuadet penitus, longumque valere jubemus aliorum, imprimis vero Arabum & Judæorum nugas. Nondum tamen dimittit me illud, quod Judæi, de Josephi loculo in Nilum immerso, & ea quæ inde in Accolas redundabat felicitate ingenti, perhibent; sed indicare prius oportet, paria huic commento, de Danielis sarcophago, legi apud Benjaminum in Itiner. p. 86. seq. Nec silentio prætereundum, aliquid ejusmodi habere quoque Codicem MS. Syriacum Novi Testamenti, qui in Bibliotheca Academiæ nostræ asservatur. Nam ad initium Capitis V, Johannis Evangelistæ ubi de Piscina Bethesda narratur historia, margini adscriptum deprehenditur:

ܗܘ ܕܐܝܬ ܒܗ ?ܐܣܝܐ ܢܒܝܐ ܟܕ ܐܬܟܣܝ ܡܢ ܥܠܡܐ ܒܫܝܠܘܚܐ ܗܘ ܡܠܐܟܐ ܢܚܬ ܘܡܚܝ ܠܡܝܐ ✣ ܟܕ ܐܬܟܣܝ

Id est: *Quia corpus Esaiæ Prophetæ absconditum erat in Schilucha, propterea descendebat Angelus, & movebat aquas.* Notavit id, jam ante nos, in Interprete Errabundo Num. 20. Cl. Hackspanius noster,

noſter, & queritur, nulla conjectura aſſequi ſe poſſe, unde hoc gloſſema natum ſit. Nos, aliqua, forſitan non improbabili, ducimur. Nimirum, quidam explicaturus nomen Piſcinæ, quam בריכת השלח Syrus Interpres vocavit, in libri ſui oram adjecerat τὸ Ἰοσδυναμεῖν בירת ישועה Superveniens poſtea alius inconſideratior, legit בית ישעיה atq; inde Eſaiæ Sepulchrum condidit, facili lapſu, imprimis in homine parum erudito, qualem fuiſſe iſtius Sepulchri architectum, id ſatis demonſtrat, quod Schilucham, & Bethesdam, multum diſtinctas Piſcinas, imperite confudit. Sed, nec fidem ullam reperiſſet opinio, ſi maxime verum nomen Bethesda fuiſſet expreſſum. Nam ex antiquiſſima Traditione Talmudica, ad quam provocant Maimonides in Hilchot Bet Habbech. c. XVII. §. 14. & Baal Schalſch. Hakkab. p. 109. b. אין מקיימין בירושלם קברות חוץ מקברי בית דוד וקבר חלדה שהיו בה מימות נביאים הראשונים: id eſt: *Nulla tolerata fuere Sepulchra intra Hyeroſolymas, præter Monumentum Domus Davidica, & Sepulchrum Chuldæ, quæ ibi fuere inde a diebus primorum Prophetarum.* Atque ſane, Eſaiæ ſepulchrum, extra urbem locat Autor Cipporum Hebraicorum, quos edidit Hottingerus p. 10. cui Scriptores Chriſtiani, & inter cæteros Brietius, in Tabula Geographica Terræ Sanctæ, accedunt. Scilicet, ad hæc, usque tempora, illa tumba ſupereſſe dicitur, non minus ac perdurare in longum ævum ajunt, ipſius quoque Piſcinæ Bethesda, conſpicua rudera: Eſtque de iis notandum, quod legitur apud Antonium del Caſtillo in Itinerario cui El devoto Peregrino, nomen fecit, l. 2. c. 5. *Auiendo llegado a la puerta de San Eſteuan, que es la que antiguamente ſe llamaua porta Gregis, junto a la miſma puerta, de parte de dentro de los muros de la Ciudad, eſta la Probatica Piſcina, que es adonde Chriſto Señor nueſtro curò al paralitico, que auia treinta y ocho años que eſtaua en ella, por no tener quien le ayudaſſe a entrar en el agua, quando venia el Angel y la movia. Eſta Probatica Piſcina ſe vè por encima de vna muralla, que eſtà en la miſma calle, y tiene como ciento y ſeſenta paſſos de largo, y treinta de ancho, y tiene cinco porticos: dos eſtan azia el Poniente abiertos, y ſe vèn; los demas eſtan al Norte. Las aguas deſta Piſcina ſe dize eran las que venian del Tempio de Salomon.* Non ſpernendos omnino crediderim, qui Aquas Piſcinæ Bethesda, ex Templo prodiiſſe, huic noſtro aſſeverarunt. Nam ſic, ſaltem ad ſpeciem, ex Talmude aliquid proferre licet, quod ad illam piſcinam, circa quam Viris Doctis, oppido aqua hæret, nonnihil conferre videtur. Etſi enim affirmare haud audeo, illud ad Bethesdam quadrare utique, tamen, quando vera & certa nos deſtituunt, etiam nugas non nimis inſulſas, eſſe aliquid, putare ſolemus. Sic vero habetur in Joma fol. 77. b. אמר ר' פנחס משום ר' חנא

הונא ציפוראה מעין היוצא מבית קדשי הקדשים בתחלה דומה כמין קרני הגבים כיון שהגיע לפתח האולם נעשה כחוט של שתי כיון שהגיע לפתח ההיכל דומה כחוט של ערב כיון שהגיע לפתח העזרה נעשי כפי פך קטן מכאן ואילך מתגבר ועולה עד שמגיע לפתח בירת חד כיון שהגיע לפתח בירת רוד נעשית כנחל שוטף שבו רוחצין זבין וזבורת נדות ויולדות:

id est: *Dixit R. Pinchas, nomine R. Hunæ Zipporensis: Rivulus qui emanavit e Sancto Sanctorum, principio tenuissimus erat, quasi cornua cicadarum. Attingendo ostium Porticus, referebat filium staminis; cum perveniisset ad ostium Templi, filium subteminis, denique circa Portam Atrii, excreverat in oris urceoli cujusdam magnitudinem. Deinceps, valde augebatur & invalescebat, ad Portam usque Arcis Davidicæ, atque porro quasi quidam fluvius exundans erat, in quo eo qui passi fuerant gonorrhœam, menstruatæ, ac puerperæ, sese lavabant.* Uti jam professus sum, an horum omnia, an aliqua vera sint, & adeo, num ad Bethesdam applicari queant, non possum nunc definire. Aquas tamen illas, quibus Sacerdotes manus suas, pedesque, aut victimas abluerant, & quæ e Labro æneo quotidie evacuabantur, ex templo manantes, in Urbe alicubi stagnasse, facile crediderim. Hæc aquarum collectio, si omnino fuit Piscina Bethesda, malim Calvino, Gomaro, aliisque recentioribus quibusdam, *Bethesda*, per בית אשרא id est: *Effusionis Domum*, explicantibus, subscribere; quam Syri בית חסרא tueri. Interim, de nominis hujus ratione, mihi cum illis ipsis, qui pro בית אשרא pugnant, non plane convenit. Quippe ii originem appellationis, ab aqua per canales, ad usum Sacerdotum ducta; & ex siphonibus promanante, arcessunt. Ego vero, illa ratione, *Effusionis Domum*, interpretarer receptaculum aquarum, quæ in Templo fuere profusæ.

5. Liberaturum sese] Talmud, & hoc loco, & mox iterum pro לגאול את ישראל habet שאני גואל אתכם nulla sensus, sed sola verborum diversitate.

6. Confestim supernatavit sarcophagus] Libellus de Vita Mosis p. 13. a. alias addit circumstantias. משה כתב שם המפורש והשליכו בנילוס וכתב עלה שור עלה שור מיד צף הארון ולקחו ארונו של יוסף וכל ארונות של שאר השבטי וכל אחד נטל אבן והלכו להם למדבר: Quæ Illustris Gaulmynius, hunc in modum docte est interpretatus: *Moses Ineffabile Nomen descriptum, cum his vocibus ASCENDE BOS, ASCENDE, in Nilum abjecit. Nec mora, feretrum aquis innatat, quod cum cæteris aliorum Jacobi filiorum sandapilis abstulit, ita ut singula Tribus, generis sui Autorem deferrent.*

7. Quod

7. Quod si enim Elisæi &c.] Vapulare jubemus cum hac sua collectione Magistros, nec enim ut aliquod miraculum accidisse dicamus, quid fieri possit respicimus; sed quid revera factum fuerit. Quippe semper in talibus oportet σύνδρομον εἶναι τῇ δυνάμει, τὴν βούλησιν τῇ θεῷ, quod Græcorum Patrum dictum; laudat eruditus Casaubonus Exerc. 7. adv. Baron. n. 1.

8. Elias Discipulus Mosis fuerit] Non quidem, quasi ab ipsius Mosis ore pependerit; sed quia in Lege ab eo tradita perdiscenda, se sedulum præstitit, eandemque Elisæo prælegit.

9. Motitavit se sarcophagus] Tale quid, superioribus seculis, in Germania quoq; nostra accidit, circa feretrum Judæi cujusdam mortui, si Autorem Schalsch. Hakkab. p. 60. b. auscultamus. Etsi vero vix assensum nostrum impetrabit; est tamen digna fabula, quæ audiatur: לרבי יחיאל היה לו חבם וחבר ואוהבים מאד יחד ונשבעו יחד שהראשון מהם שימות יבא בחלום לחבירו ויגיד לו מרכי הנפש אחר המיתה ויהי היום נפטר חבירו של רבי יחיאל ובהיותו בבתי חיים קדם הקבורה עמד רבי יחיאל ויאמר אל הקהל הנו רבותי כי כן וכן נשבענו יחד אני וחברי המוטל לפני מרת ולכן אני מזכיר לו בפניכם שישלים נדרו ואז ראו שארון * חברו המוטל בו נזדעזע מעט ויפתח הארון וירא עפעפי מתנודדים ויא שהיה כמו שוחק ויאמרו כי היה זה סימן כאילו יאמר לו שלא היה יכול להגיד מאומה וזה החבר מרת באשכנז שנת כך לאלף הששי וגם ר' יחיאל מת בשנה ההיא; id est: *R. Jechiel, Socium habuit, virum doctissimum, fuitq; summa inter utrosq; necessitudo. Et vero, jurejurando se mutuo obstrinxerunt, quod uter illorum prior moriturus esset, is superstitem in insomnio adiret, eiq; Animarum defunctarum statum renunciaret: primus autem mortem obiit, ille Jechielis Socius. Perlato in locum sepulturarum cadavere, antequam terræ mandaretur, surrexit Jechiel, & ad universum cœtum*, Scitote, *inquit*, Præceptores optimi, in hæc, & hæc, me, illumque, qui mortuus coram jacet, Socium, jurejurando fidem invicem obligasse, proinde vos ejus rei testes voco, ut promissa mihi servet. *Tum viderunt, motitare se nonnihil feretrum, in quod Socius ille fuerat repositus. Eo aperto, deprehensæ sunt palpebræ ejus nictantes, vel ceu aliis placet, visus est ridere, Atq; credebatur hoc signo indicare velle, non licere sibi quicquam dicere. Decessit iste Socius in Germania, anno supra sextum millenarium, quarto & vigesimo, eodemq; illo, etiam R. Jechiel diem clausit supremum.*

* Fortasse inserendū אשר

10. Iſte implevit quod in iſta exaratum] Sic in Bava Kama fol. 17. a. ſoliciti Rabbini, quodnam fuerit illud honoris genus, quo Hiskias poſt obitum 2 Chron. XXXIII. v. ult. affectus legitur, inter alia tradunt : שהניחו סרח על מטתו ואמרו קיים זרח מרח שכתוב בזרח id eſt : *Impoſitum fuiſſe ejus Sandapila librum Legis, proclamatumq; ; Hic implevit, quod in iſto ſcriptum.* Atque, hinc ortam credo conſuetudinem, quæ hodienum obtinet inter Judæos, ut Libri Legis, aliquando cum viris, quos ipſi pios reputant, etiam humo mandentur. Maimonides Hil. Seph. Tora c. X. §. 3. ספר תורח שנגלח או שנפסל נותנין אותו בכלי חרש וקוברין אותו אצל תלמידי חכמים וזו היא גניזתו מטפחות ספרים שבלו שושין אותן תכריכין למת מצוה וזו היא גניזתן ; Hunc locum, cum adduxiſſet quoque Ampliſſimus Voiſinius in Obſervat. ad Procem. Pug. Fidei, ſic eum vertit : *Liber Legis attritus, aut prophanus, reponi ſolet, in vaſe teſtaceo, & ſepelitur prope Diſcipulos Sapientum : & hic eſt modus ipſum recondendi. E linteis autem attritis, quibus libri Legis tegi ſolebant, fiunt involucra cadaveris inventi. Sic ea recondi mos eſt.* Sed hic fortaſſe, pro, *Involucra cadaveris inventi ;* ſatius fuerit ſubſtituere : *Involucra cadaveris pauperis* : qua tamen admonitione, nihil exiſtimationi tanti Viri, volumus detractum. Non igitur valde mirum, ſi in effoſſione Sepulchrorum Judaicorum, libri quandoque reperiuntur, prout contigit Majorum ætate Hiſpali, rem narrante, in Antiquitatibus ejus Urbis, Roderico Caro l. 1. c. 11. his omnino verbis. *Deſpues de expelidos los Judios el ano de 1482. ſe llamò eſta parte de Ciudad la villa nueua ; la Porta de la Carne ſe llamò de la Juderia, y de Minjoar, por vn Judio rico que alli cerca vivia : y alli fuera en vn campo que eſtá contiguo, que llamavan de Zebreros, donde aora eſtà vna ventilla, y de nueuo ſe han edificado caſas, tenianſus ſepulchros muchos dellos de obra curioſa : los quales la gente pobre de Sevilla el anno 1580. que fue neceſſitado y eſteril, hallandoſe ociosa, dio en demolerlos. Hallaron en los ſepulchros cuerpos con eſtranos trages, joyas de oro y plata, y en algunos ſe hallaron libros Hebreos ; los qualet llevaron al Doctor Arias Montano.* Morem imponendi defunctorum Cadaveribus libros ſacros, hodierni Græci ſervant, nam ſic in Euchologio, adducente locum optimo noſtro Dilherro tom. 1. Diſp. p. 449. de curando Sacerdote defuncto, ſcriptum eſt : *Induunt illum conſuetis veſtibus, deinde omni Sacerdotali habitu, faciemq; ejus tegunt velamento, quo Panis & Vinum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ conſecranda, teguntur, & Sacrum Evangelium ſuper ipſum imponunt.* Neſcio, num omnia iſta, cum Cadavere, Sepulchro quoque indantur, nec enim Euchologii copia conceditur. Si tamen id faciunt, haud exiſtimo eſſe vituperandos, & potuit occaſio-

occasionem præbere, quod Bellatores quique fortissimi quondam cum suis armis terræ mandabantur. Καὶ τὰς ἀρετὰς μετὰ τῶν ὅπλων θάπτουσι βασιλεῖς, legimus apud S. Chrysostomum Hom. de S. Barlaamo tom. 1. p. 790. Imo Martyres quoq;, supremis nonnunqnam verbis, feralia quibus torti fuerant instrumenta, secum sepeliri jubebant, exemplum suppeditante, eodem eloquentissimo Patre, in de S. Babyla Homilia. De reliquo, non silendum, quod sicut clarorum virorum feretro, Legis librum Judæi imponere solebant, ita eosdem, Sandapilas nequam hominum, & de quorum salute desperaverant, superjecto lapide, inhonestasse. In Berachot fol. 19. a. & Avoda Sara quoque fol. 11. a. traditur: אלעזר בן חצר בקבק בטהרת ידים וכשמרת שלח בירת רין והניחו אבן על ארונו ללמד שכל המנודה ומת בנדויו סוקלין את ארונו id est: *Eleasar F. Ch. insuper habuit (καταπαλάισις) de lottone manuum, cum igitur diem obiisset, misere Archontes, qui Saxum feretro ejus imponerent; volentes docere, cujusq; diris devoti, & ante anathematis solutionem mortui, feretrum, lapidibus obrui.*

11. Nunquid si Moses &c.] Hoc quæritur: Quare Moses solus in perquirendo Josephi cadavere, se occupaverit, & num absq; eo fuisset, reliquos Judæos omnes cepisset oblivio jurisjurandi quod Josepho præstitum erat, de ossibus ejus secum sub exitum ex Ægypto, absportandis?

12. Scriptum quoque &c.] Ergo docet Scriptura, Mose defuncto, utique fuisse Judæos in ferendis Josephi ossibus, officii sui memores.

13. Si Israëlitæ &c.] Mose scilicet e vivis sublato: Et quare ipsi Josephi filii, paternos cineres non portarunt, sed id aliis facere concesserunt?

14. Et fuerunt filiis &c.] Id est: In sua possessione ossa paterna sepeliverunt, quod eadem magna prosequerentur veneratione, nec aliis concedere illa vellent.

15. E Sichem furto ablatus est] Imo vero non in Sichem, sed in Dothan, perfide cum Josepho egisse fratres, legitur diserte Gen. XXXVII, 17. seqq. Quare, ut Talmud cum Scriptura, Raschi conciliet, impudenter contendit, Dothan non fuisse nomen loci, nec aliud τὸν δῆνα, dicentem ad Josephum, audivisse sese consilium capientes fratres ejus, de proficiscendo Dothanem, indicare voluisse, quam, abjeciisse eos affectus fraternos, & ipsius cædem meditari.

16. Qua-

16. Quasi solus effectam reddidisset [Nam in posteriore loco, tam deportatio ossium Josephi ex Ægypto, quam eorundem humatio, Israëlitis tribuitur : Constat tamen e loco priore, solum Mosen fuisse, qui Josephi λείψανα secum tulerat.

17. Descendisset Judas a fratribus suis] Descensum hoc loco, nisi quid me decipit, de ignominia accipiunt Magistri, immemores quæ supra Num. XXVI. horum Excerptorum, asseruerant. At quærat quis : Quid nobis hic cum Juda, & quare ejus mentio injicitur ? Scilicet, cœpit is liberationem Josephi procurare Gen. XXXVII, 26. sed, quod bene exorsus fuerat non perfecit, ac mox vers. 27. vendendi Josephi autor extitit. Sic quidem locum exponit Raschi ; Sed longe aliter Autor libri Brandspiegel cap. LXX. cujus integer locus, omnino afferendus est : *Ein itliche* מצוה *die man anhebt zu thun, muß* † *verfliſſen sein zu volbringen, und einer thut ein* מצוה *und ein andrer volent sie, da vvirt die* מצוה *geruffen auf den, der sie volent.* Mosche Rabbenu *hat die Bein von* Joseph *mit sich aus* Mizraim *genommen, und hat sie nit begraben in* ארץ ישראל *da hat man angeschrieben die* מצוה *auf* ישראל *daß sie die Bein von* Joseph *haben begraben* * *in* ארץ ישראל Rabbi Schmuel Bar Nachmoni *sagt, vvelcher die* מצוה *di er hat angehoben nit volent, der begrabt sein Weib und Kinder, as* Jehuda *hat angehoben sein Sohn zu losen beschvvengern sein Schnur, und hat zu hinter sten, nit vvoln sein Sohn losen beschvvengern, da is ihm sein Weib und zvvey Sohn gestorben. In* Massechet Kidduschin *steht :* המצוה לא נקרא אלא על מי שגמרי *das is deutsch : die* מצוה *vvird nit geruffen neiert auf den, der sie vollent.*

† Addendum *man.*

* Utiq; legendū est: *getragen und begraben.*

מ ח XLIIX.

אמר רב יהודה אמ׳ רב מ
מפני מה נקרא עצמו
בחייו מפני שלא מיחה בכבו
אביו דהא אמרי ליה עבדך
אבינו ולא מיחה ולא אמר להו
ולא מידי אמר רב יהודה אמ
אמר רב ואי תימא רבי יוסף
ברבי חנינא מצני מה מת י

Gen. XLIII, 28.

R. Judas dixit ex ore Raf: Cur de Josepho adhuc vivo adhibetur ' vox *Ossa ?* Quia non prohibuit honoris paterni (*violationem.*) Dicebant enim illi : *Servus tuus pater noster* : ' nec id vetavit, aut minimum quid, regessit. (*Hinc*) ait R. Judas nomine Raf, alii tamen ' R. Josepho F. R. Ch. id attribuunt: Quare Jo-

יוסף קודם אחיו מפני שהנחיג
עצמו ברבנות ויוסף הורד ם
מצרימה אמר רבי אלעזר אל
תקרי הורד אלא הוריד ום
שהוריד אצטנניני פרעה סז
מנרולתן ויקנהו פוטיפר סרים
פרעה אמר רב שקנאו לעצמו
בא גבריאל וסירסו בא סכז
גבריאל ופרעו מעיקרא כתי
פוטיפר ולבסוף כתיב סוס
פוטיפרע

re [r] Josephus primus fratrum facto functus est? [s] Quia ad dignitatem adspirabat. *Joseph* hurad *in Ægyptum.* Ait R. Elieser non legendum hurad (*id est delatus est*) *sed* horid, (*id est, descendere fecit:*) [t] dejecit enim de gradu, Astrologos Pharaonis. *Emitq; eum Potiphar eunuchus Pharaonis.* Rafautor est, quod illū [u] in suum usum emerit, quare [x] venit Gabriel illumque castravit, & reversus, eum eviravit. Principio enim vocatur *Potiphar*, deinde vero, *Potiphera.*

ANNOTATA

1. Vox Ossa] Nam vivus adhuc & superstes Josephus, Gen. L, 25. ait: *Deportabitis ossa mea hinc.* Videsis Drusium, apud Walæum ad Luc. c. IX. v. 60. & Cl. Hakspanium ad Lipmannum p. 457.

2. Servus tuus, pater noster] R. Elieser in Pirke c. 39. vertente Vorstio: *Decies dixerunt filii Jacobi ad Josephum, Servus tuus pater noster. Audivit Jacob sermonem hunc, & siluit; quod silentium simile fuit confessioni: hinc decurtati sunt e vita illius decem anni.* Sed, annon hic, pro, *Audivit Jacob*, scribendum erat, *Audivit Josephus?* Sic omnino existimo; & certa res est. Quia vero textu Hebræo destituor, equidem ignoro, num sola Interpretis inconsiderantia, an vero vitium in ipso Hebræo libro, hunc errorem pepererit.

3. Nec id vetavit] ולא מיחה non est in Talmude, sed facit tamen ad sermonis exaggerationem.

4. R. Josepho] Aut fuerit R. Chama, prout in Talmude legitur, nostra nihil id refert. Scio tamen in Berachot c. 7. ubi eadem hæc habentur, Chama, etiam in Excerptis En Israël fol. 35. col. 1. (qui alteri respondens locus est) reperiri.

5. Josephus primus fratrum &c.] Josephum primum inter fratres diem obiisse ex eo colligunt, quia Ex. I, 6. legitur: *Mortuus est Josephus, omnesq; fratres ejus.* Quot annorum fuerit Josephus, cum fato fungeretur, habemus sub calcem Geneseos. Sed, eo non contenti Judæi, quot quisque reliquorum etiam fratrum annos vixerit, & insuper, quo die, singuli lucis usuram aspexerint, nescio quo monitore, edisserunt. Dabimus seriem prout ex מדרש תדשא est apud Bechai fol. 62. col. 4. ראובן נולד ביד בכסלו ומת בן קכז שנים שמעון נולד בכא בטבת ומת בן קכ שנים לוי נולד ביו בניסן ומת בן קלז שנים יהודה נולד בפו בסיון ומת בן קיט שנים דן נולד ט' אלול ומת בן קכה שנים נפתלי נולד ה' בתשרי ומת בן קלג שנה גד נולד י' במרחשון ומת בן קכח שנה אשר נולד כ' בשבט ומת בן קכג שנים יששכר נולד י' באב ומת בן קכב שנה זבולון נולד ז' בתשרי ומת בן קיד שנה יוסף נולד א' בתמוז ומת בן קי שנה בנימן נולד יא במרחשון ומת בן קט שנה באדר ובאייר לא נולדו נשתיירו לאפרים ולמנשה: id est: *Ruben Natus Die XIV. Mensis Cisleu, obiit anno ætatis CXXV. Simeon Natus D. XXI. M. Thevet. Ob. An. Æt. CXX. Levi Natus D. XVI. M. Nisan. Ob. An. Æt. CXXXVII. Judas Natus D. XV. M. Sivan. Ob. An. Æt. CXIX. Dan Natus D. IX. M. Elul. Ob. An. Æt. CXXV. Naphtali Natus D. V. M. Tisri. Ob. An. Æt. CXXXIII. Gad Natus D. X. M. Marchesvan. Ob. An. Æt. CXXV. Ascher Natus D. XX. M. Schevet. Ob. An. Æt. CXXIII. Isaschar Natus D. X. M. Ab. Ob. An. Æt. CXXII. Sebulon Natus D. VII. M. Tisri. Ob. An. Æt. CXIV. Josephus Natus D. I. M. Tammus. Ob. An. Æt. CX. Benjamin Natus D. XI. M. Marchesvan. Ob. An. Æt. CIX. In Adar, & Ijar, nemo* (ex filiis Jacobi) *natus est, sed illi menses relicti Ephraimo & Menassæ.* Atque ex his obiter emendandum est vitium, quo Schalsch. Hak. p. 10. a. & Jalkut fol. 50. col. 2. laborant. Nam pro eo quod in Bechai legitur באדר ובאייר לא נולדו isti libri habent באייר ושבט לא נולדו quod tolerari non potest, nam Ascherem in Schevet natum esse, æque etiam ipsi agnoscunt.

6. Quia ad dignitatem adspirabat] Cl. Hackspanius in Notis ad Lipman. p. 263. hæc verba vertit: *Quia semetipsum fratribus præfecit Ducem.* Puto ad illa Josephi, futuræ dignitatis nuncia somnia, Magistros respicere, quibus ipse spei plenus capiebatur, & quorum crebra narratione, fratrum aures obtundebat. Sed merito Baal Ir Haggibborim, hic movet ingens dubium: Ait enim, si maxime concedatur, Josephum ad dignitatem adspirasse, inque eo peccasse, nihilo minus fratrum in eo vendendo delictum longe majus fuisse. Posse igitur quem opinari, non æquum esse, quod ipse ante cæteros omnes præmaturam mortem oppe-

oppetiit. Objectio bona eſt, ſed reſponſio tam ſua, quam aliena ex Bechai, nodum non ſolvunt, ideo illas negligimus. Videat qui volet ipſum fol. 34. col. 1.

7. Dejecit enim de gradu Aſtrologos] Quippe ipſe ſomnium Pharaonis interpretatus eſt, cum omnes Aſtrologi ignorantiam ſuam profiterentur.

8. In ſuum uſum] Inhoneſtum nimirum, & quem nominare non licet, ob Joſephi pulchritudinem, qua captus erat.

9. Venit Gabriel illumque caſtravit] סרים generalis cæteroquin vox eſt, & præter naturalem gignendi impotentiam, omnem quoque virilitatis ademtæ modum, quacunque ratione factum, complectitur. Moſes Kozenſis in Smag fol. 134. col. 3. הבן שחתכו או מעכו או נתקו אדריו או ביצין כמו שהגוים עושין הוא הנקרא סרים אדם; id eſt: *Puer cui abſciſſa, compreſſa, vel avulſa, genitalia aut teſtes, prout οἱ ἐξω facere ſolent, is dicitur* סרים אדם (quod eſt proprie, Matth. XIX, 12. εὐνουχισθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων.) At in Gemara noſtra, סרים de certa aliqua τῷ εὐνουχισμῷ ſpecie capiendum, quæ ſeminare quidem impediebat, ſed non arrigere. Sequitur enim בא גבריאל ופרש quibus amplior eviratio, &, (qua Vetus Interpres Deut. XXIII, 1. uſus eſt phraſi,) ipſa veretri abſciſſio, indicari videtur. Atque, notanda eſt hæc Vocis פרש ſignificatio, Cl. Buxtorfio in Lexico Talm. neglecta: Raſchi id verbum per סרים יתירה id eſt: *Augmentum ejus, quæ anteceſſerat caſtrationis, expoſuit.* Nimirum, ne ullo modo quid indecens in Joſephum ſtatuere poſſet Potiphar, omnis præſcindenda erat occaſio. Et vero, nunc quoque in Oriente & Africa, fœminarum cuſtodiæ, apponunt Enuchos, non teſtibus modo privos, ſed toto colo, ne quid iis reſtet, quo delectare queant. Nobiliſſimus Tevenotius Itinerarii p. 45. *La plus part des Officiers du Grand Seigneur qui logent dans le Serrail ſont Eunuques, & presq; tous noirs. On ſe contentoit autre fois qu'ils fuſſent chaſtrez, mais vn des Grands Seigneurs, ayant vn jour en ſe promenant, apperceu, vn cheual hongre monté ſur vne jument, auſſi toſt qu'il fut retourné chez luy, il fiſt couper & raſer a ces Eunuques ce qui leur reſtoit; & depuis on a tousjours obſervé de les razer a fleur de ventre, ce qui ſe fait lors qu'ils n'ont que 8. à 10. ans; il eſt vray qu'il en meurt beaucoup, mais les Bachas des Gouuernemens qui confinent à l' Abeſchou Ethiopie, & autres lieux des noirs, en font tant chaſtrer, qu'il leur en reſte aſſez, tant pour en faire preſent des mieux faits au G. S. que pour leur ſeruice particulier aupres de leurs femmes.* Patet ex his, non fieri iſtam membri reſectionem, ſine vitæ periculo, etiam in pueris, ut ſi quid ejusmodi viris eveniat, tanto magis præſens videatur exitium. Interim ta-

men Illuſtris Petrus de la Valle Epiſtolarum tom. 1. part. 2. p. 48. de Perſis hunc virilia amputandi morem referens, ita loquitur, quaſi poſt eum admiſſum, nihil periculi metuendum ſit, quodque adeo ſolis nudisque cineribus, læſæ parti medicina fiat. Cum id fidem propemodum excedat, ipſa Autoris afferimus verba: *Jo ſtupiſco come ſia facile in queſti paeſi, tagliare alle genti, & ad huomini fatti, i membri genitali: anzi, per dir meglio, tutte le maſſeritie di caſa, ſenza che muoiano. é vngaſtigo, che ſi vſa ſpeſſo in certi delitti di peccati di luſſuria, come far forza a donne, e coſe ſimili, nel modo a punto che in Egitto, a tempi antichi, ſcriue Diodoro Siculo, che ſi tagliauano i genitali, a chi sforzaua donne ingenue: & in fatti non muoiono, e guariſcono molto felicemente, medicandoſi con ſola e ſemplice cenere.*

מט

XLIX.

פיסקא מי לנו גדול ממשה
שלא נתעסק בו אלא הקדוש
ברוך הוא שנאמר ויקבר אותו
בגיא מול בית פעור וגומר:
עכ: ״ ויאמר אלי רב לך אמר
רבי לוי ברב בישר ברב סח
בשורתו בר בישׁ דכתי רב
לכם בני לוי ברב בשורתו
רב לך: דבר אחר רב לך רב
יש לך ומנו יהושע: דבר אחר
רב לך שלא יאמרו הרב כמה
קשרה והתלמיד כמה סרבן
וכל כך למה תנא דבי רבי
ישמעאל לפום גמל שחנא
ויאמר אליהם בן מאה ועשרים
שנה אנכי היום שאין תלמי

COmmentatio. *Quis Moſe felicior, quem defunctum haud alius quam ipſe Deus condidit?* S.E. (Deut. XXXIV, 6.) *Et ſepelivit eum in valle e regione Bet-pehor &c.* Hactenus (*verba Miſchnæ.*) *Et dixit Dominus mihi, ſatis eſto tibi.* Ait R. Levi. Verbo *Rav*, alios increpuit: [1] quare eodem, grave quid audire coactus eſt. Prius conſtat ex illo, (Num. XVI, 7.) *Satis eſto vobis filii Levi.* Poſterius ex loco allato: *Satis eſt tibi.* Aliter hæc exponi poſſunt: *Rav. Iach:* (*id eſt*:) [2] habes Magiſtrum, (*Quares,*) quis ſit? Joſua. Rurſus aliter: Sufficiat tibi: ne dicant alii, Magiſter quam immitis, & Diſcipulus quam contumax eſt! Sed quare tanta (*Dei fuit ſeveritas?*) Scilicet, Schola R. Iſmaëlis frequentabat: [1] Pro Camelo, ſarcina.

לומר היום ומה תלמוד לומר
היום היום מלאו ימי ושנותי
ללמדך שהקדוש ברוך הוא
משלים שנותיהם של צדיקים
מיום ליום ומחדש לחדש מז
שנאמר את מספר ימיך אמלא
לא אוכל עוד לצאת ולבוא
מאי לצאת ולבוא אילים לצא
ולבוא ממש והכתיב ומשה
בן מאה ועשרים שנה במותו
לא כהתה עינו ולא נס לחה
וכתיב ויעל משה מערבות
מואב אל הר נבו: ותניא מ
שתים עשרה מעלות היו שם
ופסען משה בפסיעה אחת
אמר רבי שמואל בר נחמני
אמר רבי יונתן לצאת ולבוא
בדברי תור מלמד שנסתתמו
ממנו מעינות חכמה: וילך משה
ויהושע ויתיצבו באהל מועד
תנא אותה שבת שבת של
דיוגי היתה ניטלה רשות מזה
וניתנה לזה:

cina. *Dixit eũ natus ſum hodie centum viginti annos.* Non opus erat ut Scriptura adderet, *Hodie*: quare autem illud *Hodie*, ſignate exprimit? (*Nimirum hoc ait:*) Hodie impleti ſunt dies mei, & anni mei. Ut edoceris Deum B. annos juſtorum adimplere, ad unum, omnium dierum menſiumque, habita ratione. Q. S. E. (Exod. XXIII, 26.) *Numerum dierum tuorum complebo.* Non poſſum amplius procedere & venire. Quid ſignificat, *Procedere & venire*? An dicendum, nude de eundo redeundoque hæc capienda? Atqui S. E. (Deut. XXXIV, 7.) *Et erat Moſes natus centum viginti annos, cum moreretur: non caligaverat oculus ejus, neq; fugerat viriditas ejus.* Inſuper ſcriptum. (ibid. v. 1.) *Poſtea aſcendit Moſes e campeſtribus Moabitarum in montem Nebo.* Atque traditio habet, [4] duodecim ibi gradus fuiſſe, [5] omnesque Moſen uno paſſu emenſum eſſe. Ergo R. Samuel Nachmanides, autore R. Jonathan exponit, de eundo & redeundo in verbis Legis: ut innuatur, obſtructos illi fuiſſe [6] fontes Sapientiæ. *Quapropter iens Moſes & Joſua, ſtiterunt ſe ad tentorium conventus.* Traditio: [7] Illud Sabbathum, ſabbathum paris gemelli fuit, iſti ablata poteſtas, & huic conceſſa eſt.

Deut. XXXI, 2.

ANNOTATA.

1. Quare eodem grave quid audire &c.] Nam Ioa Iosuæ Deus rependit, præcipue vero, ut habet Vetus dictum, ex Schekalim Jeruschalmi, in En Israël fol. 178. col. 3. מרקק עם הצדיקים כחוט השערה id est: *Cum justis, ad pilum unum*, τὸ ἀκριβοδίκαιον observat.

2. Habes Magistrum &c.] Id est: Adest tempus ut Josua fungatur cœlitus ei destinato Imperio, ואין מלכות נוגעת בחברתה ואפילו כמלא נימא: id est: *Atqui, duæ Potestates* (fatales,) *ne quidem ad momentum coincidunt.* Vide Targum Psalmi CX. v. 1.

3. Pro Camelo sarcina] Id est: *Quanto quisq; est justior, tanto severiorem se illi Deus ostendit judicem.* Adde omnino Drusii Adagia Hebraica Cent. 5. adag. 1.

4. Duodecim ibi gradus fuisse] Propter præcipitem pronamque declivitatem, fuisse montibus incisos gradus, ut conscendi possent, annotat Fullerus l. 4. Miscell. c. 17. Damus præter Strabonem, ipsi laudatum, etiam alterum testem, Epiphanium Monachum, in Descriptione Syriæ, quam ex Vaticana Bibliotheca eruit, ediditque Frid. Morellus. Sic ibi p. 9. Μέσον τῆς ἁγίας πόλεως ἐστιν ὁ ἅγιος τάφος τοῦ κυρίου, καὶ πλησίον τοῦ τάφου ἐστὶν ὁ τόπος τοῦ κρανίου, ἔνθα ἐσταυρώθη ὁ χριστὸς ἔχων τὸ ὕψος βαθμοὺς, ὅτου σκαλία, κτ. *In medio Civitatis sanctæ, Sepulchrum sanctum Domini est, & prope Sepulchrum, locus est Calvariæ, eo loci cruci affixus est Christus, cujus collis altitudo est graduum sive scalarum triginta sex.* Et iterum p. 13. Πλησίον τῆς μονασηρίου ἡ σκάλα τοῦ Σινᾶ ὄρους, ἔχουσα βασμίδια ἑπτά· *Propius ad Monasterium accedenti, spectatur scala montis Sinai, quæ gradus septem habet.*

5. Omnesque Mosen uno passu emensum esse] Esto, verum fuerit, quod in Berachot fol. 54. b. & Excerptis Gemaræ Schabbat, in En Israël fol. 69. col. 3. (in ipsa enim Gemara Amstelod. id frustra quæsiveris) legitur: מרעה עשר אמות היתה קומתו id est: *Moses Legislator f. m. decem cubitos altus erat:* Vix tamen fieri potuit, ut uno gressu omnes montis Nebo gradus emetiretur. Ergo, merito hunc locum, inter Talmudis τὰ ὑπερβεβλημένα ῥήματα retulit Autor libri כפתר ופרח ejusdemq; absurditatem interpretatione aliqua salvare nisus est, quam apud eum p. 99. b. Lector deprehendet. Quia ineptiæ, ineptiis teguntur, ne perpluat, hæc nostra facere noluimus.

6. Fon-

6. Fontes Sapientiæ] In Talmude est שערי *Fores.* Cum utrumque horum conveniat, utrum aptius sit, ineptus forem, si anquirerem.

7. Illud Sabbathum, Sabbathum &c.] Geminant vocem שבת Editiones En Jacob, quam semel tantum Talmud exprimit. Priorem tamen lectionem, sequutus est quoque Baal Aruch fol. 43. col. 1. Cæterum, locus præsens, paulo est obscurior. Cl. Buxtorfius in Lex. Talm. p. 528. eum allegans, male Schabbat pro Sota citavit, vertit vero: *Illa requies duorum parium fuit.* At vero, hæc Explicatio, non lucem verbis, sed caliginem affundit, atque si cum ea, mox sequentia quis combinare vellet, frustra laborem susciperet. Adde, quod illud de duobus paribus, quorum si seorsim sumantur membra, utique quatuor efficerent, minime potest admitti, de solis enim Mose & Josua sermo est, nec tam quid vocis etymon significet, quam quid orationis contextus ferat, respicere oportet. Nos, cum aliquando pereruditum Rabbinum, quid שבת של זוגי דיוגי aut, ceu divisim in Talmude scribitur, שבת של זוגי זוגי significet, consuleremus, respondit is, sic vocari Sabbathum in quo gemina habetur Concio. Quia enim rarum est, & extra ordinem, ut Rabbini duo, eadem die, alter matutinis horis, vespertinis alter, ad Populum verba faciant, ideo proprium nomen inventum esse, ad illa Sabbatha denotanda. Cum melius nihil reperire possem, hanc explicationem sequutus sum, præcipue, quod verisimile sit, nec aliud voluisse R. Salomonem, sic ad verbum שני זוגות חברים היו בה תחלת היום למשה וסופו ליהושע annotantem: id est: *Sociorum geminum par, eo die potestatem administravit: Scilicet Moses, in ejus principio, & Josua, in ejusdem fine.*

ב

תניא אמר ר יהודה אלמלא מקרא כתוב אי אפשר לאומרו היכן משה מת בחלקו של ראובן דכתיב ויעל משה מערבות מואב אל הר נבו ונבו בחלקו של ראובן קימא דכתיב ובני

L.

TRaditio: R. Juda dixit: Nisi (*mox*) sequentia ipsa Scriptura prodidisset, nemini tale quid proferre fas foret. Ubi Moses mortuus est? In hereditate (*tribus*) Ruben. Q. S. E. (Deut. XXXIV, 1.) *Postea ascendit Moses è campestribus Moabitarum in montem Nebo.* Nebo autem, in hereditate (*tribus*) Ruben situs erat. Q. S. E.

ראובן בנו את חשבון וא
ואת אלעלא ואת
קריתים ואת נבו ואת בעל
מעון נבו ששם מתו שלשה
נביאים משה אהרן ומרים
והיכן משה קבור בחלקו של
גד דכתיב וירא ראשית לו
כי שם חלקת מחוקק ספון
מחלקו של ראובן עד חלקו
של גד כמה הוי ארבעה
מילין אותן ארבעה מילין מי
הוליכו מלמד שהיה משה
מת מוטל בכנפי שכינה
ומלאכי השרת אומרים צדקת
ה עשה ומשפטיו עם ישראל
והקדוש ברוך הוא מאי אמר
רב אמר מי יקום לי עם
מרעים מי יתיצב לי עם
פועלי און ושמואל אמר מי
כהחכם ומי יודע פשר דבר
ור יוחנן אמר והחכמה מאין
תמצא ואיזה מקום בינה:
ורב נחמן בר יצחק אמר
וימת משה עבד ' ממליון

Q. S. E. (Num. XXXII, 37.) *Filii vero Ruben ædificaverunt Chesbon & Eleale, & Cariathaim, & Nebo, & Baalmeon.* Nebo dictus, quia ibi tres Prophetæ mortui; Moſes, Aaron, & Mirjam. Ubi vero ſepultus eſt Moſes? In parte tribus Gad. Q. S. E. (Deut. XXXIII, 21.) *Qui proſpexit de principiis ei, quia ibi in portione Legislatoris protectus eſt.* Quantum intervallum eſt inter hereditatem Rubenis, & hereditatem Gad? Quatuor milliarium. Per iſtud autem quatuor milliarum ſpatium, quis eum portavit? Nimirum docetur, quod Moſis exanime (*corpus,*) impoſitum fuerit laciniis veſtium divinæ majeſtatis. Miniſtrantes Angeli accinebant, (ex loco allegato.) *Juſtitiam Domini fecit, & judicia ejus cum Iſraële.* Quid vero Deus B dixit? Raf exiſtimat, dixiſſe: (ex Pſ. XCIV, 16.) *Quis (nunc porro) ſurget mihi ob maleficos? quis ſeipſum ſiſtet mihi pro iis qui operam dant iniquitati?* Samuel vero, (ex Prov. VII. v. ult.) *Quis eſt par illi Sapienti? & quis porro notam habebit interpretationem rei?* At R. Jochanan: (illa Job. XXVIII, 12.) *Et Sapientia unde nunc invenietur? & ubinam eſt lo-*

cus

וימת שם משה ספרא רבא דישראל׃

cus intelligentiæ ? Denique R. Nachman F.S.(ex Deut.XXXIV, 5.) *Et mortuus eſt ibi Moſes ſervus Domini*, Noviſſime Semaljon : Et mortuus eſt ibi Moſes, ſ Scriba magnus Iſraëlis.

ANNOTATA.

1. Niſi mox ſequentia &c.] Quando Theologi noſtri dicerent, aliquid κατ' ἀνθρωποπάθειαν, aut κατὰ τὴν συγκατάβασιν διὰ τὸ ἀτελὲς τῆς ἡμετέρας διανοίας, de Deo, a Scriptura enunciatum eſſe, Talmudiſtæ hac præſenti, (quam non damnarem, modo non augerentur deinde imperfectiones, ſed fieret θεοσεβοῦς explicatio) utuntur formula. Eam vero nonnunquam, ceu & hoc loco fit, excipere ſolet מלמד frequentius כביכול eſt tamen etiam, ubi neutrum adhibetur. Cum מלמד habes aliud exemplum in Roſch Haſſchana fol. 17. b. At בביכול additum reperitur in Megilla fol. 21. a. Bava Batra fol. 10. a. Erubin fol. 22. a. Utrumque conjungitur in En Iſraël fol. 28. col. 1. quem locum afferam, etſi non me latet Talmud Amſtel. in Berachot fol. 32. a. unde excerptus eſt, כביכול haud agnoſcere: ועתה הניחה לי אר׳ אלעזר אלמלא מקרא כתוב אא׳ לאומרו מלמד שתפשו משה לקב׳ה כביכול כאדם שתופש את חבירו בבגדו אמר לידה איני מניחך עד שתחמול ותסלח לעונותיהן של ישראל׃ id eſt: (Ait Deus Moſi, Ex. XXXII, 10.:) Nunc vero dimitte me. *Monet R. Eleaſar, niſi verba hæc ſcripta eſſent, nemini* (de Deo,) *tale quid licuiſſe proferre. Indicatur enim, Moſen, Deum, ſi ita loqui fas eſt, prehendiſſe, plane uti homo Socium veſte tenet, dixiſſeq; illi : Non te dimitto, niſi condones, & ignoſcas Iſraëlitis peccata ipſorum.* Exemplum, ubi τὸν ἀφεφασισικὸν λόγον nec מלמד nec כביכול excipit, ſuppeditat Chullin fol. 91. b. ותנח ייי נצב עליו ארש בן לקיש אלמלא מקרא כתוב אי אפשר לאומרו כאדם שמניף על בנו׃ id eſt: (Ait Scriptura, Gen. XXVIII. 13. de Jacobo dormiente) Et ecce Dominus ſtetit ſuper eo. *Teſtatur R. Simeon F. L. niſi hæc ſcripta eſſent, nefas fuiſſe eadem efferre.* (Numen enim nobis hic ſiſtitur,) *uti quidam pater familias, qui filio ventulum facit* (flabello, ne æſtus ei moleſtus ſit, ac illius quietem obturbet.) Cæterum illi, de qua hactenus egimus, duriorem ſermonem emolliendi, formulæ, aliam oppoſitam deprehendas in Joma fol. 67. b. dicunt enim: דברי׳ שאלמלא לא נכתבו דין הוא שיכתבו id eſt: *Hæc verba ſi a Scriptura expreſſa non fuiſſent, æquum erat ut exprimerentur.* Quem loquendi modum

exponit Maimonides, apud Doctiſſimum Pocockium, in Porta p. 223. Denique, pertinet huc quoque, illa ratio loquendi: אלמלא תרגימא דהאי קרא לא הוה ידענא מאי קאמר: id eſt: *Abſq; Chaldaica Paraphraſi eſſet, hunc locum neutiquam intelligerem.* Adhibetur ea in Megilla fol. 28. b. & Jalkut part. 2. fol. 86. col. 4.

2. Miniſtrantes Angeli &c.] Nimirum, Angeli, Præfecarum munere functi ſunt, Deus Panegyriſtæ. Simile quid iis, quæ hic de Moſe narrantur, accidit etiam, cum Abrahamus fato functus eſſet, etſi tantum inter mortales. Bava Batra fol. 91. a. אותו היום שנפטר אברהם אביט מן העולם עמדו כל גדולי הדור ואמרו אוי לו לעולם שאבד מנהיגו ואוי לה לספינה שאבד קברניטה: id eſt: *Eo die quo contigit Abrahamum Patriarcham ἀποδύεσθαι τὸ κόσμου, ſurrexere omnes Orbis Magnates, & dixerunt: Væ Seculo* (noſtro,) *quod perdidit Ducem ſuum! Væ Navi, quæ priva eſt Gubernatoris ſui!*

3. Scriba magnus Iſraëlis] Hoc peculiare eſt, & proprium Moſis cognomen, ut *Scriba Magnus*, vocetur, inditum illi, quia Dei legem univerſam, ſcriptis conſignavit. Vide Targum Schir Haſſchirim in principio. Quanto Moſes reliquis Prophetis major, digniorque fuerit, prolixe docetur in More Nevuch. part. 2. c. 35. & Libro שני לתורת הברית fol. 29. a.

נא

LI.

תניא רבי אליעזר הגדול אומר שנים עשר מיל על מז שנים עשר מיל כנגד מחנה ישראל היה בת קול משמיע ואומר וימת משה ספרא רבא דישראל ויש אומרים לא מת משה כתיב הכא וימת שם משה וכתי התם ויהי שם עם יי ארבעים יום וארבעים לילה מה להלן עומד ומשמש

TRaditio: R. Elieſer Senior, dixit: [1] Per duodecim milliaria, quaquaverſus, ſecundum (*ſpatium nimirum, quod occupabant*) caſtra Iſrëlitarum, oraculum inſonuit, dixitque: *Et mortuus eſt Moſes Scriba magnus Iſraëlis.* [2] Sunt qui dicant Moſen non mortuum: nam h. l. (puta Deut. XXXIV, 5.) S. E. *Et mortuus eſt ibi Moſes.* Alibi vero: (Ex. XXXIV, 28.) *Itaq; fuit ibi cum Domino, quadraginta dies, & quadraginta noctes.* Quare, ſicut hic ſtetit,

אף כאן עומד ומשמש ויקבור
אותו בניא באר מואב מול
בית פעור אמר רבי ברכיה
סימן בתוך סימן ואפי הכי
ולא ידע איש את קבורתו:
וכבר שלחה מלכות הרשעה
אצל גסטרא של בית פעור
הראוני היכן משה קבור גם
עמדו למעלה נדמה להם
למטה למטה נדמה להם
למעלה נחלקו לשתי כתות
אותן העומדים למעלה נדמה
להם למטה אותן העומדין
למטה נדמה להם למעלה
לקיים מה שנאמר ולא ידע
איש את קבורתו עד היום
הזה אמר רבי חמא ברבי
חנינא אף משה רבינו אינו
יודע היכן קבו כתיב הכא
ולא ידע איש את קבורתו
וכתיב התם ואת הברכה
אשר ברך משה איש האלדים
ואמר רבי חמא ברבי חנינא
מפני מה נקבר משה רבינו
מול בית פעור כדי לכפר על מעשה פעור:

tit, & miniſtravit; ita & ibi ſimile miniſterium videtur indicari. *Et ſepelivit eum in valle in terra Moabitarum, e regione Beth-peor.* Ait R. Berachia ; ſignum ſigno ſuperadditur. Atque etſi hæc ita ſunt, nihilominus nemo homo ejus ſepulchrum noſſepotuit. Miſit aliquando Regnum Impium, ad Eparchum Beth-peor, (*præcipiens*:) Oſtendite mihi, ubi ſitus eſt Moſes. (*Illi, obſequi volentes, cum ſepulchrum perveſtigarent,*) inque locis excelſis conſtituerentur, apparuit iis, quaſi in imis eſſet: Ima (*petentibus,*) in edito eſſe videbatur. In duo igitur agmina diviſi ſunt. Hîc vero, illis, qui excella petierant, in imis, qui ima, in excelſis id eſſe reputabant. Nempe ut conſtaret veritas dicto: *Non novit Vir ſepulchrum ejus, usq; in diem hunc.* Ait R. Chama, F. R. Ch. Etiã ipſe Moſes, magiſter noſter, ignorat ubi ſit ſepultus. Hîc enim loci dicitur: *Non novit Vir ſepulchrum ejus.* Ahbi autem: *Et hæc benedictio eſt qua benedixit Moſes Vir Dei.* Idem quærit: Quare Moſes Magiſter noſter ſepultus eſt, e regione Beth-peor (*Reſpondetq;*) Ut expiaret ſcelus Peor.

Deut. XXXIV, 6.

Deut. XXX, 6.

V. 1.

ANNOTATA.

1. Per duodecim milliaria &c.] De receptiſſima Judæorum Traditione, qua Caſtra Majorum, in deſerto, quadraturam duodecim milliarium confeciſſe perhibent, conſulendus Cl. Lightfootus, Cent. Chorogr. c. XLVIII Addi, ab illo obſervatis poteſt, pro XII. Milliaribus, *tres Parſaot* (Iſtud verbum, quidam *Paraſangas*, alii *Leucas* vertunt, forſitan tamen nec hoc, nec illud vocabulum, juſtæ quantitati τῶν Parſaot ſatis reſpondet,) quandoque ſubſtitui. Berachot fol. 54. b. מחנת ישראל כמה הוי תלתא פרס׳ id eſt: *Quantum occupabant Caſtra Iſraëlitarum? Tres Parſaot.* Sed, res eodem recidit, nam Milliaria quatuor, unam conſtituunt Parſam. Schilte Haggibborim fol. 93. col. 2. ירושלם היתה רחקה מיריחו עשר פרסאות שהם ארבעה מיל׳: id eſt: *Hieroſolyma diſtabant à Jerichunte Parsaoth decem, quæ efficiunt milliaria XL.* Imo clariſſime Elias in Tisbi p. 74. a. ex aliis antiquioribus. דרך יום הוא עשרה פרסאות ובל פרסת היא ארבעת מילין: id eſt: *Iter diurnum,* (hominis mediocris,) *ſunt Parſaot decem, quævis autem Parſa, efficit milliaria quatuor.* Atque hujus quidem, quod obiter notamus, loci, oblitus eſt Præſtantiſſimus, Empereur, ſcribit enim in Præfat. Itinerarii Benjaminis: *Spatii (itineris diurni) dimenſionem, expreſſam apud Veteres, me legiſſe non memini.* Romanum Prætorem, Vicena millia paſſuum, in ſingulos dies dinumerari juſſiſſe, notum eſt ex l. 1. D. Si quis caut. in jud. aliisque multis, quas conferre cum ea jubent Interpretes. S. Chryſoſtomus noſter Hom. 11. ad Pop. Antioch. Ἵππος μὲν πάντων ὀξύτατος καὶ ἀκμιαίτατος ἦ, μόλις διακοσίους δραμεῖται τῆς ἡμέρας σταδίους. Ἄνθρωπος δὲ ὑποζεύξας ἵππους, ἐκ διαδοχῆς πολλοὺς, καὶ δίχηλος συνήσεται σταδίους διανῦσαι. *Equus nempe, quamvis omnium velociſſimus & fortiſſimus ſit, vix ducenta ſtadia, uno die curret: Homo autem, multos ex ſucceſſione equos conſcendens, & duo ſtadiorum millia expedire poterit.*

2. Sunt qui dicant Moſen non mortuum] Ajunt idem viſum quoque fuiſſe Hilario, Ambroſio, Hieronymo, Gregorio Nyſſeno, & e Recentioribus, Ambroſio Catharino Senenſi, Compſæ Archiepiſcopo, itemque Johanni Arboreo, quorum verba paſſim a Theologis citata reperiuntur. Ex his tamen aliqui, veteres Patres excuſant etiam, prorſus uti in hoc ipſo negotio, idem officium Magiſtris ſuis præſtat Maimonides, in Præfat. Seder Seraim, apud Pocockium in Porta p. 10.

3. Signum ſigno ſuperadditur] Id eſt: Plurima indicia ſuppeditat Scriptura loci, in quo ſepultus eſt Moſes. Ait enim, conditum

tum esse illum in Provincia Moabitarum, in quadam Valle, & quidem, e regione Bet-Peor. Cæterum, Mosis Sepulchrum, cum aliis quibusdam rebus, a Deo pridie Sabbathi creatum esse, in Pesachim fol. 54. a. traditur.

4. Regnum Impium] Sic solent Judæi, quoties dicere audent, quod sentiunt, Romanum Imperium circumscribere, victi scilicet indignatione, ob cladem, quam Gens illorum a Romanis passa est, & ob excidium, quod Urbi suæ, ac Reipub. intulerunt. At, quia secundum locorum, quæ incolunt, conditionem, male sibi sæpe metuunt, ne ea verba perniciem aliquam afferant, ideo comprimunt se, nec illud de impietate adjicere sustinent: ut proinde magna in Codicibus, lectionum hic se offerat varietas. Dabimus exemplum. In Gemara Berachot fol. 61. b. edit. Amstel. scribitur: פעם אחת גזרה מלכות הרשעה שלא יעסקו בתורה ישראל atque sic locum citat quoque Raymundus Martini in Pugione p. 263. n. 24. In Maamedot, minori forma ex cusis, legitur etiam מלכות יון הרשעה Enim vero in En Israël fol. 40. col. 4. pro eo reperias: מעשה וגזרו מלכות שמד על ישראל שלא יעסקו בתורה quod imitatur Versio Germanica τῶν Maamedot, ubi similiter προσήκας ἀπὸ reddiderunt: *Einmal hat geboten das* מלכות *daß nit sie solngeschehen* Israël *in der* Tora. Nequaquam vero credendum est, hanc unicam tantum Imperii Romani Judæos habere periphrasin, occurunt & aliæ in Talmude. Scilicet, modo id vocant מלכות אחם En Israël fol. 75. col. 1. etsi nunc, ratione superioribus contraria, in Schabbat fol. 130. a. unde locus excerptus est, nude tantum legitur המלכות Modo adhibent מלכות חייבת uti in Pesachim fol. 54. b. Vocant quoque Romanos מחריבי בית שני Unde in En Israël fol. 100. col. 1. עתידה מחריבי בירה שני שתפול ביד פרס id est: *Futurum est, ut eversores Templi secundi, subjugentur a Persis.* Rursus vero notandum, sic legi tantum in Libris Pragæ, & Veronæ excusis, nam in Cracovienſibus post עתידה paululum relictum est spatii, cui in exemplari quod mihi obtigit, Judæi manus inseruit רומי uti quoque excusum est in Talmudis Amstel. Joma fol. 10. a. Conferri cum his possunt quæ habet Cl. Buxtorfius Syn. jud. c. 5. p. 161. & 163.

5. Ostendite mihi &c.] Ineptus est, & se turpiter dat Autor libri כפתור ופרח quando p. 100. a. per Allegoriam, omnem hanc historiam explicandam esse, persuadere satagit. Piget nos affaniarum, quamobrem eas missas facimus.

6. Non novit vir sepulchrum ejus] Miram rem, & fere incredibilem, tanquam quæ ante paucos annos, circa Mosis Sepulchrum acciderit, narrat nobis Georgius Hornius in Hist. Eccles. & Polit. p. 364.

Atque, ne ſuſpenſos diu teneam, moræ impatientes Lectores, quibus is liber illico ad manum non eſt, hiſtoriam, etſi prolixam recitare non gravabor, idque propriis illius Autoris verbis, veritus cæteroquin, ne quid plus minusve dicam, ſi meo ſermone, rem repetere, inſtituerem. Ergo, *Anno* clɔ lɔ CLV. *Menſe Octobri*, inquit, *Maronitæ, quidam Paſtores capras in montibus Nebo & Abarim paſcebant, cumq; frequentes obſervarent, quasdam capras duobus tribusq; diebus longius a grege exſpatiari, & abeſſe, reduces vero pilis admodum ſuaviter odoris eſſe, viſum ſcrutari rem tam miram. Ergo, ducibus capris, ad præcipitia immanis profunditatis pervenerunt, intra quæ vallem, brevi circuitu, ſed amœniſſimam, invenerunt, in quam difficillimus, per rupes, terræ motu, ut videbatur, hinc inde convulſas, deſcenſus dabatur. Ibi reperta cavea ſuaviſſimi odoris, & in ejus medio, Sepulchrum ex vivo ſaxo, literis quibusdam inſcriptum. Ipſi Paſtores, cum ſtupore egreſſi, late odorem de ſe, ſordidis q; cætera veſtimentis ſpargebant, & rei novitate commoti, Patriarchæ Maronitarum in monte Libano, & Monaſterio S. Mariæ, quod Kanobeen Kadiſcha Mirjam vocant, habitanti, nomine Mataxat, cuncta quæ viderant, quæ repererant, nunciarunt. Fidem faciebat odor inuſitatæ ſuavitatis. Ergo miſſis eo duobus Sacerdotibus, quos inter Aben-Uſeph doctrina ac prudentia excellens, Monumentum repererunt, cui literis Hebræis inſcriptum:* Moses Servus Domini. *Exhilaratus tanti, ut videbatur, miraculi magnitudine Patriarcha, Baſſam Damaſci Morat precibus ſolicitat, ut ſibi cuſtodia reperti ſepulcri committeretur. Sed Græci, & Armenii, & Franciſcani, ac denig; Judæi ſe iis opponere, ac ipſi inter ſe diſcordes, pecunia & largitionibus in Aula apud Muſtim & Viſirium, certabant de Sepulchro, ut putabant, Moſis reperto. Præcipue Judæi contendebant, Sepulchrum Moſis ad ſe ſpectare, & nihil glorioſius inter Titulos Imper. Turcici fore, quam quod ſit Dominus trium Sepulcrorum, Muhammedis, Meccæ; Jeſu Chriſti, Hieroſolymis; & Moſis, in monte Nebo. Sed Jeſuitæ, cunctorum conatus ſuis artibus eluſerunt, ac magnis muneribus impetrarunt, ut Sepulchrum & ipſe aditus occluderetur, ac ne cuiquam ſub pœna mortis, ad illud accedere liceret. Ita Morat Baſſa, miſſis Sangiako Jeroſolymæ & Saphettæ, montes obſtrui, ac Sepulchrum claudi juſſit. Ipſi vero Jeſuitæ, inita cum Druſis conſpiratione, corpus Moſis clam auferre ex Sepulchro, & in Europam deportare nitebantur, magnam inde ordini ſuo ſanctitatem, & immenſas opes, haud vane, promittentes. Jamq; Sepulchrum ipſum multo labore aperuerant, cum vacuum illud, & ſine ullo corpore aut reliquiis inveniunt, & dum inter ſe attoniti muſſant, dum vel totum Sepulchrum, vel quia id fieri non poterat ob molem, partes ejus auferre ſecum deliberant, res interea prodita Sangiakis Hieroſolymæ & Saphettæ, qui cito miſſis ſub Jaſer Aga equitibus, in ipſo conatu Jeſuitas male mulctatos*

oppreſ-

oppreſſerunt, & ipſum Sepulcrum ingentibus ſaxis, ut impoſterum inacceſſum foret, obſtruxerunt. Magna inde in Aula Conſtantinopolitana turbæ, & inter Eruditos quæſtiones, quid de hoc Sepulcro Moſis ſtatuendum? Sed doctus quidam Judæus, Jecomas Ben Gad, Saphettæ habitans, integro libro de hac materia ſcripto, oſtendit, non Moſis Servi Domini, hoc eſſe Sepulcrum, ſed alterius cujusdam Moſis, qui multis poſterior ſeculis fuerit. Atq; ita opinio de reperto Sepulcro Moſis, iterum evanuit. Hæc Hornius: quæ, quo Autore, (neminem enim allegat,) tradita ſint, nimis equidem ſcire diſcupio. Interea loci, ea quæ de Judæo Jecoma dicuntur, ſic accipienda eſſe exiſtimaverim, quod is ſibi oſtendendum ſumſerit, illum, in cujus Monumento MOSES SERVUS DOMINI, ſcriptum erat, non eſſe antiquum Populi Judaici Legislatorem, ſed alium recentiorem, cui id cognominis, ad priſci illius imitationem, honoris cauſa, fuerit inditum. Nam, quo minus novo Moſi alicui, qui reliquos ſuorum, doctrina, & virtute vehementer antecellit, SERVI DOMINI Elogium, tribui quoque queat, nihil ſane impedit. Porro, ſi vera ſunt omnia, quæ de illo Sepulcro nuper reperto, ita narrantur, mihi quidem veriſimile foret, fuiſſe eodem conditum MOSEN MAIMONIDEM, cujus Viri, tanta vivi, mortuique fuit autoritas, ut facile credam ejus Monumentum tali Elogio ἄπαξ προδήλως, & prorſus, quaſi Divinus Legislator, eo conderetur, potuiſſe decorari. Nam ſic quoque de eo moriente, idem omnino ſermo uſurpatur in Schevet Jehuda p. 76. b. שנת קסר נתעלה ענן כבוד משה עבד יי במצרים id eſt: *Anno* CLXV. *in altum ſublata eſt Nubes gloriæ*, MOSES SERVUS DOMINI in Ægypto. Sed hic pro קסר indubie legendum תתקסר DCCCCLXV. quo anno Maimonidem obiiſſe conſtat ex Juchaſin p. 124. b. & Schalſch. Hak. p. 44. b. eſtque is annus Epochæ Chriſtianæ MCCV. Neque dimovet me admodum ab hac opinione quod in Schalſchel. Hakkab. loco jam indicato de Maimonide traditū eſt נכתבו שיריות ותושבחות על מצבתו: id eſt: *Inſcripta fuerunt Monumento ejus Carmina & Elogia:* item, nec illud, quod mox ſequitur: בימי הרמב"ן ורק קמו אנשי בליעל לדבר נגד הרמב"ם כנראה בכתבים הם אשר הסיתו חכמי צרפת נגד ספר המורה המסיתים הם תקנו המצבה שהיה כתוב עליו מבחר האנושי וכתבו רבי משה מימון מוחרם ומין אמנם אחר כך שבו בתשובה ותקנו המצבה כבראשונה: id eſt: *Ætate R. Moſis Nachmanidis, & R. Davidis Kimchii, ſurrexiſſe quosdam nequam homines, ad infamandum Maimonidem, apparet ex ſcriptis illis, quæ Rabbini Galli, libro More Nevuchim, præpoſtere oppoſuerunt. Atq; iſti* (Nebulones) *immutarunt inſcriptionem monumenti ejus, in qua vocabatur,* SELECTISSIMUS MORTALIUM, *ſubſtituerunt q. pro eo, R.* MO-

ses Maimon Diris Devotus Et Hæreticus : *Pœnituit tamen eos deinde facti, priſtinumq; elogium monumento reddiderunt.* Iſta, inquam, & ſi quæ extant alia ejusmodi, non compellerent me, ad deferendam conjecturam. Nam, quo quæſo indice didicit Baal Schalſchelet Hakkabbala, quid in Maimonidis Sepulchro ſcriptum erat, ſi nec ipſi, nec aliis poſterioribus Judæis, unquam conſtitit, ubi locorum eſſet conditus? Certum eſt, hactenus plerique conſentiunt, Maimonidem in Ægypto diem ſuum objiſſe, & ex ea regione in Judæam deportatum corpus eſſe, ut ſanctiori terræ mandaretur. Etſi vero non deſunt, qui in Judæa ſpiritum eum reddidiſſe affirmant, tamen & ipſi hi, illic ſepultum fuiſſe perhibent, ut de Regione in qua humatus eſt, nulla quidem relinqui videatur dubitatio. Atenim, cum in illa Provincia, Maimonidis Sepulturæ locus definite & diſtincte oſtendendus eſt, hic jam alii alioverſum dilabuntur. Baal Schalſchelet Hakkabbala, vult conditum בגליל העליון *in Galilæa Superiore*, Baal Schevet Jehuda, & nonnulli in Juchaſin fol. 132. b. קרוב למערת האבות id eſt: *Juxta monumentum Patriarcharum* (in Hebrone:) Ipſe vero Samuel Schullam, Autor Additionum Juchaſin, *in Tiberiade* extare ſepulchrum aſſeverat. Ergo, cum de proprio Sepulturæ loco, incerta & controverſa ſint omnia, num valde abſurdum eſt, ſi quis in eam deveniat ſententiam, forſitan a Diſcipulis in Monte Nebo conditum eſſe Maimonidem, ut cum primo Legislatore cognominis, ejusque, ceu illorum ferebat opinio, diſciplinæ, ſi quis nunquam mortalium alumnus fideliſſimus, Præceptori ſuo, uti virtute & gloria, ita & tumulo proximus eſſet. Conditus vero eſt in abdditiore montis parte, ut in quantum fieri poſſet, ſervaretur inter utrumque comparatio, ac per omnia veritas conſtaret, illi decantiſſimo ממשה עד משה לא היה כמשה id eſt: *A Moſe, ad Moſen non fuit ſicut iſte Moſes.* Jam, quia Medicinam, & quidem inter Ægyptios, gentem quæ omni ævo, ſumma cura defunctorum cadavera condivit, Maimonides ad admirationē & invidiam profeſſus eſt, attemperavit is ſine dubio ſeſe Genio incolarum, & pharmaca compoſuit, quæ & incorrupta diu præſtabant defunctorum corpora, & fragantiſſima ea reddebant: Iis, ut proprium cadaver exenteratum, deinde imbueretur, & oppobalſami ac aromatum, affatim adhiberetur, æquiſſimum erat: ſic, ut nunc quoque, quem ſemel imbiberunt odorem, Petræ, ſervare poſſint. Sed, nos hæc ita conjectavimus, & fortaſſis, aliter ſe habent omnia.

נב LII.

ואמר רבי חמא ברבי חנינא מפני מה נסתתר קבר של מ

Ulterius quærit R. Chama F. R. Ch. Cur occultatum eſt

משה מעיני בשר ודם מפני
שגלוי וידוע לפני הקדוש ברוך
הוא שעתיד בית המקדש
ליחרב ולהגלות את ישראל
מארצם שמא יבואו לקבורתו
של משה באותה שעה ויעמדו
בבכיה ויתחננו למשה ויאמרו
לו משה רבינו עמוד בתפלה
בעדנו ועומד משה ומבטל א
את הגזרה מפני שחביבין
צדיקים במיתתן יותר מבחייהם
שכן אתה מוצא בשעה
שהיו ישראל במדבר וסרו
במעשיהם ועשו עגל קצף
הקדוש ברוך הוא על ישראל
ואמר למשה הרף ממני ואש
ואשמידם כמה צדיקים היו
באותו הדור וכמה חסידים משה
ואהרן ויהושע אלדד ומידד
ושבעים זקנים ושאר חכמים
וחלמידים ולא עשה בשבילם
ולא ביטל הגזרה אלא בשביל
משה ואמר רבי חמא בר
חנינא מאי דכתיב אחרי

est sepulchrum Mosis, oculis mortalium? Quia perspectum & exploratum erat Deo B. fore ut domus sanctuarii desolaretur, & Israëlitæ deportarentur e terra sua. Ne itaque eo tempore ad sepulchrum Mosis confugerent, & stantes cum lacrumis, Mosen deprecarentur, dicendo: O Mose Magister, pro nobis intercede. (*Ac ne*) Moses intercederet, decretumque irritum redderet: quippe magis (*Deo*) cari sunt justi, post fata sua, quam dum in vivis adhuc supersunt. Nimirum, tale quid præcesserat: Cum enim Judæi in deserto agerent, & a recto deviantes, vitulum confecissent; succensebat Deus B. Israëlitis, Mosique ait; *Sine me, ut consumam eos.* At quot justi erant illa ætate, quotque viri integerrimi? Moses, Aaron, Josua, Eldad, Medad, LXX. Seniores, cæterique Sapientes, & Discipuli, neque tamen in illorum gratiam placatus est, rescidit q; decretum, sed in (*solum*) Mosis gratiam. Ejusdem R. Chamæ F. R. Ch. hæc circumfertur sententia. Quis sensus verborum: (Deut. XIII, 4.) *Dominum Deum vestrum sequimini?* Anne igitur possibile est, ut homo divi- Ex. XXXII 10.

אלדיכם תלכו וכי אפשר לנ
לאדם להלוך אחר שכינה ו
והלא כבר נאמר כי יי אלדיך
אש אוכלה הוא אל קנא אלא
הלך אחר מדותיו של הקדוש
ברוך הוא מה הוא הלבישׁ
ערומים דכתיב ויעש יי אלדים
לאדם ולאשתו כתנות עור ו
וילבישם ואף אתה הלבש
ערומים הקדוש ברוך הוא
ביקרחולים דכתיב וירא אלי
יי באלוני ממרא אף אתה בקר
חולים הקדוש ברוך הוא קבר
מתים דכתיב ויקבר אותו בגיא
אף אתה קבור מתים הקדוש
ברוך הוא נחם אבלים דכתי
ויהי אחרי מות אברהם ו
ויברך אלדים את יצחק בנו
אף את נחם אבלים ויעש יי
אלקים לאדם ולאשתו כתנות
עור וילבשם רב ושמואל חד
אמר דבר הבא מן העור וחד
אמ דבר שהעור נהנה בו ז
דרש רבי שמלאי תורה נתל

Gen. III, 21.

nam Majestatem consectari possit? Et annon pridem dictum est? (c. IV, 24.) *Nam Dominus Deus tuus, ignis consumens est: Deus Zelotes?* Quamobrem (*loci sensus:*) Sectandos esse mores Dei B. Sicut ipse nudos vestit, nam S. E. (Gen. III, 2.) *Et fecit Dominus Deus Adamo & uxori ejus tunicas pelliceas, & vestivit eos.* Ita & tu nudos vestito. Deus B. ægrotos visitavit: Q. S.E. (c. XVIII, 1.) [3] *Apparuit ei Deus in planitie Mamre.* Similiter, [4] & tu ægrotos visitato. [5] Deus B. sepelit defunctos. Q. S. E. (Deut. XXXIV, 6.) *Et sepelivit eum in valle.* Quare & tu mortuos sepelito. Deus B. solatus mœstos, Q. S. E. (Gen. XXV, 2.) *Et* [6] *fuit post mortem Abrahami, ut benediceret Deus Isaaco filio ejus.* Pariter & tu [7] solare mœstos. *Et fecit Dominus Deus Adamo & uxori ejus* [8] *tunicas pelliceas, quibus vestivit eos.* Raf & Samueli (*circa ista, haud convenit inter se.*) [9] Alter exponit, rem ortã e pellibus: alter, rem unde pellis utilitatem capit. R. Simlai sapientissime dixit: Legis (*divinæ*) principium, [10] Beneficentia constituit, & eadem constituit quoque illius finem. Principium constituit Beneficentia, Q.

S. E.

תחלתה גמילות חסדים וסו
וסופה גמילות חסדים: תחלתה
גמילות חסדים דכתיב ויעש
יי אלדים לאדם ולאשתו

S. E. *Et fecit Dominus Deus Adamo & uxori ejus tunicas pelliceas quibus vestivit eos.* Finem constituit: Q. S. E. *Et sepelivit eum in valle.*

כתנות עור וילבישם וסופה גמילות חסדים דכתיב ויקבור
אותו בגיא:

ANNOTATA

1. Ulterius quærit &c.] Quid dicam, nescio. Universum istud Comma, inde a principio hujus Pericopes, ad novum usque אמר רבי חמא abest a Talmude Amstelodamensi, insanum magno hiatu, quod qua ratione factum sit, certe nequeo proloqui. Notum est, Judæos, ea quæ ad Christianæ fidei contemtum, & ignominiam vergunt, interdum ob metum ultrò, sæpe a Christianis coactos, in suis libris omittere, & loca vacua relinquere. At vero, apud Batavos, quia & menti, & linguis, sua conceditur libertas, ideo lacunis nullis opus est, hinc adeo quæ in aliis Talmudis editionibus, aut non fuere expressa, aut circumscripta, in Amstelodamensi hac, ponuntur cæteroquin dilucide. Quin, nec quicquam in iis reperire est, quo Christiani queant offendi, quin potius videntur juvare nonnullorum de precibus & votis, quæ Defunctis nuncupantur, sententiam. Neque est, ut quis ingenuitatem verborum vocet in controversiam, extare enim ea omnino in aliis Talmudis exemplaribus, non sinunt nos dubitare diversæ Editiones Libri En Jacob, quas in disjunctis Europæ partibus, Germania, Italia, Polonia, excusas, possidemus, quæ omnes in lectione hujus loci, ad amussim conveniunt. Tum, magnam quoque partem verborum de quibus agimus, tanquam quæ in Historia Joseph ben Pōdat MS. legatur, adduxit Illustris Gaulmynius in Notis ad Lib. de Vita & Morte Mosis p. 292. Unum hoc succurrit, fieri potuisse, quia utrumque Comma a verbis אמר ר' חמא בר חנינא incipit, ut negligens, ac incuriosus Typographus, ob similitudinem istam principii, prius Comma negligeret. Sic enim evenire solet, parum attentis, ut hunc errorem committant; atque ab eodem Librarios non fuisse immunes, sciunt omnes, qui Manuscriptos Codices tractarunt. Interim, quomodo Typographi tantum vitium, ii qui corrigendis operis præerant, non deprehenderint, non possum satis mirari, & oportet, ut omnes in cœna se invitaverint plusculum. Hæc scripseram, prius quam Talmudis Basileensis mihi obtigit copia. Id cum nunc impetravi, eandem in eo

animadverto lacunam. Ergo, quam de Gemara Amſtelodamenſi attulimus conjecturam, ad Baſileenſem applicare licebit, atque iſta editio deinde cauſa fuit, cur in Amſtelodamenſi idem error committeretur, quippe quæ ad Baſileenſem fere eſt expreſſa.

2. Ad Sepulchrum Moſis confugerent &c.] Concedendum omnino Ampliſſimo Gaulmynio, quod loco, jam modo allegato poſtulat. Nec enim diffiteri poſſumus, ita ſæpe loqui Judæos, quaſi preces ad Defunctos conceptæ, pondus aliquod habeant, ad illos exorandos, ut Interceſſorum munere apud Deum fungantur. Obſervavimus & ipſi nos, in hanc rem, teſtimonia ſatis perſpicua. Liber Chaſidim Num. 710. ברזילי הגלעדי אמר אמורת בעירי כי הנאמרת יש למתים שאוהביה הולכים על קבריהם ומבקשים לנשמתן טובה מטיבין להם באותו ענין וגם כשמבקשים עליהם הם מתפללין על החיים וכלב בן יפונה נשתטח על קברי האבות : id eſt : *Barſilai Gileadites ait* (2. Sam. XIX, 38.) Moriar in Civitate mea. *Quippe prodeſt defunctis, ſi amici eorum, Sepulturas ipſorum frequentent, Manesq; deprecentur, eaq; res emolumentum aliquod iis confert. Quin & ipſi, cum rogantur, pro ſuperſtitibus preces fundunt : Hinc adeo Caleb Jephunnæ filius,* (cum multis precibus) *proſtravit ſe ſuper Sepulchra Patriarcharum* Schalſchelet Hak. p. 85. b. בשהעולם שרוי בצער והולכים להתפלל בבית הקברות הנפש מתעורר על הרוח והוא הולך ומתעורר על הנשמה ומתפללים אל היות בעד החיים: id eſt : *Publica quadam calamitate ingruente, ſi Populus recipiat ſe in locum Sepulcrorum, ibiq; precetur, tum excitata δύναμις θρεπτικὴ, ſeſe confert ad vim ſentientem, hæc vero, abiens, expergefacit Mentem, atq; ſit pro vivis apud Deum Opt. Max. intercedunt.* Enim vero, nimis anceps hæreo, num iſta, illorum cauſæ, qui inter nosmet Chriſtianos, in Defunctorum interceſſione ſpes ſuas locant, & ideo preces ad eos fundunt, magnum adjumentum præbeant, ingens enim inter horum, & Judaicam opinionem, intercedit diverſitas, nec altera alteri, obſtetricari facile poteſt. Judæi enim, non unquam Defunctos ſibi propitiare conantur, niſi in ipſis locis, ubi corpora illorum requieſcunt, alibi vero ad eos conceptas preces, inutiles eſſe arbitrantur. Colligitur id tam ex Gemara noſtra, quam ex aliis quæ adduximus Scriptorum verbis evidentiſſime, ipſaque inſuper accedit experientia, & communis omnium Judæorum, ſi de ea re quærantur, confeſſio. At noſtri, ſecus animati ſunt, & haud fere aliter, ac Magnum & Æternum Numen, in quocunque loco deprecari Pietas jubet; ita & illorum, quos apud ejus Majeſtatem interceſſores ſibi elegerunt, opem & ſubſidium, ubi vis gentium implorant. Qua in re, modum excedi, ſaltem inter Judæos, (nam de his diſquirimus, ex inſti-

tuto,

tuto, ἀληθῶς διαλεγεῖν nobis nunc propoſitum non eſt) nemo homo vocabit in dubium. Imo, ne quid diſſimulem, eſt certiſſimum, ne illam quidem apud omnes Judæos, receptam eſſe opinionem, quod corporis compage ſolutæ Mentes, vel eas preces, quæ ad Monumenta, in quibus terrenæ ipſarum ſervantur exuviæ, concipiuntur, habeant perſpectas. Nam Iſaacus Abarbenel apud Cl. Pocockium in Notis Miſcell. ad Portam Moſis p. 121. ſupplicationes quæ mala fortuna premente, ad Piorum Sepulcra inſtituuntur, fieri ait מצד הרושם שנשאר בעצמות ההם מהרוח האלהי שהיו משכן לו והם יותר מוכנים מזולתם למהצא על ידם השפע האלהי: Id eſt, ut vertit, Vir doctus: *Propter impreſſionem quæ in oſſibus iſtis reliqua eſt a Spiritu divino, cujus habitaculum fuerant, quare & magis idonea eſſe, quam alia (loca) ut ipſorum ope recipiatur influentia divina.* Ergo, ſi huic credimus, vis omnis placandi Deum, & preces gratas acceptasque reddendi, ſolis inhæret mortuorum oſſibus, in Mentibus vero eorum, nihil eſt præſidii. Et vero, fuere inter ipſosmet Talmudiſtas, qui longius progreſſi, etiam hanc prærogativam, cineribus defunctorum, tribuere neutiquam ſuſtinuerunt. Memorabilis locus eſt in Taanit fol. 16. a. למה יוצאין לבית הקברות פליגי בה רבי לוי בר חמא ורב חמא בר חנינא חד אמר הרי אנו חשובין לפניך כמתים וחד אמר כדי שיבקשו המתים רחמים עלינו מאי ביניהו איכא ביניהו קברי גוים: id eſt: *Quamobrem* (more receptum, ut in calamitate publica,) *preces fiant in Sepulcretis? Diſſentiunt ea de re R. Levi F. Ch. & R. Chamma F. Ch. Unus ait*, (fieri id humilitatis cauſa, ac videri, quod Supplices, Deo dicant:) *Nos coram te ſumus inſtar mortuorum.* Sed alter, (ideo id fieri contendit,) *ut Defuncti pro nobis preces fundant. Quis eſt cardo hujus controverſiæ? De Sepulcris puta* τῶν ἔξω *præcipue lis eſt.* Hoc volunt: Secundum priorem ſententiam, Judæis τῶν ἔξω quoque Sepulturas petere fas foret; At, ſecundum poſteriorem, vanus is labor eſſet. Enim vero, inter has opiniones prima prævaluit, & etiam nunc uſu eſt recepta. Salomon Zvi in Apologia pro Judæis quam *den Jüdiſchen Tieriack* inſcripſit, c. 2. n. 32. *Wir gehn am* ערב ראש השנה ובערב יום הכפורים *auf die* קברות חפלה *zu thun. Wann keine* קברי ישראל *da ſeyn, gehn wir auf* קברי גוים Certe, alias ingenue quoque agnoſcunt Judæi, interceſſiones Sanctorum apud Deum, haud maximi eſſe faciendas, ſed Deo ſoli innitendum, in hunc unum omnem reponendam eſſe fiduciam, nec ulli præter eum, vota nuncupari licite poſſe. Kimchi ad Eſ. c. LXIII, v. 16. כי אתה אבינו והאב לא יתאפק על הבן אלא ירחם עליו מיד: כי אברהם לא ידענו על דרך אבי ואמי עזבוני וד' יאספני כי אף על פי שאברהם אבינו הנה כמה הזרות שמרת ואב בשר ודם לא ידע בנו או בן בנו אלא

בחייו אלא אתה אבינו חי וקיים מעולם ועד עולם ואין לנו לצעוק אלא אליך : id est : (Ait Propheta:) Tu es Pater noster. *Atqui Pater non nimis succenset filio, sed ejus confestim miseretur.* (Pergit idem:) Nam Abrahamum non novit nos. *Hæc capienda, ut illud* (in Psalmo Ps. XVII, 10.) Pater meus, & mater mea deserunt me, sed Dominus recipiet me. *Etsi enim Abraham est pater noster, tamen ante multa sæcula is obiit, pater vero terrenus non novit filium vel nepotem suum, nisi quamdiu vitam agit. At tu es Pater noster, vivus & superstes, per omnes Seculorum æternitates, nec alius præter te, nobis implorandus est.* Similia his ad eadem Esaiæ verba, habet quoque Raschi qui Lectorem ablegat insuper, ad Gemaram Schabbat, estque locus ad quem digitum intendit fol. 89. b. Non eum adducimus, succurrit enim aptior & elegantior, qui legitur in Berachot Talmudis Hierosolymitani, relatus inde, inter Excerpta En Israël fol. 49. col. 4. רבי יוחן אמר בשר ודם יש לו פטרון אם באה לו צרה אינו נכנס אצלו פתאום אלא הולך ועומד על פתח חצרו של פטרונו וקורא לב ביתו ואומר לו איש פלוני בחוץ אבל הקדוש ברוך הוא אינו כן אם באת לך צרה אל תקרא לא למיכאל ולא לגבריאל אלא צווח והוא עונה תהלה כל אשר יקרא בשם יי ימלט : id est : *R. Judas ait : Si cui inter homines sit Patronus, superveniente infortunio aliquo, non derepente ad illum ingreditur, sed ad fores atrii ejus constitutus, quem ex domesticis advocat, isti q. se adesse dicit. Enim vero apud Numen sanctissimum, & laudatissimum, aliter se res habet. Si quæ adversitas te premit, non inclamato nec Michaelem, nec Gabrielem, sed* (Deum) *implorato, & ipse respondebit. Atq. in hanc rem* S. E. (Joëlis II, 32.) Quicunque invocaverit nomen Domini, eripietur. Menasse Ben Israël part. 2. Conciliat. p. 180. *En este verso : No hagays comigo : Dioses de plata, y dioses de oro no hagays a vos. Se prohibe el poner Intercessores entre Dios al hombre : por que esto aun que sea concediendo la Primera causa, es especie de ydolatria. Y dize el texto todo : Vos otros vistes que de los cielos hable con vos. No hagays comigo : Dioses de plata, y Dioses de oro no hagays a vos, Ara de tierra haras a mi, y sacrificaras sobre ella &c. Quasi diziendo, los que buscan Intercessores en la tierra para con los Principes, es, por que no pueden facilmente alcansar el hablar con ellos, pero esta razon no ay para comigo : por que vistes que de los cielos os hablé, y ansi no hagays comigo otros Intercessores : esto es, no junteys comigo otros medios, por que el medio verdadero que tendreys para alcansar favor, es sólo el de los sacrificios, & haced vn altar y sacrificad &c. poniendo la esperança en mi solamente, y no en alguna otra criatura.*

3. Ap-

3. Apparuit ei Deus &c.] Abrahamo puta, cum ex circumsione Corpus doleret. Bava Mezia fol. 86. b. וירא אליו יי וגו' כחום היום מאי כחום היום אמר ר' חמא בר חנינא אותו היום יום שלישי של מילה של אברהם היה ובא הקדוש ברוך הוא לשאול באברהם הוציא הקבה חמה מנרתקה כדי שלא יטריח אותו צדיק באורחים שדריה לאליעזר למיפק לבראי נפק ולא אשכח א' לא מהימנינא לך היינו דאמרי תמן לית הימנותא בעברי נפק איהו חזייה להקבה דקאי אבבא היינו דכתיב אל נא תעבור מעל עבדך: id est: Apparuit ei Deus &c. in fervore diei. *Quid est illud:* In fervore diei? *Respondet R. Chama F. Ch. istum diem, tertiam fuisse lucem, post circumcisionem Abrahami,* (qua, quia dolor solet esse acerrimus,) *venisse Deum ad ipsum visitandum, qui idem Solem ex narthecio extraxit,* (ad augendum æstum in orbe, ne quis iter facere posset,) *ut hac ratione pijssimus vir, onere viatores curandi liberaretur. At vero Abrahamus jussit exire Eliesérem,* (& dispicere, an nemo adsit hospes:) *Is cum egressus esset, nec quenquam reperisset* (id Hero renunciavit: Sed Abrahamus,) *non tibi, inquit, fidem habeo; nam sic proverbio quoq; dici solet: Servus non esse credendum. Ipse igitur exivit, & vidit Deum ante fores stantem, ibi sic eum affatur: Ne quæso pratereas servum tuum.* De cætero, pro eo, quod hic de educto Sole, e suo, radiorum vim nonnihil coërcente, narthecio, dicitur, R. Elieser in Pirke c. XXIX. vult Deum terebrasse foramen quoddam per gehennam, atque hac ratione tam fervidum reddidisse diem illum, ac est dies impiorum. Vide, quæ ad hunc locum annotat Vorstius in Comment. p. 196.

4. Et tu ægrotos visitato] Quia inter Pietatis præcipua officia, Visitationem ægrorum, Judæi referunt, operæ pretium est in medium afferre, quæ de ea notavimus. Principio, in laudem illius dicunt in Nedarim fol. 39. b. כל המבקר את החולה נוטל אחר משישים מצערו id est: *Quisquis visitat ægrotum, auferet sexagesimam partem doloris ejus.* Mox, fol. 40. a. כל המבקר את החולה גורם לו שיחיה וכל שאינו מבקר את החולה גורם לו שימות: id est: *Quisquis visitat ægrotum, ejus vita, & quisquis eum visitare negligit, ejus mortis, causa est.* Iterum: כל המבקר את החולה ניצול מדינה של גיהנם id est: *Quisquis visitat ægrotum, immunis erit a judicio gehennæ.* Quibus postremis non absimilia, leguntur apud Matthæum c. XXV, v. 34. seqq. De tempore quo ægroti visitandi, notandum illud Maimonidis Hilch. Evel cap. 14. §. 5. אין מבקרין את החולה אלא משלישי והלאה ואם קפץ עליו החולי והכביד מבקרין אותו מיד ואין מבקרין לא בשלש שעות ראשונות ביום ולא בשלש

בשלש אחרונות מפני שהן מתעסקין בצרכי החולה: id est: *Haud moris est, visitare ægrotum, nisi post diem a morbo tertium. At si derepente illum corripiat adversa valetudo, ingravescatq; continuo visitandus est, non tamen visitationes instituenda tribus primis, aut postremis diei horis, tum enim quibus ægroto opus est, curantur.* Iam porro de eo, quoties ægrotus visitandus sit, sic monent in Nedarim fol. 39. b. אין לו לבקר חולים יותר משיעור אפילו גדול אצל קטן ואפילו מארז פעמים ביום: id est: *Ægri visitatio quoties facienda sit, definiri nequit, si maxime ægrotum in tenui, & visitantem, in conspicua fortuna, constitutum fingamus, nec enim vel centies una die visitasse, plus satis est.* Nimirum, quia ægroti in momenta mutantur, ideo visitatio subinde repetenda fuerit. Interim, capere tamen hæc oportet cum limitatione, quam suggerit loc. cit. §. 4. Maimonides: בקור חולים מצוה על הכל אפילו גחל מבקר את הקטן ומבקרין הרבה פעמים ביום וכל המוסיף משובח ובלבד שלא יטריח: id est: *Visitatio ægrotorum omnibus imperata est, etiam viris conspicuis, cum tenuiores decumbunt. Atq; visitatio eadem sæpe iteranda, quo quis enim sæpius ægrotum frequentat, tanto magis est laudandus, modo ne ea res molestiam illi pariat.* Num Sabbatho ægros visitare fas sit, deprehendo ortam aliquando dubitationem. Quia enim, illa dies lætitiæ & festivitati dedicata est, ii vero qui ægros visitant, se cohibere vix possunt, quin malis aliorum indoleant, & suspiria ac lacrymas suas iis commodent, ideo visitatio ægrotorum diei Sabbatho parum convenire videbatur. Attamen, quod in Schabbath fol. 12. b. legimus: התירו לנחם אבלים ולבקר חולים בשבת id est: *Veniam indulserunt* (Magistri,) *solandi mœstos, & visitandi ægros in Sabbatho.* Sed additur, factum id esse בקושי id est: *Ægre, & iis admodum invitis.* Etsi vero, Visitatio ægrorum, tantopere omnibus commendatur, sunt nihilo minus morbi quidam, e quibus decumbentes invisitatos relinquere satius est. Nam, quod rursus legitur in Nedarim fol. 41. a.: אין מבקרין לא חולי מעים ולא חולי העין ולא מיחושי הראש: id est: *Non visitandi sunt, qui aut e Chordapso, aut Oculis, aut Capite laborant.* Scilicet, in his morborum generibus, visitatio non conducit, sed nocet: Quippe Chordapso affectum visitans, impedit eum præ verecundia *ἐις ἀσχήμονα* ἐκβάλλειν, atque sic morbum auget. Nec minus illorum ægritudo quoque augetur, quorum Oculi, aut Caput dolent, si cum aliis sermocinari incipiant. Etenim, דבורא קשי לעינא ומלי לאישתא id est: *Sermonem miscere, iis qui oculorum* (aut capitis) *valetudine tentantur, noxium, febricitantibus salutare est.* Cæterum, hominem ægrum, qui visitat die professo, his eum, in Gemara Schabbat, loco, supra dicto, jubetur salutare verbis: המקום ירחם עליך בתוך חולי ישראל id est: *Deus tui, catero-*

cæterorumq; Judæorum e morbo laborantium misereatur : Die vero festo istis : שבת היא מלצעוק ורפואה קרובה לבוא id est : *Feria sunto querelis, prope enim adest sanitas.* Peracta salutatione, considendum est, sed prout tam in Schabbat, quam Nedarim traditur ; הנכנס לבקר אדם הרולה לא ישב על גבי מטדס ולא על גבי כסא ולא על גבי ספסל אלא מתעטף ויושב בקרקע מפני שהשכינה שרויה למעלה ממטתו של חולה : id est : *Visitans ægrotum, non consideat, nec in ejus Lecto, nec in Sella, nec in Scabello, sed vestibus probe compositis,* (plenus timoris, metusque, ac versa ad ægrum facie) *in solo sessitato, nam Divina Majestas, caput Sponda illius occupat.* Denique, quid cum ægro loquendum sit, Autor libri *Brandspiegel* c. LXXIV. dictat : *Man soll dem Krancken gute Wort geben, und sol ihn tröſten. Man sol ihn fragen vvas hat er gessen, oder vvas gelust ihn zu essen, und sols flugs selbert machen, oder machen lassen, daß ihm der Lust nicht vergeht, und vvann er vvil nit essen, da sol man ihn beten, daß er sol essen, und sol ihm gedencken alles guts daß er nit sol sorgen, dann die Sorgen schvveehen den Menschen sehr, und man sol ihm das Bett verrichten.*

5. Deus Benedictus sepelit defunctos] In Talmude invertitur ordo, & illud de mœstorum consolatione antecedit : qua in re exiguum, imo vero nullum momentum est positum.

6. Et fuit post mortem &c.] Modo laudatus Autor libri *Brandspiegel* cum c. LXXVII. hunc locum præmisisset, addit : *darschen* חכמים הקבה *is gangen zu* יצחק *nach seines Vatters Tod, und hat getrost ihn, und gebenscht : das meint, gesegnet.*

7. Solare mœstos] Inter utilitates, quas Sancta nostra Religio Christiana Catholica, hominibus præstat, palmarias, omnino numeranda illa fuerit, quod argumenta, ad solandos suorum lugentes obitus, porrigit magna, excelsa, efficacissima, quæque nullo dolore queant superari. Cui enim non depelleret ægritudinem illico ex animo, simul ac de Morte, per Domini nostri passionem, crucifixionem, & resurrectionem triumphata, mentio injicitur ? Aut, cum de certissime impetrata nobis in domo Patris cœlestis, hæreditate, verba fiunt ? His argumentis, eloquentissimi Tullii Topica, cassa sunt : Tales consolationes meditari, Romano Sapienti non fuit concessum. Sed & Judæi, se hic turpiter dant, atque ea, quibus ipsi ad solandos mœstos utuntur, haud profecto multum ad tranquillandam Mentem faciunt, imo ipsis Ethnicis, spem nullam habentibus, sunt frigidiores. Quis enim citra miserationem legat, inepta, & jejuna illa, quibus Autor libri *Brandspiegel* loco paulo ante dicto, charitatum interitum deflentem, consolari jubet ? *Man sagt ihm für*, inquit,

quit, *unſre* חכמים *verbieten gros Jammer zu treiben, man möcht Gott* 'ית *derzürnen* R. Jehuda *ſagt von vvegen* Rebbi, *vver ſich ſehr* מצער *is, auf ein Tods, der is ſich dernach* מצער *auf ein anders Tods.* In Maſſechet Moëd Katon. R. Huna *hört in ſeiner gaſſen ein Frau, der vvar mand geſtorben, und ſie vvar ſich ſehr* מצער *über die maſs. Und der* חכם *hort daſs die Frau aſo ſehr vveint, und ſchickt no ihr, daſs ſie nit ſolt aſo ſehr jammern, und ſie vvolt nit folgen, ſchickt er vvieder zu ihr, ſie ſolt den andern Kindern angereiten* תכריכים *aſo lang as ſie nit lus das gros jammern, bis ſie ſelbert ach ſturb, und alle ihre Kinder, darum ſol man* חכמים *folgen.* At, habeant ſua ſibi ſolatia Judæi, valeant, vivant cum illis, nobis adhuc ex eodem libro indicandum eſt, quomodo vere lepida conſolatione peracta, a lugentibus rurſus diſcedant. Sic traditur: *Wann man von ſie geht, da ſagt man, Gott ſol dich tröſten, mit andre Traurige, die da trauren um Zion und um das heilig* בית המקדש *daſs es verſtort gevvorn. Man geht am* שבת *zu ſie, daſs ihnen die Weil nit ſol lang ſeyn, und geht von ſie hinvveg, und ſagt: Gott* 'ית *geb euch gut* שבת *und froligkeit am heiligen* שבת *und Gott* 'ית *ſol kein Bös ſchicken auf euch, und auf* כל ישראל *und die Manen ſagen auf* Loſchen Hakkodeſch שבת היא מלצעוק ונחמה קדובה לבוא: Sed vero, de Hebræorum in luctu Ritibus, afferendus omnino eſt Maimonidis locus inſignis, & claſſicus, ex Hilchot Evel c. XIII. integer, noſtra quoque cura & interpretatione, poſt viros doctos, quos occupavit, non indignus. כיצד מנחמין את האבלים אחר שקוברין את המת מתקבצין האבלים ועומדין בצד בית הקברות וכל מלוין את המת עומדין סביב להן שורה לפני שורה ואין שורה פחותה מעשרה ואין אבלים עומדין לשמאל המנחמין וכל המנחמין באין אצל האבלים א' א' ואומרים להן תנוחמו מן השמים ואחר חולך האבל לביתו וכל יום ויום משבעה ימי אבילות באין בני אדם לנחם בין שבאו פנים חדשות בין שלא באו האבל מיסב בראש ואין המנחמין רשאין לישב אלא ע"ג קרקע שנא' וישבו אתו לארץ ואין רשאין לומר דבר עד שיפתח האבל את פיו תחילה שנ' ואין דובר אליו דבר וכתיב אחרי כן פתח איוב את פיהו וגו' ויען אליפז וכיון שנענע בראשו שוב אין המנחמין רשאין לישב אצלו שלא יטריחוהו יותר מראי: מרת שאין לו אבלים להתנחם באים * ז' בני אדם כשרין ויושבין במקומו כל שבעת ימי האבילות ושאר העם מתקבצין עליהם ואם לא היו שם עשרה קבעוין בכל יום ויום מתקבצין עשרה משאר העם ויושבין במקומו: Id eſt: *Quomodo, ſolantur Lugentes? Poſtquam terræ mandatum eſt cadaver, Lugentes congregati, ad latus Cæmeterii conſiſtunt, omnibus qui funus deduxerant, eos ſecundum ſeries, circumſtantibus, ita quidem ut nulla ſeries pauciores, quam decem*

* Exiſtimo corrupte 'ז pro 'י excuſum eſſe, & favet conjecturæ ratio contextus.

decem complectatur, non computatis tamen eo numero, ipſis lugentibus. Occupant vero lugentes, latus ſiniſtrum conſolantium, atq; horum quisq; pro ſeſe, ordine, lugentes adit, dicitq; illis: SOLANTOR VOS COELITUS. *His ita peractis, recipit ſe Lugens, in domum ſuam, eumq; per luctus ſeptiduum, quoquo die, cæteri viſitant, ſive jam adſint novi viſitatores, ſive nulli venerint. Lugens, ſedet loco præcipuo, ſed viſitatoribus non niſi humi conſidere fas eſt: namſic* (Job. II, 13) *dicitur*: Et ſederunt cum eo in terra. *Quin, nec verbum ullum viſitatoribus proferre licet, niſi prius lugens fari incipiat: legitur enim* (ibidem:) Et non erat qui loqueretur verbum. *Sequitur deinde* (cap. III, 1.) Poſt hæc aperuit Job os ſuum &c. *Atq; demum* (cap. IV, 1.) *legimus*: Et reſpondit Eliphaz. *Simul ac vero capite ſignum fecit lugens, viſitatoribus porro cum eo morari nefas eſt, ne nimio illi ſint faſtidio. Si quis obiit, non relictis* (Neceſſariis,) *qui ejus mortem deſleant, adſunt probi homines decem, conſidentq; toto luctus ſeptiduo, in loco ubi defunctus moratus fuerat, hos cæteri viſitant: atq; niſi certi decem ex cætu, huic officio, quoties occaſio fert peragendo, deſtinati ſint, totidem, quoquo die ex reliqua plebe, id munus in ſe ſuſcipiunt.* Extat de Hebræorum Luctu, elegans libellus, Martini Geieri, Viri Venerabilis, varia refertus eruditione, ad quem legendum, Antiquitatum Judaicarum Studioſos, hortamur.

8. Tunicas pelliceas] Texamus integram, in quantum memoriæ noſtræ ſuccurrit, *Veſtium primi hominis*, hiſtoriam. In Peſachim fol. 54. dicitur, paraſſe illas Deum בעש בין השמשות id eſt: *Pridie* (primi) *Sabbathi, circa crepuſculum*: Tum nimirum, cum ex opinione Magiſtrorum, Fontem quoque qui Judæis aquam in deſerto miniſtrabat, Mannam, Iridem, Sepulchrum Moſis, Aaronis baculum, Dæmones, apertionem oris Aſinæ Bileami, & apertionem oris terræ ad abſorbendos impios, creavit. De Materia illarum veſtium, ingens eſt diſſenſus. R. Eliezer in Pirke c. XX. opinatur, confectas fuiſſe e pelle, quam Serpens Evæ familiaris, exuerat. In noſtra Gemara, quidam e re a pelle orta, id eſt, e velleribus, alius, e re, unde pellis utilitatem capit, id eſt, e lino, textas fuiſſe, arbitratus eſt. Abeneſra ad c. III. Gen. v. 21. notat, nonnullos dicere יש בחמה ברמות ארם וחשם צורת ונפשט עורת id eſt: *Eſſe quoddam animal, ſua ſimilitudine hominem referens, atq; hanc, Dei juſſu, pellem ſuam exuiſſe.* At, apud R. Salomonem ad eundem Gen. locum, ſunt, qui pro Leporis, in Zenna Renna vero ad c. XXVII. Gen. ſunt, qui pro Cervi, exuviis depugnant. De Forma harum veſtium, (non enim ornatus iis deerat) tradit Raſchi ad Peſachim שהיו חקוקות בהן כל מין חיה ועוף ובהמה id eſt: *Quod in iis expreſſæ fuerint omnes figuræ animantium, volucrum, & beſtiarum.* Porro, de Dominis, quibus hoc veſtimen-

ſtimentum, poſt Adami fata obtigit ſic legitur in Pirke R. Eliezer c. 24. *Tunica, quam confecerat Deus, Adamo & Evæ, fuit cum (Noacho) in arca & ubi egreſſi ſunt arca, accepit eam Cham filius Noachi, & ſecum extulit, atq; in hæreditatem reliquit Nimrodo. Cum illa indutus eſſet (Nimrod,) venerunt omnes beſtiæ atq; aves, & conciderunt coram ipſo, quaſi cogitantes, ipſum pollere robore, atq; conſtituerunt eum ſuper ſe Regem.* Multis aliis interjectis, ſequitur deinde: *Eſau frater Jacobi videns tunicam, quam confecerat Sanctus Ben. Adamo & Evæ, apud Nimrodum, expetiit illam animo ſuo, atq; interfecit eum, abſtulitq; ab illo. Unde autem (probas) quod fuerit deſideratiſſima in oculis ejus? quia dicitur: Accepit Rebecca veſtes Eſavi filii ſui majoris deſideratiſſimas. Poſtquam autem illis veſtitus erat, ſanctus fuit per illas robuſtus, juxa illud: Erat Eſau vir peritus venationis. Ubi autem diſceſſit Jacob a conſpectu patris ſui, dixit: Nonne Eſau impius eſt? decet me induere tunicam illam: Dedit eam atq; abſcondidit ſub terra, prout dicitur: Ejus funis in terra eſt abſconſus.* Ergo, ſi recte accipio, denique ſepulta fuit Adami tunica; quis autem eam e terra rurſus effoderit, & qua ſucceſſione porro ad alios atque alios pervenerit, legiſſe me non recordor Interim nihilo ſecius, ſi Gemaræ in Avoda Sara fol. 11. b. credimus, eadem Romæ adhuc ſupereſt, & ſeptuageſimo quoquo anno, publicæ ſolet oſtendi. Locus Gemaræ eſt perobſcurus, ingenium tamen in eo exponendo periclitabimur. Ita habet: אמר רב יהודה אמר שמואל עוד אחרת יש לחם ברומי אחת לשבעים שנה מביאין אדם שלם ומרכיבין אותו על אדם חיגר ומלבישין אותו בלבושו של אדם הראשון ומניחין לו קרקפלו של ר' ישמעאל בראשו ותלו ליה בצואריה מתקלי ארבעה זוזי פיוא ומחפין את השוקין באינך ומכריזין וקורין לפניו סך קירי פלסתר אחות דמרתא זייפנא דחמא חמא ודלא חמא לא חמא מאי אהני לידך דמאתיך ברמאותיך ולזייפנא בזייפנותיך ומסיימין ברך הכי ווי לדין כד יקום דין id eſt: *R. Judas, nomine R. Samuelis, dixit: Etiam aliud quid habent Romæ: Septuageſimo enim quoquo anno, ſelecto homine integri corporis, illum claudi cujusdam ſcapulis inequitare faciunt, induentes ei prius tunicam Adami protoplaſti, & aptantes capiti ejus, exuvias vultus R. Iſmaelis,* (filii Eliſæ, qui Summo Sacerdotio functus eſt, & tanta erat pulchritudine, ut Cæſaris filia, illius interfecti caput, pelle nudaret, eamque aromatibus conditam, in κειμηλιαρχεῖον, æternum ibi aſſervandam, reponeret.) *Amplius collo ejus appendunt Nummos quatuor, auri puriſſimi, crura vero obtegunt gemmis.* (Iſte cum ſic ornatus vehitur,) *ante eum divulgant voce, inclamantq;*: Supputatio τῶ Κυρίω (Jacobi ſcilicet, qui moriturus, multa de liberatione Judæorum, ex ea captivitate, in qua a nobis

Gen. XXIX, 9.

Job. XVIII, 10.

detinen-

detinentur, prædicere satagebat,) mendax est. Frater Domini nostri (Esavi, a quo Esavo nos Romani, genus trahimus,) fuit impostor: (Fratrem enim decipere moliebatur, atque ejus Imperium, sibi suisque parare.) Quibus (hanc Panegyrin) spectare licet, spectatum adsunto. Nam, qui (nunc) eam non videt, haud (unquam) eam visurus est: (quippe quæ non nisi post annos LXX. iterum celebrabitur, quo tempore nemo eorum, qui nunc inter adultos vivunt, amplius erit superstes.) Quid juvat deceptorem (Jacobum,) deceptio? & impostorem (hunc) impostura? *Tandem vero, Cantilenæ hujus exodium est*: Væ huic, (id est: Nobis Esavi posteris,) quando iste, (id est: Jacobi progenies,) resurget.

9. Alter exponit &c.] Ergo, ceu ostendimus, de materia vestium Adami, inter antiquos Judæos non conveniebat, & diversi diversa sunt opinati. Sed, longe major Christianorum Interpretum, hic dissensus est, etiam veterum, quorum variantes opiniones, quia scite jam olim conquisivit Moses Bar-Cepha, Syrus Episcopus part. 1. Commentar. de Paradiso, eas vel saltem cognoscere operæ pretium est, unde locum integrum, etsi prolixiorem, adscribere non pigrabimur nam quorundam quoque Scriptorum mentem, nobis de hoc negotio revelat, quorum libri interciderunt. Sic vero habet: *Se hic nobis explicanda offerunt*: Cur induerit Deus Adamum & Evam tunicas? deinde quales fuerint eæ tunicæ? tertium, unde comparatæ? &c. *Cur igitur illos tunicis vestiret, dicimus summam Dei erga ipsos misericordiam in causa fuisse. Quippe, cum Deus colloquium cum primis Parentibus longius haberet, atq; ad Adamum inter alia diceret*: Quis significavit tibi quod nudus esses? *Similiter alia atq; alia ad Fœminam, & Serpentem verba faceret: interea arefacta ea quibus se illi contexerant, folia ficulnea, defluere cœperunt. Cum itaq; nudati jam tum illi pudore afficerentur: non erat consentaneum divinæ misericordiæ, nudos prorsus eliminare Paradiso. Miseratus ergo ipsorum conditionem, pro sua clementia lapsis opem tulit, factisq; tunicis nuditatem velavit. Præterea voluit ipsos vestibus indutos, a cæteris animantibus brutis segregare: Denique nuditatem seu libidinis illecebram putavit tegendam. Quod vero ad ipsas tunicas attinet, cujusnam modi res fuerint*: Gregorius Theologus, *quodam loco fuisse ait cortices arborum, quos ipsis Deus in*

mentem miserit, seu idoneos; ex quibus sibi vestis quandam formam aptarent, seq; ea amicirent, sicut ante ex foliis ficulneis fecerant subligacula. At idem, Oratione quam scripsit de Natalibus Christi; dicit eas tunicas fuisse carnem crassiorem, ignaviorem q;, qua sumus contecti: Gregorius *vero* Nyſæus *scribit, tunicas eas fuisse libidinem, coitum, conceptum, partum, educationem, qua minutatim augescimus, alimentum, morbum, iracundiam, mortem deniq;: his enim omnibus malis illos indutos esse, simul atq; donis Spiritus S. fuisse exspoliati. Huic* Philoxenus Mabugensis *fere subscribit, dum ait eas tunicas fuisse curas, corruptionem, morbos, dolores, anxietates, metum: & in summa quacunq; primis Parentibus post violatam Legem acciderunt, cum ante iis non fuissent obnoxii, & a quibus nos quoq; post resurrectionem erimus immunes: quippe per has tunicas significari maximam illam mutationem, quæ illorum evenit corporibus, post admissum* * *peccatum.* At Athanasius, *Oratione de Cruce, &* Dominus Ephræm, *ubi hunc locum interpretatur, ajunt, has tunicas ex animantium pellibus confectas fuisse. Deniq;* D. Jacobus Sarugensis *dicit, vestis quoddam genus fuisse: quod, quia tactu crassum densumq; erat, tunica pellicea fuerit appellatum. De tertio, unde fuerint tunicæ illæ comparatæ:* Gregorius Theologus, *& cum eo alii, qui arborum cortices fuisse volunt, arbores deglubuisse Adamum & Evam dicunt: cæterum Mosen ideo factas esse a Deo dicere, quia hic illis in mentem immisit, ut arborum corticibus se vestirent.* At Gregorius Nyſæus, *&* Philoxenus *quorum sententiam nuper recitavimus, ajunt, ea mala primos Parentes (quia peccati a Deo damnati essent) invasisse, idq; esse quod Moses scribit, Deum induisse illos eas tunicas. Deniq;* Athanasius, *&* Dominus Ephræm, *qui animalium pelles fuisse autumant, dicunt, mactatis eas pecudibus detraxisse primos Parentes, atq; concinnasse in vestem, Dei nutu. Postremo* Dominus Jacobus Sarugensis *dicit, Deum ea indumenta ex nihilo creavisse, scribit enim in hac verba;* Contexuit tunicas ex nihilo, & vestivit ipsos. *Et rursus:* Quia, *inquit,* tactu rudes & crassæ erant, appellavit pelles; attexuit autem ipsas paulatim corporibus ipsorum, suo nutu, atque ita dum non sentiunt induuntur tunicis, sed eas jam vestiti, vident tandem. *Porro nos, cum* Athanasio, *atq;* Domino Ephræm *censemus animalia* * *pelles fuisse. Si vero id redarguere quis conetur, quia nullum animal jugulari adhuc potuerit, quando e singulis generibus par unicum conditum fuerat, eoq; sine generis unius interitu, nullum animal mactatum fuisset: negamus unicum duntaxat par in animalium generibus singulis fuisse effectum, neq; enim hoc sacris literis proditum est. Enim vero, Deus, qui permisit Adami arbitrio ut, peccare posset, opusq; haberet indumento, creaverat complura animalia: cumq; illi violata lege peccassent, humana se specie primis Parentibus ostendens, induit ipsos pelles, solo ejus nutu pecudibus detractas, atq; verbo, in tunicas confor-*

* Fortasse legendum *admissum.*

* Forsitan legendum *animaliũ.*

onformatas. Et vero Dominus Ephræm *ait, fortasse coram illis jugulatas esse pecudes, ut earum carne ipsi vescerentur, cortisq; nuditatem suam cooperirent: denique ex ipsarum morte, se quoq; mortalia habere corpora, intelligerent.*

10. Beneficentia] Quid discriminis inter חסד seu גמילות חסדים quod vulgo, *Beneficentiam*, & צדקה quod, *Eleemosynas* exponunt, interſit, prolixe diſquirit Maimonides in More Nev. part. 3. c. LIII. itemque Cl. Coccejus ad Sanhedrin p. 131. & 158. quibus jungi quoque poteſt Nicolaus Fullerus Miſcell. Sacr. l. 1. c. 8. Verum enim vero, quod ex illorum longa diſſertatione, vix aſſequaris, breviter & argute docetur in Succa fol. 49. b. בג' דברים גדולה גמילות חסדים יותר מן הצדקה שהצדקה בממונו גמילות חסדים בין בממונו בין בגופו צדקה לעניים גמילות חסדים בין לעניים בין לעשירים צדקה לחיים גמילות חסדים בין לחיים בין למתים ! id eſt: *Tripliciter Beneficentia antecellit Eleemosynas: Nam, Eleemosynæ tantum fiunt pecunia; at Beneficentia quodq; officiorum genus complectitur. Eleemosynæ tantum exercentur erga pauperes; Sed Beneficentia, tam erga pauperes quam divites. Quin & Eleemosynæ non niſi apud vivos locum habent, at Beneficentia tam apud vivos quam mortuos.*

בג

דרש ר׳ שמלאי מפני מה נתאוה משה רבינו ליכנס לארץ ישראל וכי לאכול מפריה היה צריך או לשבוע מטובה אלא כך אמר משה רבינו הרבה מצות נצטוו ישראל שאינן מתקיימות אלא בארץ אם אכנס אני לארץ כדי שתקיימו על ידי אמר לו הקדוש ברוך הוא כלום אתה מבקש אלא לקבל שבר מעלה אני עליך

LIII.

R. Simlai ingenioſe itidem ait: Quare exoptabat Moſes Magiſter noſter intrare in terram Iſraëlis? Nunquid vehementer ei opus erat, ut fructus illius comederet? aut, ut bonitate illius ſaturaretur? (*Minime gentium.*) Nimirum, id Moſes cogitabat: Multæ leges Judæis promulgatæ ſunt, [1] quæ non obſervantur, niſi in [2] Palæſtina; intrabo ego Palæſtinam, ut a me, obſequium iis præſtetur. Ergo, ait illi Deus: Quia nullam ob cauſam aliam id expetis, quam ut præ-

כאלו עשיתם שנא לכן אחלק
לו ברבים ואת עצומים יג
יחלק שלל תחת אשר הערה
למות נפשו ואת פושעים נמנה
והוא חטא רבים נשא יד
ולפושעים יפגיע : לכן אחלק
לו ברבים שאני מחלק לו טז
שכר שלם שמא תאמר טא
כאחרונים ולא כראשונים
תלמוד לומר ואת עצומים
יחלק שלל כאברהם יצחק
ויעקב שהיו עצומים בתורה
ובמצות : תחת אשר הערה ה
למות נפשו שמסר עצמו למיתה
שנאמר ועתה אם תשא
חטאתם ואם אין מחני נא
מספרך אשר כתבת : ואת
פושעים נמנה שנמנה ממתי
מדבר : והוא חטא רבים זט
נשא שכיפר על מעשה הענל
ולפושעים יפגיע שבקש רחמים
על פושעי ישראל שיחזרו וכ
בתשובה ואין פגיעה אלא תפלה
שנאמר ואתה אל תתפלל

ut præmium referas, ideo eodem loco mihi eris, quasi (*præcepta*) ista impleviſſes. Q. S. E. (Ex. LIII, 12.) *Quamobrem partem ei dabo pro multis, ut cum robuſtis partiatur prædam, pro eo quod profudit in mortem ſeipſum, & cum defectoribus annumeratus eſt: nam ipſe peccatum multorum perferens, pro defectoribus interceſſit. Quamobrem partem ei dabo pro multis,* : Largiar enim illi mercedem perfectam. At, forſitan dices: Inter poſteriores, non vero priores. (*Falleris: Nam*) ideo ſignanter dictum: *Ut cum robuſtis partiatur prædam.* Nempe cum Abrahamo, Iſaaco & Jacobo, qui robuſtiſſimi fuere in Lege, & præceptis. *Pro eo quod profudit in mortem ſeipſum.* Se ipſum enim morti obtulit: Q. S. E. (Ex. XXXII, 32.) *Et nunc an condonaturus es peccatum eorum? nam ſi non; dele me quæſo de libro tuo, quem ſcripſiſti.* ⁴ *Et cum defectoribus annumeratus eſt.* Eſt enim in numero eorum, qui in deſerto occubuere. *Et ipſe peccatum multorum pertulit.* Quia ſcilicet expiavit ſcelus effictionis vituli. *Pro defectoribus interceſſit.* Quia pro Judæis deſertoribus deprecatus eſt, ut per pœnitentiam (*ad fru-*

בעד העם הזה ואל תשא בעדם רנה ותפלה ואל תפגע בי׃

(*ad frugem*) redeant: Voce enim *Pegia* (id est *Intercessionis*,) preces notantur. Q. S. E. (Jerem. VII, 16.) *Tu ergo ne orato pro populo isto, neq; efferto pro istis clamorem & orationem, neq; intercedito apud me.*

ANNOTATA.

1. Quæ non observantur nisi &c.] Multa Præcepta Judæorum, solam Palæstinam respicere, extra dubium est, & probant id Magistri, ex Deut. VI, 1.

2. Palæstina] *Palæstinam* sæpe, pro *Terra Israëlis*, dicere, Interpretes Christianos cogit ratio, & verborum συνδρομα, quod quidem mihi hoc loco quoque contigit. At Judæi, oppido indigne id factum ferunt. Autor libri Schilte Haggibborim fol. 93. col. 2. המחברים שלהם קראו ארץ פלשתים לארצנו הקדושה לחקות את שנינו: id est: *Scriptores Christiani, Terram nostram Sanctam, vocant Palæstinam, ut dentes nostros obstupefaciant.*

3. Largiar] In Talmude Amstel. totum illud שאני מחלק לו שכר שלם perperam omittitur. Paulo post sive שמא תאמר nobiscum, sive יבול ex illo, legas, id perinde fuerit.

4. Et cum defectoribus annumeratus est] Valde conducunt ad horum illustrationem, ea, quæ Hulsius in Theol. Jud. p. 333. seq. ex R. Alschech. attulit. Sic nimirum Judæi, clarissimum de Christi passione vaticinium pervertunt, & ad Mosen detorquent; id autem, quanta fiat verborum injuria, nemo tam lippis oculis est, qui non perspiciat. Sed, fieri aliter nequit, necesse est ad consimiles ineptias prolabantur, qui Messiam non μεσίτην θεῦ καὶ ἀνθρώπων, verum Regem aliquem præpotentem, pugnacissimum, ac fortuna prospere utentem, somniant. Etsi vero ad unum omnes Judæos, hac opinione imbutos esse, etiam pueri, qui nondum ære lavantur, habent perspectum, tamen, ut Notis hujus Capitis, non in elegantem colophonem imponam, vindicabo, in hanc desiderata rem, Maimonidis verba, quæ a calce operis Jad, saltem in IV. Voluminibus distincta Veneta Editione, quam præter, haud tractare mihi licuit aliam, ab iis quibus erat illa res in manu, fuere resecta. Præstabimus id, beneficio eximii, ingentisque Codicis MS. quem

Dilherrus noſter, ὁ μακαρίτης, cum reliqua Bibliotheca inſtructiſſima, & antiquorum Nummorum theſauro, Eccleſiæ Sebaldinæ, quæ Noribergæ eſt, cui vivus ſumma fide præfuerat, moriens ex Teſtamento legavit. Ergo, in Hilchot Melachim cap. XI. §. 4. poſt אם נשרה והצליח ובנה מקדש במקומו וקבץ נדחי ישראל הרי זה משיח בודאי nunc porro ſupplendum.

ואם לא העליח עד כדה או נהרג בידוע שאין זה
שהבטיח תורה עליו והוא ככל מלכי דוד הכשרים והשלמים
שמתו ולא העמידם הקבה אלא לנסות בו רבים שנ' ומן
המכשילים יכשלו לצרוף בהם ולברר וללבן עד עת קץ כי
עוד למועד אף ישוע הנוצרי דמה שיהיה משיח ונהרג בב"ד
כבר נתנבא דניאל כן ובני פריצי עמך ינשאו להעמיד חזון
ונכשלו וכי יש מכשול גדול מזה שכל הנביאים דברו
שהמשיח גואל ישראל ומושיעם ומקבצם ומחזק מצותן וזה
גרם לאבד ישראל בחרב ולפזר שארותם ולהשפילם
ולהחליף התורה ולהתעות רוב העולם ולעבוד מבלעדי יי
אבל מחשבות בורא עולם אין כח באדם להשיגם כי לא
דרכינו דרכיו ולא מחשבותינו מחשבותיו וכל הדברים האלו
של ישוע הנוצרי ושל הישמעאלים שעמדו אחריו אינו אלא
לישר דרך למלך המשיח ולתקן העולם כולו ולעבוד את יי
ביחד שנ' אז אהפוך אל עמים שפה ברורה לקרוא כולם
בשם יי ולעבדו שכם אחד כיצד כבר נתמלא כל העולם
כולו מדברי משיח מדברי תורה מדברי המצות ופשטו דברי
הללו באיים רחוקים ובעמים רבים ערלי לב וערלי בשר
והם נשואים ונותני ברברים הסותרות את התורה אלו
אמרו מצות אילו אמת וכבר בטלו בזמן הזה ולא היו נוהגות
ולא * אמרו דברים נסתרות יש בהן ואינו פשוטות וכבר בא
משיח

* Legendum eſt ואלו

משיח המלך וגלה נסתרותיהם וכשיעמוד המלך המשיח
באמת ויצליח וירום הם כולן חוזרין ויודעים ששקר׃

Jam nunc porro cum excusis lege ויתקן את העולם &, quæ sequuntur, cætera. Versionem Latinam horum Cl. Coccejus in Sanhedrin p. 364. 365. & 368. sparsim, sed neglectis verbis Hebraicis, præoccupavit, unde verisimile fit, in aliquibus Editionibus, nullam esse lacunam. Sic vero transtulit: *Si hucusq; non succedat ipsi, aut si occisus fuerit, planum est, eum non esse Messiam, quem sperare Lex jussit. Ille vero similis omnibus Regibus Domus Davidicæ, integris & probis, qui mortui sunt: quem Deus non excitaverit alio fine, quam ad probandum multos per illum,* Q.D. Et ex Doctoribus offendent, ad purificandum eos, & ad purgandum, & ad dealbandum usque ad tempus termini. Nam adhuc ad certum tempus &c. *Etiam de illo qui se putavit fore Christum, & de sententia Senatus interfectus est, jam in antecessum vaticinatus est Daniel, his verbis:* Et filii effractorum populi tui efferent sese, stabilendo visionem, & offendentes corruent. *Nam quis major casus fieri potest? Siquidem omnium Prophetarum iste sermo fuit: Christus liberabit Israelem, & salutem eis afferet, & colliget propulsos ejus, & confirmabit præcepta eorum. At ille in causa fuit, ut Israel gladio interimeretur, dispergerentur reliquiæ ipsorum, & humiliarentur: utq; Lex mutaretur, & seduceretur maxima pars Orbis, ut alii, quam Deo serviret. Verum cogitationes Creatoris assequi nemo homo valet: Neq; enim viæ illius & nostræ, consilia ejus & nostra, eadem sunt. Nimirum tota ea res, atq; adeo institutum illius, qui post illum surrexit,* (Mahomedem intelligo) *aliò non spectat, quam ad rectificandum viam Regi Christo, & ut præparetur totus mundus ad serviendum DOMINO pariter.* Q.D. Nam tunc vicissim dabo gentibus labium purum, ut invocent cuncti nomẽ DOMINI colendo eum humero uno. *Quomodo? Jam repletus est omnis Orbis sermone de Christo, & de Lege ac præceptis, & diffusa est rerum illarum notitia, in Insulas longinquas, & populos multos, præputiatos qua cor, qua carnem: illiq; de his inter se communicant, quæ Legem evertunt; dicentes, alii; Præcepta illa vera fuisse, sed jam cessare: alii; Mysteria in eis esse, & non habere promptam intelligentiam. Venisse autem Regem, qui illa mysteria exponeret. Sed quando vere adventaverit Christus Rex, & prosperatus fuerit, & evectus atq; exaltatus fuerit, omnes convertentur, & cognoscent falsa illa, & vana fuisse.*

Dan. XI, 35.

vers. 14.

Sophon. III. 9.

CAPUT II.

MISCHNA I.

I. Attulit [1] (*Maritus uxoris adulterii ſuſpectæ,* [2] *oblationem*) in [3] orbe ſaligna, quam (*corbem*) [4] in manus illi dedit [5] ut fatigaretur. Omnes reliquæ [6] oblationes tam ab initio, quam ſui fine, [7] in vaſis ſanctis erant: At iſta, principio in corbe ſaligna, poſtremo in vaſe ſancto erat. [8] Ad omnes Oblationes requirebatur Oleum, atque Thus. Iſta vero, [9] nec Oleum, nec Thus admittebat. Omnes Oblationes confectæ erant e tritico, verum, [10] iſta conficiebatur ex hordeo. Sane etiam Oblatio Manipuli, ex hordeo parabatur. Attamen in hac, [11] pollen fuit oblatum; ibi vero [12] farina, (*cui nihil ademtum.*) R. Gamaliel ait: Quemadmodum [13] facta ejus belluina fuere, ita & ſacrificium ejus, [14] eſca belluarum erat.

ANNO-

פרק ב׳

משנה א

היה מביא את המנחה מנחתה בתוך כפיפה מצרית ונותנה על ידיה כדי ליגעה כל המנחות תחילתן וסופן בכלי שרת וזו תחילת בכפיפה מצרית וסופה בכלי שרת כל המנחות טעונות שמן ולבונה וזו אינה טעונה לא שמן ולא לבונה כל המנחות באות מן החטין וזו באה מן השעורין מנחת העמר אף על פי שבאה מן השעורין היא היתה באה גרש וזו באה קמח רבן גמליאל אומר כשם שמעשיה מעשה בהמה כך קרבנו מאכל בהמה׃

ANNOTATA.

1. Maritus] Cl. Seldenus in Uxore Ebr. l. 3. c. 15. non de Marito, ſed ipſo Sacerdote, id accepiſſe videtur, ſic enim loquitur: *Sacerdos tunc alius, veſtes ei, eorde tenus dilacerabat, nudato usq; ad crines capite, cincinnos ſi qui erant, abſcondebat, & fune, ſi comparari poſſet Ægyptio (quo Ægypti miracula in animum ei facilius reduserentur) veſtes ei laceras ſupra mammillas circumcingebat. Ægyptio dein caniſtro, afferebat decimum partem Ephæ, farinæ hordeaceæ, ex mariti apothecis deſumtam, & mulieri trädebat.* Sed, recedere a Viro Docto, & verba Miſchnæ de Marito, non Sacerdote interpretari, ipſæ nos cogunt ſacræ Literæ, quæ perſpicue habent: Num. V, 15. והביא האיש את אשתו אל הכהן והביא את קרבנה עליה עשירית האפה קמח שערים: id eſt: *Tunc adducet Maritus Uxorem ſuam, ad Sacerdotem, & apportabit Oblationem ejus, pro ea, decimam Ephæ farinæ hordeaceæ.* Nec aliter, ac nos, Rabbini animati ſunt, & adeo quidam, eo usque progrediuntur, ut Oblationem hanc, non Uxoris, ſed ipſius Mariti fuiſſe, perperam contendant. Chaskuni ad verba והביא את קרבנה sic annotat: אי אפשר שיהא קרבן זה לכפר עליה שהרי זבח רשעים תועבה הוא אלא האיש מביא קרבן לכפרה על שראה ברת פריצות בתחלה ולא הזכיחה וגרם לשם תנכפר והנורא להמחות במים: id eſt: *Fieri nequit, ut hoc Sacrificium ad Uxorem expiandam faciat, quippe,* Impiorum Sacrificium, abominationi eſt: (Prov. XXI. 27.) *Sed Maritus affert Sacrificium, ad expiandam noxam, quod, ut primum in Uxore ſua immodeſtiam animadverterat, eam non reprehendit, atq; in cauſa eſt, ut Dei venerabile & tremendum nomen, deleatur.* Cæterum, ad iſta rejicienda, ſolam Scripturæ vocem קרבנה allegare ſufficit, quæ certiſſimo argumento eſt, non Mariti, ſed Uxoris hanc fuiſſe Oblationem. Ergo, ad eadem verba והביא את קרבנה longe rectius Abarbenel ſcripſit: רוצה לומר בעבורה כי הוא איש חטא ברבר לשיתחייב קרבן id eſt: *Innuit Scriptura, Uxoris gratia allatam a viro eſſe oblationem, ipſe enim hac in re nihil peccavit, ut ſacrificio opus eſſet.* Neque ſequitur illud inconveniens ex hac ſententia, quod inde Chaskuni prolicit: Cum neceſſe non ſit Oblationem iſtam, inter Expiatoria Sacrificia, illico referre. Quippe, is verus ejus finis erat, ut Supremum Numen, aut teſtis innocentiæ mulieris, aut vindex illius pravitatis, libens volens adeſſe dignaretur.

2. Oblationem] Nimirum עשירית האפה קמח שערים Id eſt: *Decimam Ephæ farinæ hordeaceæ;* prout juſſerat ipſe Deus Num. V,

15. Est vero decima Ephæ, autoritate libri antiquissimi Pesikta Sutarta fol. 39. col. 1. שיעור מג׳ ביצים וחומש ביצה Id est: *Capacitas ovorum XLIII. & ovi insuper partis quintæ.*

3. Corbe saligna] Ceu in modo allatis, vidimus, Voces כפיפה מצרית eximius Seldenus, exponit de *Canistro Ægyptio*. Buxtorfius in Lex. Talm. eas modo, *Corbem Vimineam, factam ex virgultis salicis*; modo *Corbem parvam*, interpretatur, id quod ejus libri p. 1243. & 1900. consulentes, deprehendent. Nos, illi, quæ priori inter Buxtorfii explicationes loco est, subscribimus, tum, quia, cum in Bava Batra fol. 22. a. legitur: פיל שבלע כפיפה מצרית והקיאה דרך בית הרעי מהו id est: *Elephas si deglutiat* כפיפה מצרית *ejiciatq; iterum per anum, quid juris? Annotat R. Salomo in Glossa* כפיפה מצרית של נצרים של ערבה id est: *Verbus* כפיפה מצרית *Corbem ex tenellis salicibus contextam*, significari. Tum, quia corbium Salignarum usum, alibi quoque deprehendo in re sacra: Bava Kama fol. 92. a. עשירים מביאים בכורים בקלתות של זהב ושל כסף ועניים בסלי נצרים * של ערבה; id est: *Ditiores, afferebant primitias suas, in aureis argenteisq; Calathis; pauperes, in corbibus salignis.* Confer, quæ supra annotamus ad Mischnæ cap. 1. §. 6. n. 4.

* Sic ex Enfacob legendum pro נסרים quod est in Talm. Amstel.

4. In manus] Malo enim ידיה legere cum editionibus nostris Mischnajot, quam ידה cum Jalkut, & Amstelodamensi, ac Basileensi Talmude.

5. Ut fatigaretur] Et lassa viribus fateri occiperet. שהרי נתונה על ידה עד גמר כל הסדר: id est: *Nam Corbem hanc salignam, universo illo tempore, quo sacra ista res peragebatur, tenere coacta fuit.* Tosephot.

6. Oblationes] Quot fuerint Oblationum Species diversæ, curate docet Maimonides, in iis quæ Commentario ad Mischnam Menachot præfatur. Modum offerendi Oblationes, habes quoque in nostra Gemara fol. 14. b.

7. In vasis sanctis] Pro כל המנחות תחילתן וסופן בכלי שרת in Jalkut fol. 206. col. 3. ubi eadem hæc habentur, legitur explicatius: כל המנחות תחלתן בכלים הראוין לכלי שרת וסופן בכלי שרת: id est: *Omnes Oblationes, principio erant in vasis ejusmodi, quibus uti licuisset in Sanctuario; deinde, ipsis vasis sacris recipiebantur.* Hoc glossema in notis ad Mischnam nostram, approbat Maimonides, accipitque

Vasa

Vasa, sacro ministerio apta, de aureis argenteisque: nec aliter est in Gemara.

8. Ad omnes oblationes &c.] Quæ nunc sequuntur, cum grano salis, & conjuncto, minime vero separato sensu, accipienda esse, probe docetur in Gemara fol. 15. a. Neque enim hoc volunt Magistri, quod quidem videri poterat, solam videlicet istam Sotæ oblationem, unamque ex omnibus, nec oleum nec thus admisisse, itemque solam fuisse ex hordeo; verum hoc intendunt, nullam cæterarum omnium oblationum, cum ista penitus, & ex omni parte posse comparari. Etsi enim Oblatio hominis peccatum expiare volentis, in modum oblationis Sotæ, oleo & thure carebat, Levit. V, 11. attamen parabatur ex similagine, non hordeo. Simili ratione, etsi Oblatio Manipuli, fiebat ex hordeo, ut illa Sotæ; nihilominus hic farina cui nihil ademtum, sed ibi purissima, & præterea oleum & thus quoque, adhibebantur. Est cæteroquin in hoc negotio notanda Regula, quam suppeditat Autor eximii libri Schilte Haggibborim fol. 70. col. 3. יש מהמנחות שטעונות שמן ולבונה שמן ולא לבונה לבונה ולא שמן לא שמן ולא לבונה; id est: *Quædam Oblationes requirunt oleum & thus: Quædam solum oleum, excluso thure, quædam solum thus, excluso oleo, quædam neutrum admittunt.* Ad species singulas descendere, longum foret, nec facit ad institutum.

9. Nec oleum, nec thus admittebat] Ex his Moses Kozensis, Duo Præcepta facit Negantia, quæ numeris LXXXVII. & LXXXVIII. iterumq; CCCXXVIII. & CCCXXIX. apud ipsum locantur, sic autem de illis, fere iisdem utrobiq; verbis, loquitur. הזהירה תורה על מנחת קנאות לא יצוק עליה שמן ולא יתן עליה לבונה ואם נתן לוקה על השמן בפני עצמו ועל הלבונה בפני עצמה; id est: *Vetat Præceptum Divinum* (Num. V, 15.) *Oblationi Sotæ Oleum aut Thus addere, quod si vero Sacerdos id faciat, seorsum propter Oleum, & seorsum propter Thus vapulat.* Quod vero ad causam interdicti hujus attinet, eam dicunt Tanchuma fol. 69. col. 4. Rabbot fol. 230. col. 1. & ex his Raschi ad cap. V. Numer. Tanchumæ verba sunt: למה לא יצק עליה שמן שהשמן אור וקרוי יצהר וזו אחברת ארץ האפלה לפי לא תהא אור במנחת למה לא יתן עליה לבונה שהלבונה זכר לאמהות שני אלך לי אל הר המור אל גבעת הלבונה וזו פירשה מרכיתן לפי תהא מנחתה מזכרת עון ולא מזכרת זכות; id est: *Quare* (Oblationi Mulieris de adulterio suspectæ,) *non fuit affusum oleum? Quia Oleum Lucis symbolum est, & ideo* (a צהר quod *Lucendi*, & *Splendendi*, significationem habet) *dicitur*

tur יצהר (quasi, *Rem Lucidam*, illud dicas:) *ista vero, cum tenebras amarit, ideo æquum erat, ut ab ejus Oblatione abesset Lux. Quare vero Oblationi ejusdem non fuit impositum thus? Quia Thus* (magnarum) *Matrum nostrarum*, (Saræ, Rebeccæ, Rachelis) *Mnemosynon est, uti in illo*: (Cant. IV, 6.) Ibo mihi ad montem myrrhæ, ad collem thuris. *At, ista segregavit se ab illarum moribus, proindeq; ejus Oblatio tantum peccati, neutiquam pietatis memoriam inducit.* Sed, non desunt inter Judæos, qui aliter de hoc negotio opinantur. Nam quantum ad Olei absentiam attinet, de ea in Commentario in Pentateuchum, qui Mincha Belula inscribitur, p. 136. a. legimus: לא יצוק עליה שמן שהשם טוב נמשל לשמן שנ' טוב שם משמן ועל זאת יצא שם רע: id est: *Olei affusio prohibita, quia bona fama, Oleo comparatur*; sic enim S. E. (Eccles. VII, 1.) Gratior est existimatio, Oleo: *ista vero, famam malam contraxit.* Chaskuni, non tantum circa Oleum, sed & circa Thus, a veteri opinione recessit, scribens: לא יצוק עילה שמן ולא יתן עליו לבונה השמן והלבונה שבשאר מנחות נקראו אזכרה על שם שהמביאן נזכר במנחתו ומנחה זו אם יתן ויצוק לבונה ושמן אזכרה זו תהא מזכרת עון במו שמפרש יהולך כי מנחת קנאות הוא: id est: (Sotæ Oblationi) *nec Oleum affundendum, nec imponendum Thus. Scilicet, Oleum & Thus, quæ in reliquis Oblationibus adhibentur*, (Scriptura) אזכרה (Mnemosynon) *appellitat, nam ea offerens, efficit sui* (apud Numen) *recordationem. Quod si igitur in Sotæ Oblatione, Oleum & Thus locum reperirent. id quidem peccati ejus esset Mnemosynon: Quo respiciens Scriptura, mox addit:* Est enim Zeli Oblatio. Ab illis, non longe admodum abeunt, quæ differunt Maimonides in More Nevuch. part. 3. c. 46. pag. 486. Edit. Buxt. & Abarbenel Comm. in Legem fol. 280. col. 2. Præ horum tamen, omnibusque hactenus allatis rationibus, placet illa S. Chrysostomi nostri Orat. 5. adv. Judæos: Ἐπειδὴ πάνθ' ὅσα ἐπὶ τῆς κατάγνωσις, καὶ ὑποψία πονηρὰ, ἐμιμεῖτο τὴν συμφορὰν τῆς οἰκείας, θυσίας τὸ σχῆμα, διὰ γὰρ τοῦτο φησίν. οὐκ ἐπιχεεῖς ἐπ' αὐτὰ ἔλαιον, οὐδὲ ἐπιθήσεις ἐπ' αὐτὰ λίβανον Id est: *Quoniam id quod gerebatur, luctus erat, & incusatio, suspicio q; prava: forma sacrificii, domesticam calamitatem imitabatur, eoq; dicit: Non effundes super illam oleum, neq; impones illi thus.* Nam, Oleum & Thus, Lætitiæ signa fuisse, nec nisi in gaudio & festivitate locum reperisse, notum est ex Divinis literis. Atque sic ipsa Gemara nostra, Oleum & Thus omissum ait שלא יהא קרבן מהורר id est: *Ut Venustate Oblatio destitueretur.*

10. Ista conficiebatur ex hordeo] Cl. Seldenus, contendit in paulo ante recitatis, illud hordeum ex Mariti apothecis desumendum fuisse. Nimirum, legerat in Smag. fol. 138. col. 4. aut alibi מביא עשרון קמח

קמח שאורין משל בעל quæ eadem quoque, in MS. noſtro Ez. Hechajim deprehenduntur, poſſuntq; iſta, primo aſpectu, gignere ſane ſenſum, quo a Viro Docto ſſunt accepta. Sed, omnino ſatius eſt, משל בעל ad *Æs* & *Pecuniã*, quam *Mariti Apothecas Hordeumq;* referre; tum, quod nulla patitur ratio, ab exploratione uxorum eos excludere maritos, quibus Apothecæ haud erant, quale quid tamen, Seldeni opinionem, conſequitur: Tu vero, quia pro recentiorum obſcuriore phraſi, ſic ſatis perſpicue legitur in libro antiquiſſimo Peſikta Sutarta fol. 39. col. 1. אינו נקין לה מכתובתה אלא משלו ובן בל קרבן שעלית id eſt: (Maritus oblaturus Sotæ ſacrificium,) *non parat illud ex bonis mulieris dotalibus, ſed ex ſuis propriis, eademq; omnium ſacrificiorum ab illa offerendorum eſt ratio.* Nota tamen hanc regulam non ſimpliciter, ſed de iis tantum ſacrificiis intelligendam eſſe, quæ ad conjugium aliquem reſpectum habent, uti cum de adulterio ſuſpecta, aut immunda, vel recens partu levata eſt mulier. At, cum de ſolvendo ejus voto, aut expiando peccato ab ea commiſſo agitur, aliud obtinet, atque ſimili in caſu, ex ſuis facultatibus mulieri litandum eſt. וקרבן שאין מכשירה לו כגון שקיפחה נזירות בראשית או שחילדה אחת השבת הרי זו מביאה משלה ומקין מכתובתה commode monetur in Siphri fol. 3. col. 3. quorum verborum ſenſus, ex dictis erui facile poteſt.

11. Pollen fuit oblatum] Nimirum סלת מן פה בי"ג נבה id eſt: *Farina flos merus, ter & decies cribellatus*: Mincha Belula p. 136. a. Eſtque totus offerendi Manipulum ritus, apud Kozenſem Præc. Aff. CXCIX. Joſephus l. 3. Antiq. cap. 10. Τῇ δὲ δευτέρᾳ τῶν ἀζύμων ἡμέρᾳ, ἥτις δ' ἐστὶν αὕτη ἀπὸ δεκάτη, τῶν καρπῶν ὃς ἐνίκησαν, ἐ γὰρ ἦν ἅπτα πρότερον αὐτῶν, μεταλαμβάνουσι. Καὶ τὸν θεὸν ἡγούμενοι τιμᾶν δίκαιον εἶναι πρῶτον, παρ' ἧς τὴς ἐυπορίας τύτων * ἔτυχον, τὰς ἀπαρχὰς αὐτῷ τῆς κριθῆς ἐφιέρωσι τρόπον τῦτον· Φρύξαντες τῶν καχύων τὸ δράγμα ἐ πτίσαντες, ἐ καταρὰς πρὸς ἀλεσῶν τὰς κριθὰς πτίσαντες, τῷ βωμῷ ἀσάρωνα προσάγυσι τῷ θεῷ· Καὶ μίαν ἐξ αὐτῆς δράκα ἐπιβάλλοντες, τὸ λοιπὸν ἀφιᾶσιν εἰς χεῖρον τοῖς ἱερεῦσι· Id eſt: *Secunda Azymorum die, quæ eſt menſis hujus* (Niſan,) *decima ſexta, frugibus demeſſis, & hactenus intactis, incipiunt frui: aquum rati, DEUM hujus ubertatis autorem per gratitudinem honorari, Hordei primitias afferunt in hunc modum. Spicarum manipulum igni torrent, hordeum deinde pinſunt, atq; ita in alicæ modum fracti, aſſaronem, ad aram offerunt: inde pugillo uno in eam injecto, reliquum Sacerdotum uſui cedit.* Quas, cæteroquin Judæi faciant farinæ differentias, diſcere eſt ex Menachot fol. 112. a. מאה ביהודה היה ע"ש חמש מאה קמח מאה סולת מאה סובין מאה מורסן ומאה קיבורי: id eſt: *Sea, ejus frumenti, quod regio Tribus Judæ* (ediderat, ſi commoleretur,) *reddebat Seas quinq;: unam farinæ, unam pollinis, unam furfuris, unam merarum ſiliquarum, ſive furfuris deterrimi, & unam farinæ ſecundariæ.* In qua quidem verſione exprimenda omni-

* An legendũ τάυτης.

da, omnino R. Salomonis secuti sumus autoritatem, apud quem de postremo, quod præcipue difficultatem parit, vocabulo, sic legitur: קיבורית קמח שאינו יפה שעושין ממנו פת קבור: Id est: *Vox* קיבורית *notat farinam, quæ non est pulchra, & ex qua fit panis secundarius.* Atq; quia huic expositioni, ipse sermonis contextus favet, cum necesse utique videatur esse, ut inter farinam, & furfurem, aliquod adhuc medium intercedat, ideo vitio nobis verti non debet, quod Cl. Buxtorfium in Lex. Talm. p. 1964. קיבור *de viliore furfuris specie, & ipsa farina face*, interpretantem, hactenus deseruimus.

12. Farina cui nihil ademtum] Puta חסובין והקמח הכל מעורב id est: *Cum suo furfure, farina mixta:* uti iterum est in Mincha Belula, loco eodem. Græci vocarent Αὐτόπυρον.

13. Facta ejus belluina fuere] שבהמה אין לה יחוד עם בעלה: id est: *Nam, nec Bellua, cum uno solo mare cubilia sua socias:* id quod vere supplet Abarbenel Comm. in Pentat. fol. 280. col. 2.

14. Esca belluarum] Hordeo ipso quondam pascebantur, & fortasse, etiamnum pascuntur, Equi, & Asini, in Judæa, non vero, ceu in nostris Regionibus fieri solet, ejus corruptela. Quippe, ita dicente Plinio l. 18. Hist. Nat. c. 17. *Primum omnium frumenti vitium Avena est: & hordeum in eam degenerat.* De Hordeo, esca bestiarum apud Judæos, adscribam locum unum ex Schalschel. Hak. p. 14. a. ראיתי מפרש אי שאומר עם ראיות שבני בית שלמה האוכלים על שלחנו היו ששים אלף והשערים שהיה צריך לסוסיו היה מאתים אלף טומבולי למדה נפילי מלבד סך גדול שהיה צריך לכלכל הבהמות מהאנשים הבאים בכל יום לשחר פניו או לשאת מנחה וכיוצא: id est: *Vidi Scriptorem quendam, probantem rationibus, Salomonem cibasse in Aula sua, hominum millia sexaginta: Ad Equos ejus alendos,* (diebus singulis) *opus fuisse, bis mille mensuris Neapolitanis, quas ipsi vocant* Tomboli: *præterquam quod cogebatur sustentare immensum numerum illorum jumentorum, quibus vecti fuere, qui quid precaturi, aut munus oblaturi, vel ob similem rem advenerant.*

ב

היה מביא פיילי של חרס חדשה ונותן לתוכה חצי לוג מי מן הכיור ר' יהודה

II.

(S*Acerdos*) attulit [1] phialam [2] fictilem novam, & semisextarium aquæ [4] e Labro, in eam infudit. Sed [1] secundum

[1] R. Ju-

אומר רביעית כשם שממעט בכתב כך ממעט במים נכנס להיכל ופנה לימינו ומקום היה שם אמה על אמה וטכלא של שיש וטבעת היתה קבועה בה וכשהוא מניחה נוטל עפר מתחתיה ונותן כדי שיראה על פני המים שנ ומן העפר אשר יהיה בקרקע המשכן יקח הכהן ונתן אל המים׃

R. Judam fuit (*aquæ*) tantum quartarius. Quippe is, uti[6] quod ad scripturam, ita &, quod ad aquam attinet, minus (*quam alii*) admittit. (*Sacerdos*) templum ingressus[7] dextrorsum deflexit: Ibi[8] fossula erat, unum cubitum longa, lataque, huic tabula marmorea (*superimposita fuit*,) cui infixus annulus. Ea igitur, in altum sublata,[9] exinde tantum pulveris[10] depromsit,[11] aquisque indidit,[12] ut conspici posset, in aquarum superficie. Q. S. E. *Et de pulvere, quierit in solo tabernaculi accipiens Sacerdos, indet in illam aquam.*

ANNOTATA.

1. Phialam] פיילי est ipsum Græcorum φιάλη, & id Judæi quoq; agnoscunt. In Tanchuma fol. 69. col. 2. sequens glossema, semicirculis inclusum deprehenditur: פיאלי בלשון יון כוס או צנצנת אך תרגום בספל אדירי׳ בפיילי גברייא ותרגו׳ ירו׳ * ועשית קערותיו פלוחאי׳: id est: *Verbum* פיאלי *Lingua Græca, scyphum aut urceum denotat. Hinc Chaldæus* (Jud. V, 25.) *pro* בספל אדירים id est: Simpulo magnificorum, habet בפיילי גברייא & (Ex. XXV, 29.) pro ועשית קערותיו id est: Et facies scutulas ejus: *Jonathan transtulit*: ותעביד פיילחוי Similis annotatio etiam in Jalkut fol. 206. col. 4. margini est addita. Liber Schilte Haggibborim fol. 30. col. 4. אמרו במסכת סוטה פרק חיה מביא את מנחתה משנה שנית מביא פיילי של חרש וכו׳ דעו כי רזל חז בקיאים מאד בלשון יוני ותמצאו בדבריהם דברים תרבה ומלות רבות בזה הלשון שהמדפיסי׳ לא העתיקו אותן כדין וכשורה כמו המלה הואת שכתבו פיילי במקום פיאלי כתוב בפי ביוטא באלפא בלאמדה ובביטא * והוא כלי ששותין בו יהיה זה הכלי מכסף או זהב או זכוכית וכדומה הכל נקרא כן בשם טולי: id est: *In Massechet Sota Cap. 2. §. 2. legimus: Attulit* פיילי

* Existimo legendum esse ו׳נ׳

* Legenda ובאיטא

fictilem &c. *Sciendum, Sapientes antiquos, in Lingua Græca, fuisse exercitatissimos, unde in scriptis eorum, & sententia, & verba multa, ex illo sermone depromta, reperiuntur: quæ tamen Typographi, non satis fideliter exhibent. Tale quid in hac voce accidit, dum* פיילי *pro* פיאלי *imprimunt. Est enim in Græco,* φιάλη, ἴωτα, ἄλφα, λάμβδα, ἦτα. *Significat vero, vas, e quo potatur, sive argenteum id sit, sive aureum, sive vitreum, aut ex alia simili materia effictum: Omnia, inquam, isto nomine veniunt, cum sit generale.* Cæterum Josephus 3. Antiq. c. 10. de Sota agens, plane eodem vocabulo usus est: Τῶν δὲ ὄχθον τιλεωθέντων, τῆς διφθέρας ἀπαλλάξας, τύνομα εἰς φιάλην ἐκπίζει.

2- Fictilem Novam] Et secundum Maimonidem Comment. in hunc locum omnino talem שלא נעשה בה מלאכה כלל ואפילו ברבר מועט: id est: *Quæ ad nullum unquam, etiam perexiguum usum, fuit adhibita.* Sed, nec ex nimia vetustate, nigredinem contraxisse debuit, secus enim, igne lustranda erat, autore eodem Maimonide Hilch. Sota c. 3. §. 9. Fatigant se quidam Magistri, in pervestiganda causa, cur illud fas fictile esse oportuerit, sed vix est ut credam, ipsos eandem fuisse assequutos. Autor libri Keli Jakar fol. 100. col. 2. scribit: נתינת המים בכלי חרש היינו לפי שכל כלי חרש אינו יוצא מידי דפיו לעולם כך הבא על הערוה וחלד ממנה ממזר ונקרא מגיח לא יוכל להתקן: id est: *Ideo aqua, fictili vasi excepta sunt, quia sicut fictile vas* (quod semel immunditiem contraxit,) *nunquam ab ea liberari potest: Ita, qui illicitam Veneris sectatus, Spurium generat, Corruptor vocatur, est q. id malum immedicabile.* Bechai, sublimius mysterium se reperisse arbitratus est, cujus Comment. in Pent. fol. 156. col. 1. hæc verba sunt: אם תשכיל היטב במה שאמר בכלי חרש תמצא שיש בו רמז שלא תזכרו לקום עמו בתחיית המתים אך תהיה כחרש הנשבר שאין לו תקנה אם זנתה האבד מן השלם הזה והעולם הבא שהמזנה תחת בעלה כעובר שתי רשיות ועל כן אמר בכלי חרש ולא אמר בבלי זכוכית שהזכוכית יש לו תקנה בנפיחת והמתים עתידין להיות קל וחומר מהזכוכית: id est: *Si attentius consideres, quare fictilis vasis usus præcipiatur, deprehendes eo innui, adulteram cum suo amatore non resurrecturos olim a mortuis, sed futuros instar vasis fictilis, cujus semel fracti, nulla est reparatio. Quæ enim fœdat mulier, & hujus, & æternæ vitæ jacturam patitur, eo quod adulterium idololatriæ reatum simul involvit. Ergo, vas fictile adhibendum fuit, non vitreum; quippe vitrum* (fractum,) *novo flatu, ad pristinam formam reducere licet: Atq. hinc a vitrorum reparatione, ad resurrectionem mortuorum, tanquam a minori, ad majorem verisimilitudinem, vulgo concludimus.*

3. Semi-

3. Semi-ſextarium] Cujus Menſuram, ad hos ſimilesque uſus, perpetuo in Templo ſervatam fuiſſe, legitur in Smag Præc. Aff. 56. & in MS. noſtro Ez. Hechajim : בחצי לוג שהיה במקרש היה מודד

4. E Labro] Aquas enim ſanctas accipere oportebat, Num. V, 17. Sed vero : אין מים קדושים אלא שקידשו בכלי אלו מי ביור id eſt : *Nullæ Aquæ ſanctæ ſunt, niſi quas vas, Labrum ſcilicet, ſacravit* : Jalkut fol. 207. col. 1. De Labro, multa egregie nos monet, aureus liber Schilte Haggibborim cap. XXVII. & quædam excerpere eſt operæ pretium. רבי בני כי בבירת ראשון שבנרת שלמה היה הים מוצק עשר באמות משפתו אל שפתו עגול סביב חמש באמה קומתו אלפים בת יכיל כדכתיב מלכי' א' ז' וברת ב' ד' כתיב שלשת אלפים יכיל כמו שפירשו רבותינו ז' אלפים בלח ושלשת אלפים ביבש הגרוש כי כל כלי שעמקו חצי רחבו גרשו משפתו ולמעלה הוא שליש ממה שמכיל הכלי עד שפתו id eſt : *Noſſe vos oportet, o Filii, in Templo primo, quod condiderat Salomo, fuiſſe Mare fuſum, habens decem cubitos ab ora una parte ad alteram, rotundum circumquaq;, altitudinis cubitorum quinq;, capiens vero, Batos bis mille, prout traditur 1. Reg. VII. Caterum, quod 2. Chron. IV. legimus, ter mille cubitos illud cepiſſe, hoc cum Magiſtris noſtris, f. m. it. conciliandum fuerit, (ut dicatur,) continuiſſe bis mille Batos Humidorum, at ter mille, Aridorum aggeſtorum. Nam, quodq; Vas, cujus profunditas dimidiatam proportionem habet, ad περιφερειαν, ſi poſt implectionem porro acervetur, tantum admittit cumulum, ut tertiam partem ejus quantitatis, cujus ipſum vas ad oram usq; capax eſt, exæquet.* Poſtea, cum multa, de Baſibus, & Labris, Maris hujus interjeciſſet, ſubjungit : אמנם במקדש שני לא היה בו לא ים ולא מכונרת וביורת רבים אלא היה בו ביור אחד בין האולם והמזבח ומשוך קמעא מזוית המזבח כלפי הדרום כמו ששנינו בזבחים שהיה שם לקדוש ידים ורגלים של כהנים כמשפט הכתוב בפרק שלישי ממס' מדות משנה ששית ובראשונה לא היה לביור אלא שני דדים בלבד עד שבא בן קטין הכהן הגדול זכור לטוב ועשאן שנים עשר כמי שאמרו בפרי אמר להם המנרת דיומא משנה עשירית וזה כדי שיהיו שנים עשר כהנים הזוכים בפיים של תמיד של שרד מקדשים בבת אחת ידיה ורגליהם : id eſt : *Verum enim vero, in Templo poſteriore, nec Mare erat, nec Baſes & Labra plurima, ſed unicum tantum Labrum, inter Porticum & Altare, ab hujus angulo, nonnihil ad Auſtrum ſeſe porrigens, ceu in* (Maſſechet) *Sevachim proditum eſt. Hujus uſus erat, ut Sacerdotes manus ſuas pedesq; mundarent. Secundum normam traditam in cap. III. Maſſ. Middot, Miſchna VI. Ab* principio,

pio, Labrum hoc, sola duo habebat Epistomia, sed superveniens Ben Ketin, Pontifex Summus, f. m. duodecim fecit, uti est in c. III. Jome, Mischna X. Hoc vero ideo fieri voluit, ut duodecim illi Sacerdotes, qui in offerendo jugi sacrificio occupabantur, simul omnes, manus & pedes abluere possent.

5. Secundum R. Judam &c.] Privata hæc fuit R. Judæ opinio, in quam Sapientes reliqui, suis suffragiis non descenderunt.

6. Quod ad Scripturam] Vide Mischnam, mox sequentem.

7. Dextrorsum deflexit] Si maxime voci ופנה non adderetur לימינו tamen haud aliter, quam de dextro latere accipienda fuisset, ob Gemaræ nostræ Regulam: כל פנה שאתה פונה לא יהי אלא דרך ימין id est: *Quotiescunq; quis deflexisse dicitur, id de regione dextra capiendum.*

8. Fossula erat unum cubitum longa, lataque.] Nota, Phrasin אמה על אמה qua Talmudistæ crebro utuntur, Longitudinem & Latitudinem, in re simili tantum notare, non vero, (quod tamen merito opinari quis poterat,) etiam profunditatem. Id enim persuadet locus in Erubin fol. 14. a. inf. תני ר' חייא ים שעשה שלמה היה כרתניא רחב מאה וחמשים מקוה טהרת מכדי מקוה כמה היה כרתניא זרחץ את בשרו במים במי מקוה כל בשרו מים שכל גופו עולה בהן וכמה הן אמה אל אמה ברום ג' אמות: id est: *Docuit R. Chaja, Mare, quod Salomo fecerat, continuisse CL. fontes purificationis. Quæ est mensura fontis ejusmodi? Ea, quæ colligitur ex verbis, (Lev. XIV, 9.) Et abluet carnem suam aquis: quibus cum indicetur, totum corpus, fontis aquis abluendum esse, quare aquas tantas esse oportet, ut universum corpus capiant. Quæ igitur harum debet esse quantitas? Ulnam unam longas, latas &, tres vero profundas esse exigitur.*

9. Exinde tantum pulveris &c.] Quid facto opus sit, si pulveris in Sanctuario nulla suppetat copia, prolixior in Gemara est disputatio, quam ut afferri possit. Missa ea, controversiæ decisionem recitamus ex Maimonide Hilchot Sota cap 4. §. 12. לא חית שם עפר בהיכל מביא עפר מבחוץ ומניחו בהיכל ולוקח ממנו ונותן על פני המים ואינו מביא אפר אבל מביא רקבובית שהיא כעפר: id est: *Quod si in Sanctuario nullus sit pulvis, ex aliunde allato, ing; eo depositio, accipere licebit, & aquis indere. Cineres (loco pulveris) accipere, nefas, putrorem vero corruptarum rerum, fas est.*

10. De-

10. Depromsit] Manu sua, ultro objectos pulviſculos Sacerdos prehendebat, nam, ut rurſus ait Maimonides: לא יחפור בקרדום בהיכל ויוציא עפר שני אשר יהיה בקרקע המשכן ואם חפר והוציא עפר כשר: id eſt: *Non debebat in Templo, pulverem rutro effodere, ac eruere Sacerdos*, Q. S. E. (Num. V, 17.) Qui erit in ſolo Tabernaculi. *Si vero fodiendo eruiſſet, ſaltem pulveris nullum erat vitium.*

11. Aquisque indidit] Sed vero, ſi libro antiquiſſimo Siphri fol. 4. col. 3. hic credimus, אם הקריב עפר למים יצא id eſt: *Peccatum nullum erit, ſi Sacerdos prius pulverem vaſi indat, atq; ſic demum in aquam affundat.*

12. Ut conſpici poſſet, in aquarum ſuperficie] Modice quidem pulvis aquæ injiciendus erat, ut hauriri eadem commode poſſet: non tamen tanta exiguitate, quæ viſum omnem effugeret; ſecus enim, ne additum quidem pulverem eſſe, ſuſpicari licebat. רר' שלשת צריכין שיראו עפר סוטה ואפר פרה ורוק יבמה משום ר' ישמעאל אמת אף דם צפור: id eſt: Tradunt Magiſtri: *Tria ſunt, quæ minorem, quam quæ conſpici queat, quantitatem, haud admittunt: Sunt q; : Pulvis Mulieris de adulterio ſuſpectæ; Cinis Junicis* (Num. XIX, 17.) *& Spurium Fratriæ*, (Deut. XXV, 9.) *Atq; ex ſententia R. Iſmaëlis, addere his oportet, Sanguinem avis* (quæ jugulatur in expiatione Lepræ, ſuper aquam vivam, Lev. XIV, 5.) Sic legitur in Gemara noſtra fol. 16. b. idemque repetitur in Jalkut fol. 207. col. 1. Cæterum, quare in Sotæ Judicio, Aquam & Pulverem adhibere, Legislator Supremus juſſerit, Rabbini more ſuo curioſe indagare ſategerunt, e quibus tamen multi, nimium intelligendo, fecere, ut nihil intellexerint. Omnium ineptias, uti afferre ſuperſedemus, ita unum & alterum, non omnino abſurdum, juvat audire: Jelammedenu fol. 69. col. 4. cum non minus ut Talmud Jeruſchalmi apud Moſen Mikkozi in Smag fol. 138. col. 4. præcepti divini eam principio cauſam attuliſſet, quod ex Aqua, Mulier creata fuerit, & in Pulverem convertatur: ſubjungit deinde: דא"ל למה נברקת במים ובעפר לפי שאדם זורע כמה זרעים בעפר ואינו יודע מה הם עד שחפים יורדים עליהם ומודיעי' אם הם של בעל השדה או מת שזרעו אחרים: id eſt: *Supereſt alia reſponſio: Quare inſtituta Exploratio Aqua & Pulvere? Scilicet, Paterfamilias multa ſeminat ſemina in pulvere, quæ illum deinde latent, quoad aquis irrigata, oſtendunt, quas fundi Dominus, quas & alii fecerint ſementes.* Non addit plura, proclive enim eſt, ad inſtitutum applicare ſimilitudinem. Abarbenel Comment. in Legem fol. 280. col. 3. in

חמים רומזים לתורת השם שתזהירה
3. in hunc modum ratiocinatur:
על הערות והיא עברה עליה בטומאתה ועפר קרקע המשכן היה רמז לכבוד
בית יי ומשכנו שלא יבא שמה אותן זנדר ומחיר כלב ולכן שמדר ראוי
שתענש על חטאתה גם תרמוז בזה שעפר היא ואל עפר תשוב
שמה כי כן צוה בכלי חרס סימן שהיא תשבר ככלי חרס׃
id eſt: *Aqua, ad Legem Divinam,* (iisdem ſæpe comparatam,) *reſpectum involvunt, hæc enim vetat adulteria, quod præceptum, ſua impuritate Sota violavit. Pulvis ex ſolo Templi, revocat in mentem venerationem Domus Dei, ejusq; Sanctuarii, in quod merces meretricia, ac pretium canis inferri, non debebant, itaq; æquum erat, ut ibi Sota plecteretur: Amplius, indicabat idem pulvis, Sotam, pulverem eſſe, & ibi in pulverem reverſuram. Unde & in fictili vaſe, iſta offerenda erant, certo indicio, fractum iri illam, adinſtar vaſis fictilis.*

ג

בא לו לכתוב את המגילה
מאיזה מקום הוא כותב מאם
לא שכב איש וגו ואת כי תשם
שטית תחת אישך וגו ואינו ס
כותב והשביע הכהן את הא
האשה וכותב יתן ה אותך ל
לאלה ולשבועה ובאו המים
המאררים האלה במעיך ל
לצבות בטן ולנפיל ירך ואינו
כותב ואמרה האשה אמן אמן
אמן רבי יוסי אומר לא היה
מפסיק רבי יהודה אומר כל
עצמו אינו כותב אלא יתן ה
אותך לאלה ולשבועה וגו וב

III

DEſcripturus Libellum, unde ſcriptionis initium fecit? Videlicet [1] ab illis: *Si non concubuit ullus tecum, &c. Sin autem in declinaſti a marito tuo &c.* Cæterum [2] non ſcribebat verba: *Et adjuravit Sacerdos mulierem*: Sed (iis, *& paucis, quæ ſequuntur, omiſſis*) ſcripſit: *Ponat te Dominus in maledictionem, & formulam juri-jurandi: Ingrediantur itaq; hæ aquæ* [3] *maledictionem illaturæ, in viſcera tua, ad tumidum reddendum ventrem, & ad efficiendum femur cadivum.* [4] Non vero ſubiiciebat verba: *Et dicet mulier Amen, Amen*: R. Joſe ait, nihil ab eo fuiſſe omiſſum. [5] R. Juda in ea eſt ſententia, haud ſcripſiſſe eum præter-

v. 19. v. 21.

v. 22.

ובאו המים המאררים האלה במעיך וגו ואינו ס"ו כותב ואמרה האשה אמן אמן׃

præterquam : *Ponat te Dominus in maledictionem & formulam juramenti &c. Ingrediantur itaq; hæ aquæ maledictionem importaturæ in viscera tua &c.* Neque addita esse verba : *Et dicet mulier : Amen, Amen.*

ANNOTATA.

1. Ab illis : Si non &c.] Cum Mischnæ Codicibus, מאם legendum, non vero, quod est in Basileensi, & Amstelod. Talmudis Editionibus מואם Prius enim cum Textu sacro convenit, Scripturæ vero verbis vel addere, vel detrahere literulam, esse debet religio.

2. Non scribebat verba : Et adjuravit Sacerdos mulierem.] Hæc enim tantum indicant, quid Sacerdotem facere conveniat, nec attinent ad Sotam.

3. Maledictionem illaturæ] Sic המים המאררים interpretari nos Judæi jubent, quorum judicio non probatur, si, (quod, nonnulli tamen feciſſe deprehenduntur,) *Aquas maledictas*, quis dicat; & adeo R. Salomo Jarchi, agendi sensum, non tantum respectu ejus quod in corpore suo Sota patitur, sed etiam ad aliorum de ea sermones, applicat: המאררים המחסרים אותה מן העולם לשון סלון ממאיר ולא יתכן לפרש מים ארורים שהרי קדושי הן ולא ארורים כתב התכתוב אלא מארירים את אחרים ואף אונקלוס לא תרגם ליטייא אלא מלטטי' מראות קללה בגופה של זו : id est : *Aquæ illæ dicuntur* המארירים *quia Sotam vita privant, potestq; significatio peti ex* סלון ממאיר (quod Ezechiel c. XXVIII, 24. adhibuit, ut *Spinum accerrime pungentem*, innueret.) *Non vero quadrat, si quis* Aquas Maledictas, *exponere velit, quippe sanctæ sunt: neq;* ארורים (id quod demum *Maledictas* notaret,) *dicit Scriptura, sed* מארירים *quasi quæ apud alios maledictiones producant. Atq; sic quoq; Onkelos Chaldæus, non* ליטייא sed מלטטי' *transtulit*, (quia alii Sotæ imprecantur,) *cum ejus corpus plaga vident affici.* Ex istis, verbo tenus excerptum est, quod Judæi populares, ad suam Versionem Pentateuchi, in qua מי המרים המארירים reddiderunt, *Wasser die bitren, die da ma-*

chen verfluchen, annotant. Inquiunt: *Die Bitren darum, daß zum letzten vvert es ihr bitter vvern. Die da machen gebrechen. Meint, machen gebrechen ſie von dieſe Welt. Aber nit daß ich vvolt es beſcheiden, Waſſer verfluchte, dan fürvvar ſie ſein heilig, und nit verflucht: Geſchrifft daß da iſt geſchrieben der* שם המפורש *Neiert ſie machen verfluchen, ſie von andere, vvann ſie ſein ſehen, die* קללה *am Leib von dieſer.* Breviter & optime Bechai fol. 156. col. 1. in f. ומה שאמר מארים על שם מארי' האלות הנמחות במים שהן מקללין אותה: *Aquæ illæ vocantur propter imprecationes in iisdem deletas, quæ Sotam male mulctant.* Conferendus Abarbenel fol. 280. col. 3. in f. In Baal Hatturim, Tanchuma, & Rabbot, vocis המארים arcanum aliquod Myſterium declaratur: המארים שולה שני פעמים רמ"ח לומר שבורקין רמ"ח איברים של איש ושל אשה: id eſt: *Verbi* המארים *elementa, ad numeros redacta, bis* CCXLVIII. *conficiunt: quo indicatur, aquas exerere vim ſuam tam in* CCXLVIII. *membra* (totidem enim humanum corpus conſtat;) *ſuſpectæ mulieris, quam adulteri.*

4. Non vero ſubjiciebat &c.] Iſta, in Megilla exprimere ſupervacuum fuiſſet, quippe quæ eò ſpectant, ut Mulier viva voce, geminatam obteſtationem, *Amen, Amen*, proferre cogatur.

5. R. Juda in ea ſententia eſt] Inter discordes has opiniones, quæ verior ſit, nec Gemara, nec Maimonides, in Miſchnæ Commentario, exprimunt. Standum tamen ſine dubio illa, quæ primo loco fuit propoſita, quippe, ſcribente ita Bechai Comment. in Leg. fol. 156. col. 1. נר' תיטרת היו כותבין לסוטה שהיו נמחים למים id eſt: *Verba LIV. ſcripta, & aquis deleta fuere, cum de Sota inſtitueretur judicium.* Sed vero, ſi rationem ineamus, ex ſola prima opinione, is numerus emergere deprehenditur. Itaque, hic graviter hallucinatus eſt, quisquis ille fuit Autor Notarum Rabbinicarum, quæ Pentateucho, Venetiis apud Juſtinianum, ante hoc, & quod excedit, Seculum, excuſo, adjiciuntur, contendit enim, ipſum etiam Sotæ proprium, quo deſignabatur nomen, Megillæ delendæ fuiſſe inſcriptum; quod aſſertum, nec in Sacris literis, nec in univerſa Judaica Antiquitate, teſtimonium reperit. Atenim, deprehendiſſe nobis videmur, quid Commentatorem illum deceperit. Nimirum, legerat apud Maimonidem Hilch. Sota c. 3. §. 5. aut in Smag. fol. 138. col. 4. ſcribendam eſſe Megillam, לשמה של אשה כמו גט ibi לשמה ipſe de proprio Mulieris nomine perperam accepit, cum ſenſus ſit, non valere, ſi in anteceſſum, aut in alterius, quam præſentis Sotæ gratiam libellus ſcribatur, ſuum enim cuique proprium & peculiarem exa-

randum

randum esse, pariter uti & instrumentum divortii. Atque sic deinde cap. 4. §. 11. idem ait Maimonides: כתבת שלא לשמה או מחקת שלא לשמה פסולה: id est: *Si alterius Sotæ in gratiam, sive scripta, sive deleta fuisset Megilla: ista tam Megilla, quam aqua, porro ad explorandum aliam erant inutiles.* In Mischna Joma, capite 3. traditur: הליני עשתה נברשת של זהב על פתחו של היכל אף היא עשתה טבלת של זהב שפרשת סוטה כתובה עליה: id est: *Helena Regina, fecit Candelabrum aureum in Porta Templi: Eadem, paravit quoq; Tabulam auream, in qua verba concepta, Megilla Sotæ inscribenda, fuerunt expressa.* Quem locum non satis Guil. Henrico Vorstio, in translatione Zemach, intellectum esse, ante nos notavit præstantissimus vir, Robertus Sheringamius, qui Jomæ librum, latine vertit, notisque illustravit. Nec minus, graviter errasse deprehenditur, R. Jacobus Leonitius in Tavnit Hechal p. 32. a. cum Helenæ Tabulam Auream, in ipsum Sanctissimum penetrale admissam, & eodem, quo Urnam cum Manna, & Baculum florentem Aaronis, loco habitam esse, sibi persuasit, inquiens: בתוך קודש הקדשים היתה נתון צנצנת המן אשר מעשהו היה כזרע גר אמנם לבן ועינו כעין התחלח מונח לפני ארון העדות גם מטה אהרן לבית לוי עם פרחיו וציציו וגם השקדים שהיה שמה מונח לפני ארון לחיות לאות לבני מרי גם שם היתה טבלת זהב טהור אשר בה כתובה בלשון הקודש האלה אשר היו משביעים את האשה כאשר יעבור על בעלה רוח קנאה: id est. Viro Clarissimo, qui illum librum Latinum facere dignatus est, vertente: *Intra Sanctum Sanctorum sita fuit urna Manna, quod simile erat semini coriandri, & color ejus, sicut color Bdellii: eaq; constituta coram Arca testimonii. Etiam Baculus Aaronis, Domus Levi, cum germinibus suis, & floribus suis, & amygdalis quoq; quæ erant in eo, locatus fuit ante Arcam, ut esset in signum filiis Rebellionis. Ibidem exstitit Tabula puri auri, in qua lingua Sancta descripta erant illa, quibus adjurabant talem mulierem super cujus marito transisset Spiritus Zelotypiæ.* Nam, ut alia, quæ urgeri possent, prætermittam, certe non in alium finem parata erat, Helenæ Tabula aurea, quam dicente ita Jarchi, in Notis ad allegatum paulo ante, Jomæ locum: שלא יהיה צריך להביא * תורה לכתוב ממנו מגלת סוטה במקדש: id est: *Ne necesse esset, aliunde in Templum inferre Librum Legis, ut ex eo feralia verba in schedam describerentur.* Quibus plane consona sunt, quæ scribit Maimonides in ad Mischnam Sotæ Commentario. At vero, si in Sancto Sanctorum asservabatur ista Tabula, quomodo ulla ratione fas erat Sacerdoti gregario, (qualem Judicii Sotæ ministrum fuisse, supra demonstratum est,) penetrare in sacro-sancta Adyta, & Tabulam, secundum quam Megil-

* Analogia Grammatices jubet supplere vocem ספר

lam deſcriberet, depromere? Quippe in quæ nemini uni mortalium præter ſolum Summum Pontificem, & quidem non niſi ſemel in anno, expreſſa Lege Divina, Levit. XVI, 2. ad quam provocat quoque Epiſtolæ ad Hebræos Divinus Scriptor, cap. IX, 7. introire permittebatur. Proinde, omnino conſequitur, in Conclavi aliquo, cum cæteris Vaſis, aut Veſtibus ſacris, hanc Tabulam fuiſſe cuſtoditam; vel etiam, quod mihi fit veriſimilius, juxta Nicanoris Portam, ſemper manſiſſe appenſam. Si Maimonidi credimus, haud licet Scripturæ aliquam Sectionem, ita in Tabula deſcribere, ut verba in rectis ſecundum latitudinem lineis ſint contigua, nam id librorum, & ſacrarum ſchedarum, unice proprium eſt, in Tabula vero, aut pugillaribus, ſi quod exprimitur Dei dictū, verbum verbo, aut bina vocabula, binis, ſecundum longitudinem ducendo lineas, ſupponenda ſunt. Quamobrem, ex Maimonidis mente, hæc, in Helenæ Tabula Aurea, Scriptionis forma fuit, iſta LIV. ſacrorum verborum ibi diſpoſitio, quam oculis ſubjicimus:

Vide etiã Talmud Celim cap 1. §. 9. Maimonidem Hilchot Bet Hammikdaſch. c. 2.

אם	שטית	עמך
לא	תחת	בתת
שכב	אישך	יהוה
איש	וכי	את
אתך	נטמאת	ירכך
ואם	ויתן	נפלת
לא	איש	ואת
שטית	בך	בטנך
טמאת	את	צבה
תחת	שכבתו	ובאו
אישך	מבלעדי	המים
הנקי	אישך	המאררים
ממי	יתן	האלה
המרים	יהוה	במעיך
המאררים	אותך	לצבות
האלה	לאלה	בטן
ואת	ולשבעה	ולנפל
כי	בתוך	ירך

ד

אינו כותב לא על הלוח
ולא על הנייר ולא על
הדפתרא אלא על המגילה
שנאמר בספר ואינו כותב
לא בקומוס ולא בקנקנתום
ולא בכל דבר שרושם אלא
בדיו שנאמר ומחה כתב
שיכול להמחות׃

IV.

NOn ſcripſit eam [1] in tabula, nec in [2] Papyro, nec in [3] diphthera; ſed [4] in Volumine. Q.S.E. *In libro.* [5] Nequead ſcribendum uſus [6] Gummi, aut [7] chalcantho, aut liquore quoquam [8] veſtigium aliquod relinquente: [9] Sed atramento. Q.S.E. *Et delebit.* (*Ergo innuitur,*) [10] ſcriptura delebilis.

ANNOTATA.

1. In Tabula] Lignea ſcilicet; nam lignum humores ſorbet, & ita ſervat literarum ductus, ut penitus deleri nequeant. Eadem Vox לוח excludit etiam *Pugillares*, quos Rabbini, verbo a πίναξ corrupto, פנקס aliàs appellitant. Id nomen explicat Jarchi in Notis ad Schabbat cap. 24. לוחות שקושרות זו עם זו כאותם של גלחים, id eſt: *Tabellas quæ invicem colligantur, quales ſunt, quibus Monachi uti ſolent.* Sic in En Iſraël fol. 79. col. 2. habet locus. Sed in Talmude Amſtel. fol. 56. a. pro voce poſtrema גלחים legitur סוחרים atque de *Mercatoribus*, non *Monachis* ſermo eſt. Neutra harum Lectionum, valde laborat abſurditate. Accipio enim *Pugillares Monachorum*, de antiquis illorum Diptychis, cujus generis cerata, noſtræ Academiæ Bibliotheca aſſervat.

2. Papyro] Modo laudatus R. Salomo in Commentario ad hunc locum, dicit נייר parari ex herbis contuſis, glutineque deinde, in formam pellis compactis. Verba ejus ſunt: נייר של עשבין שכותשין ומדבקין אותו ברבק שקירין גליד ועוישים כמו עור Quantum apparet, videtur intellexiſſe Papyrum Ægyptiacam, dubito tamen, num rem recte perceperit. Haud enim legiſſe me memini, e contuſis herbis factam Papyrum eſſe, ex philyris vero, ſeu ramentis, a caule Papyri diſtractis, & alteris quidem recto ſitu ſubſtratis, alteris transverſa poſitione ſuperinjectis, Nili turbidiore aqua, glutinis vicem præſtante, ipſam paratam fuiſſe, præter Scriptores alios, ex Plinii l. 3. Hiſt. Nat. c. XII. ſatis conſtat. Proinde exiſtimo, audiviſſe aliquid Jarchium de Papyro Ægyptiaca, ſed cum modum

modum omnem, quo conficiebatur, non esset edoctus, ex illa arte qua nunc charta fit, de veteri quoque, tulit ipsus judicium.

3. Diphthera] Suam fecere Rabbini, vocem Græcanicam, notatque ipsis עור שאינו מעובר כל צרכו רמלית וקמיח ולא עפיץ שהיו מעברין הקלפים בעצפים שקורין גליש ; id est : *Pellem, quæ non plane planeq; parata est, sed cum sale & farina subacta sit, Galla tamen destituitur, Membranas vero, Galla macerare oportet.* Hæc rursus R. Salomonis verba sunt, quæ quidem fere ex Schabbat fol. 79. a. ipsum transcripsisse deprehendimus. Diphthera igitur, pellis vera est, in membranam non plane efformata, atque in talibus Jones quondam scripsisse, penuria chartarum, apud Herodotum, in Terpsichore legitur. Revocavit horum consuetudinem, Poëtarum Italorum facile Princeps, *Petrarcha*, Francisco Bochio teste, qui ita apud Jac. Philippum Tomasinum in Petrarcha Redivivo cap. XXXIII. loquitur : *Consueverat Poëta noster, dum moliri aliquid cogitando vellet, multis spatiis faciendis deambulare solus, & dum oriretur cogitationes, atq; alia aliis succederent, ne quæ subito eruperant, evanescerent, pellita quadam in veste, qua erat indutus, quæq; nullo panno exteriore erat coperta, scriptitare subito, quæ Tuscis in Musis venerant in mentem, multusq; hac atq; illac notis & lituris circumscribere. Hanc ipsam vestem Joannem Casam, una cum Jacobo Sadoleto & Ludovico Beccatello, quorum erat in potestate, contemplari solitum esse dicitur, & cum An. MDXXVII. gravis pestilentia omnia in Italia devastaret, cum animi, tum etiam salutis causa, rus Muggollanum Joannis Casæ omnes concessisse, secumq; hanc vestem, ut per otium contemplarentur, habuisse.* Baal Aruch, ex Tanchumæ Commentario in Parasch. וארא laudat nobis Phrasin הוציא דפתרא של אלהות ut non minus Judæi Deo vero, quam Gentiles, suo Jovi, Diphtheram tribuant. Quid vero proprie, per illam *Divinitatis Diphtheram*, Tanchuma intellectum velit, edifferere equidem non possum, nec enim verba, eo quem Aruch indicavit loco, reperi. Cæterum, Mischnæ nostræ videtur contradicere Josephus, nam cum l. 3. Antiq. cap. 10. Sotæ judicium enarrat, ita inter alia de Sacerdote loquitur : Ἐπιγράφει μὲν τῷ θεῷ τὴν προσηγορίαν διφθέρᾳ. Sed magis in sermone, quam re, consistit diversitas.

4. Volumine] Hoc est : Scribenda sunt illa Legis Divinæ commata, על מגלה מעור טהור בספר תורה id est : *In convoluta membranula, facta ex animali puro, plane uti Pentateuchus describitur :* prout habet Nobilissimus noster Codex MS. Ex Hechajim Hilch. Sota Vekinnam cap. I. Consequens igitur est, ut ex eodem Libro Optimo, doceamus, quæ de illa membrana, in qua Lex Divina exarari solet, observanda veniunt, haud enim alibi res tam clare & perspicue traditur.

הרוצה

הרוצה לכתוב ספר תורה או תפלין או מזוזות יזהר בדיו
ובעורות שדין כל אחד חלוק מחבירו ורה חלוקם שהלכה
למשה מסיני יכתוב ספר תורה בגויל במקום שיער ותפלין
בקלף במקום בשר ומזוזה על דוכסוסטום במקום שיער וזה
לך פירוש שם העורות ותקונם לוקחים עור הבהמה או החיה
ומסיר השיער ואחר כן ימלחנו במלח ויעבדנו בקמח ואחר
כך בעפצא ודוגמתיו מדברין שמקבצין העור ומחזקין אותו
וזה נקרא גויל ואומר רבינו ברוך דעבוד שלנו שאינו בעפצים
כי אם בסידומים ומלח עיבוד טוב הוא ואין צריך עפצא
ואם חילק העור בעביו לשנים אחר שהעביר השער ונעשה
שני עורות אחד דק והוא שממול השיער ואחד עב והוא
שממול הבשר ומעבדו במלח וקמח ועפצא כמו שכתבתי או
ביוצא בו וחלק שממול השיער נקרא דוכסוסטום וזה שממול
הבשר נקרא קלף כל הכותב על הקלף במקום שיער או
בגויל ודוכסוסטום במקום בשר פסול כתב ספר תורה על
הקלף בשר על הדוכסוסטום פסול כתב מזוזה על קלף או
גויל כשר שדוכסוסטום לא נאמר אלא למצות עורות ספר
תורה ותפלין צריכין עבוד לשמן ואומר רבינו ברוך שצריך
לומר בפירש כשנותנן בעיבוד אני מעבדן לעשות מתן דבר
קדוש וכן כשיכתבם יאמר בפירש בתחלת הכתיבה אני כותב
לשם תורת ישראל ולשם קדושה כי שמא לא סגי במחשבה
ואם לא עיבד לשמן פסולים לדעת המיוחס ורת ורת ולדעת
רשי כשרים עיבדן גוי אעפ שאמרו לו לעבד לשמן פסולין
שלדעת עצמו עושה ולא לדעת השוכרו אבל מנהג להניח
הגוי

הגוי לעבד וישראל עומד על גביו ומסייעו וכך התירו הנאונים
ודי בכך שלדעת ישראל עושה וכן הגוי אפילו בלא ישראל
יכול לתקן הקלף של ספר תורה תפילין ומזוזות ולשרטטן
מעצמו ואין צריך לשמן כתב המימון שמזוזה אין צריכה
עיבוד לשמה אבל לא מרבינו ברוך שצריך דהא חמורה
מזוזה מתפילין לענין שרטוט קו שחשוה להם לענין עבוד
ספר תורה תפילין ומזוזות שכתבם על עורות בהמה חיה
ועוף טמאין או על עורות שאין עבודין פסולין אבל כותבן
על עור בהמה חיה ועוף טהורין אעפ שהן נבילות וטרפות
ולא יכתוב על עור דג טהור מפני הוהמא שאין זוהמתו
פוסקת בעיבוד:

Id est: *Descripturus Legem, Phylacteria, aut Schedas Liminares, curam habeat & Atramenti, & Membranarum,* (sunt enim Membranæ diversorum generum,) *vehementer a se invicem distinctorum. Atq; in hoc quidem, consistit illa distinctio, quod secundum traditionem, quam Moses in monte Sinai accepit, Pentateuchus describendus in* Gevil, *parte ea, quæ attingit pilos. Quod Phylacteria describenda in* Keleph, *parte ea, quæ attingit Carnem; quodq; Liminaris Schedæ, describenda in* Duchsostos, *ea parte quæ attingit pilos. Nunc porro docebitur explicatio illorum nominum, & Membranas istas parandi ratio. Accipiunt pellem Feræ, aut Bestiæ mansuetæ, pilisq; demtis, saliunt eam sale, subigunt q; farina, galla, rebusq; similibus, quæ pellem contrahunt, solidant q;: Hæc vero Species est, quæ vocatur* GEVIL, *docetq; Magister noster Baruch, nostram* (nunc usitatam parandæ membranæ) *rationem, quæ sine galla, sed calce & sale peragitur, probam esse, neq; gallam esse necessariam. Quod si, pilis scilicet remotis, dividatur pellis, secundum crassitiem, in partes duas, factaq; sit pellis gemina, una tenuior, ex ea parte quæ attingebat pilos; altera spissior, ex ea parte, quæ attingebat carnem, fiatq; farina, sale, ac galla, modo dicta, aut similis præparatio, tum ea pars cui pili quondam adhæserant, vocatur* DUCHSOSTOS: * *ea vero, quæ carni erat contigua dicitur* KELEPH. *Quisquis in Keleph, ea parte scribit, quæ pilos respiciebat, aut in Gevil & Duchsostos, ea parte, quæ carni erat proxima, is facit vitium. Pentateuchus scriptus in Keleph admitti potest, sed scriptus in Duchsō-*

* In originem vocis inquirit Buxtorf. Lexic. Talm. p. 517.

Duchsostos, nequaquam. Scheda Liminaris, scripta in Keleph, aut Gevil, habenda pro legitima, nam Duchsostos ab iis tantum adhibetur, (qui schedis illis, ex abundanti, bonitatem adjicientes,) *majus mereri volunt præmium. Porro, pelles, quibus Lex, aut Phylacteria inscribenda, in hunc finem, nominatim parata esse debent, traditq; Magister noster Baruch, omnino exigi, ut quis, opifici eas parandas tradens, expressis verbis dicat:* Has pelles in eum finem parari volo, ut rem sanctam ex iis efficiam. *Pariter, in eas scripturo, sub scribendi initium, perspicue enunciandum est:* Testor me scripturum Legem Israëlis, rem sanctissimam! *fortasse enim sola non sufficit recti intentio. Quod si Membranæ non in eum* (quem diximus, finem,) *nominatim factæ sint, Maimonides, R. Chananel, & R. Tam, illarum usum vetant, R. Salomo Jarchi tamen, eas licite adhiberi posse, censuit. Si quis τῶν ἐξω membranas parare debeat, etiamsi illi dicatur, in quem finem quis eas paratas velit, tamen haud evadunt legitimæ; nam οἱ ἐξω ex sui animi, non vero illius sententia, qui opus faciendum redemit, illud perficiunt. Quamobrem, more receptum, ut τῶ ἐξω labor committatur, assistente Judæo, & opem ferente, hoc enim casu Viri inter nos Summi, illas membranas licitas pronunciarunt, cum hæc sufficiant ut dicatur secundum Judæi intentionem factas membranas esse. Atq; sic οἱ ἐξω, etiam sine judæo, membranas* (jam paratas,) *ad scribendam in iis Legem, Phylacteria, & Liminares Schedas, sua sponte disponere, & lineas* (secundum quas Hebraica deinde exaranda sunt,) *in iis ducere potest, neq; exigitur intentio. Maimonides tradidit non necessario requiri, ut* (membrana) *Liminaris Schedæ, in finem sacrum nominatim sit parata; At R. Baruch contra reputando, id necesse esse asseruit. Nam Schedam Liminarem scribenti, major imponitur necessitas ducendi lineas, quam scribenti Phylacteria, proinde consequitur, ratione præparandæ membranæ, minimum inter utrag, esse paritatem. Pentateuchus Phylacteria aut Scheda Liminaris, scripta in pelle, sive Fera, sive Animalis mansueti, aut Avis, immundorum, aut in pelle quæ præparata non fuit, pro illegitimis reputantur. Modo vero pellis, ex fera, mansueto animali, & ave, puris, desumta sit, non officit sua morte bestiam illam periisse, aut aliquo vitio laborasse. Pelle, piscis etiam puri, adscribendum uti non licet, ob immunditiem,* (ei adhærentem,) *quæ nulla unquam præparatione, penitus separari potest.* Emendavimus in hoc fragmento, nonnulla, quæ præter morem depravate, in Codice nostro, scripta invenimus, qualia sunt דוגמתיו מדרין, Item semel iterumque והוא שמיל Sic שרוכסוסטוס נא למצוה omissa negandi vocula; mox, וצריכין abundanter expressum erat: Qui tamē omnes errores leviores sunt, præ eo, quod חמור׳ תפילין ממזוה לעניין שרטוט legitur: Secundum hanc enim lectionem, non tantum perit tota vis collectionis, qua adversus Maimonidem concludit R. Baruch, sed & certum,

contra-

contraria omnia, atq; quæ nos expreſſimus, vera eſſe, unde in ipſo quoq; Codice noſtro, alibi ſignanter: הלכות למשה מסיני שאין כותבין ספר תורה ומזוזה בלאי שרטט אבל תפילין אין צריכין שרטוט; id eſt: *Inter Traditiones Moſis in Monte Sinai perceptas, tenemus etiam illam, non ſcribendum eſſe Pentateuchum aut Schedam Liminarem, niſi in membrana lineata, Phylacteria vero, illos ductus non exigunt.*

Cæterum, quod Varro apud Plinium l. 13. Hiſt. Nat. c. 11. aſſerit, ex Ptolomæi & Eumenis Regum, circa Bibliothecas æmulatione, ſupprimente Chartas Ptolomæo, in Pergamo Urbe, modum Membranas conficiendi excogitatum eſſe, hoc illi Judæi Scriptores nunquam conceſſerint, longe alia de illarum inventione perſuaſi. Baal Schalſchel. Hakkab. p. 92. a. אין ספק שיש בידינו אופן עשיית קלף מהעורות חיא לנו בקבלה מסיני; id eſt: *Dubium nullum eſt, artem ex pellibus parandæ Membranas, habere nos per longam traditionem inde a monte Sinai derivatam.* Idem tuetur Maimonides, Hilchot Tphillin Umeſuſa cap. 1. §. 3. Et ſane, ante Ptolomæi, & Eumenis tempora, Membranarum apud Judæos uſum fuiſſe, Joſephus quoque l. 12. Antiq. c. 2. confirmat, de LXX. Senibus quos vertendæ Legis Divinæ, in Græcanicam Linguam cauſa, Eleazar ad Ptolomæum illum miſerat, hæc inter alia ſcribens: Ὡς παρῆλθον μετὰ τῶν δώρων οἱ χίροντες, ἃ τῷ βασιλεῖ κομίσαι ὁ ἀρχιερεὺς ἀυτοῖς ἔδωκε. καὶ τῶν διφθερῶν, αἷς ἐγεγράμμενος ἦν τὸς νόμος χρυσοῖς γράμμασιν· Ἐπηρώτησεν ἀυτὸς περὶ τῶν βιβλίων· ὡς δ' ἀποκαλύψαντες τῶν ἐπιπλημάτων ἀπέδειξαν ἀυτῷ θαυμάσας ὁ βασιλεὺς τῆς ἰσχύτητος τὸς ὑμένας, καὶ τῆς συμβολῆς τὸ ἀνεπίγνωτον· ὅτω γὰρ ἥρμοσο καὶ τοῦτο ποιήσας χρόνῳ πλείονι, χάριν εἶπεν ἔχειν ἀυτοῖς τε ἐλθοῦσι, καὶ μείζονα τῷ πέμψαντι, περὶ δὲ πάντων τῷ θεῷ ὧ τὸς νόμος ἦναι, συμβήναι· Id eſt: *Ut Seneſ illi venerunt, cum muneribus a Pontifice miſſis, & cum Membranis, quæ legem aureis literis inſcriptam continebant, primum de Libris eos rogavit: Ut vero ex involucris depromtos obtulerunt, multum diuq; miratus membranæ ſubtilitatem, & commiſſuras quæ ita latebant, ut viſu diſcerni non poſſent, gratias ſe illis habere dixit qui venerint, & majores etiam ei qui miſerit, ſed longe maximas Deo, cujus leges attulerint.* Quin, ſi credimus Angelo Rocchæ a Camerino, in Appendice libri de Bibliotheca Vaticana p. 394. *Hodienum Bononiæ in Cœnobio S. Dominici, duo Esdræ libri in corio implicato ſive involuto, ſua ipſius manu conſcripti, juxta numerum a Sacro Concilio Tridentino, de Canonicis Scripturæ Sanctæ Libris, præſcriptum, mira aſſervantur cura, ac diligentia, in Reliquiario duabus occluſo clavibus, quarum una penes Senatum Bononienſem, altera vero, penes ejuſdem Cœnobii Patres, cuſtodiuntur.* Verum enim vero, hæc Angeli, a Rocha, nec credidiſſe quem circumſpectiorum mortalium, nec credere poſſe, firmiter perſuaſus ſum. Nam ut reliqua omnia multimodis labo-

Duchsoſtos, nequaquam. Scheda Liminaris, ſcripta in Keleph, aut Gevil, habenda pro legitima, nam Duchsoſtos ab iis tantum adhibetur, (qui ſchedis illis, ex abundanti, bonitatem adjicientes,) *majus mereri volunt pramium. Porro, pelles, quibus Lex, aut Phylacteria inſcribenda, in hunc finem, nominatim parata eſſe debent, traditq; Magiſter noſter Baruch, omnino exigi, ut quis, opifici eas parandas tradens, expreſſis verbis dicat:* Has pelles in eum finem parari volo, ut rem ſanctam ex iis efficiam. *Pariter, in eas ſcripturo, ſub ſcribendi initium, perſpicue enunciandum eſt:* Teſtor me ſcripturum Legem Iſraëlis, rem ſanctiſſimam! *fortaſſe enim ſola non ſufficit recti intentio. Quod ſi Membrana non in eum* (quem diximus, finem,) *nominatim facta ſint, Maimonides, R. Chananel, & R. Tam, illarum uſum vetant, R. Salomo Jarchi tamen, eas licite adhiberi poſſe, cenſuit. Si quis τῶν ἐξω membranas parare debeat, etiamſi illi dicatur, in quem finem quis eas paratas velit, tamen haud evadunt legitimæ; nam οἱ ἐξω ex ſui animi, non vero illius ſententia, qui opus faciendum redemit, illud perficiunt. Quamobrem, more receptum, ut τῷ ἐξω labor committatur, aſſiſtente Judæo, & opem ferente, hoc enim caſu Viri inter nos Summi, illas membranas licitas pronunciarunt, cum hæc ſufficiant ut dicatur ſecundum Judæi intentionem factas membranas eſſe. Atq; ſic ὁ ἐξω, etiam ſine judæo, membranas* (jam paratas,) *adſcribendam in iis Legem, Phylacteria, & Liminares Schedas, ſua ſponte disponere, & lineas* (ſecundum quas Hebraica deinde exaranda ſunt,) *in iis ducere poteſt, neq; exigitur intentio. Maimonides tradidit non neceſſario requiri, ut* (membrana) *Liminaris Schedæ, in finem ſacrum nominatim ſit parata; At R. Baruch contra reputando, id neceſſe eſſe aſſeruit. Nam Schedam Liminarem ſcribenti, major imponitur neceſſitas ducendi lineas, quam ſcribenti Phylacteria, proinde conſequitur, ratione præparandæ membranæ, minimum inter utrag; eſſe paritatem. Pentateuchus Phylacteria aut Scheda Liminaris, ſcripta in pelle, ſive Fera, ſive Animalis manſueti, aut Avis, immundorum, aut in pelle quæ præparata non fuit, pro illegitimis reputantur. Modo vero pellis, ex fera, manſueto animali, & ave, puris, deſumta ſit, non officit ſua morte beſtiam illam periiſſe, aut aliquo vitio laborâſſe. Pelle, piſcis etiam puri, adſcribendum uti non licet, ob immunditiem,* (ei adhærentem,) *quæ nulla unquam præparatione, penitus ſeparari poteſt.* Emendavimus in hoc fragmento, nonnulla, quæ præter morem depravate, in Codice noſtro, ſcripta invenimus, qualia ſunt דוגמתיו מדרין, Item ſemel iterumque והוא שמיל Sic שרוכשמשמש נא למצוה omiſſa negandi vocula; mox, וצריכין abundanter expreſſum erat: Qui tamē omnes errores leviores ſunt, præ eo, quod חמור' תפילין פמזוזה לעניין שרשמ legitur: Secundum hanc enim lectionem, non tantum perit tota vis collectionis, qua adverſus Maimonidem concludit R. Baruch, ſed & certum,

contra-

contraria omnia, atq; quæ nos expreſſimus, vera eſſe, unde in ipſo quoq; Codice noſtro, alibi ſignanter : הלכות למשה מסיני שאין כותבין ספר תורה ומזוזה בלאו שרטוט אבל תפילין אין צריכין שרטוט ; id eſt : *Inter Traditiones Moſis in Monte Sinai perceptas, tenemus etiam illam, non ſcribendum eſſe Pentateuchum aut Schedam Liminarem, niſi in membrana lineata, Phylacteria vero, illos ductus non exigunt.*

Cæterum, quod Varro apud Plinium l. 13. Hiſt. Nat. c. 11. aſſerit, ex Ptolomæi & Eumenis Regum, circa Bibliothecas æmulatione, ſupprimente Chartas Ptolomæo, in Pergamo Urbe, modum Membranas conficiendi excogitatum eſſe, hoc illi Judæi Scriptores nunquam conceſſerint, longe alia de illarum inventione perſuaſi. Baal Schalſchel. Hakkab. p. 92. a. אין ספק שיש בידינו אופן עשיירת קלף מהעזרת חיא לנו בקבלה מסיני ; id eſt : *Dubium nullum eſt, artem ex pellibus parandæ Membranas, habere nos per longam traditionem inde a monte Sinai derivatam.* Idem tuetur Maimonides, Hilchot Tphillin Umeſuſa cap. 1. §. 5. Et ſane, ante Ptolomæi, & Eumenis tempora, Membranarum apud Judæos uſum fuiſſe, Joſephus quoque l. 12. Antiq. c. 2. confirmat, de LXX. Senibus quos vertendæ Legis Divinæ, in Græcanicam Linguam cauſa, Eleazar ad Ptolomæum illum miſerat, hæc inter alia ſcribens : ὡς παρῆλθον μετὰ δὲ τῶν δώρων οἱ γέροντες, ἃ πρὸ βασιλεῖ κομίσαι ὁ ἀρχιερεὺς αὐτοῖς ἔδωκε. καὶ τῶν διφθερῶν, ἃς ἐγεγραμμένας εἶχον τὸν νόμον χρυσοῖς γράμμασιν· Ἐπηρώτησεν αὐτοὺς περὶ τῶν βιβλίων· ὡς δ' ἀποκαλύψαντες τῶν ἐπιλημάτων ἀπέδειξαν αὐτῷ θαυμάσας ὁ βασιλεὺς τῆς ἰσχύτητος τὰς ὑμένας, καὶ τῆς συμβολῆς τὸ ἀνεπίγνωστον ὕτω γὰρ ἥρμοστο καὶ τοῦτο ποιήσας χρόνῳ πλείονι, χάριν ἔφασαν ἔχειν αὐτοῖς τε ἐλθοῦσι, καὶ μείζονα τῷ πέμψαντι, πρὸ δὲ πάντων τῷ θεῷ ὧν τοὺς νόμους εἶναι, συμβήκειν· Id eſt : *Ut Seniores illi venerunt, cum muneribus a Pontifice miſſis, & cum Membranis, quæ legem aureis literis inſcriptam continebant, primum de Libris eos rogavit : Ut vero ex involucris depromtos obtulerunt, multum diuq; miratus membranæ ſubtilitatem, & commiſſuras quæ ita latebant, ut viſu diſcerni non poſſent, gratias ſe illis habere dixit qui venerint, & majores etiam ei qui miſerit, ſed longe maximas Deo, cujus leges attulerint.* Quin, ſi credimus Angelo Rocchæ a Camerino, in Appendice libri de Bibliotheca Vaticana p. 394. *Hodiemum Bononiæ in Cœnobio S. Dominici, duo Eſdræ libri in corio implicato ſive involuto, ſua ipſius manu conſcripti, juxta numerum a Sacro Concilio Tridentino, de Canonicis Scripturæ Sanctæ Libris, præſcriptum, mira aſſervantur cura, ac diligentia, in Reliquiario duabus occluſis clavibus, quarum una penes Senatum Bononienſem, altera vero, penes ejuſdem Cœnobii Patres, cuſtodiuntur.* Verum enim vero, hæc Angeli, a Roccha, nec credidiſſe quem circumſpectiorum mortalium, nec credere poſſe, firmiter perſuaſus ſum. Nam ut reliqua omnia multimodis labo-

rantia, tamen ita ſe habere ultro largiar, qua tandem, Bonum! fieri potuit ratione, ut Esdras Divina volumina deſcribendo, *numerum a Sacro Concilio Tridentino de Canonicis Scripturæ Sanctæ Libris præſcriptum*, expreſſerit? niſi is forte, Duos Machabæorum Libros, quos in Canonicarum Scripturarum numerum, retulit Synodus, & quorum in gratiam unice narraſſe hiſtoriam Angelus a Roccha videtur, fere tribus, antequam ederentur Seculis, memoriter tenuit. Tam iniqui multi ſunt præ ſtudio, ut dum probent id quod cupiunt, neque modum fingendi faciant, neque quid dicant, cogitent!

5. Neque ad ſcribendum uſus] Miſchnæ, a Gemara ſejunctæ, Editiones, poſt שנאמר בספר tantum habent ולא בקומוס Prætuli merito pleniorem Talmudis Baſileenſis, & Amſtelodamenſis lectionem.

6. Gummi] Quomodo vocem קומוס interpretarer, aliquantisper me fatigavit. Equidem, apud R. Salomonem, in Commentario ad hunc locum, legebam: קומוס שרף האילן ומתיכו במים וכותב הימנו Hoc eſt: Per קומוס *ſignificatur* שרף האילן *id aqua ſi quis diſſolvat, ejusdem pro atramento uſus eſt.* Sed, jam non conſtabat, quid proprie שרף האילן eſſet, notabamq; Viros Doctiſſimos, Joſephũ de Voiſin, & Wilhelmum Schickardum, Maimonidis quendam locum interpretantes, parum, in illorum verborum explicatione inter ſe convenire. Atq; , quia ob oſtenſum ſupra membranæ parandæ, a nobis modum, illud Maimonidis comma, tanquam quo genuini Atramenti confectionem docet, cæteroquin his Commentariis mox deberetur, hoc præſenti, etſi nonnihil alieniore loco, integrum afferam, ſubjiciamq; laudatorum Virorum translationes; leguntur vero Maimonidis verba in Hilchot Tphillin c. 1. §. 4. ſuntq; ſequentia. כיצד מעשרת הדיו מקבצין העשן של שמנים או של זפרת ושל שעוה וביוצא בהן וגובלין אותן בשרף האילן ובמעט רבש ולותחין אותו הרבה ודכין אותו עד שיעשה רקיקין ומיבשין אותו ומצניעי אותו ובשעה כתיבה שורה במי עפצא וכיוצא בו וכותב בו: Illuſtris Voiſinii in Obſervationibus ad Proœmium Raymundi Pugionis Fidei, p. 86. col. 1. verſio eſt: *Quomodo fit atramentum? Colligunt fuliginem olei, vel picis, velcera, aliarum ve rerum ſimilium*: tum piſta cum ellychnio ligneo, *& modico mellis, tamdiu ſubigitur, & conteritur, donec fruſtatim comminuatur: deinde exſiccata reponitur. Quum quis ea uti voluerit ad ſcribendum; aqua ex gallis, vel aliis ejusmodi reſolvat, eaq; ſcribat.* Schickardus, in Miſchpat tranſtulit: *Colligunt fumum olei, vel picis, vel ſevi, vel talium*, & pinſunt in exuſto ligno, *cum exiguo mellis, & depſunt valde, donec attenuetur: poſtea*

poſtea exſiccant & reponunt. Tempore ſcriptionis, macerant, vel diſſolvunt, in aquis gallarum, aut ſimilium, & ſcribunt eo. Porro, ut ad vocem קומוס revertar, cum in Jadaim cap. 1. legatur : המים שנפסלו משתיית בהמה בכלים פסולין ובקרקעות כשרים נפל לתוכן דיו קומוס וק נקנתום ונשתנה מראיהן פסולין ; iſta, Judæos populares noſtros, in vernaculis Maamedot, ſic convertiſſe deprehendi : *Die Waſſer die da ſein* פסול *geworn, von zu trincken den* בהמות, *ſein ſie in* כלים *da ſein ſie* פסול *aber ſein ſie auf der Erden, da ſein ſie* כשר *wer drein gefallen Tint, oder Kupffer-waſſer, oder Schuſter-ſchwertz, und ihr Geſtalt iſt worden verändert, da ſein ſie* פסול Maimonides vero in Commentario Miſchnæ, cap. 2. Gittin ſcribit : קומוס הוא מין עפר שמשהיר ונקרא בערבי אלזאב Id eſt : ק.מ.ס *eſt ſpecies pulveris nigrum colorem inducens vocatur q, Arabice* אלזאב Hæc, turbarunt me nonnihil, & de ſignificatione vocis קימ ס reddidere dubium. Nihilo minus, animadvertens, præter Clariſſimos Viros, Buxtorfium in Lex. Talm. p. 2056. & Pokockium in Notis ad Portam Moſis p. 357. etiam Cohenem de Lara in Ir David p. 82. ac utrumq; Aruch, conſtantiſſime קומס de Gummi interpretari, horum veſtigiis inſiſtendum eſſe, ratus ſum. Ipſa adeo Gemara, in Gittin fol. 19. a. קומוס per קומא, & R. Salomo in Comment. ad Schabbat fol. 23. a. שרף per גומא explicant : ut dubium nullum ſit, utroque verbo, Gummi ſive Arboris Reſinam ſignificari. Eſtque ea, quæ Pruno ſylveſtri, adhæret, conficiendo Atramento aptiſſima. Nam ſic R. Salomo vocem קטף quam vulgo de Balſami arbuſculis accipiunt, interpretari nos jubet, in illo Gemaræ Schabbat dicto : כל השרפין יפין לדיו ושרף קטף יפה מכולם id eſt : *Quodvis Gummi genus, conducit ad parandum atramentum, ſed Gummi arboris* קטף *ex omnibus eſt optimum* : Annotat R. Salomo קטף פרונייל של יער Fallor ? an faciat huc, quod apud Plinium l. 13. Hiſt. Nat. c. 11. legitur : *Gummi optimum eſſe ex Ægyptia Spina convenit vermiculatum, colore glauco purum, ſine cortice, dentibus adhærens, pretium ejus in libras XIII. Deterius ex Amygdalis amaris, & ceraſo, peſſimum ex Prunis.* Colligo hinc, inter reliquas Gummi ſpecies, eam quam Prunus arbor exſtillat, omnium minime tenacem eſſe, atque ſic fieri poſſe, ut atramento conficiendo ſit accommodatior. Ex iis, quæ hactenus diſſeruimus, conſequitur, in allato ſupra Maimonidis loco, וגובלין אותן בשרף האילן hanc flagitare verſionem : *Et ſubigunt iſta, Gummi* (liquido,) *arborum.* Nam גבל quoque, in hoc negotio *Pinſendi* ſenſum haud admittere, ſatis evincit illud in Schabbat. loco jamjam citato : כל השמנים יפין לדיו ושמן זית מן המובחר בין לגבל בין לעשן id eſt : *Quevis Olea apta ſunt ad parandum atramentum, ſed oleum olivæ eſt præſtantiſſimum, tam ad macerandam ſuliginem, quam ad eam faciendam.* In his, ut verba

poſtrema recte intelligantur, quando ipſi R. Salomoni, eadem negotium faceſſiviſſe apparet, non negligendum, quod is eſt commentatus: מצאתי בתשובות תאונים שמעשנין כלי זכוכית בעשן שמן זית עד שמשחיר וגורר השחרורית ונותן בו שמן קימאא ומגבל בו ומיבשו בחמה וממחה אותו לחוך חדיו: id eſt: *Reperi in Summorum Virorum Reſponſis* (ad Quæſita,) *fieri ſolere, ut vaſe vitreo fumus olei olivæ tam diu excipiatur, donec id fuliginem contraxit: dehinc corraſa fuligo, & pauxillo olei imbuta, ſubactaq; ad ſolem exſiccatur, & conficiendo atramento poſtea adhibetur.* Confer Aruch majus fol. 30. col. 3. Atq; hæc, ſi quis animo perpendat ſuo, non admodum, niſi fallor, refragabitur, amplius in Maimonidis loco, שיעשה רקיקין *de placentis minutis, ſive maſſulis accipiendum eſſe, in quas fuliginem oleo & gummi ſubactam, redigere oportet*, quæque exſiccatæ, quoties uſus eſt ſolvuntur, & diluuntur. Favet huic expoſitioni, ipſe textus apud Maimonidem, eſtque is modus atramentum parandi, in Oriente receptiſſimus. Ludovicus Moſcardus, Nobilis Veronenſis, in Deſcriptione Muſei ſui l. 1. c. 69. *Coſtumano nelle Indie un inchioſtro nero, compoſto di terra bituminoſa conglutinata, e formata in paſtelletti o Rotelle tonde, con impronti di figure, ò caratteri: conforme l'uſo delli Cbini, ſi che con queſta materia trita in poluere, meſcolata con acqua ſcrivono.* De reliquo, corrigendum vitium eſt, quo Codices Jalkut, in Pentateuchum fol. 208. col. 1. laborant, pro בקומוס enim depravate בקולמוס quæ *Calamum Scriptorium*, vox ſignificat, extat excuſum.

7. Chalcantho] Judæi indifferenter & קלקנט ס, & קנקנתום ſcribunt, ſufficitque unum laudare teſtem Maimonidem, qui priore voce cap. 4. §. 9. poſteriore vero, cap. 3. §. 8. in Hilchot Sota Vekinnam, ad idem, in re eadem ſignificandum uſus eſſe deprehenditur. A Græco χάλκανθος, originem & ſignificationem, petſi debere, nemo non intelligit, nec male Maimonides Coment. in Miſchnam cap. 2. Gittin, Chalcanthum eſſe ait מין העפר המשחיר id eſt: *Pulveris qui denigrat, ſpeciem.* Clarius tamen R. Salomonis interpretamentum: קנקנתום ויטריאולו או אורדימנ' Atque, bene eſt, quod קנקנתום alias *Vitriolum* vocari perhibet: Interim, אורדימנ' quid ſit, non aſſequor, niſi forte literarum Reſch & Daleth facta trajectio eſt, & Atramentum Sutorium, innuitur. Liber Schilte Haggibborim fol. 39. col. 3. ויטריאולו רומאנו נקרא בלשון לאטינו אטראמינטום סוטוריאום ובלשון יון נקרא קאלכאנטי: *Vitriolum Romanum, Latine vocatur Atramentum Sutorium, Græce* χάλκανθος.

8. Veſtigium aliquod relinquente] Puta, *Indelebile.* Unde Maimonides in Hilch. Sota cap. 4. §. 9. בכל דבר שרישומו

שרישומו ניכר ועומד id est: *Nullare, ex qua picti ductus, semper agnosci possunt, perdurantq.*

9. Sed atramento] Tali nimirum, quale paulo ante, ex Maimonide descripsimus, & quod imprimis caret Vitriolo. Atque, sola quidem Sotæ scheda, ex necessitate, simili atramento exaranda est, nam in Lege Divina describenda, Atramento quod Vitriolum admixtum habet, uti nemo prohibetur. Aliter quidem Judæi Palæstinam incolentes persuasi sunt, repudiantes illos Pentateuchos tanquam illegitimos, qui Atramenti genere, quod אלחיבר Arabes vocant, quodque ex Galla & Vitriolo conficitur, sunt exarati. Sed, illos graviter errare, in notatis ad Mischnam nostram pronunciat Maimonides: ראיתי בארץ ישראל מרחיקין כתיבת ספרי תורה באחד ממיני הדיו נקרא בערבי חיבר אלא בדיו ממש ומי שהורה להם בכך אינו אצלי אלא טועה הרבה מאד שאומר שספרי תורה הכתובי' באלחיבר פסולות מפני שאינם נמחקו' והנה טעה בפסק ההלכה שהוא לא ידע הדרכים שמתקיים בהם פסק ההלכה מן הגמרא שהדבר האחרון הבא בגמרא בזה הענין הוא מה שאמרו בכל מטילין קנקנתום חוץ מפרשת סוטה שבמקדש ואחר שהדבר הוא כך אין אצלינו מה שיאסור כתיבתו באלחיבר אלא מפרשת סוטה שבמקדש למה שאמר ומחה; id est: *Animadverti in Palæstina, abhorrere nostros, scriptionē Pentateuchorū, quæ fit Atramento, quod Alchibber Arabes vocant, nec probari nisi Atramentum κατ' ἐξοχὴν ita dictum. At, qui hæc illos docuit, meo judicio, insigniter lapsus est, dum Pentateuchos cum Alchibber scriptos, pro illegitimis habuit, quia scilicet deleri nequeant. Ecce enim erravit, περὶ τὸ ζητούμενον τίμημα, nescivitq., in quo consistat decisio in Gemara. Nempe, postremum in Gemara locum, quod ad hanc controversiam attinet, occupant ista:* Cuicunque (*atramento*,) licet addere Chalcanthum, solo illo excepto, quo in Sanctuario, Sotæ verba feralia describenda sunt. *Quæ cum ita se habeant, nihil apud nos reperitur, quod scriptionem cum Alchibber, refugiat, præter unicam Sotæ schedam in Templo, quia hanc Scripturam delere jubet.*

10. Scriptura delebilis] Pro שיכול להמחות Talmud Basileense & Amstelod. legunt שיכיל להמחק literarum levi, sensus, nullo discrimine. Cæterum, non est ut quis opinetur, plane defunctam esse Mischnam nostram officio suo, & nihil restare, quod de scriptione Schedæ sacræ, adhuc moneri debeat. Omnino enim quædam supersunt, non prætereunda, eaque ex Gemara, Maimonide, & MS. Codice עץ החיים hinc inde excerpta, junctim enarrando, supplebimus: מגילת סוטה שכתבה בלילה פסולה כתבה למפרע פטולה: כתבה קודם שתקבל עליה

כתבה

שבתו פסולה : כתבה איברית פסולה : כתבה על שני דפין פסולה : אם בתבה ישראל או כהן קטן פסולה : כתבה שלא לשמה פסולה : כתבה אות אחת ומחקה וחזר וכתב אחת שניים ומחקן עד שהשלים פסולה עד שתהיה כולה כתובה : id eſt : *Non valet Megilla Sotæ, ſcripta noctu. Non valet, quæ retrorſum ſcripta eſt : Nec valet, quæ ſcripta ante adjurationem. Item non valet, ſcripta in modum Epiſtolæ, aut in utramq; ſcripta paginæ faciem. Non valet quam Laicus, aut Sacerdos impubes, ſcripſere. Pariter non valet, quæ in alterius mulieris gratiam fuit ſcripta. Non valet, ſi quis, ut quamq; literam ſcripſit, eam continuo delere præſumat, nam prius deletio quam inſtituatur, integra abſolvenda eſt.* Antequam hinc diſcedimus, notamus, inſignem, quæ inter Megillam Sotæ, & Repudii Libellum, intercedit, differentiam. Nam de hoc, eſt in Gittin cap. 2. בכל כותבי גרש בסם בסיקרא ובקנקנתום ובכל דבר שהוא של קיימא אין כותבין לא במשקין ולא במי פירות ולא בכל דבר שאינו מתקיים על הכל כותבין על העלה של זית ועל הקרן של פרה ונותן לה את הפרה על יד של עבד ונותן לה את העבד : הכל כשרין לכתוב את הגט אפילו חרשו שוטה וקטן : id eſt : (Libellus Repudii,) *quacunq; re, ſcribi poteſt, ſcilicet Atramento, Auripigmento, Minio, Gummi, Chalcantho, &, (verbo,) omni eo, quo literæ perennantes efformantur. Non ergo ſcribere licet, liquore aliquo* (ex his: Ros, Aqua, Vinum, Oleum, Lac, & Melapum;) *item nec ſucco fructuum, aut ulla re alia, cujus ductus obfuscantur. Porro, ſuper rem quamcunq;* (libellum repudii) *ſcribere licet, etiam ſuper oliva folium, aut cornu vaccæ, quæ vacca* (mulieri, cum qua quis divortium facere vult,) *per ſervum mittenda, ſervo ei quoq; donato. Deniq; cujuscunq; miniſterio, ad ſcribendum Repudii libellum, uti fas eſt, ne ſurdo & muto, ſtulto & puero quidem, exceptis.*

ה

על מה היא אומרת אמן אמן אמן על האלה אמן על השבועה אמן מאיש זה אמן מאיש אחר אמן שלא שטיתי ארוסה ונשואה ושומרת יבם ובגוסה אמן שלא נטמאתי ו

V.

[1] QUare illa [2] ait, [4] *Amen Amen* (*iteratò vicibus ?*) Amen [4] (*alterum pertinet ad*) Maledictionem, alterum ad Jusjurandum. Amen quod nec cum iſto viro (*de quo ſuſpicio eſt,*) Amen, quod nec cum ullo alio (*conſuevi.*) Amen [5] me non ſcor-

tatam

ואם נטמאתי יבאו בי רבים מאיר אומר אמן שלא נטמאתי אמן שלא אטמא׃

tatam esse, nec desponsatam nec nuptam,[6] nec levirum exspectantem, nec ab eodem ductam.[7] Amen me impollutam esse, si vero polluta sum, tum ingrediantur in me (*&c.*) R. Meir, (*Amen geminatum*,) hoc modo explicat: Amen, me impollutam esse. Amen, me talem haud futuram.

ANNOTATA.

1. Quare illa &c.] Integrum fere hoc Mischnæ nostra Comma, repetitur etiam in Kidduschin fol. 27. b. atque ex ista Gemara, relatum est in Jalkut fol. 207. col. 4.

2. Ait] Omnino afferenda sunt, quæ responsum hoc Sotæ antecessere, ex MS. Ez Hechajim, incomparabili Codice: ואחר משביעה הכהן בלשון שמכרת ומודיעה בלשונה שלא גרם לה אלא קינוי וסתירה שקנא לה בעלה ונסתרה ואומר בלשון שמכרת אם לא שכב איש אותך ואם לא שטית טומאה תחת אישך הנקי ממי המרים המאררים האלה ואת כי שטית תחת אישך וכי נטמאת ויתן איש בך את שכבתו מבלעדי אישך יתן יי אותך לאלה ולשבועה בתוך עמך בתת יי את ירכך נפלת ואת בטנך צבה ובאו המים המאררים האלה במעיך לצבת בטן ולנפל ירך׃ Id est: והיא אומרת אמן אמן בלשון שמכרת: *Deinde excantat eam Sacerdos, in lingua, cujus ipsa gnara est, atq; vernaculo sermone, eidem significat, non aliunde hæc provenire, quam ob zelum & occultationem, quod nimirum adversus zelotypi mariti edictum sese* (cum Amatore) *occultarit. Porro in lingua Mulieri familiari, ait*: SI NON CONCUBUIT VIR ULLUS TECUM, ET SI NON DECLINASTI IMMUNDITIE, DESERTO MARITO TUO, INSONS ESTO ABISTIS AQUIS AMARIS, MALEDICTIONEM ILLATURIS, SI AUTEM DECLINASTI DESERTO MARITO, ATQUE POLLUTA ES, ET VIR ALIUS SUO TE AFFECIT CONCUBITU, PRÆTER MARITUM TUUM, DET TE DEUS IN MALEDICTIONEM

ET JURISIURANDI FORMULAM, IN MEDIO POPULI TUI, UT REDDAT DEUS FEMUR TUUM CADIVUM ET VENTREM TUMIDUM, INGREDIANTUR ITAQUE AQUÆ HÆ MALEDICTIONEM ILLATURÆ, IN VISCERA TUA, AD TUMIDUM REDDENDUM VENTREM, ET AD EFFICIENDUM FEMUR CADIVUM. *Tum mulier, lingua ſibi nota, reſpondet.* AMEN AMEN. Dignum obſervatione eſt, illud cantamen Sacerdotis, non Hebræa, ſed quacunque alia, mulieri nota lingua, factum aſſeri, quod idem confirmant Maimonides Hilchot Sota cap. 3. §. 7. & Moſes Mikkozi fol. 138. col. 4. eſtque ejus aſſerti fundamentum, in ipſa Miſchna Sota, infra cap. 7. §. 1. Cauſam vero, cur neceſſe fuerit, Mulierem tantum vernaculo compellare ſermone, docet R. Iſmaël in Siphri, inquiens: אם יבוא שומעת כיצד היא אומרת אמן אמן id eſt: *Si non intelligeret* (compellantem ſeſe Sacerdotem) *ecquomodo ſubjicere poſſet, Amen, Amen?* Ergo, ſic ſentiebant, ſic loquebantur priſci Rabbini, prout ſenſiſſe, prout loquutus eſſe deprehenditur S. Paulus 1. Corinth. XIV, 16. Ἐπεὶ ἐὰν εὐλογήσῃς τῷ πνεύματι, ὁ ἀναπληρῶν, τὸν τόπον τῆς ἰδιώτου, πῶς ἐρεῖ τὸ Ἀμὴν ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ; ἐπειδὴ τί λέγεις οὐκ οἶδε. Cæterum, ad ipſa feralia cantaminis verba, quod attinet, ſunt utique talia, quæ illa penſitantibus horrorem incutere poſſint. Et habent hoc, meo judicio, Judæi peculiare, ut ipſorum jurisjurandi formulæ, tonent, fulminent, perçellantque animos hominum, etiamſi aliena lingua efferantur, ut taceam emphaſin, quam ſacra lingua progenerat. Idem olim Chriſtianis quoque aliquibus viſum eſt, unde, (quamvis illaudabili conſilio) etiam e ſuis, quos ſanctiſſima jurisjurandi religione, omnibus modis conſtringere, & perjurii diris acerrime territare volebant, in Judæorum Synagogis, ipſorumque conceptis verbis, jurare coëgerunt. Ita ſæpe eveniſſe, diſcimus ex S. Chryſoſtomi Homil. 1. adv. Judæos, neque audita tantum dicit, ſed etiam oculatus teſtis, medio negotio intervenit: quæ hiſtoria ipſius ſermone percenſenda eſt. Πρὸ τέτων τῶν τριῶν ἡμερῶν (πιστεύσατε, ἃ φθάνομαι) γυναῖκά τινα ἐνοχήματα καὶ ἐλευθέραν, κοσμίαν καὶ πιστὴν, εἶδον ἀναγκαζομένην ὑπό τινος μαγεῖ καὶ ἀναιδήτῳ, δοκοῦντος εἶναι χριστιανὸς (ἐγὼ γὰρ ἂν εἴποιμι τὸν τὰ τοιαῦτα τολμῶντα, χριστιανὸν εἰλικρινῆ) εἰς τὰ τῶν Ἑβραίων εἰσελθεῖν, καὶκεῖ παραχεῖν ὅρκον, περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων αὐτῷ πραγμάτων. Ὡς δὲ προσελθοῦσα ἡ γυνὴ πρὸς συμμαχίαν ἐκάλει, καὶ τὴν ἀνομίαν κωλῦσαι ἠξίει, ἔφη γὰρ εἶναι θεμιτὸν αὐτῇ τῶν θείων μεταλαχόσῃ μυστηρίων πρὸς ἐκεῖνον τὸν τόπον ἐλθεῖν· Ἐμπρησθεὶς ὅν ὑπὸ ζήλου, καὶ συρασθεὶς, καὶ διαρασὰς τὴν μὲν ἐκ εἴασε λοιπὸν ἐπὶ τὴν παρανομίαν ἐκκυδῆναι ἐκείνην· Ἐξήρπασα δὲ τῆς ἀθέσε ταύτης ἁπαγωγῆς, ἐπὶ δὲ τὸν ἔλεγκτα εἰρήμην, εἰ χριστιανὸς εἴη; κἀκεῖνος ὁμολόγησεν· Ἐπικείμην δὲ σφοδρῶς, ἀναιδησίαν ἐγκαλῶν καὶ τὸν ἐφάτην ὅρκον, καὶ ὅτων οὐδὲν ἄμεινον διακεῖσθαι ἔλεγον, εἰ τὸν χριστὸν λέγων ψευσεῖται, ἐπὶ

τὰ

τὰ σπήλαια τῶν Ιυδαίων ; τῶν σαυτοσάλων αὐτὸν , ἕλκει τινά· Καὶ μακρὸν κατέτεινα πρὸς αὐτὸν λόγον· Πρῶτον μὲν , ὅτι ἡ θέμις ὅλως ὀμνύναι , εἰδὲ ἀνάγκην ἐπάγειν ὅρκου , διδάσκων ἀπὸ τῶν θείων Εναγγελίων· Ἔστω , ὅτι οὐχὶ πιστὴν κὴ μεμυημένην , ἀλλ' εἰδὲ ἀμύητόν τινα πρὸς ταύτην ἕλκειν ἐχρὴν τὴν ἀνάγκην , ὡς δὲ ἐξέβαλον διὰ πολλῶν κὴ μακρῶν λόγων τὴν πεπλανημένην ὑπόνοιαν , τῆς ἐκείνης ψυχῆς , ἠρώτων τὴν αἰτίαν , δι' ἣν τὴν ἐκκλησίαν ἀφεὶς , ἐπὶ τὰ τῶν ἕλκει συνέδρια· ὁ δὲ πολλὰς ἔφη πρὸς αὐτὸν εἰρηκέναι, φοβερωτέρους τοὺς ἐκεῖ γινομένους ὅρκους εἶναι· Ἐπὶ τούτοις ἐσίναξα, κὴ ἐνετρύφησα ὑπὸ θυμοῦ , κὴ μετὰ ταῦτα ἐγέλων πάλιν· Τὴν μὲν γὰρ τῆ διαβόλε κακεργίαν ὁρῶν , ἐσίναζον , οἷα τὸς ἀνθρώπους ἀναπείθειν ἴσχυσε· Τὴν δὲ ῥᾳθυμίαν τῶν ἀπατωμένων λογιζόμενος , ἐνεπιμπράμην ὑπὸ τῆ θυμοῦ , κὴ τὴν ἄνοιαν πάλιν τῶν ἀπατηθέντων , ὅση κὴ ἡλίκη τις ἦν , σκοπῶν , ἐγέλων· Subjiciamus verba Interpretis: *Ante hoc triduum, mihi credite, non mentior, Matronam quandam honeſtam, ingenuam, modeſtam & fidelem vidi, quam homo quidam impurus, ſtolidus, opinione Chriſtianus, (talia enim audentem, ſincerum Chriſtianum non dixerim) Hebræorum ædem intrare, ibiq; jusjurandum de negotiis ſibi controverſis deponere coëgit. Ut vero illa opem implorabat, & vim ſceleratam amoliri cupiebat; ſibi enim, quæ divinorum myſteriorum particeps facta eſſet, illum locum adire, ne fas eſſe: Incenſus ego zelo, atq; ardens, ſurrexi, nec illam porro ad prævaricationem trahi ſum paſſus, eripuiq; ab iniqua iſta abductione. Poſtea eum, qui traxerat illam, Chriſtianus ne eſſet, rogavi. Cui confitenti, graviter inſtiti, fatuitatem exprobrans, extremamq; dementiam, & aſinis illum quicquam præſtare negavi, ſi Chriſtum ſe adorare profitens, ad Judæorum, qui ipſum crucifixiſſent, ſpeluncas quenquam traheret. Productoq; longius ſermone, primum, prorſus non licere jurare, neq; ad jusjurandum quenquam incitare, ex ſacro Evangelio docui. Deinde, non fidelem & initiatum, quin neq; eum qui nondum ſit initiatus, in iſtam neceſſitatem trahendum fuiſſe. Poſtquam diu multumq; locutus, animum ejus ab errore opinionis liberavi, cauſſam ſciſcitatus ſum, cur Eccleſia relicta, ad Judæorum Collegia illam traxerit. At ille, multos ſibi dixiſſe inquiebat, jusjurandum, quod ibi daretur, magis formidandum eſſe. Ob quæ ingemiſcebam, iraq; incendebar, deinceps rurſus ridebam. Cernens enim Diaboli aſtutiam, ingemui, quod hominibus id perſuadere poſſet: conſiderata vero eorum, qui deciperentur, ſocordia, excandui: & eorundem quanta eſſet amentia, mecum reputans, riſi.*

3. **Amen, Amen**] Multa quidem erudite diſſerit, Literatiſſimus Vir, Nicolaus Fullerus lib. 1. Miſcellan. Sacr. cap. 2. ut probet, Amen, haud unquam eſſe jurisjurandi formulam; nobis tamen ſententiam ſuam, non perſuadet. Certe, quod ad peritiſſimorum inter Hebræos autoritatem provocat, quaſi apud illos in confeſſo ſit, אמן *aſſeverationem tantummodo notare*, in eo ab illis præſidium ſperavit, qui ipſius

cauſam, palam deſerunt. Ecce enim, ipſum adeo Talmud, verbis apertiſſimis id facit in Schevuot, atque geminatum Sotæ Amen, jurisjurandum involvere, in contrarium pronunciat. Circa finem cap. 3. legimus: אמר שמואל כל העונה אמן אחר שבועה כמוציא שבועה בפיו דמי דכתיב ואמרה האשה אמן אמן: id eſt: *Samuelis verba ſunt: Quisquis adprolationem jurisjurandi reſpondet Amen, is ſuo ore jusjurandum proferre videtur: prout* S. E. Et reſpondebit Mulier Amen, Amen. Clarior eſt alter locus, in eodem libro Schevuot, haud procul a fine cap. 4. vel, fol. 36. a. אמר ר' יוסי ברבי חנינא אמן בו שבועת בו קבלת דברים בו והאמנ דברים בו שבועה דכתיב ואמרה האשה אמן אמן בו קבלת דברים דכתיב ארור אשר לא יקים את דברי התורה הזאת לעשות אותם ואמר כל העם אמן בו והאמנת דברים דכתיב ויאמר ירמיהו אל חנניהו אמן כן יעשה יי יקם יי את דברך: id eſt: *Autor eſt R. Joſe filius R. Chaninæ, Amen modo habere vim Jurisjurandi, modo vim annuendi comprobandive, modo adhiberi, pro re confirmanda. Jurisjurandi vim habere, probat locus:* Et reſpondebit Mulier, Amen, Amen. *Annuendi, comprobandive ſignificationem, habet in iſtis* (Deut. XXVII, 26.) Maledictus qui non præſtiterit verba Legis hujus faciendo ea: Et dicet totus Populus Amen. *Pro re confirmanda, adhibitum in loco* (Jerem. XXVIII, 6.) Et dixit Jeremias ad Chananjam: Amen, ſic faciet Dominus: Præſtabit Dominus verba tua. Conferri debent Rabbot fol. 234. col. 3. & quæ ibi notantur in מתנות כהונה Ergo, dubium nullum relinquitur, ex antiquiſſimorum Magiſtrorum opinione, quorum placita Recentiores tanquam Oracula venerantur, voculam Amen, omnino jurisjurandi religionem, nonnunquam inferre. Cæterum, de verbo Amen, perplacet, quod indicavit Baal Chaſidim Num. 18. אמן עולה בגימטריא כשם יה"ו יוד הי ושם אלף דלת id eſt: *Vocis* אמן *literæ, ſimore Kabbaliſtico ad numeros redigantur, conſtabit, complecti eas utrumq; ſanctiſſimum Tetragrammaton* יהוה & אדני In Kabbalæ myſteriis non parva hæc res, aut ratio eſt, & qui iis capiuntur, opinari poſſent, forſitan etiam ob hanc, inter cæteras, cauſam, tantopere frequentatam fuiſſe Servatori noſtro illam vocem. Sed judicabunt *οἱ μεμυημένοι*, noſtrum eſt *ἰσοίχειν*.

4. Alterum pertinet ad Maledictionem, alterum ad Jusjurandum] Dixerat enim Sacerdos: *Det te Deus, in Maledictionem & Juris jurandi formulam:* ideo repetendo Amen, utrumq; ratum eſſe jubet fœmina. Atque, in Maledictionem conſtituebatur Mulier rea, nam הכל מקללין כך יבואך כדרך שבא לפלונית id eſt: *Omnes volentes alteri imprecari*, (ajebant:) IDEM TIBI EVENI-

EVENIAT, QUOD MULIERI N. EVENIT ; Prout Raſchi ad cap. V. Numer. annotat. In Jusjurandum vero eadem abibat *Quia deinde vulgo ita dejerabant* : SI FALLO : TUM IDEM MIHI EVENIAT QUOD MULIERI N. EVENIT, ceu iterum Raſchi commentatur : cujus verba ſunt : שיהיו הכל נשבעין בך לא יארע לו כדרך שאירע לפלונית Sic quidem præter Biblia Buxtorfiana, multæ etiam aliæ, quæ ad manus ſunt, habent editiones, verum errore manifeſto. Pro ביך לא enim ut אל אם כך reponatur, ſenſus enixe flagitat, nec aliter eſt in veteri, & ingenti, noſtro Pentateucho MS. cui Targumim & Raſchi adjiciuntur. Confirmant eandem correctionem Rabbot, fol. 234. col. 3. ubi legitur : שכל הנשים : לאלה ולשבועה לוטות כך תגיע ליך כשם שהגיע לפלונית ולשבוע שיהיו הכל נשבעות כך תגיע לי כמו שאירע לפלונית אם לא אעשה כך וכך : e quibus verbis R. Salomonem ſua mutuatum eſſe, nemo non videt.

5. Me non ſcortatam eſſe, nec deſponſatam nec nuptam] Sic geminatum illud Amen, explicat quoque Chaldæus Jonathan : אמן אין אסתאבית כד מארסא אמן אין אסתאבית כד נסיבתא Atque ſane, non in illud tantum ſcelus, quod viro ſuo nupta, ſed, &, quod eidem deſponſata, mulier patraverat, Aquæ animadvertebant. Eſt enim Deſponſata Uxoris inſtar, & hoc jure pariter, nomineque, cenſetur Deut. XXII, 24. Codex noſter MS. Ez Hechajim Hilchot Kidduſchin cap. 1. מיד שנתקדשה כך נקראת מקודשת או מאורסת ואפילו לא נכנסה לחופה ולא נבעלה ובא עליו חוץ מבעלה חייב מיתת בית דין וצריכה גט כשחוצה לגרשה : *Simul ac Sponſalia cum muliere aliqua celebrata ſunt, vocatur ipſa Deſponſata, aut Sponſa, atq; etiamſi nec Nuptiarum ſolemnitas, nec Concubitus acceſſerint, tamen ſi quis præter Sponſum, eam ineat, is capitale ſupplicium meretur, nec minus ad eam repudiandam, cogitur* (Sponſus,) *facere libellum repudii.* Quæ cum ita fuerint, hæc tamen inter deſponſatam, & maritatam notanda eſt diverſitas, quod ſolæ poſteriores, Judicio aquarum exploratoriarum ſubjici poterant, priores vero niſi domum ductæ eſſent, nequaquam. Tantum enim, cum de matrisfamilias caſtimonia agebatur, quid Sponſa egiſſet, principalis cauſæ erat acceſſio. Rationem differentiæ infra afferemus, cum ad Miſchnam 1. cap. 4. commentabimur.

6. Nec levirum exſpectantem] Cave ſis credas, hunc caſum, vere fuiſſe cum cæteris incluſum. Ex ſolius R. Akibæ hypotheſi iſta conſequuntur, qui arbitratus eſt, nefas eſſe ducere Leviratus jure,

ואין הלכה כרבי עקיבא אלא scortantem poſt mariti fata, Fratriam. פסק ההלכה שומרת יבם שזנתה מוחרמת ליבמה: id eſt: *Sed non eſt deciſio ſecundum R. Akibam, quin, communi Sapientum ſuffragio definitum eſt, Scortantem dum Leviri adultiorem ætatem exſpectat, Fratriam, duci tamen poſſe:* Maimonides. Dicam mox ad Miſchnam ſequentem, de hac re amplius.

7. Amen me impollutam eſſe; Amen, me talem haud fututam.] Convenit cum hac interpretatione: אמן דלא אסתאבית אמן אין אני עתידה למסתאבא quod in Targum Jeruſchalmi legitur. Præter varias hactenus de geminatione ס Amen adductas rationes, alias inſuper excogitavit Abarbenel Comment. in Pentat. fol. 180. col. 3. nec ipſas plane contemnendas: לפי שהיו הקללות שתים היתה תשובת האשה אמן ואמן אמן לנפילת הירך ואמן להצבות הבטן או יהיה אמן יהיה כרכיך אם נטמאתי ואמן יחזה כרכיך שאנקה אם לא נטמאת: id eſt: *Quia maledictio duplex erat, ideo bis quoque, Amen, a Muliere reſponſum eſt: ut ſcilicet altero Amen, Femur cadivum, altero, Alvum tumeſcentem, ſibi imprecaretur. Poteſt quoq; hæc fieri expoſitio: Amen, rata ſint verba tua ſi ſum polluta: Amen, rata ſint verba tua, ut liberer ab omni noxa, ſi ſum expers contaminationis.*

VI.

ו

הכל שוין שאין מתנה עמה לא על קודם שתארס ולא מאחר שתתגרש נסתר לאחר ונטמאת ואחר כך החזירה לא היה מתנה עמה וזה הכלל כל שחבעל ולא תהא אם אסורה לו לא הירה מתנה עמה:

OMnes in hoc conſentiunt, [1] non fuiſſe incluſam conditionem eorum, [2] quæ ante contracta ſponſalia fecerat: [3] neque ſi a viro per divortium ſeparata, interea temporis familiariter cum quopiam egiſſet, & vitium paſſa, rurſus a (*priore*) marito, domum ducta fuiſſet, neque, inquam, etiam hanc conditionem incluſam. [4] Eſto Regula: *Quæcunq; vitiata eſt* (eo tempore quo ſui juris, ac cuique viro conceſſa erat, & adeo, ex quo vitio) *nullum conſequitur matrimonii ſive contrahendi ſive producendi impedimentum, illius actus nulla habetur ratio.*

1. Omnes

ANNOTATA.

1. Omnes] Pro הכל aliæ Editiones habent כבל Sed prior, quam ſecuti ſumus, lectio, eſt utique melior.

2. Quæ ante contracta Sponſalia fecerat] Et merito quidem: Ea enim, quæ ante Sponſalia fiunt, ad Mariti futuri injuriam non pertinent, cum ei fœmina nondum ſit obligata, quare nec eorundem Marito conceſſa eſt perſecutio: Nec aliter Civile jus Romanum. Ulpianus in l. 13. §. 6. D. ad l. Jul. de Adult. coërc. cenſet: *Si quis Uxorem ſuam velit accuſare, dicatq; eam adulterium commiſiſſe antequam ſibi nuberet: jure viri accuſationem inſtituere non poterit: quia non, cum ei nupta eſt, adulterium commiſit.* Et mox §. 10. *Non poteſt quis ſtupri accuſare eam, quam poſtea duxit uxorem, ſero enim accuſat mores, quos uxorem ducendo approbavit.* Alexander vero Imperator in l. 7. C. eod. tit. *Propter violatam virginem adultam, qui poſtea maritus eſſe cœpit, accuſator juſtus non eſt: & ideo jure mariti crimen exercere non poteſt, niſi puella violata ſponſa ejus fuerat.*

3. Neque ſi a viro per divortium ſeparata &c.] Dicat quis: Fierine poteſt, ut liceat reducere eam, cui repudium paſſæ, ab alio ſtuprum illatum fuit, & annon diferte cavetur Deut. XXIV, 2. 3. 4. *Cum* (repudiata) *e domo* (prioris mariti) *egreſſa abierit, & nupſerit alteri viro: Deinde odio habens eam hic vir poſterior, ſcriptumq; ei libellum repudii tradens, in manum ejus, dimiſerit eam e domo ſuo: aut ſi moriatur vir ille poſterior, qui acceperat eam ſibi uxorem. Ne poteſto maritus ejus prior, qui dimiſerat eam, rurſus ducere eam, quia polluta eſt, & abominabilis facta eſt, coram Domino.* Quod ſi igitur repudiatam, alii viro junctam, reducere tantum piaculum eſt, quanto majus nefas erit repetere conjugium cum ea, quæ ſoluto matrimonio, corpus inhoneſte proſtituit? Facile erat reſpondere, loqui Miſchnam de caſu quo quis repetit dimiſſam mulierem, ignarus rerum quas interea temporis patraverat: neque ſane veriſimile videtur, aliam verborum poſſe eſſe ſententiam. Ineptit igitur oppido, ne quid gravius dicam, Maimonides in Gloſſa, dum aliter hæc ſalvare vult, quin imo contra clariſſimum ſupremi Legislatoris interdictum, nobis perſuadere conatur, licuiſſe omnino Viro, qui cum Uxore divortium fecerat, hanc rurſus repetere, ſi maxime matrimonio ſoluto ſcortatam illam fuiſſe, eum non lateret. Auſus eſt comminiſci, auſus eſt ſcribere: צריך שיתודעה שכל מי שגירש אשתו וזנתה אחר כך אינו אסור עליו להחזירה ואם קבלה קדושין מאחר נאסרה עליו אף על פי שלא נבעלה לפי שלא תלת הדבר בבעילה ואמנם תלה אותו בקדושין

בקדושין אמר ויצאה מביתו והלכה והיתה לאיש אחר ולא אמר ובעלה איש אחר ; id eſt : *Noſſe oportet, quod, ſi quis uxorem repudiet, atq; ea deinde ſcortetur, non prohibitum eſſe, eandem reducere : Quod ſi vero eadem nova Sponſalia contraxit, nefas eſt primo marito ipſam repetere, etiamſi maxime concubitus nondum ſit ſecutus. Nec enim* (Scriptura Deut. XXIV, 2. In ſuo interdicto,) *concubitus, ſed tantum Sponſaliorum rationem habuit, inquiens* : Cum e domo egreſſa, abierit, & nupſerit alteri viro. *Non vero inquiens* : Et alius vir cum ea concubuerit. Indigna hæc ſunt Maimonide : Sed illud indigniſſimum, quod iisdem ſubjecit ודע אחי ושומרה prorſus quaſi Cedro digna eſſet hæc obſervatio, & utique talis, quam omnes & diſcere, & in mente fideliter retinere conveniret. Longe rectius Lipmannus Num. 142. לא יוכל בעלה הראשון אשר שלחה לקחתה כדי שלא יפתה איש את חבירו לגרש את אשתו ולשאל אותה לו עד עת קצוב * ויחוירנה לו ; id eſt : *Non poteſt is qui uxori repudium dixit, eam repetere, ne cæteroquin quis Socium ſermone inducat, ut uxorem ad tempus dimittat, & ſibi illa aliquantiſper frui concedat, eandem poſtea reſtituturus.* Quo ipſo expreſſe profitetur, interdictum de non reducenda repudiata, non tam Sponſalia aliena, quam concubitum reſpicere, idque profecto ipſa ſana dictitat ratio. Sed cum Maimonide facit quoque Smag. Præc. Neg. LXXXII. Interea loci dubium non eſt, ſi quod nefas in primo conjugio patraſſet fœmina, illud cum in repetito, aquis amaris ipſa deinde potionaretur, exploration em ſubiiſſe. Ergo in his, non eadem, quam in ſuperioribus notavimus, inter Hebræorum & Civile Romanum jus, deprehenditur affinitas. Nam in l. 13. D. ad L. Jul. de Adult. ita probantur Ulpiani : *Si qua repudiata, mox reducta ſit, non quaſi eodem matrimonio durante, ſed quaſi alio interpoſito : videndum eſt, an ex delicto quod in priore matrimonio admiſit, accuſari poſſit, & puto non poſſe ; abolevit enim prioris matrimonii delicta, reducendo eam.*

* Male excuſum eſt ויחוירנו

4. Eſto Regula ; Quæcunque &c.] Hactenus prolixe, & obſcurius tradita, ſic breviter & dilucide proponuntur in MS. noſtro Ez Hechajim : לא יכול להשביעה רק על ידי גלגול כגון שקנא עם איש אחד משביעה ממנו ומאיש אחר שתשרה ממנו שלא קנא לה וכן מגלגל שלא זנתה משארסה קודם שתנשא ולא אחר שתנשא אבל לא יגלגל שלא זנתה קודם אירוסין ולא אחר שגרשה אם גרשה והחזירה שאם זנתה בעת ההיא לא תאסר עליו וכל שתבעל ולא ההיה אסורה לו אינו מתנה עמה לפיכך אם כנס יבמתו לא יגלגל עליה שלא זנתה כשחיתה שומרת יבם אבל יגלגל שלא זנתה תחת אחיו וכן אם גרשה מגלגל שלא זנתה תחתיו בנשואין ראשונים וכן יכול לגלגל שלא תזנה תחתיו שלא הונת

תונה אחר שיחזרנה אם יגרש ויחזר id eſt: *Ita inſtituitur mulieris adjuratio, ut in eam multa poſſint involvi: Nimirũ, ſi cujusquã familiaritate, uxorẽ maritus prohibuit, ſit adjuratio, tum reſpectu hujus, tũ alterius quoq; cũ quo eſt ſuſpecta, etſi ipſius commercio abſtinere juſſa non eſt. Pariter involvere licet, ſcortatam non eſſe deſponſatam, antequam domum duceretur, nec matrimonio conſiſtente. At, non involvitur caſus eorum, quæ admiſſa ſunt ante Sponſalia, nec quæ admiſſa tempore divortii, ſi contigerit, & repudiatam eam, & reductam fuiſſe. Nam ſi horum aliquo tempore ſcortata erat, non* (ad maritum ea pertinebat injuria) *ut amplius illi jungi prohiberetur: atq; idem judicium eſto, de omnibus caſibus, in quibus hæc militat ratio. Proinde, ſi quis Fratriam duxiſſet, non involvit tempus, quod inter mortem prioris mariti & Leviratum interceſſit, etſi illud involvit, per quod cum fratre in matrimonio, ipſa vixerat. Sic, cum de repudiata & iterum reducta agitur, poteſt involvi caſus primi conjugii. Amplius, involvere licet* (conditionem temporis futuri,) *ut recipiat mulier, nec impoſterum adulterium ſe commiſſuram, ſive ſemper ratum eſſe contingat matrimonium, ſive eveniat, ut repudium ipſa patiatur, & repetatur denuo.* Sed, ne vel ſic tamen, adhuc plene perſpectum habemus, quousq; ſe Sacerdotis adjuratio extendat, & ſuperſunt quædam ſupplenda ex Siphri fol. 4. col. 2. ואת כי שטית אין לי אלא כדרכה שלא כדרכה מנין תלמוד לומר וכי נטמאת ויתן איש בך את שכבתו להביא את הסרים מבלעדי אישך להביא את אשת הסרים על הבל מתנה עמה: id eſt: *Quod ſi dicas:* (Verba:) Si declinaſti, *tantum ad ea, quæ in adverſam peccantur, attinent; at, unde colligitur,* (vindicari quoque,) *quæ commiſſa ſunt, in averſam? Scilicet, ideo additum.* Et immunda facta es: (Porro, quod dicitur) Et Vir alius, ſuo te affecit concubitu: *Ea includunt Eunuchum.* (Et quod additur:) Præter Maritum tuum; *id Eunuchi Uxorem proprie concernit. Iſtorum omnium habita eſt ratio.* Hæc eadem habentur quoq; in Peſikta Sutarta fol. 39. col. 4. ubi inſuper reperias: דא ואת כי שטית תחת אישך וכי יש אשה מזנה תחת בעלה אלא זו המשמשת עם בעלה ועתה על אחר וכן היא אומר האשה המנאפת תחת אישה תקח זרים: Id eſt: *Illud quoq; adjungas, licet:* (Dicit Sacerdos Sotæ) Si declinaſti ſub viro: (At quæratquis:): *Fierine poteſt, ut mulier ſcortetur ſub marito?* (Utique:) *Scilicet, notantur hic ea, quæ cum Maritis conſumbentes, in alios mentem dirigunt. Atq; ſic dicitur:* (Ezech. XVI, 32.) Mulier adultera, ſub viro ſuo, ſuſcipit alios.

EXCERPTA GEMARÆ.

פרק ב

CAPUT II.

אגדה א

EXCERPT. I.

דרש ר׳ עקיבא איש ואשה זכו שכינה ביניהם לא זכו אש אוכלתן אמר רבא ודאשה עדיפא מראיש מאי טעמא האי מצריף והאי לא מצריף: אמר רבא מפני מה אמרה תורה הביא עפר לסוטה שאם זכתה היין לה בנים כאברהם אבינו דכתיב ביה ואנכי עפר ואפר לא זכתה תחזור לעפרה:

FErtur ſapiens dictum R. Akibæ: Maritus & Uxor [1] ſi pietati ſtudeant, [2] divina Majeſtas iis mediis intervenit. Si impii ſint, [3] ignis conſumit eos[4]. Raba ait. *(Ignis)* mulieris *(male,)*[4] ferventior eſt, *(igne)* viri *(nequam.)*[5] Ob quam cauſam? [6] Nam ibi *(literæ)* cohærent, hîc non cohærent. Sciſcitatur Raba: [7] Quare Scriptura, *ſaquis*, a muliere de adulterio ſuſpecta, potandis, pulverem indere jubet? Nimirum, [8] ſi proba deprehenſa fuerit, tales illi obtingunt filii, qualis erat Abraham pater noſter, de quo ſcriptum: (Gen. XIIX,27.) *Ego pulvis & cinis.* Si quid turpe in ſe admiſit, [9] in pulverem revertitur.

ANNOTATA.

1. Si pietati ſtudeant] Scilicet: Si ante omnia propoſitum habent, ללכת בדרך ישרה שלא יהא הוא נואף והיא נואפת Id eſt: *Caſtimonia calcare ſemitam, nec Vir, alienas Fœminas, Uxor, Viros alienos, ſectentur:* Sic Raſchi. S. Paulus 1. Theſſal. IV, 3. dixit: Ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῆς πορνείας

πορνείαι, καὶ εἶδέναι τὸ ἑαυτῆς σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ, μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας.

2. Divina Majeſtas iis mediis intervenit] Nam ſacroſanctum ſuum Nomen יה inter ipſos dispertiens, Virili nomini איש literam Jod, Fœmineo אשה literam He inſeruit, ut ſe illis præſentiſſimam eſſe innuat.

3. Ignis conſumit eos] Quippe, aufert tum Deus, ex vocibus איש & אשה ſui ſacri Nominis literas, quibus cum illæ privæ ſunt, utrobique præter אש אש ſive *Merum Ignem* nihil eſt reſiduum. Cæterum, præſens dictum, ſic exponit Autor libri Brandſpiegel p. 135. a. *In* Maſſechet Sota, *darſcht* R. Akiba איש ואשה *is bey ſie der* יה שם *ſo ſie ſich halten* בצניעות *da ruht die* שכינה *zwiſchen ſie. Wo ſie ſich unehrlich halten, da nimt* הקבה *ſein Nahmen, und ſie müſſen verbrennen im Feur vom* גיהנם Ergo ſi iſtum ſequimur, de Gehennæ igne, capiendus locus eſt. Nec aliter Menaſſe Ben Iſraël Conciliat. in Eccleſiaſt. Quæſt. 18. iſta accepiſſe videtur, dum in hæc verba ipſe commentatur. *Obſervan los Antiquos, que quando Dios crió a Hava, dize* : No es bueno ſer el hombre ſolo, harele עזר כנגדו ayuda contra el: *Cuyas dos palabras, parecen repugnantes, mas ſe concilian, porque* זכה עזר לא זכה כנגדו ſi merecio, le ſera de ayuda, ſi no le ſera contraria. *Verdad ſignificada en ſus miſmos nombres: porque* איש *Varon, y* אשה *Muger, tienen entre ſi, las dos letras del nombre de Señor* יה Yah. *Quitadas eſtas, quedan los nombres ſolo con otras dos que componen el vocablo* אש Es, Fuego: *porque o eſtá entre ellos quando viven en conformidad el Señor, o el fuego, viviendo en diceníion y diſcordia.* Habemus quoque in ipſomet Jalkut fol 8. col. 2. pleniorem dicti noſtri explicationem: ר׳ יהושע בן קרחה אומר על שם בשר ודם נקרא אדם ומשנבנה לו עזר נקרא שמו איש והיא אשה מה עשה הקבה נתן שמו ביניהם אם הולכין הן בדרכיו הרי שמי נתון ביניהם ומציל אותן מכל צרה ואם לאו הריני נוטל את שמי והן נעשין אש והאש אוכלת אש כי אש היא עד אבדון תאכל: Neceſſe eſt, hæc totidem quoque verbis legantur in Pirke R. Elieſeris, quibus equidem deſtituor; nam in eorundem Verſione cap. 12. ſic eſt apud Vorſtium: *R. Joſua F. Karchæ inquit: Ob nomen* בשר & דם *Carnis & Sanguinis, vocavit nomen ejus* אדם Adam: *Poſtquam vero illi paraverat auxilium, nomen hujus fuit* איש Vir, *& illius* אשה Vira. *Quid fecit Sanctus Benedictus? Poſuit inter illos Nomen ſuum* יה *Jod He, (dixitq;:) Si ambulaverint in viis meis, atq; obſervaverint præcepta mea, tum nomen meum inter illos poſitum erit, & eripiam illos ex omni anguſtia: Sin vero ſecus, tum au-*

feram nomen meum ab illis, & fiet uterq; אש Ignis *& hic ignis absumet illum, juxta illud,* (Job. XXXI, 12.) Ignis qui ad interitum devoravit.

4. Ferventior est] Celerius accenditur, magis absumit. De variis differentiis Ignis, dictum est in Joma fol. 21. b. תנו רבנן שש אשות הן יש אוכלת ואינו שותה ויש שותה ואינו אוכלת ויש אוכלת ושותה ויש אוכלת לחין כיבשין ויש אש החה אש ויש אש אוכלת אש יש אוכלת ואינו שותה הא דידן שותה ואינו אוכלת דהולים אוכל ושותה דאליהו דכתיב ותפול אש יי׳ ותאכל את העולה ואת העצים ואת האבנים ואת העפר ואת המים אשר בתעלה לחבה אוכלת לחין כיבשין דמערכה אש רוחה אש דגבריאל אש אוכלת אש דשכינה דאמר מר היטיט אצבעו ביניהם ושרפן : id est : *Ita tradentibus Magistris, Sex sunt omnino genera Ignium : Est Ignis, qui vorat, sed non ingurgitat. Est, qui ingurgitat, sed non vorat. Est, qui tam vorat, quam ingurgitat. Est, qui humida, æque ac arida absumit. Est Ignis, alium ignem debilitans. Denique est Ignis, Ignem alium consumens. Ignis vorans, sed non ingurgitans, est iste noster* (communis, sive culinaris.) *Ignis ingurgitans, sed non vorans, est ægrotantium* (ex febri, aut morbo simili.) *Ignis vorans, & ingurgitans, est Eliæ, de quo* S. E. (1. Reg. XVIII, 38.) Et cecidit ignis Domini, atque consumsit holocaustum, & ligna, & lapides, & pulverem : etiam aquam quæ erat in aquæductu, absorpsit. (Ignis) *humida, æque ac arida absumens, est sacer ille,* (quo in templo cremabantur victimæ, quæ crudæ erant, & sanguine madentes.) *Ignis, alium ignem debilitans, est Gabriel:* (Ipse enim testimonio Davidis Ps. CIV, 4. Ignis existens, ignem Furni Babylonici inefficacem reddidit.) *Ignis, alium Ignem consumens, est Divinitas.* (Nimirum, Deus Ignis est, prout legitur Deut. IV, 24. de ipso vero in Sanhedrin c. 2.) *recepta traditio habet* : Quod cum Angeli quidam, hominis creationem impedituri, ad eum dixissent illud Psalmi VIII, 5. Quid est homo, quod memor sis ejus ?) *Ipse digitum suum inter eos ingerens, ipsos concremaverit.*

5. Ob quam causam ?] Retineamus מאי טעמא quando Codices En Jacob omnes, ita legunt, nec nos admodum moveat, in Talmude Basileensi & Amstelod. omitti.

6. Ibi literæ cohærent &c.] Glossa: אש של אשה נוח לדלוק שאין אות של שם מפסיקתו אלא מחובר הוא ונקרא אש אבל של איש אין אותיות של אש מצורפות יחד שהיוד של שכינה מפסיקתן : Id est : *Ignis qui* אשה Fœminam *comitatur, citius exardescit, non enim Litera Divini nominis, eas discriminat literas, quæ illam significant. Sed*

cohærent

cohærent ipſæ, legiturq; (contiguo ſono) אש *At in nomine Viri* איש *literæ* אש *non connectuntur, quippe* ד *Jod Divini nominis, hæc elementa interſecat.*

7. Quare Scriptura &c.] Quædam Editiones En Jacob, pro אמרה legunt אמרו & mox pro הביא habent הבא Horum neutrum placet, imprimis quia priori, quam nos ſecuti ſumus, lectioni, Talmudis Codices ſuffragantur.

8. Si proba deprehenſa fuerit.] Sive nobiſcum שאם זכתה יוצא ממנה בן זכתה הויין לה בנים Sive cum Talmude legas, nihil errabis.

9. In pulverem revertitur] Recolenda animo, quæ annotavimus ſupra, ad hujus capitis Miſchnam ſecundam.

ב

דרש רבא בשכר שאמר
אברהם אבינו ואנכי עפר ו
ואפר זכו בניו לשתי מצות
לאפר פרה ולעפר סוטה והא
איכא נמי עפר ביסוי הדם ש
התם הכשר מצוה איכא הנאה
ליכא דרש רבא בשכר שאמר
אברהם אבינו אם מחוט ועד
שרוך נעל זכו בניו לשתי מצות
חוט של תכלת ורצועה של
תפילין בשלמ רצוע של תפלין
דכתיב וראו כל עמי הארץ כי
שם י נקרא עליך ויראו ממך
ותנא רבי אליעזר הגדול או
אומר אלו תפלין שבראש א

II.

EGregie Raba: Quia Abraham [1] Pater noſter, dixit (Gen. XIIX,27.) *Ego pulvis ſum & cinis*: [2] ideo in præmiũ filiis ejus, [3] duo conceſſa ſunt præcepta: [4] Cinis puta Junicis; & pulvis adulterii ſuſpectæ. (*Dices*;) [5] Atqui ſupereſt aliud (*præceptum*) de pulvere: Videlicet [6] operimentum ſanguinis. (*Reſpondebo, pulverem*) hic tantum [7] ad complendum præceptum facere, ſed inde utilitatem nullam redundare. Pergit Raba exercere ingenium: [8] Quia Abraham Pater noſter dixit: (Gen. XIV,23.) *Si a filo ad corrigiam calceamenti*: ideo in præmium conceſſa ſunt filiis ejus duo præcepta: [9] Filamina puta hyacinthina [10], & Lora Phylacteriorũ. Cæterum, con-

אלא חוט של תכלת מאי היא
דתינא היה רבי מאיר אומר
מה נשתנה תכלת מכל צבעונין
מפני שתכלת דומה לים וים
דומה לרקיע ורקיע דומה
לכסא הכבוד שנאמר וירא
את אלהי ישראל ותחת
רגליו כמעשה לבנת הספיר
וכעצם השמים לטוהר ובתיב
במראה אבן ספיר דמות
כסא׃

ceſſo, lora Phylacteriorum (*ſuum habere finem,*) nam S.E. (Deut. XXIIX, 10.) *Et videbunt omnes Populi terræ, quod nomen Domini vocatur ſuper te, & timebunt a te.* Quippe, [11] uti traditio habet, dixit R. Elieſer Magnus, ſermonem hîc eſſe, de phylacteriis capitis. Filum autem hyacinthinum ad quid conducit? Nimirum traditur, R. Meir ſolitũ dicere: Quare imprimis hyacinthinus præ omnibus aliis [12] coloribus (*electus?*) Scilicet, quia [13] hyacinthinus color ſimilis mari, & mare refert ſpeciem cœli, cœlum autem formam habet [14] throni gloriæ. Q.S.E. (Ex. XXIV, 10.) *Et viderunt Deum Iſraëlis, & [15] ſub pedibus ejus velut pavimen ſapphirinum, & quaſi cœlum cum ſerenum eſt.* His adde locum: (Ez. I, 26.) *quaſi aſpectus lapidis ſapphiri, ſimilitudo throni.*

ANNOTATA.

1. Pater noſter] אבינו & hic loci, & mox iterum, ubi repetita mentio Abrahami injicitur, e Codicibus En Jacob exciderat. Reſtituimus igitur vocem, quando non tantum in noſtra Gemara, ſed & in Chullin fol. 88. b. & exinde, in ipſomet En Jacob fol. 174. col. 1. ubi tota præſens repetitur Pericope, id verbum deprehendimus. Et ſane, propemodum nefas foret Judæis, de Abrahamo loqui, & ſe ejus filios non profiteri. Res ex Novo etiam Teſtamento, nota eſt.

2. Ideo in præmium filiis ejus &c.] Nam, ut habet, ore hominum vulgatum illud, in Pirke Avot cap. 4. שמצות גוררת מצוה ועבירה גוררת עבירה id eſt: *Unum recte factum, cauſa eſt alterius, atq; ſic peccatum quoq; unum, aliud provocat. Præmium enim Præcepti, eſt Præceptum, & præmium Sceleris eſt Scelus.* Illius dicti poſtrema explicaturus, Autor libri *Brandsſpiegel,* ſic

ſic ait cap. 70. In Maſſechet Avot *ſteht*: שכר מצוה *das is deutſch: Der Lohn von einer* מצוה *das meint, der ſich fodert zu thun ein* מצוה *ſo beſchert ihn Gott* יתי *noch ein* מצוה *da bekomt er groſſen Lohn.* Adde librum דבר שמואל p. 35. b.

3. Duo conceſſa ſunt præcepta] Simile plane dictum eſt in Berachot fol. 7. a. בשכר ג' זכרת לג' בשכר ויסתר משרת פניו זכרת לקלסתר פנים בשכר כי ירא זכת וייראו מגשת עליו בשכר מהבירת זכרת לו תמ נת יי יבים: id eſt: *Ob tria* (bona facta, quæ Moſes Ex. III, 6. feciſſe dicitur, iis ſimilem) *mercedem triplicem, retulit. Nam, quia* abſcondit faciem; *ideo vultum ſulgentem nactus eſt.* Et totus timebat; *ea propter, in vicem, Iſraëlitæ haud auſi ſunt, ad ipſum accedere,* (ceu legimus Ex. XXXIV, 30.) Ne Deum intueretur. *Hinc Dei vidit ſpeciem.* (prout dicitur Num. XII. 8.)

4. Cinis puta junicis] Quale iſtud ſit Præceptum, ſatis ex Numeror. Cap. XIX. diſcere eſt. Quæ ſi cui non ſufficiunt, conferat præter Scripturæ Interpretes Rabbinos, Maſſechet Para, Maimonidem Hilchot פרה אדומה & Smag fol. 232. col. 3. ſeqq.

5. Atqui ſupereſt] Quæ in Codicibus En Jacob duæ ſunt voces, והא איכא in Talmudis Editionibus conjunguntur in unam, diciturque והאיכא cujus contractionis, quia rariora ſunt exempla, ideo id monendum erat. Cum ſeparatis verbis, paſſim occurrit, iſta difficultates objiciendi formula.

6. Operimentum Sanguinis] Quia hoc Præceptum, verbis pauciſſimis Levit. XVII, 13. promulgatum eſt, & vulgo a Chriſtianis ne attenditur quidem, tantum abeſt ut de ſenſu admodum laborent, operæ pretium nos facturos credimus, ſi ex MS. Codice noſtro עץ החיים paulo uberius doceamus, quæ Judæorum de illo ſit ſententia, & quatenus id extendant.

מצות עשה לכסות דם שחיטה של חיה טהורה או עוף טהור ואעפ דכרת כי יצוד דבר בהורה ונוהג אף במזומן ובחולין ולא במוקדשין אפי קדשי בדק הבית כלאים הבא מן בהמה וחיה וספק בהמה וחיה מכסה בלא ברכה השוחט מיני עופות וחיה הרבה כסוי וברכה אחת לכולן דם שנתערב במים אין בו מראה דם פטור יש בו חייב נתערב בין אר בדם

דלי׳ חסרון כים לא עבדינן שליחותייהו ומעשה באחד
שנולד לו בן ונתנו למוהל אחד יבא מוהל אחר וקדמו בא
הראשון ותבעו לדין על שברו הברכ׳ והשיב רת״ שאפי׳ חפס
חקנס מקבצין מיניה שהיה לו לענות אמן וגדול העונה אמן
מן המברך ואיהו דאפסיד אנפשיה אבל אין לפוטרו מטעם
ליתן לו תרנגול לשחוט דרג״ מאי טעמא למעבד הכי אלא
זו היא מצוה אחרת והראשונה אודה ומעוות לא יוכל לתקון
וכו׳ ולא יכסה ברגל משום כבוד המצוה אלא בידו או
בסכין או בכלי וכששוחט לא ידבר בין ברכת השחיטה לברכת
הכסוי וזה ברכת הכסוי אשר יברך ברוך אתה יי אלהינו
מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו על כיסוי הדם ומ״מ
צורך שחיטה כגון תן לי סכין אחת הצואר מותר לדבר
דהוה כגון גביל לחורי השוחט בשבת חייב לכסות אחר
השבת השוחט ביט״ מכסה ביט״ שחט ספק חייה ספק בהמה
מכסה לאחר יט״:

Id eſt: *Inter Præcepta Ajentia, illud eſt, quo jubemur tegere Sanguinem, Feræ mundæ, & Avis mundæ, mactatæ* (ad comeſtionem.) *Atq; etiamſi* (in loco proprio Levit. XVII, 13.) *de ſola Venatione ſermo ſit,* (quaſi non niſi in venatione captæ Feræ, aut Avis, ſanguinem tegere oporteat, tamen ſciendum, ideo tantum ibi ſic concepta verba eſſe,) *quia plurimum* (Feræ & Aves, venando capiuntur, interim) *omnino idem etiam extendendum ad Feras & Aves quas domi incluſas nutrimus,* (mactamusque;) *item ad eas, quæ extra ſacrificium in Templo mactatæ fuerunt. Ad ſacras tamen Hoſtias id non pertinet, uti nec ad eas Feras, Avesq;, quæ cum offerrentur, a Sacerdotibus fuere venditæ, ut ex illarum pretio, Templi ædificium ſartum tectum ſervaretur. Quod ex commixtione animalis cicuris, & Feræ natum eſt, item de quo dubitatur, utrum cicur animal ſit, an fera,* (uti Bubalus; ſi mactetur,) *tegendus quidem ſanguis eſt, ſed ſine Benedictione. Cum multæ Feræ, multæq; Aves mactantur, una Benedictio, & unum Operimentum omnibus ſufficiunt. Si Sanguis* (Feræ, aut Avis,) *in*

aquam inciderit, (ac aquæ tanta copia ſit,) *ut nullum in ea appareat ſanguinis veſtigium, operimento haud opus eſt, ſecus dicendum, ſi ſanguinis ſuperſit indicium. Si Sanguis* (Feræ, aut Avis) *Vino* (rubro,) *aut Sanguini animalis cicuris, forte miſceatur*, (ita ut jam de externo aſpectu fieri non poſſit judicium;) *tum fingendum* (illud ſive vinum, ſive ſanguinem) *aquam eſſe. Quod ſi igitur haud major* (vini, vel ſanguinis) *copia ſit, quam ut, ſi aqua exiſteret*, (ſanguis in eam illapſus) *appareret, operimento opus eſt, quo tamen opus non eſt, in ea vini vel ſanguinis copia, quam aquam reputando, liquet ſanguinis veſtigium haud fuiſſe oſtenſuram. Si poſtquam ſemel obtectus erat ſanguis, iterum reveletur, non neceſſe eſt*, (denuo) *eum obtegere. Si Ventus* (ſanguinem) *obtexerit, aliud operimentum haud requiritur: Sed ſi id Venti tegmen, retegatur, novo operimento opus eſt. Sanguis* (ſubjectum ſolum, tantum) *conſpergens, aut qui cultro* (mactatoris) *adhæſit, & ipſe tegendus eſt, ſi quidem alius præter hunc non compareat. Si mactantis ſanguinem terra abſorbeat, ejus tamen remanente veſtigio, id operire oportet: ſed ſi nullum ſuperſit veſtigium, is quidem caſus, venti operimento ſimilis eſt, nec aliud requiritur. Non tenetur quis operire* (etiam ferarum & avium) *ſanguinem alium, quam quorum mactatus in comeſtionem cedit. Ideo, ſi quis* (feras avesque) *laborantes vitio, aut profanas in Templo, aut eas quæ Magiſtratus juſſu obrui debebant lapidibus, vel eas quæ inter mactandum fiunt cadaverosæ, mactet, aut ſi Surdus, Stultus, vel Puer, ſoli mactaverint, operimenti nulla eſt neceſſitas. Atq; cum mactantur res vitioſæ, dicere quidem licet Benedictionem* (mactantibus præceptam) *ſed non, ſi quis illarum Sanguinem* (ultro) *velit obtegere. Quibus rebus operimentum facere permittitur? Calce, Gypſo, Luto tenui, Arena tenui, ſive tali, quam figulo, ſi ea uti velit, comminuere haud neceſſe eſt, itemq; Lapidibus, Teſtisq; redactis in pulverem, ac Lini corticulis decuſſis, nec non Lateribus, Ollis, & Operculis figlinis contuſis, hæc enim omnia ſpeciem habent pulveris. Quod ſi autem Vaſe, aut Lapidibus ſanguinem quis obtegat, non functus eſt officio, dicitur enim* (Lev. XVII, 13.) Et teget pulvere. *Quamobrem nec Luto denſo, nec Arena craſſa, nec Farina, Furfure, Apluda, aut pulvere vaſorum, quæ cum ex metallis fuſa eſſent, contuſa fuerunt, operimentum facere licebit. Hic tamen excipiendum aurum eſt, cujus ramenta, vere pulveris nomine veniunt; nam ſcriptum eſt* (Job. XXVIII, 6.) Et pulveres auri ſunt illi: *Itemq;* (Deut. IX, 21. de aureo vitulo:) Donec comminutus eſſet in pulverem. *Interim, ad operiendum adhibere licet Fuliginem atram, Stibium, pulverem molarem, Cineresq; ſive ex ligni, ſive ex veſtibus, ſive ex carne hi ſint reſidui: Imo, fas quoq; eſt tegere, Civitatis ob apoſtaſiam flammis expiatæ, cineribus. Cæterum, mactaturus ſubſternere prius debet pulverem, poſtea deſuper mactare, atq; ſic denuo pulvere operimentum facere; non enim ſanguinem in*

vas immittere, & in eo illum operire conceditur. Est vero illius qui mactavit officium, ut Sanguinem operiat: Eo, id exequi negligente, alius hoc animadvertens, fungi debet officio, etiam, ita tradentibus Tosephot, die Festo. Nimirum, est hoc præceptum separatum, neq; ad solum mactantem attinet. Accidit aliquando, ut cum quis mactasset, Socius eum præveniret, & sanguinem obtegeret, ea de injuria postquam ad R. Gamalielem delata fuit querela, reum ad decem aureos actori solvendos damnavit, ut pretium daret, surrepta benedictionis, (id est: Boni operis intercepti.) *Sed hoc tempore, ob factum simile, nulla pœna irrogatur, nam in rebus ex quibus nemo fit pauperior, antiquorum Sapientum instituta nunc non sequimur. Accidit similiter, ut paterfamilias cui natus filius erat, eum cuidam ad circumcidendum traderet,* (qui dum cunctatur,) *venit alius, & puerum circumcidit. Ergo prior in jus vocat hominem, pretium ob surreptam benedictionem, sibi solvi postulans. At ꝛ̄ Rabbenu Tam, visum fuit* (tantum abesse, ut actori pretium aliquod adjudicandum sit,) *ut adeo, si quid jam circumcisionis nomine tulisset, id ipsi adimi debeat, quippe ejus erat* (cum alter circumcideret, & solemnes recitaret Benedictiones,) *respondere Amen,* (sic enim non excidisset Benedictione,) *Imo* (sic traditum habemus:) Respondentem Amen, ipso benedicente potiorem esse; *quare ipse in culpa fuit.* (Enim vero, in priore casu, rectissime judicavit R. Gamaliel.) *Neq; est, ut quis dicat, ita litem commodius, & minore damno Rei, decidi potuisse, si jussisset ipsum gallum gallinaceum* (vivum, Actori) *tradere, ut eum sibi mactaret,* (atque post effusum, & retectum sanguinem, Benedictionem qua se excidisse querebatur, perageret:) *Nam R. Gamaliel ut ita, prout fecerat, de jure pronunciaret, ea movebatur causa, quod* (si daretur gallus Actori ad mactandum,) *jam ejus mactatio omnino novum bonum opus futura esset, prius enim finitum erat, quod vero factum est, infectum fieri nequit. Nunc monendum, pede non esse faciendum operimentum, ob Præcepti reverentiam, sed aut Cultro, aut vase aliquo. Caterum, qui mactat, inter eam Benedictionem, quæ mactatui, & eam quæ operimento sanguinis subjicitur, nihil loqui debet. Hæc vero sunt Benedictionis post operimentum, verba concepta:* Benedictus Dominus Deus noster, Rex universi, qui sanctificavit nos Præceptis suis, jussitque nos operire sanguinem. *Nihilo minus, quæ ipsius mactatus imperat necessitas, uti,* Porrige cultrum, heus tene collum, *ea proloqui fas est, hæc enim perinde se habent, uti cum quis Bovi parare pabulum jubet. Qui in Sabbatho* (ægroti lethaliter decumbentis causa) *mactat, postridie Sabbathi tegere debet; qui mactat die festo, eodem die festo, operito, nisi tale quid mactaverit, de quo non constat, utrum inter pecudes, an feras referri*

ferri debeat, nam hoc casu postridie festi, faciendum foret operimentum. Confer Maimonidem Hilchot Schita c. 14.

7. Ad complendum præceptum] Etenim, connexum præceptum de operiendo sanguine, cum præceptis reliquis, quæ ad animalium mactatum pertinent, neque proprie ex eo, beneficium aliquod, mortales percipiunt. At de Pulvere Sotæ, & Pulvere Junicis rufæ, aliter longe se res habet, nam, quod scripsit Raschi, in Glossa : ש הנאמר בסוטה לתת שלום ושלא ירבה ממזרות בישראל אם זונה היא ואם נקתה ונזרעה זרע ומבטלת לעז על בניה ואפר פרה לטהר ולזכות את ישראל ממעשה העגל : Id est : *Pulvis Sotæ ad id conducit, ut pax fiat, aut, ne augeantur Spurii inter Judæos, si rea sit mulier : at vero si innocens deprehendatur, ut fœcundetur ipsa, liberi, ejus a sinistra suspicione liberentur. Porro Cinis Junicis* (id confert,) *ut Judæi expientur a peccato idololatriæ, quod in deserto admiserunt.*

8. Quia Abrahamo P. N. dixit : Si a filo ad corrigiam calceamenti] Et adeo, quia vere id dixit, & ne hilum quidem ex præda retinere volebat.

9. Filamina puta hyacinthina &c.] In omnibus nostris Codicibus En Jacob, trajecta & nonnihil corrupta invenimus hæc verba, legitur enim : זכו בניו לשתי מצות לרצועה של תפילין ולתכלת של ציצית ; sed legi debet, prout nos ex Talmudis utraque editione, locum restituimus. Nam is ordo in designandis binis illis Præceptis servandus est, qui ad Abrahami dictum maxime quadrat, ac proinde Filum, Filo; Lorum, Corrigiæ opponere, ratio flagitat. Cæterum, quantum ad ipsam rem attinet, innuitur hic per filamina hyacinthina, illud Præceptum quod Num. XV, 38. 39. a supremo Legislatore promulgatum deprehenditur : idque etiamnum, Judæi solicite observant, nisi quod pro hyacinthinis filis, quorum nulla copia habetur, albis communiter utuntur. Nota in vulgus res est, omniumque manibus teritur, Cl. Buxtorfii Synagoga Judaica, ubi 4. Capite, de quadrangula Judæorum veste, cui lanea filamina alba annectuntur, actum ab eo est fusius. Si quis vero scire cupiat, quæ vera hyacinthina fila parandi, quondam fuerit ratio, id eum docebimus ex MS. nostri Ez Hechajim Hilchot Zizis quædam excerpendo : ביצד צובעין תכלת של ציצית שורין צמר בסיד ואחר כך מכבסין עד שיהיה נקי ומרתחין אותו באהלא בגון שהצובעין עושין כדי שיקלוט הצבע ומביאי אפר חלזון שרומה עיניו לעין ים ודמו שחור ומצוי בים המלח ונותני את הדם ליורה עם סמנין ומרתחין אותו ונותנין בו הצמר עד שיעשה כעין

כעין הרקיע וזה תכלת של ציצית שאין צבעו משתנה : id eſt : *Quomodo imbuuntur filamina, colore hyancinthino? Maceranda eſt lana calce, ac deinde probe lavanda, ut reddatur munda lana, atq; ſic elixanda ſmegmate, uti ſolent præparare tinctores lanam, quo colori recipiendo apta ſit. His peractis, Murice, (externa is forma, mare refert, ſanguinem autem nigrum habet, ac in mari falſo reperitur) accepto, ſanguis ejus cum aliis pigmentis in cortina caleſit, & tum eidem lana tam diu committitur, quoad cæli cum ſudum eſt, faciem exhibeat. Atq; hic eſt color ille hyancinthinus, quo filamina tinguntur, &* (qui ætatem perdurat,) *nec unquam immutatur.* Sed, de תכלת plura more ſuo præclare diſſerit Samuel Bochartus parte 2. Hierozoici l. 5. c. 9. ſeqq. cujus doctrina & diligentia, ſatis laudari non poſſunt.

10. Lora Phylacteriorum] Intelliguntur e corio Ligulæ, Nodis ſacris, quos in fronte, & brachio ſiniſtro, cum profeſto die orandum eſt, Judæi geſtare ſolent, alligatæ. De illis Ligulis notetur ex MS. noſtro Ez Hechajim Hilchot Sophrim Cap. 4. רצועותיהן של תפילין הלכה למשה מסיני לעשות פניהם החיצונים שחורים אבל אחורי הרצועות הואיל ומבפנים הם אם היו ירקות או לבנות כשרות אדומות לא יעשה שמא תהפך הרצועה וגנאי לו ולא יהיה אחורי הרצועה לעולם אלא כעין הקציצה אם ירוקה ירוקין לבנה לבנים אבל טוב שיהא הקציצה והרצועה כולם שחורים ואו רבינו ברוך דשריך שישחירם ישראל ולא גרי בגון צביעת תכלת דבענן לשמה כשאומר פרק התכלת עור שמחפין התפילין תשעושין הרצועות יהיה מעור בהמה חיה ועוף טהורין ואפי נבלות וטרפות ואם עשה מעור טמאי או שחיפה תפילין בזהב פסולות ועור הרצועות צריך עבוד לשמן אבל עור שמחפין אין צריך עבוד כלל ואפילו מצדה כשר ומן נוהג בהרבה מוקומת אבל לא מרבי ברוך שצריך הכל עבוד לשמן

Id eſt : *De Loris Phylacteriorum, Traditionem a Moſe, In monte Sinai perceptam habemus, partem ipſarum exteriorem, nigram faciendam eſſe. At quod ad alteram, & quæ interior eſt, partem attinet, ſi maxime viridis,*

aut alba ea sit, non id vitiosum reputari debet. A rubro tamen colore abstinendum, ne cateroquin si forte convertant sese lora, ea res ignominiam afferat. Interim, nunquam alius debet esse color, lororum partis interioris, quam est color ipsius Phylacteriorum Vagina, qui, si viridis sit, aversa lororum, viridia, si albus fuerit, alba sunto; sed illud optimum est, si & Vagina, & utraq; lororum facies, nigricolores sint. Atq; opinante ita Doctore nostro Baruch, necesse est, homo Judæus lora illa nigro colore imbuerit, non τῶν ἐξω aliquis, prorsus uti fili quoq; hyacinthini tinctura, religiose fieri jubet Talmud in Menachot cap. 4. Corium, e quo Vaginæ Phylacteriorum, & eorundem Lora parantur, ex mansueta bestia, fera, aut ave, mundis, desumtum esse debet, neq; refert etsi animal ejusmodi vitium quoddam habuit, aut fuit morticinum. At, si ex corio animalis immundi, lora; ex auro, Vaginam, quis parare vellet, id nefas foret. Amplius requiritur, ut corium quod loris phylacteriorum materiem præbere debet, cum diligenti intentione ad finem, fuerit probe probeq; præparatum, ad illud vero, e quo Vagina fit, tanta cura opus non est, nam & corium sine sale, farina, & galla, quomodocunq; paratum, adhibere licebit, atq; id multis in locis fieri solet, non tamen diffitendum, laudatum Doctorem Baruch, etiam hic intentionē exigere. Nunc, ex eodem Aureo Libro, quædam porro de Lororum quantitate, & modo ea ligandi, depromenda sunt:

לקוח רצועה של עור רחבה כאודך השעורה ואם רחבה יתר
מזה השיעור כשירה והרמ קמוצי כתב יתר מחיטה ופחות
משעורה שיעור הרחב וארכה כדי שתקיף הראש ויקשור ממנה
הקשר ותמתח רצועה אחת בימין עד הטבור ואחרת בשמאל
עד החזה וכן איתא בשמושא רבה ואם ארוכות יותר אין בכך
כלום ומכנים הרצועה במעברת ומקיף כמדת ראשו וקושר
קשר מרובע כמין דלת וצריך כל תלמיד חכם ללמדו ועתה
אפרש ענינו כמו שיכולתי לפרשו כי קשה הוא להבין בכתב
רק בראיית עינים וכך יעשה לוקח הרצועה שלישיתה או פחות
או יותר אחד ביד ימין ושלישיתה או יותר או פחות אחר ביד
שמאל והמותר בין שתי ידיו וכופל השליש שביד ימין לשנים
ושליש אחר שביד שמאל לשנים ומה שבין שתי ידיו בלא
כפילות

כפילות ויהיו ראשי הרצועות לצד חוץ מגופו ויהיו פני שחרות
הרצועות לצד גופו ואחר לוקח ראש כפילות שמאל ומכנים
בחור ראש כפילות ימין עד כדי שתי אצבעות או יותר רחוק
מכפל ימין ונמצא עשוי כנגדו מן הרצועות כנו עיגול ואחר
לוקח ראש רצועות ימין של חוץ גופו ומכנים בתוך חור
של כפילות שמאל שהוא בתוך כפילות לימין ולוקח ראש
רצועת שמאל ומכנים בתוך העיגול לצד גופו וירכיבנו דרך
ימינו על כפילות ימין ויקח ראש רצועת ימין ויקפנה עד
שיכנסנה בתוך כפילות שמאל ויהדק הכל יחד ונמצא עשוי
כמין דלת והיא דלת משדי והשין היא בבתים והיוד היא
בתפלין של יד שקושר בראש הרצועה ומניח מעט ודומה ליוד
או חותכה כמין יוד בראשיתה וכו ואורך רצועה של יד כדי
שתקיף הזרוע ויקשור ממנה הקשר ותמתח הרצועה על אצבע
אמצעית ויכרוך ממנה על אצבעו שלש כריכות ואם ארוכה
יותר אין ככך כלום ורחבה כגו שפי בשל ראש:

Id eſt: (Corrigias Phylacteriorum Capitis, parare volenti,) *Capiendum lorum e corio, ejus latitudinis, quæ grani hordei longitudinem exæquat, quod ſi vero major ejus latitudo ſit, etiam id probum cenſeri debet. Rabbi tamen Moſes Kozenſis, latitudinem ita definivit,* (ut longitudine) *grani tritici ampliorem, ſed hordeacei, minorem eſſe conveniat. Quod ad longitudinem lori attinet, tanta exigitur, ut ambire caput, & in nodum ligari queat, ac una deinde ad dextram dependens extremitas, umbilicum, altera vero ad ſiniſtram, pectus, attingant; Sic enim in Schimmuſcha Rabba, traditum eſt, etſi nihil prohibet, illud facere etiam longius. Jam porro, lorum educendum per vaginæ Phylacteriorum partem illam poſticam cavam, & menſurata ſic craſſitie ſui capitis, nodus quadratus nectendus eſt, formam literæ Dalet repræſentans. Modum hunc innodandi, quemvis, qui pro erudito haberi vult, tenere, æquum eſt, atq; prout potero, explicabo ejus rationem, etſi ex verbis negotium intelligere difficile eſt, & ἀυτοψία requiritur. Interim, ſic reminſtituere oportet: Una tertia, aut plus minus, lori, manu dextra, & una tertia, aut plus, minus, manu ſiniſtra, capiantur, quod reſtat, inter utramq; manum eſto. Mox illa tertia dextræ manus,*

In Smag fol. 13. col. 1.

fol. 7. col. 1.

manus, plicando, geminata reddi debet, debetq; similiter, geminata reddi, tertia manus ſiniſtræ, quod vero inter utramq; manum (pendens) *deprehenditur, haud geminatur.* (Sed illud advertendum,) *extremitates lororum, a corpore averſas, at nigrum illorum latus, ad corpus* (ligantis) *obverſum, eſſe debere. Nunc ergo, extremitas plicaturæ ſiniſtræ ſumatur, ducaturq; per mediam plicaturam dextram, ita tamen ut ab ea parte lori, in qua ipſa plica facta eſt, digitos duos ſit remota, atq; ſic figuram quandam rotundam lora exhibebunt. Poſtea accipiatur extremitas corrigiæ dextræ, quæ a corpore adhuc averſa eſt, & ducatur per mediam plicaturam ſiniſtram, quæ ipſa jam plicaturæ dextræ, eſt immiſſa, accipiatur item extremitas corrigiæ ſiniſtræ, & per medium illius quam effformari dictum eſt, rotunditatis, dextrorſum, & verſus corpus ducta, plicaturæ dextræ ſuperponatur: deniq; extremitas corrigiæ dextræ, trahatur per plicaturam ſiniſtram, atq; omnibus probe ſimul contractis, emerget ſimilitudo quædam literæ Dalet. Pertinet vero id Dalet ad* (Dei nomen) שדי *cujus Schin, eſt in vagina phylacteriorum capitis, Jod vero deprehenditur in loris Phylacteriorum manus, nam in horum ſummitate ſi nodus* (ſimplex) *fiat, & parum quid reſiduum relinquatur, figura literæ Jod habetur, vel poteſt quoq; ſciſſione, ibidem ea figura exprimi. Cæterum, Lori Phylacteriorum manus, ea debet eſſe longitudo, ut ambire brachium, innodariq; poſſit, pertingatq; deinde ad digitum medium, & circa illum ter queat convolvi: Quod ſi longius fiat, nihil id refert; de Latitudine vero* (eadem tenenda) *quæ de loris, Phylacteriorum capitis diximus.*

Credo, mi Lector, ea quæ hactenus attulimus, tecum penſitando, inexplicabiles aliquos nodos Midæ patris, animo concepiſti, & velles utique, quæ forma ex multiplici atque varia illa adſtrictione tandem emergat, cum ratione nequeas, viſu percipere. Bona fide igitur tecum agam, nec te magis perplexum dimittam, quam ſunt illi nexus. Ecce tibi principio Nodum, qui lorum Phylacteriorum capitis colligat;



Et cujus medietas, quaquaverſus accepta, figuram literæ Dalet, ad amuſſim exprimit. Subjicimus & alterum, parvulum, qui literam Jod in ſummitate lori Phylacteriorum manus, repræſentat:



Imo, & tertium addidimus, qui fibulando lorum, vacuum relinquit orificium, per quod altera lori pars trahatur, & cujus texturæ ratio, neſcio cur in Codice noſtro eſt omiſſa, cum tamen haud minus ejus, quam nodi phylacteriorum capitis, ſit artificium, ac proinde, vindice & ipſe opus habebat. Ut veri תלמיד חכם *Discipuli Sapientum* nomen, apud Judæos, Bone Lector, mereris, omnia docendus eras. Heus, o noſter! Monſtravi tibi totam rem, nec in mora porro ſum, quo minus talis audias, modo ipſe tibi non obſtes, & manum operi una cum Minerva admovens, eo usque te exerceas, quoad æque facile nodos hos nectere poſſis, quam vulpes pirum ſolet comeſſe.

Jam porro, de *Tempore, quo indui licet Phylacteriis*, ſic eſt apud Maimonidem, Hilchot Tephillin cap. 4. §. 10. זמן הנחת התפלין ביום ולא בלילה שנ' מימים ימימה חוקה זו חיא מצות תפלין וכן שבתות ויו"ט אינן זמן תפלין שנ' והיה לאות ושבתות וימים טובים הן עצמן אות: ומאימתי זמן הנחתן משיראה את חברו בחזק ארבע אמות ויכירהו עד שתשקע החמה: Id eſt: *Tempus geſtandorum Phylacteriorum, Dies eſt, non vero Nox: Scriptum eſt enim:* (Ex. XIII, 10.) De die in diem. *Quo in loco,* (vox) חוקה (quæ præcedit,) *Phylacteria reſpicit.* (Sequitur igitur, interdiu tantum, Phylacteria aptanda eſſe.) *Sed, nec Sabbatho, aut Feſtis diebus, Phylacteria adhiberi debent: Scriptum eſt enim* (ibidem, v. 9. de Phylacteriorum geſtatione:) Et erit in ſignum: (quaſi nimirum Phylacteriis, Judæi ab aliis Gentibus diſcriminandi ſint.) *Atqui vero, Sabbatha, Dies, feſti, jam ipſi nota ſunt,* (Judæos a Gentibus quibusque diſtinguens. Quamobrem, ut alia inſuper accedat, nulla exigit ratio. Quod ſi quæras,) *ecquando incipiat illud temporis momentum, quo Phylacteria capiti brachioq; circumdare conceditur?* (Reſpondeo, eſſe Diluculum, cum adeo jam illuxit,) *ut quis Socium quatuor ulnas diſtantem, intueri, & agnoſce-*

feram nomen meum ab illis, & fiet uterq; אש Ignis *& hic ignis abſumet illum, juxta illud,* (Job. XXXI, 12.) Ignis qui ad interitum devoravit.

4. Ferventior eſt] Celerius accenditur, magis abſumit. De variis differentiis Ignis, dictum eſt in Joma fol. 21. b. תנו רבנן שש אשות הן יש אוכלת ואינו שותה ויש שותה ואינו אוכלת ויש אוכלת ושותה ויש אוכלת לחין כיבשין ויש אש החה אש ויש אש אוכלת אש יש אוכלת ואינו שותה הא דידן שותה ואינו אוכלת דחולים אוכל ושותה דאליהו דכתיב ותפול אש יי׳ ותאכל את העולה ואת העצים ואת האבנים ואת העפר ואת המים אשר בתעלה לחכה אוכלת לחין כיבשין דמערכה אש דוחה אש דגבריאל אש אוכלת אש דשכינה דאמר מר הישיט אצבעו ביניהם ושרפן : id eſt : *Ita tradentibus Magiſtris, Sex ſunt omnino genera Ignium : Eſt Ignis, qui vorat, ſed non ingurgitat. Eſt, qui ingurgitat, ſed non vorat. Eſt, qui tam vorat, quam ingurgitat. Eſt, qui humida, æque ac arida abſumit. Eſt Ignis, alium ignem debilitans. Denig, eſt Ignis, Ignem alium conſumens. Ignis vorans, ſed non ingurgitans, eſt iſte noſter* (communis, ſive culinaris.) *Ignis ingurgitans, ſed non vorans, eſt ægrotantium* (ex febri, aut morbo ſimili.) *Ignis vorans, & ingurgitans, eſt Eliæ, de quo* S. E. (1. Reg. XVIII, 38.) Et cecidit ignis Domini, atque conſumſit holocauſtum, & ligna, & lapides, & pulverem : etiam aquam quæ erat in aquæductu, abſorpſit. (Ignis) *humida, æque ac arida abſumens, eſt ſacer ille,* (quo in templo cremabantur victimæ, quæ crudæ erant, & ſanguine madentes.) *Ignis, alium ignem debilitans, eſt Gabriel:* (Ipſe enim teſtimonio Davidis Pſ. CIV, 4. Ignis exiſtens, ignem Furni Babylonici inefficacem reddidit.) *Ignis, alium Ignem conſumens, eſt Divinitas.* (Nimirum, Deus Ignis eſt, prout legitur Deut. IV, 24. de ipſo vero in Sanhedrin c. 2.) *recepta traditio habet* : Quod cum Angeli quidam, hominis creationem impedituri, ad eum dixiſſent illud Pſalmi VIII, 5. Quid eſt homo, quod memor ſis ejus ?) *Ipſe digitum ſuum inter eos ingerens, ipſos concremaverit.*

5. Ob quam cauſam ?] Retineamus מאי טעמא quando Codices En Jacob omnes, ita legunt, nec nos admodum moveat, in Talmude Baſileenſi & Amſtelod. omitti.

6. Ibi literæ cohærent &c.] Gloſſa: אש של אשה נוח לדלוק מאין אות של שם מפסיקתו אלא מחובר הוא ונקרא אש אבל של איש אין אותיות של אש מצורפות יחד שהיוד של שכינה מפסיקתן : Id eſt : *Ignis qui* אשה Fœminam *comitatur, citius exardeſcit, non enim Litera Divini nominis, eas diſcriminat literas, qua illam ſignificant. ſed*

cohærent

cohærent ipſæ, legiturq; (contiguo ſono) אש *At in nomine Viri* איש *literæ* אש *non connectuntur, quippe* ה *Jod Divini nominis, hæc elementa interſecat.*

7. Quare Scriptura &c.] Quædam Editiones En Jacob, pro אמרה legunt אמרו & mox pro הביא habent הבא Horum neutrum placet, imprimis quia priori, quam nos ſecuti ſumus, lectioni, Talmudis Codices ſuffragantur.

8. Si proba deprehenſa fuerit.] Sive nobiſcum שאם זכתה יוצא ממנה בן הויין לה בנים Sive cum Talmude legas, nihil errabis.

9. In pulverem revertitur] Recolenda animo, quæ annotavimus ſupra, ad hujus capitis Miſchnam ſecundam.

ב

דרש רבא בשכר שאמר
אברהם אבינו ואנכי עפר ו
ואפר זכו בניו לשתי מצות
לאפר פרה ולעפר סוטה והא
איכא נמי עפר ביסוי הדם ש
התם הכשר מצוה איכא הנאה
ליכא דרש רבא בשכר שאמר
אברהם אבינו אם מחוט ועד
שרוך נעל זכו בניו לשתי מצות
חוט של תכלת ורצועה של
תפילין בשלמ רצוע של תפלין
דכתיב וראו כל עמי הארץ כי
שם י נקרא עליך ויראו ממך
ותנא רבי אליעזר הגדול או
אומר אלו תפלין שבראש א

II.

EGregie Raba: Quia Abraham [1] Pater noſter, dixit (Gen. XIIX, 27.) *Ego pulvis ſum & cinis*: [2] ideo in præmiũ filiis ejus, [3] duo conceſſa ſunt præcepta: [4] Cinis puta Junicis; & pulvis adulterii ſuſpectæ. (*Dices*;) [5] Atqui ſupereſt aliud (*præceptum*) de pulvere: Videlicet [6] operimentum ſanguinis. (*Reſpondebo, pulverem*) hic tantum [7] ad complendum præceptum facere, ſed inde utilitatem nullam redundare. Pergit Raba exercere ingenium: [8] Quia Abraham Pater noſter dixit: (Gen. XIV, 23.) *Si a filo ad corrigiam calceamenti*: ideo in præmium conceſſa ſunt filiis ejus duo præcepta: [9] Fila mina puta hyacinthina [10], & Lora Phylacteriorũ. Cæterum, con-

אלא חוט של תכלת מאי היא
דתינא היה רבי מאיר אומר
מה נשתנה תכלת מכל צבעוני
מפני שתכלת דומה לים וים
דומה לרקיע ורקיע דומה לכסא
לבסא הכבוד שנאמר ויראו
את אלהי ישראל ותחת
רגליו כמעשה לבנת הספיר
וכעצם השמים לטוהר וכתיב
במראה אבן ספיר דמות כסא:

ceſſo, lora Phylacteriorum (*ſuum habere finem,*) nam S.E. (Deut. XXIIX, 10.) *Et videbunt omnes Populi terræ, quod nomen Domini vocatur ſuper te, & timebunt a te.* Quippe, [11] uti traditio habet, dixit R. Elieſer Magnus, ſermonem hîc eſſe, de phylacteriis capitis. Filum autem hyacinthinum ad quid conducit? Nimirum traditur, R. Meir ſolitũ dicere: Quare imprimis hyacinthinus præ omnibus aliis [12] coloribus (*electus?*) Scilicet, quia [13] hyacinthinus color ſimilis mari, & mare refert ſpeciem cœli, cœlum autem formam habet [14] throni gloriæ. Q.S.E. (Ex. XXIV, 10.) *Et viderunt Deum Iſraëlis, & [15] ſub pedibus ejus velut pavimen ſapphirinum, & quaſi cœlum cum ſerenum eſt.* His adde locum: (Ez. I, 26.) *quaſi aſpectus lapidis ſapphiri, ſimilitudo throni.*

ANNOTATA.

1. Pater noſter] אבינו & hic loci, & mox iterum, ubi repetita mentio Abrahami injicitur, e Codicibus En Jacob exciderat. Reſtituimus igitur vocem, quando non tantum in noſtra Gemara, ſed & in Chullin fol. 88. b. & exinde, in ipſomet En Jacob fol. 174. col. 1. ubi tota præſens repetitur Pericope, id verbum deprehendimus. Et ſane, propemodum nefas foret Judæis, de Abrahamo loqui, & ſe ejus filios non profiteri. Res ex Novo etiam Teſtamento, nota eſt.

2. Ideo in præmium filiis ejus &c.] Nam, ut habet, ore hominum vulgatum illud, in Pirke Avot cap. 4. שמצות גוררת מצוה ועבירה גוררת עבירה id eſt: *Unum rectè factum, cauſa eſt alterius, atq; ſic peccatum quoq; unum, aliud provocat. Præmium enim Præcepti, eſt Præceptum, & præmium Sceleris eſt Scelus.* Illius dicti poſtrema explicaturus, Autor libri *Brandsſpiegel*, ſic

ſic ait cap. 70. In Maſſechet Avot *ſteht*: שכר מצוה *das is deutſch: Der Lohn von einer* מצוה *das meint, der ſich fodert zu thun em* מצוה *ſo beſchert ihn Gott* ית׳ *noch ein* מצוה *da bekomt er groſſen Lohn.* Adde librum דבר שמואל p. 35. b.

3. Duo conceſſa ſunt præcepta] Simile plane dictum eſt in Berachot fol. 7. a. בשכר ג׳ זכרת לג׳ בשכר ויסתר פשרת פניו זכרת לקלסתר פנים בשכר כי ירא זכת ויראו מגשת עליו בשכר מהבירת זכרת לו תמ נת יי יבים: id eſt: *Ob tria* (bona facta, quæ Moſes Ex. III, 6. feciſſe dicitur, iis ſimilem) *mercedem triplicem, retulit. Nam, quia* abſcondit faciem; *ideo vultum fulgentem nactus eſt.* Et totus timebat; *ea propter, in vicem, Iſraëlitæ haud auſi ſunt, ad ipſum accedere,* (ceu legimus Ex. XXXIV, 30.) Ne Deum intueretur. *Hinc Deus vidit ſpeciem.* (prout dicitur Num. XII. 8.)

4. Cinis puta junicis] Quale iſtud ſit Præceptum, ſatis ex Numeror. Cap. XIX. diſcere eſt. Quæ ſi cui non ſufficiunt, conferat præter Scripturæ Interpretes Rabbinos, Maſſechet Para, Maimonidem Hilchot פרה אדומה & Smag fol. 232. col. 3. ſeqq.

5. Atqui ſupereſt] Quæ in Codicibus En Jacob duæ ſunt voces, והא איכא in Talmudis Editionibus conjunguntur in unam, diciturque והאיכא cujus contractionis, quia rariora ſunt exempla, ideo id monendum erat. Cum ſeparatis verbis, paſſim occurrit, iſta difficultates objiciendi formula.

6. Operimentum Sanguinis] Quia hoc Præceptum, verbis pauciſſimis Levit. XVII, 13. promulgatum eſt, & vulgo a Chriſtianis ne attenditur quidem, tantum abeſt ut de ſenſu admodum laborent, operæ pretium nos facturos credimus, ſi ex MS. Codice noſtro עץ החיים paulo uberius doceamus, quæ Judæorum de illo ſit ſententia, & quatenus id extendant.

מצות עשה לכסות דם שחיטה של חיה טהורה או עוף טהור ואעפ דכרת כי יצוד דבר בהורה ונוהג אף במזומן ובחולין ולא במוקדשין אפי קדשי בדק הבית כלאים הבא מן בהמה וחיה וספק בהמה וחיה מבכה בלא ברכה השוחט מיני עופות וחיה הרבה בסוי וברכה אחת לכולן דם שנתערב במים אין בו מראה דם פטור יש בו חייב נתערב ביין או בדם

דלי׳ חסרון כים לא עברינן שליחותייהו ומעשה באחר
שנולד לו בן ונתנו למוהל אחר יבא מוהל אחר וקדמו בא
הראשון ותבעו לדין על שכר הברכ׳ והשיב רת״ שאפי׳ חפס
חקנס מקבצין מיניה שהיה לו לענות אמן וגדול העונה אמן
מן המברך ואיהו דאפסיד אנפשיה אבל אין לפוטרו מטעם
ליתן לו תרנגול לשחוט דרג״ מאי טעמא למעבד הכי אלא
זו היא מצוה אחרת והראשונה אזדה ומעוות לא יוכל לתקון
וכו׳ ולא יכסה ברגל משום כבוד המצוה אלא בידו או
בסכין או בכלי וכששוחט לא ידבר בין ברכת השחיטה לברכת
הכסוי וזה ברכת הכסוי אשר יברך ברוך אתה יי אלהינו
מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו על כיסוי הדם ומ״מ
צורך שחיטה כגון תן לי סכין אחת הצואר מותר לדבר
דהוה כגון גביל לתורי השוחט בשבת חייב לכסות אחר
השבת השוחט ביט״ מבסה ביט״ שחט ספק חייה ספק בהמה
מבסה לאחר יט״:

Id eſt: *Inter Præcepta Ajentia, illud eſt, quo jubemur tegere Sanguinem, Feræ mundæ, & Avis mundæ, mactatæ* (ad comeſtionem.) *Atq; etiamſi* (in loco proprio Levit. XVII, 13.) *de ſola Venatione ſermo ſit*, (quaſi non niſi in venatione captæ Feræ, aut Avis, ſanguinem tegere oporteat, tamen ſciendum, ideo tantum ibi ſic concepta verba eſſe,) *quia plurimùm* (Feræ & Aves, venando capiuntur, interim) *omnino idem etiam extendendum ad Feras & Aves quas domi incluſas nutrimus*, (mactamusque;) *item ad eas, quæ extra ſacrificium in Templo mactatæ fuerunt. Ad ſacras tamen Hoſtias id non pertinet, uti nec ad eas Feras, Avesq;, quæ cum offerrentur, a Sacerdotibus fuere venditæ, ut ex illarum pretio, Templi ædificium ſartum tectum ſervaretur. Quod ex commixtione animalis cicuris, & Feræ natum eſt, item de quo dubitatur, utrum cicur animal ſit, an fera,* (uti Bubalus; ſi mactetur,) *tegendus quidem ſanguis eſt, ſed ſine Benedictione. Cum multæ Feræ, multæq; Aves mactantur, una Benedictio, & unum Operimentum omnibus ſufficiunt. Si Sanguis* (Feræ, aut Avis,) *in*

aquam inciderit, (ac aquæ tanta copia ſit,) *ut nullum in ea appareat ſanguinis veſtigium, operimento haud opus eſt, ſecus dicendum, ſi ſanguinis ſuperſit indicium. Si Sanguis* (Feræ, aut Avis) *Vino* (rubro,) *aut Sanguini animalis cicuris, forte miſceatur*, (ita ut jam de externo aſpectu fieri non poſſit judicium;) *tum fingendum* (illud ſive vinum, ſive ſanguinem) *aquam eſſe. Quod ſi igitur haud major* (vini, vel ſanguinis) *copia ſit, quam ut, ſi aqua exiſteret*, (ſanguis in eam illapſus) *appareret, operimento opus eſt, quo tamen opus non eſt, in ea vini vel ſanguinis copia, quam aquam reputando, liquet ſanguinis veſtigium haud fuiſſe oſtenſuram. Si poſtquam ſemel obtectus erat ſanguis, iterum reveletur, non neceſſe eſt*, (denuo) *eum obtegere. Si Ventus* (ſanguinem) *obtexerit, aliud operimentum haud requiritur: Sed ſi id Venti tegmen, retegatur, novo operimento opus eſt. Sanguis* (ſubjectum ſolum, tantum) *conſpergens, aut qui cultro* (mactatoris) *adhæſit, & ipſe tegendus eſt, ſi quidem alius præter hunc non compareat. Si mactantis ſanguinem terra abſorbeat, ejus tamen remanente veſtigio, id operire oportet: ſed ſi nullum ſuperſit veſtigium, is quidem caſus, venti operimento ſimilis eſt, nec aliud requiritur. Non tenetur quis operire* (etiam ferarum & avium) *ſanguinem alium, quam quorum mactatus in comeſtionem cedit. Ideo, ſi quis* (feras avesque) *laborantes vitio, aut profanas in Templo, aut eas quæ Magiſtratus juſſu obrui debebant lapidibus, vel eas quæ inter mactandum fiunt cadaverioſæ, mactet, aut ſi Surdus, Stultus, vel Puer, ſoli mactaverint, operimenti nulla eſt neceſſitas. Atq; cum mactantur res vitioſæ, dicere quidem licet Benedictionem* (mactantibus præceptam) *ſed non, ſi quis illarum Sanguinem* (ultro) *velit obtegere. Quibus rebus operimentum facere permittitur? Calce, Gypſo, Luto tenui, Arena tenui, ſive tali, quam figulo, ſi ea uti velit, comminuere haud neceſſe eſt, itemq; Lapidibus, Teſtisq; redactis in pulverem, ac Limi corticulis decuſſis, nec non Lateribus, Ollis, & Operculis figlinis contuſis, hæc enim omnia ſpeciem habent pulveris. Quod ſi autem Vaſe, aut Lapidibus ſanguinem quis obtegat, non functus eſt officio, dicitur enim* (Lev. XVII, 13.) Et teget pulvere. *Quamobrem nec Luto denſo, nec Arena craſſa, nec Farina, Furfure, Apluda, aut pulvere vaſorum, quæ cum ex metallis fuſa eſſent, contuſa fuerunt, operimentum facere licebit. Hic tamen excipiendum aurum eſt, cujus ramenta, vere pulveris nomine veniunt; nam ſcriptum eſt* (Job. XXVIII, 6.) Et pulveres auri ſunt illi: *Itemq;* (Deut. IX, 21. de aureo vitulo:) Donec comminutus eſſet in pulverem. *Interim, ad operiendum adhibere licet Fuliginem atram, Stibium, pulverem molarem, Cineresq; ſive ex lignis, ſive ex veſtibus, ſive ex carne hi ſint reſidui: Imo, fas quoq; eſt tegere, Civitatis ob apoſtaſiam flammis expiatæ, cineribus. Cæterum, mactaturus ſubſternere prius debet pulverem, poſtea deſuper mactare, atq; ſic demum pulvere operimentum facere; non enim ſanguinem in*

vas

vas immittere, & in eo illum operire conceditur. Eſt vero illius qui mactavit officium, ut Sanguinem operiat: Eo, id exequi negligente, alius hoc animadvertens, fungi debet officio, etiam, ita tradentibus Toſephot, die Feſto. Nimirum, eſt hoc præceptum ſeparatum, neq; ad ſolum mactantem attinet, Accidit aliquando, ut cum quis mactaſſet, Socius eum præveniret, & ſanguinem obtegeret, ea de injuria poſtquam ad R. Gamalielem delata fuit querela, reum ad decem aureos actori ſolvendos damnavit, ut pretium daret, ſurrepta benedictionis, (id eſt : Boni operis intercepti.) *Sed hoc tempore, ob factum ſimile, nulla pœna irrogatur, nam in rebus ex quibus nemo fit pauperior, antiquorum Sapientum inſtituta nunc non ſequimur. Accidit ſimiliter, ut paterfamilias cui natus filius erat, eum cuidam ad circumcidendum traderet,* (qui dum cunctatur,) *venit alius, & puerum circumcidit. Ergo prior in jus vocat hominem, pretium ob ſurreptam benedictionem, ſibi ſolvi poſtulans. At ut Rabbenu Tam, viſum fuit* (tantum abeſſe, ut actori pretium aliquod adjudicandum ſit,) *ut adeo, ſi quid jam circumciſionis nomine tuliſſet, id ipſi adimi debeat, quippe ejus erat* (cum alter circumcideret, & ſolemnes recitaret Benedictiones,) *reſpondere Amen,* (ſic enim non excidiſſet Benedictione,) *Imo* (ſic traditum habemus :) Reſpondentem Amen, ipſo benedicente potiorem eſſe ; *quare ipſe in culpa fuit.* (Enim vero, in priore caſu, rectiſſime judicavit R. Gamaliel.) *Neq; eſt, ut quis dicat, ita litem commodius, & minore damno Rei, decidi potuiſſe, ſi juſſiſſet ipſum gallum gallinaceum* (vivum, Actori) *tradere, ut eum ſibi mactaret,* (atque poſt effuſum, & retectum ſanguinem, Benedictionem qua ſe excidiſſe querebatur, perageret :) *Nam R. Gamaliel ut ita, prout fecerat, de jure pronunciaret, ea movebatur cauſa, quod* (ſi daretur gallus Actori ad mactandum,) *jam ejus mactatio omnino novum bonum opus futura eſſet, prius enim finitum erat, quod vero factum eſt, infectum fieri nequit. Nunc monendum, pede non eſſe faciendum operimentum, ob Præcepti reverentiam, ſed aut Cultro, aut vaſe aliquo. Cæterum, qui mactat, inter eam Benedictionem, quæ mactatui, & eam quæ operimento ſanguinis ſubjicitur, nihil loqui debet. Hæc vero ſunt Benedictionis poſt operimentum, verba concepta :* Benedictus Dominus Deus noſter, Rex univerſi, qui ſanctificavit nos Præceptis ſuis, juſſitque nos operire ſanguinem. *Nihilo minus, quæ ipſius mactatus imperat neceſſitas, uti,* Porrige cultrum, heus tene collum, *ea proloqui fas eſt, hæc enim perinde ſe habent, uti cum quis Bovi parare pabulum jubet. Qui in Sabbatho* (ægroti lethaliter decumbentis cauſa) *mactat, poſtridie Sabbathi tegere debet ; qui mactat die feſto, eodem die feſto, operito, niſi tale quid mactaverit, de quo non conſtat, utrum inter pecudes, an feras re-*

ferri debeat, nam hoc casu postridie festi, faciendum foret operimentum. Confer Maimonidem Hilchot Schita c. 14.

7. Ad complendum præceptum] Etenim, connexum præceptum de operiendo sanguine, cum præceptis reliquis, quæ ad animalium mactatum pertinent, neque proprie ex eo, beneficium aliquod, mortales percipiunt. At de Pulvere Sotæ, & Pulvere Junicis rufæ, aliter longe se res habet, nam, quod scripsit Raschi, in Glossa : ש הנאורי בסוטה לתת שלום ושלא ירבה ממורות בישראל אם ווגה היא ואם נקתה ונורעה זרע ומבטלת לעז על בניה ואפר פרה לטהר ולוכות את ישראל ממעשה העגל : Id est : *Pulvis Sotæ ad id conducit, ut pax fiat, aut, ne augeantur Spurii inter Judæos, si rea sit mulier : at vero si innocens deprehendatur, ut fœcundetur ipsa, liberiq, ejus a sinistra suspicione liberentur. Porro Cinis Junicis* (id confert,) *ut Judæi expientur a peccato idololatria, quod in deserto admiserunt.*

8. Quia Abrahamo P. N. dixit : Si a filo ad corrigiam calceamenti] Et adeo, quia vere id dixit, & ne hilum quidem ex præda retinere volebat.

9. Filamina puta hyacinthina &c.] In omnibus nostris Codicibus En Jacob, trajecta & nonnihil corrupta invenimus hæc verba, legitur enim : זו בניו לשחי מצות לרצועה של תפילין ולתכלת של ציצית : sed legi debet, prout nos ex Talmudis utraque editione, locum restituimus. Nam is ordo in designandis binis illis Præceptis servandus est, qui ad Abrahami dictum maxime quadrat, ac proinde Filum, Filo; Lorum, Corrigiæ opponere, ratio flagitat. Cæterum, quantum ad ipsam rem attinet, innuitur hic per filamina hyacinthina, illud Præceptum quod Num. XV, 38. 39. a supremo Legislatore promulgatum deprehenditur : idque etiamnum, Judæi solicite observant, nisi quod pro hyancinthinis filis, quorum nulla copia habetur, albis communiter utuntur. Nota in vulgus res est, omniumque manibus teritur, Cl. Buxtorfii Synagoga Judaica, ubi 4. Capite, de quadrangula Judæorum veste, cui lanea filamina alba annectuntur, actum ab eo est fusius. Si quis vero scire cupiat, quæ vera hyacinthina fila parandi, quondam fuerit ratio, id eum docebimus ex MS. nostri Ez Hechajim Hilchot Zizis quædam excerpendo : ביצד צובעין תכלת של ציצית שורין צמר בסיד ואחר כך מכבסין עד שיהיה נקי ומרתחין אותו באהלא בגון שהצובעין עשין כדי שיקלוט הצין ומביאי ארץ חלזון שדומה עיניו לעין ים ודמו שחור ומצוי בים המלח ונותני את הדם ליורה עם סמנין ומרתחין אותו ונותנין בו הצמר עד שיעשה

כעין

כיצד הרקין וזה תכלת של ציצית שאין צבעו משתנה : id eſt : *Quomodo imbuuntur filamina, colore hyancinthino? Maceranda eſt lana calce, ac deinde probe lavanda, ut reddatur mundissima, atq; ſic elixanda ſmegmate, uti ſolent præparare tinctores lanam, quo colori recipiendo apta ſit. His peractis, Murice, (externa is forma, mare refert, ſanguinem autem nigrum habet, ac in mari falſo reperitur) accepto, ſanguis ejus cum aliis pigmentis in cortina caleſit, & tum eidem lana tam diu committitur, quoad cœli cum ſudum eſt, ſaciem exhibeat. Atq; hic eſt color ille hyancinthinus, quo filamina tinguntur, & (qui ætatem perdurat,) nec unquam immutatur.* Sed, de תכלת plura more ſuo præclare differit Samuel Bochartus parte 2. Hierozoici l. 5. c. 9. ſeqq. cujus doctrina & diligentia, ſatis laudari non poſſunt.

10. Lora Phylacteriorum] Intelliguntur e corio Ligulæ, Nodis ſacris, quos in fronte, & brachio ſiniſtro, cum profeſto die orandum eſt, Judæi geſtare ſolent, alligatæ. De illis Liguſis notetur ex MS. noſtro Ez Hechajim Hilchot Sophrim Cap. 4. רצועותיהן של תפילין הלכה למשה מסיני לעשות פניהם החיצונים שחורים אבל אחורי הרצועות הואיל ומבפנים הם אם היו ירקות או לבנות כשרות אדומות לא יעשה שמא תהפך הרצועה וגנאי לו ולא יהיה אחורי הרצועה לעולם אלא בעין הקציצה אם ירוקה ירוקין לבנה לבנים אבל טוב שיהא הקציצה והרצועה כולם שחורים ואו רבינו ברוך דצריך שישחירם ישראל ולא גר בגון צביעת תכלת דבענן לשמה כשאומר פרק התכלת עור שמחפין התפילין דשעושין הרצועות יהיה מעור בהמה חיה ועוף טהורין ואפי' נבלות וטרפות ואם עשה מעור טמאי או שחיפה תפילין בזהב פסולות ועור הרצועות צריך עבוד לשמן אבל עור שמחפין אין צריך עבוד כלל ואפילו מצדה כשר וכן נוהג בהרבה מוקומת אבל לא מרבי ברוך שצריך הכל עבוד לשמן

Id eſt : *De Loris Phylacteriorum, Traditionem a Moſe, in monte Sinai perceptam habemus, partem ipſarum exteriorem, nigram faciendam eſſe. At quod ad alteram, & quæ interior eſt, partem attinet, ſi maxime viridis,*

aut alba ea ſit, non id vitioſum reputari debet. A rubro tamen colore abſtinendum, ne cæteroquin ſi forte convertant ſeſe lora, ea res ignominiam afferat. Interim, nunquam alius debet eſſe color, lororum partis interioris, quam eſt color ipſius Phylacteriorum Vaginæ, qui, ſi viridis ſit, averſa lororum, viridia, ſi albus fuerit, alba ſunto; ſed illud optimum eſt, ſi & Vaginæ, & utraq; lororum facies, nigricolores ſint. Atq; opinante ita Doctore noſtro Baruch, neceſſe eſt, homo Judæus lora illa nigro colore imbuerit, non τῶν ἔξω aliquis, prorſus uti fili quoq; hyacinthini tincturam, religioſe fieri jubet Talmud in Menachot cap. 4. Corium, e quo Vaginæ Phylacteriorum, & eorundem Lora parantur, ex manſueta beſtia, fera, aut ave, mundis, deſumtum eſſe debet, neq; refert etſi animal ejusmodi vitium quoddam habuit, aut fuit morticinum. At, ſi ex corio animalis immundi, lora; ex auro, Vaginam, quis parare vellet, id nefas foret. Amplius requiritur, ut corium quod loris phylacteriorum materiem præbere debet, cum diligenti intentione ad finem, fuerit probe probeq; præparatum, ad illud vero, e quo Vagina fit, tanta cura opus non eſt, nam & corium ſine ſale, farina, & galla, quomodocunq; paratum, adhibere licebit, atq; id multis in locis fieri ſolet, non tamen diffitendum, laudatum Doctorem Baruch, etiam hic intentionē exigere. Nunc, ex eodem Aureo Libro, quædam porro de Lororum quantitate, & modo ea ligandi, depromenda ſunt:

לקוח רצועה של עור רחבה כאודך השעורה ואם רחבה יתר
מזה השיעור כשירה והרם קמוצי כתב יתר מחיטה ופחות
משעורה שיעור הרחב וארכה כדי שתקיף הראש ויקשור ממנה
הקשר ותמתח רצועה אחת בימין עד הטבור ואחרת בשמאל
עד החזה וכן איתא בשמושא רבה ואם ארוכות יותר אין בכך
כלום ומכנים הרצועה במעברת ומקיף כמדת ראשו וקושר
קשר מרובע כמין דל"ת וצריך כל תלמיד חכם ללמדו ועתה
אפרש ענינו כמו שיכולתי לפרשו כי קשה הוא להבין בכתב
רק בראיית עינים וכך יעשה לוקח הרצועה שלישיתה או פחות
או יותר אחד ביד ימין ושלישיתה או יותר או פחות אחר ביד
שמאל והמותר בין שתי ידיו וכופל השליש שביד ימין לשנים
ושליש אחר שביד שמאל לשנים ומה שבין שתי ידיו בלא
כפילות

כפילות ויהיו ראשי הרצועות לצד חוץ מגופו ויהיו פני שחרות
הרצועות לצד גופו ואחר לוקח ראש כפילות שמאל ומכנים
בחור ראש כפילות ימין עד כדי שתי אצבעות או יותר רחוק
מכפל ימין ונמצא עשוי כנגדו מן הרצועות כנו עינול ואחר
לוקח ראש רצועות ימין של חוץ גופו ומכנים בתוך חור
של כפילות שמאל שהוא בתוך כפילות לימין ולוקח ראש
רצועת שמאל ויכנים בתוך העינול לצד גופו וירכיבנו דרך
ימינו על כפילות ימין ויקח ראש רצועת ימין ויקפנה עד
שיכניסנה בתוך כפילות שמאל ויהדק הכל יחד ונמצא עשוי
כמין דלת והיא דלת משדי והשין היא בבתים והיוד היא
בתפלין של יד שקושר בראש הרצועה ומניח מעט ודומה ליוד
או חותכה כמין יוד בראשיתה וכו ואורך רצועה של יד כדי
שתקיף הזרוע ויקשור ממנה הקשר ותמתח הרצועה על אצבע
אמצעית ויכרוך ממנה על אצבעו שלש כריכות ואם ארוכה
יותר אין בכך כלום וחברה כנו שפי בשל ראש :

Id eſt : (Corrigias Phylacteriorum Capitis, parare volenti,) *Capiendum lorum e corio, ejus latitudinis, quæ grani hordei longitudinem exæquat, quod ſi vero major ejus latitudo ſit, etiam id probum cenſeri debet. Rabbi tamen Moſes Kozenſis, latitudinem ita definivit, (*ut longitudine) *grani tritici ampliorem, ſed hordeacei, minorem eſſe conveniat. Quod ad longitudinem lori attinet, tanta exigitur, ut ambire caput, & in nodum ligari queat, ac una deinde ad dextram dependens extremitas, umbilicum, altera vero ad ſiniſtram, pectus, attingant ; Sic enim in Schimmuſcha Rabba, traditum eſt, etſi nihil prohibet, illud facere etiam longius. Jam porro, lorum educendum per vaginæ Phylacteriorum partem illam poſticam cavam, & menſuratæ ſic craſſitiei ſui capitis, nodus quadratus nectendus eſt, formam literæ Dalet repræſentans. Modum hunc innodandi, quemvis, qui pro erudito haberi vult, tenere, æquum eſt, atq; prout potero, explicabo ejus rationem, etſi ex verbis negotium intelligere difficile eſt, & αὐτοψία requiritur. Interim, ſic rem inſtituere oportet : Una tertia, aut plus minus, lori, manu dextra, & una tertia, aut plus, minus, manu ſiniſtra, capiantur, quod reſtat, inter utramq; manum eſto. Mox illa tertia dextræ manus,*

In Smag fol. 13. col. 1.

fol. 7. col. 1.

Et cujus medietas, quaquaverſus accepta, figuram literæ Dalet, ad amuſſim exprimit. Subjicimus & alterum, parvulum, qui literam Jod in ſummitate lori Phylacteriorum manus, repræſentat:



Imo, & tertium addidimus, qui fibulando lorum, vacuum relinquit orificium, per quod altera lori pars trahatur, & cujus texturæ ratio, neſcio cur in Codice noſtro eſt omiſſa, cum tamen haud minus ejus, quam nodi phylacteriorum capitis, ſit artificium, ac proinde, vindice & ipſe opus habebat. Ut veri חלמיד חכם *Diſcipuli Sapientum* nomen, apud Judæos, Bone Lector, mereris, omnia docendus eras. Heus, o noſter! Monſtravi tibi totam rem, nec in mora porro ſum, quo minus talis audias, modo ipſe tibi non obſtes, & manum operi una cum Minerva admovens, eo usque te exerceas, quoad æque facile nodos hos nectere poſſis, quam vulpes pirum ſolet comeſſe.

Jam porro, de *Tempore, quo indui licet Phylacteriis*, ſic eſt apud Maimonidem, Hilchot Tephillin cap. 4. §. 10. זמן הנחת התפלין ביום ולא בלילה שנ' מימים ימימה חוקה זו חיא מצות תפלין וכן שבתות ויט אינן זמן תפלין שנ' והיה לאות ושבתות וימים טובים הן עצמן אות: ומאימתי זמן הנחתן משיראה את חברו ברחוק ארבע אמות ויכירהו עד שתשקע החמה: Id eſt: *Tempus geſtandorum Phylacteriorum, Dies eſt, non vero Nox: Scriptum eſt enim:* (Ex. XIII, 10.) De die in diem. *Quo in loco,* (vox) חוקה (quæ præcedit,) *Phylacteria reſpicit.* (Sequitur igitur, interdiu tantum, Phylacteria aptanda eſſe.) *Sed, nec Sabbatho, aut Feſtis diebus, Phylacteria adhiberi debent: Scriptum eſt enim* (ibidem, v. 9. de Phylacteriorum geſtatione:) Et erit in ſignum: (quaſi nimirum Phylacteriis, Judæi ab aliis Gentibus diſcriminandi ſint.) *Atqui vero, Sabbatha, Dies q; feſti, jam ipſi nota ſunt,* (Judæos a Gentibus quibusque diſtinguens. Quamobrem, ut alia inſuper accedat, nulla exigit ratio. Quod ſi quæras,) *ecquando incipiat illud temporis momentum, quo Phylacteria capiti brachioq; circumdare conceditur?* (Reſpondeo, eſſe Diluculum, cum adeo jam illuxit,) *ut quis Socium quatuor ulnas diſtantem, intueri, & agnoſce-*

re poſſit : ad Solis usq; occaſum. Non temere, de Loris Phylacteriorum, tam penſiculate, & enucleate ſermonem inſtituimus ; neque parva cauſa, aut parva ratio, nos huc impulit. Nimirum, eo conſilio id a nobis factum eſt, ut facem fulgidam accenderemus, nonnullis Epiphanii, de Phariſæis verbis, quæ tantas tenebras, Joſephi Scaligeri, & Isaaci Casauboni, virorum cæteroquin perſpicaciſſimorum, vitui, (uti ſunt humana, neque quisquam usquam gentium fuit, cujus non aliquando caligarent oculi) miſere offuderunt. Ut tanto melius omnia percipiantur, ipſe Casaubonus, qui & pro Scaligero ſimul verba facit, audiendus fuerit. Sic vero Exercitat 1. ad Apparatum Annalium Cardinalis Baronii, Num. 8. poſtquam de multis Phariſæorum inſtitutis, ex Epiphanio, erudite diſſeruiſſet, porro ſubjunxiſſe deprehenditur : *Sequentia*, inquit, *Epiphanii verba, ita concipienda ſunt:* Τῷ δὲ φορεμένῳ χίτωνι τῶν γραμμάτων φοίνικος· διά τι τὸ ἐμπεχόνης, καὶ διὰ τῶν ἄλλων χιτώνων καὶ γυναικῶν ἱματίων ἐν ταῖς πλατείαις, ἐν κρηπίσι καὶ γλάττοις ὑποδημάτων φοίνικι. Progrediebantur in publicum, eodem cultu ordinati cum Scribis, de quo ante dictum eſt : cum amiculis & aliis ornatibus, ac muliebribus palliis, crepidati, & in calceis ligulatis in plateis procedentes. *Hic vero plane mihi aqua hæret, nec quid de hac ſententia dicam, habeo. Nam quis non miretur, inter inſtituta propoſiti auſteri, quale hactenus deſcripſit Epiphanius, tribuere illum aſcetis Phariſæis muliebria, pallam fæmineam, crepidas, & calceos vel ſoccos ligulatos ? quomodo hæc mollities cum ſuperiore ſeveritate conſentit? Aut quis ignorat expreſſe cautum eſſe Lege Dei, ne viro muliebria, geſtare fas eſſet, aut Fœminæ, virilia? Deuteron. XXII, 5. Neq; hoc Rabbini prætermiſerunt, cum Legem digeſſerunt in Præcepta, ut ipſi loquuntur Faciendi, & non faciendi. Vide apud Moſem Maimonidem, Quadrageſimum Præceptum inter Negativa. Quare, aut ſtultiſſimi & inſulſiſſimi mortalium, iſti Aſcetæ fuerunt, qui exquiſitiſſimam auſteritatem, & ſanctimoniam cum profiterentur, tam impudenter legem Dei, & Majorum præcepta contemnentes, id ſibi licere putarunt, atq; id publice, de quo nemo Aſotus, luxu perditus, auſus eſſet ſub tecto domus ſuæ, cogitare : plane ut ſi quis hodie Cappucinus aut Feuillantius, nobilis & delicatulæ muliercula cultu ornatus, in publicum prodiret. Aut Epiphanio mire impoſuerant Judæi, qui hoc illi perſuaſerunt : quæ fuit ſententia Joſephi Scaligeri, cui nos aſſentimur, eum vide in Elencho Trihæreſii c. 13.* Hactenus Casaubonus. Enim vero, nobis, ſalva per omnia, exiſtimatione, inſignium Virorum, perquam fit veriſimile, nec a quoquam deceptum fuiſſe Epiphaniū, tanquam qui alibi familiaritatē quæ ipſi cum Judæis interceſſit, palam jactat, & ſaltē quomodo veſtiti incederent, toties ſuis viderat oculis : Nec in illis, quæ enarrat, Phariſæorum inſtitutis, quicquam eſſe . quod Legi Divinæ, aut Majorum moribus, Sectæ denique, quam profitebantur, ullo modo adverſe-

verſetur. Quod, priusquam probatum damus, illud præmonendum, quantum ad verba, ἐν κρηπῖσι καὶ γλωττίαις ὑποδημάτων προϊόντες pro ea, quæ apud Caſaubonum legitur verſione, ſubſtituendum omnino videri: *In crepidis, & calceamentorum ligulis procedentes:* vel: *Cum Crepidis ac Solearum ligulis procedere ſolebant:* quorum alterum, Janus Cornarius, alterum, Dionyſius Petavius, in ſuis Editionibus, expreſſerunt: Hoc enim profecto verba, proprie ſignificant, quem tamen ſenſum, illa apud Caſaubonum translatio, non tantum non enunciat, ſed & eum præterea in animis legentium gignere poteſt, quaſi eodem tempore, & crepidati, & calceati, ſic obambulaverint Phariſæi, quod fieri prorſus nequibat, nec enim priſci Judæi, illud crepidarum genus, quod in Gallia calceis ſuperinduitur, vernacula voce *les Galoches* dictum, aut aliud iſtis ſimile, habebant cognitum. Solis crepidis utebantur Phariſæi, ob cauſam, ſi quid conjecturare poſſum, geminam. Scilicet, ſumma munditiei ipſis cura erat, & e publico domum redeuntes, ob metum contractæ forſitan labis, fere ſemper lavabantur, ceu ad Marci Cap. VII, 4. jam viris doctis obſervatum eſt. Hinc, ut ad lotionem, & eam imprimis quæ pedum erat, quæque omnium maxime frequentabatur, nam ὁ λελουμένος οὐκ χρείαν ἔχει εἰ μὴ τοὺς πόδας νίψασθαι Joh. XIII, 10. tanto promtiores eſſent, non niſi Crepidis utebantur. Oneroſum fuiſſet, toties λῦσαι τὰ ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων ut ejusdem Evangeliſtæ quæ cap. I, 7. habet, verbis, utamur, & rurſus colligare, imprimis illo ævo, quo vincula calceorum longa erant, & ſæpe ad crura ſive ſuras, conſtrictiones protendebantur, qua de re agunt Interpretes ad illud Virgilii Ecl. 7.

Purpureo ſtabis ſuras evincta cothurno.

Et alterum, Æn. 1.

Purpureoq; alte ſuras vincire cothurno.

Accedit, quod, ut Veterum Calcei, & imprimis Soleæ, quarum & apud Judæos uſus erat, comode geſtari poſſent, pes probe conſtringendus erat:

Anſaq; compreſſos alligat arcta pedes,

Inquit Tibullus l. 1. el. 8. Ergo, facile evenire potuit, ut ligulæ rumperentur, maxime ſi quis iis aliquandiu uſus eſſet, nec enim ſingulis diebus novæ parari poterant. Atenim vero, hanc mihi rupturam ſi quis Phariſæus calceos induendo, etiam forte fortuna, in Sabbatho feciſſet, inſanum magnum id peccatum futuram erat, quod omnibus modis præcavere oportuit; eſt enim laceratio inter XXXIX. opera capitalia, quorum ſi quod Sabbatho die, etiam a plebejo homine patratum ſit, piaculare id nefas ducebatur. Sed, quid de Laceratione ego multa loquor? Fortaſſe, nec ea Conſtrictio & Diſſolutio quidem, quæ in Veterum Calceis induendis & exuendis requirebatur, cum invaluiſſet illa Judaica Superſtitio, Sabbatho commode peragi potuit, cum & הקשירה & ההתרה quibus apud

Vide Maimonidem Hilch. Schabbat c. 7. §. 1. Smag fol. 12. col. 1.

Judæos, *Conſtrictio* & *Diſſolutio* veniunt vocabulis, ſint in Capitalium operum numero. Quod, quia mirum alicui videri poteſt, & nos ipſos quoque aliquando torſit, cum utique, ſi veſtire ſe Sabbatho, velint Judæi, & veſtimenta rurſus ponere, Conſtrictione & Diſſolutione aliqua opus ſit, igitur e libro Hebræo-Germanico לב שוב qui meæ tandem dubitationi ſubvenit, aliis quoque ſuccurrendum eſt. Legitur τῶ Hilchot Schabbat cap. 3. *Der ein Knopf macht am* Schabbas, *oder einer der ein Knopf aufbint, das is auch eine herbe* מלאכה *Aber nit alle Knopf, as ich es da beſcheiden vvil. Ein iglicher Knopf der da is geknüpfft vvorden, daß er aſo ſol bleiben, das heiſt ein rechter Knopf, auf das is man* חי"ב מיתה *vver ein ſolchen Knopf knüpfft, oder einer der ein ſolchen Knopf aufknüpfft, der is* חי"ב *Zvvey Knopf übereinnander, das heiſt auch ein rechter Knopf, vvann es ſchon nit aſo bleiben ſol. Auch ein Knopf der da vvirt gemacht an einer Schnur, oder an ein Strick, das heiſt auch ein rechter Knopf, vven ſchon nit zvvey Knöpf ubereinnander ſein, vveil es is an einer Schnur, oder an ein Strick. Ein Knopf der da ſol aſo bleiben über* Schabbas, *das heiſt ein rechter Knopf. Auf das aufknupffen, is man gleich aſo vvol* חי"ב *as auf das knupffen. Ein Knopf und ein Schleif mit zvvey Schnürlich, oder mit zvvey Strick is* מותר *ein Knopf und ein Schleif, aber nit an eim Schnürel, es ſey dann ein Schleif. Wann einer die Schnur am Hemd verknüpft het, is* מותר *aufzuknüpffen, es vver ihm ein* צער *vven ers nit ſolt aufknüpffen, oder desgleichen. Wen einem ein Riemen von Schu vver herausgeſchlupft, is* מותר *vvieder hinein zu machen, vvann es kein Müh nit bedarf hinein zu thun, aber vvann es ein Müh bedarft hinein zu thun, is* אסור *hinein zu thun, vieleicht möcht ers verknüpffen. Wen die Woſchin het zueinander geknüpft vveis geräth, oder die Schnür von einem Hembd is* מותר *aufzuknüpffen, den es is nit geknüpfft gevvorden, daß es aso bleiben ſol; vver das Hembd noch neu von der Naderin, is* אסור *aufzuknüpffen. Ein paar Schu, die der Schuſter zu einander heft, thar man ach nit aufknüpffen. Es is* מותר *ein Eymer anzuknüpffen daß man darmit Waſſer ſchopft* דקא *mit einem Schnürel, oder mit einem Gürtel, aber nit mit einem Strick. Warum? es is zu beſorgen, er möcht aſo bleiben loſen. Ein Knopf, ein Schleif drüber, is* מותר *zu machen.* Cæterum, hæ rationes geſtandi Crepidas, etſi proprie ad Sabbatha tantum ſpectant, atque ob eandem, etiamnum ii qui inter Judæos religioſiores ſunt, Sabbathis, crepidati fere incedere ſolent, faciendaſ tamen illarum obiter quoq; fuit mentio, Phariſæi enim ſimulabant perpetuam ſanctitatem, nec remiſſiores in pietate, profeſto, quam feſto die, videri volebant. Interim, ne quid diffitear, prima cauſa majoris momenti eſt, & vel ſola, ad rem declarandam ſufficit. Jam vero γλώτται ὑποδημάτων & illæ *Calceorum, ſive Solearum ligulæ*, in quibus procedebant Phariſæi, ni-

hil

hil ſunt aliud, quam Lora Phylacteriorum, quæ Capitibus & brachiis illorum circumligata, porro deinde propendebant: his enim nihil æque ac calceorum & ſolearum ligulæ, erat ſimile, tum quoad exteriorem formam, tum quoque quia Phylacteria brachiis aptata, ipſam quodammodo rationem, qua pedi ſolea alligabatur, referebant. Atque adeo, ipſe Gemaræ præſens locus, diſerte, inter Lora Phylacteriorum, & Solearum Ligulas, inſtituit comparationem. Quamvis autem quisque Judæorum, pueritiæ annos egreſſus, Phylacteria geſtare, more majorum tenebatur, tamen id inter Phariſæos, & reliquos Hebræos intererat, quod hi mediocriter latis loris utebantur, hordeacei grani longitudinem, vix excedentibus: Phariſæis contra, quibus unum ſtudium erat *πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν ποιεῖν πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις*, non ſufficiebat hæc tantilla laxitas, ideo opus erat *πλατύνειν τὰ φυλακτήρια*, Id eſt: Ut in omnium oculos incurrerent Phylacteria, Nodos ingentes, & Lora facere latiſſima. Quo ipſo ſimul, explicamus, quis genuinus eorum quæ Servator noſter apud Matthæum cap. XXIII. v. 5. loquitur, ſenſus ſit. Cæterum, Judæi gregarii, haud facile, niſi cum orandum erat, Phylacteria geſtare audebant, ob ſummam illorum reverentiam. Nam ex antiquis inde, ad ſua derivatum eſt temporibus, quod ſcribit Maimonides Hilch. Tephill. c. 4. §. 14. & 15. חייב אדם למשמש בתפליו כל זמן שהם עליו שלא יסיח דעתו מהם אפילו רגע אחד שקדושתן גדולה מקדושת הציץ שהציץ אין בו אלא שם אחד ואילו יש בהם אחד ועשרים שם של יוד הא בשל ראש ובמותן בשל יד תפילין צריכין גוף נקי שיזהר שלא תצא ממנו רוח מלמטה כל זמן שהם עליו לפיכך אסור לישן בהם לא שינת קבע ולא שינת עראי אלא עם הניח עליהן סודר ולא היתה עמו אשה ישן בהם שינת עראי; Id eſt: *Quisquis Phylacteria geſtat, quam diu illis induitur, nefas reputare debet, vel momento unico, cogitationem ab iis avertere, longe enim ſanctiora ſunt Bracteæ* (aurea, quam ſecundum Dei, Ex. XXVIII, 36. ſeqq. præceptum, in fronte ſummus geſtabat Pontifex:) *quippe in Bracteæ, non niſi ſemel Dei nomen deſcriptum erat, in Phylacteriis vero tam Capitis, quam Brachii, utrobiq; vicies & ter Nomen Tetragrammaton exprimitur. Ergo, Phylacteria corpus mundum exigunt, cavendumq; ne iis induto, quid ſpiritus, per inferius guttur excedat; quin nec in iis ſomnus capiendus eſt, ſive forte obrepens, ſive cui cum deſtinatione indulgetur: Si tamen panno tegantur Phylacteria, nec fœmina adſit, cum iis nictari paululum licebit.* Hanc ſanctitatem, & munditiem, cum plebei homines, ſemper præſtare ſeſe poſſe, deſperarent, Phylacteria quoties orandum erat, ſumere, iis ſufficiebat. At Phariſæi, illud caſtimoniæ & diſciplinæ exemplar, ſemper Phylacteria geſtabant, ut oſtenderent, ſe quanti quanti eſſent, nil niſi munditiem eſſe, & ut hac nota inter ipſos &, *τὸν ὄχλον, τὸν μὴ γινώσκοντα*

τὸν νόμον, καὶ ἰσοκατάρατον, quæ ipſorum apud Johann. c. VII. v. 49. verba ſunt, quisque diſcrimen facere poſſet. Conſer Cl. Buxtorf. Cap. 4. Synag. Jud. circa finem. Atque ſic, conſtat ratio eorum, quæ de Crepidis, & Solearum Ligulis, Epiphanius dixit. Supereſt, ut illud, de Muliebri Palla, quoque ſalvemus, quippe, qua non tantum, citra violationem præceptorum ſupremi Numinis, ſed vel judicio Ulpiani in l. 23. §. 2. *D. de Auro Argento Mund.* ſine vituperatione, haud facile Phariſæi uti potuiſſent. *Muliebria ſunt*, inquit, JCtus, *quæ matrisfamilias cauſa ſunt comparata, quibus vir non facile uti poteſt ſine vituperatione, veluti ſtola, pallia, tunicæ, capitia, zonæ, mitræ, quæ magis capitis tegendi, quam ornandi cauſa, ſunt comparata, plagulæ, penulæ.* Sed hic pro *Pallia*, legendum eſſe *Pallæ*, merito cenſet, Vir, rerum antiquarum peritiſſimus, & Fautor noſter, Octavius Ferrarius l. 3. de Re Veſt. c. 18. etiam contra Pandectarum Florentinarum autoritatem. Allegans cauſam, quod & aliunde, & adeo ex iis, quæ mox in eadem Lege ſequuntur, certum ſit, Pallium non muliebrem tantum, matrisfamilias, ſed & virilem, ac patris familias, quondam veſtem fuiſſe. Additur enim: *Communia ſunt, quibus promiſcue utitur mulier cum viro: velut ſi ejusmodi penula, palliumve eſt, & reliqua hujusmodi, quibus ſine reprehenſione, vel vir, vel uxor utatur.* Verum enim vero, ſicut cum Epiphanius affirmat, Solearum Ligulas Phariſæos geſtaſſe, non id proprie, ſed per ſimilitudinem quandam capiendum eſt, ita pari omnino ratione, etiam illud de Palla, interpretari oportet. Nempe, non vera Palla, veſtiebantur Phariſæi, ſed tamen indumento aliquo, quod ejus ſpeciem ad amuſſim referebat. Eſt autem ſermo, non de illa Palla, quæ ad veſtigia usque deducebatur, ſed alia minore, & de qua Martialis l. 1.

Dimidiasq; nates, Gallica palla tegit.

Vel potius de *Peplo*, quod alias Pallam dictum eſſe, Servius teſtatur, ad illud;

—— Peplumq; ferebant

Jam, cum hac, ſive Palla, ſive Peplo, ſummopere convenit, illa veſtis qua oraturi Judæi ſeſe obnubere, & quondam ſolebant, & in hanc usque diem ſolent, quæque טלית vocatur, in angulis quatuor, fila lanea habens appenſa, ipſi ציצית ea appellitant. Sciunt id omnes, qui vel ſemel Judæorum ſacris intervenerunt, nec in re tam manifeſta multis verbis opus eſt. Unde R. Mazliach quoque, apud Baal Aruch fol. 70. col. 1. טלית per רדיד id eſt: *Peplum* explicat. Rurſus, quia Phariſæi, contra communium Judæorum morem, ſemper huic palliolo involvebantur, merito id in iis notavit Epiphanius: cujus mentem, nos probe aſſequutos eſſe, nec de pallio alio eum cogitaſſe, liquido conſtabit, ſi quis ea, quæ de Scribarum habitu hæreſi XV. diſſeruerat, quæq; ipſe conferre jubet, conferat.

ferat. Essent quidem aliqua tum circa istum locum, tum de Palliorum Laciniis, filisque, quæ Christi apud Matth. XXIII, 3. testimonio Pharisæi producere solebant, monenda; sed modum servantes, oculis Lectorum, exhibemus, veram illam formam Phatisæi hominis, quam Epiphanius depinxit.

*** *** *** *** ***

2. Uti traditio habet, R. Eliesser &c.] Idem repetitur in Berachot fol. 6. a. loco illo famosissimo juxta, & ineptissimo, ubi de ipsomet Deo, per summam amentiam Magistri insanissimi prædicant, quod Phylacteriis utatur? Id dictum a Proselytis nostris indicatum, quia sæpe quidem Judæis objicitur, nondum autem, a quoquam quod sciam integre explicatum est, nos id præstare conabimur. אר רב אבין בר

ארא אר יצחק מנין שהקדוש ברוך הוא מניח תפילין שנ
נשבע " בימינו ובזרוע עוזו בימינו זו תורה שנ מימינו אש
דרת למו ובזרוע עוזו אלו תפילין שנ " עז לעמו יתן ומנין
שהתפילין עוז הם לישראל דכתיב וראו כל עמי הארץ כי שם
י' נקרא עליך ויראו ממך ותניא רבי אליעזר הגדול אומר
אלו תפילין שבראש אמר ליה רב נחמן בר יצחק לרב חייא
בר אבין הני תפילין דמרי עלמא מרה כתיב בהו אמר ליה
ומי כעמך ישראל גוי אחד בארץ ומי משתבח קודשא בריך
הוא בשבחייהו דישראל אין דכתיב את " האמרת היום
וכתיב וי' האמירך היום אמר להם הקבה לישראל אתם
עשיתוני חטיבה אחת בעולם ואני אעשה אתכם חטיבה אחת
בעולם אתם עשיתוני חטיבה אחת בעולם שנ שמע ישראל
" אלהינו ה' אחד ואני אעשה אתכם חטיבה אחת בעולם
שנ ומי כעמך ישראל גוי אחד בארץ אמר לידה רב אחא
בריה דרבא לרב אשי תינח בחד ביתא בשאר בתי מאי
אמר לידה כי מי גוי גדול ומי גוי גדול אשריך ישראל או
הנסה

* Non debebat hæc vox abesse in Talmude.

הנסה אלהים ולתחך עליון אי הכי נפישי להו טובא בתי
אלא כי מי גוי גדול ומי גוי גדול דמיין להדדי בחד ביתא
אשריך ישראל ומי כעמך ישראל בחד ביתא או הנסה אלהים
בחד ביתא ולתחך עליון בחד ביתא וכולהו כתיבי באדרעיה :

Id eſt : *Teſtatur R. Abin F. R. A. ſic dixiſſe R. Iſaacum : Unde conſtat Deum B. geſtare Phylacteria ? Scilicet* : Q. S. E. (Eſ. LXII, 8.) Juravit Dominus per dextram ſuam, & per brachium roboris ſui. (In iſtis,) Dextra *Legem innuit : Scriptum enim*, (Deut. XXXII, 2.) A Dextra ejus, ignis edictalis fuit ipſis. *Per* Brachium Roboris *vero, intelligenda ſunt Phylacteria, ſecundum illud,* (Pſ. XXIX, 11.) Dominus robur populo ſuo dabit. *Sed unde colligitur, Phylacteria Judæis robur eſſe ?* (Inde,) *quia S. E.* (Deut. XXVIII, 10.) Et videbunt omnes Populi terræ, quod nomen Domini vocatur ſuper te, & timebunt a te. *Quippe, ut traditio habet, aſſeruit R. Elieſer Magnus, ſermonem hic eſſe de Phylacteriis capitis. Ergo quærit R. Nachman F. I. ex R. Chaja F. A. quid in Phylacteriis, Rectoris hujus Univerſi, ſit deſcriptum ? Reſpondit* (ipſe, ſequentia ibi ſcripta eſſe, ex 1. Paralip. XVII, 21.) QUIS SICUT POPULUS TUUS ISRAEL, QUI EST GENS UNA, IN TERRIS. (Inſtat R. Nachman :) *Anne Deus ſeſe effert, laude Iſraëlitarum ?* (Reſpondet alter :) *Omnino : Scriptum enim* (Deut. XXVI, 17.) Deum, deprædicaſti hodie : *Et ſequitur mox* (v. 18.) Deus te deprædicavit. *Nimirum, ait Deus Judæis : Vos mihi laudem unam paraſtis in orbe, quare & ego vobis laudem unam in orbe parabo. Vos mihi paraſtis laudem unam in orbe, amplectendo firmiter illud* (Deut VI, 4.) Audi Iſraël, Dominus Deus noſter, Deus unus eſt : *Quare & ego vobis laudem unam parabo in orbe, edicendo :* Quis ſicut Populus tuus Iſraël, qui eſt Gens una, in terris. *Ait R. Acha, Robæ filius, ad* τὸν *R. Aſai : Bene hactenus ſeres habet, de cellula una* [Phylacteriorum Capitis, ac teneo, quid in ea condatur ſcriptum : Sed, cum Cellulæ quatuor ſint,) *quid in reliquis ſcriptum deprehenditur ? Subjecit* (Aſai : eſſe in iis ſcriptum ex Deut. IV, 7, & 8.) NAM QUÆ EST GENS MAGNA? ET QUÆ EST GENS MAGNA, (Item ex Deut. XXV, 29.) O FELICEM TE ISRAEL. (nec non ex Cap. IV, 34) AUT NUM TENTAVERIT DEUS. (Denique ex cap. XXVI, 19.) ET UT EFFICIAT TE SUBLIMEM. (Excipit R. Acha :) *Hæc ſi ita ſunt, plures* (quam quatuor) *emergent cellulæ :* (Reſpondet Aſai : Verba,) Nam quæ eſt gens magna. Et quæ eſt gens magna : *quia affinia ſunt, in*

una

una ſcripta eſſe cellula. O felicem te Iſraël: *in altera*: Aut num tentaverit Deus: *in tertia*: *Tandem*; Et ut efficiat te ſublimem: *in ultima, ſcriptum deprehendi*: *Omnia vero illa dicta, junctim, Phylacteriis brachii inſerta eſſe*: (Quippe quorum non eſt niſi cellula unica.)

3. Phylacteriis capitis] Quia docuimus, qualia Deum habere Phylacteria, Judæi ſomnient, eſt quoque operæ pretium, ut doceamus, quomodo tandem ipſi, ſua quibus utuntur conficiant, quidque iis ſit inſcriptum, nam ne hoc quidem a quoquam adhuc ſatis explicatum eſſe memini. Nobis propoſitum exequi, haud difficile eſt, beneficio optimi MS. Codicis noſtri, Ez Hechajim, quem exſcribimus: Hilchot Sophrim cap. 3.

סדר מעשה התפילין כך
הוא לעשות תפילין של ר
ראש לוקחין עץ מרובע ארכו
ברחבו ורחבו בגובהו ואם
גובהו יותר על רחבו או ם
פחות אין בכך כלום ואין ם
מקפידין רק על ארכו שיהא
כרחבו וחופר בו ג חריצים כדי
שיעשו ארבע ראשים כמו וה

Sic conficere oportet Phylacteria. Ut Capitis Phylacteria parentur, accipiendum lignum quadratum, cujus longitudo, eadem ſit quæ latitudo, & latitudo eadem quæ altitudo. Quod ſi vero altitudo latitudinem excedat, aut paulo minor ſit, id nihil refert, nam ad id unice attendendum, ut inter longitudinem & latitudinem æqua ſit proportio. In hoc porro Ligno, tres fiſſuræ excavandæ ſunt, ut inde emergant capita quatuor, ea forma, quam exhibemus:



ולוקח עור ומרטיבו במים
וישים בו העץ ויכנים העור ב
בין כל חריץ וחריץ ומכבש

Nunc capienda pellis, eaq; aqua probe macerata, aptanda ligno eſt, ita quidem, ut in fiſſuras quasq; immittatur, & poſtea dum adhuc ma-

אותו והוא רטוב מבאן ומבאן
עד ושעושה מן העור דמורת
שין של שלש ראשין מימין ש
המניח תפילין ודמות שין שיש
לה ד ראשין משמאל המניח
ויניח העור על העץ עד שייבש
ואחר כך חולץ העור מעל ז
נבי האימום של עץ ונמצא
העור שיש בו ד בתים פנויין
ויכנים פרשה אחת בכל בית
ובית מעומד ראש גליון עליון
תחלה שיובל לקרותם כסדרן
כשיונחו בבתיהן וכך סדר ש
הכנסתן מכנים והיה אם שמע
בבית ימין המניח ושמע בבית
הממוך והיה כי יביאך בבית
שלישי ממוך לשמע וקדש ס
בבית רביעי שהיא שמאל
המניח כנון זה:

det ab utroq; (fiſſuras claudente) *latere, ita concinnanda eſt, ut pellis hæc, figuram literæ Schin, tribus apicibus præditam, cum capiti aptantur Phylacteria, dextrorſum, & figuram ejuſdem literæ Schin, quatuor apicibus præditam, cum induuntur ſiniſtrorſū, nanciſcatur.* (His peractis,) *pellicula tam diu in ligno relinquenda, quoad exareſcat: arefactam, ſi a typo ligneo abſtrahas, pellicula* κῦμα, *in quo ſunt ædicula vacua quatuor, conſeciſti. Harum cuiq;* παρακατὰ *ex Lege,* (membranæ, cum ea quam inſtituta Majorum exigunt, ſedulitate, inſcripta,) *indenda eſt, ſed erecta, ita ut ſuperior margo primus receptaculum ſubeat, atq; ea ſchedæ ſit diſpoſitio, quæ lectionis ordinem naturalem ſervet, in ipſa ædicula. Nota jam ſchedarum ordinem. Pericope* והיה אם שמע (Deut. XI. comate 13. & ſequentibus, ad 22. usque, deſcripta, occupato earum ædiculam,) *quæ ſi aptentur Phylacteria, ad dextram ea induentis, prima eſt: In eam quæ ſuccedit, immittenda Pericope* שמע (quæ habetur Deut. VI. a quarto, ad 10. usque comatibus) *Huic proxima ædicula, tenere debet Pericopen* והיה כי יביאך (eam ſcilicet, quæ legitur Ex. XII. ab 11. ad 17. usque comatibus) *Denig, in ultimam ædiculam, quæ aptatorum Phylacteriorum, ſiniſtrum latus eſt, condatur Pericope* וקדש (ex eodem XIII. Capite Exodi, illiusque principio, usque ad comma 11.) *Integra hæc Pericoparum ſeries, melius patebit, ex proximo ſchemate:*

והיה



ואחר לוקח גידי בהמה א
או חיה טהורה ואפילו ב
מנבילות וטריפות וכך יקחם
לוקח הגידין שיש בעקב ג
הבהמה או החיה והם לבנים
קשים וירככם באבנים וכיוצא
בהן עד שיעשו כפשתן ויטום
וישרוכם ויקחם ויחפור העור
שהחזיר למטה עם העור של
מעלה בגידין אלו מארבע ד
פנותיו ברבוע בכל צד ג"ו ה
חפירות שיהיה בין הכל יב ו
חפירות כנגד יב שבטים וכל
התפירות יהיה החוט סובב
משתי רוחות וצריך שיניע ז
חריץ של הבדלת הבתים עד
התפר פי עד בי מושבו ואם
החריץ ניכר כדי שיהיו ד ח
ראשין נראין לכלן אעפי שאין

Porro, opus eſt Nervis animalis, & quidem puri, (atque hoc unice obſervandum,) *nam ſi maxime morticinum fuerit, aut alio vitio laboraverit, id nihil refert. Nervi hi depromuntur ex animalium calcibus, ſuntq; albi, & duri: Ergo, lapidibus, aut re alia ſimili*, (multum terendo) *emolliendi, & in linum quaſi quoddam, redigendi ſunt, ut e colo duci, & in fila duplicari queant. Iſtis filis, conſuere oportet, illam, quæ* (in vagina Phylacteriorum) *infra e pelle reſidua manſit, laciniam, cū parte ſuperiore, in omnibus quatuor lateribus, quadrate: & ſunto in quoq; latere, futuræ tres, hoc eſt, in univerſum duodecim, quoto numero fuere Tribus Iſraëlitarum: nec minus, illud obſervandum, ut ſemper filum, & ſuperiorem, & inferiorem partem* (marginis vaginæ,) *ex æquo ambiat. Cæterum, ipſum, quod inter ædiculas eſt interſtitium, pertingere debet, ad marginem usq;, in quo ſit ſutura. Imo, ſint modo conſpicua interſtitia, ut ab omnibus, quatuor ædiculæ agnoſci queant, nihiloberit, etiamſi interſtitia marginem in quo ſit ſutura, non attingant. Quod ſi vero ædiculæ quatuor diſtingui non poſ-*

החרין מגיע למקום התפר כ
כשירות ואם אין החרין ניכר
פסולות וא"ר יוסי בוך דצריך
שיגיע החרין עד מקום התפר
וקא התפר זה הוא חרין של
שין אבל יודין שבתוך השין
אין צריך שיגיע שטוב יותר
להיות קצרות שיהא או ניכר
כטוב שין אם פיחת מן היב
תפירות ועשה י כנגד יי שסס
שבטים בלא יהודה שהיה ם
מלך ובלא לוי שהיה שמש א
או הותיר ועשה יד כנגד יב
שבטי ומנשה ואפרים אין בכך
כלום וכן כתב ר אלעזר סדר
מניין התפירות ד לד זויות ו
וב לשרשי השינין וג כנגד ש
המעברת במקום חרין מכאן
וג כנגד מעברתא מכאן ולאחר
שתפרם יעביר עדיין המחט כ
במקומות אלו שיהיו הבתים
והתיתורות מהודקין היטב ל
למעביר בתוך כל הריץ חוט
או משיחה להבריל בין בית
לבית ומנהג להעביר בגיד ם

sint, hoc vitioſum eſt. Atenim Rabbi Baruch, aliter nonnihil opinatur, aſſerens, non adiculârum interſtitium, ſed infimam tantum partem utriusq; Schin, marginem vaginæ attingere debere, ad apices tamen, ſive rectas lineolas, quæ in mediis literis Schin efformantur, idem non producendum, has enim breviores facere ſatius eſſe, ut tanto magis figura literæ Schin repræſentetur. Si quis pauciores, quam duodecim faciat ſuturas, & denario numero delectetur, ut a XII. Tribubus, Judæ tribum, qua Regimini, & tribum Levi, quæ miniſterio ſacro addicta fuit, removeat, in ea re nullum vitium eſt. Pariter nec vitium eſt, ſi cui plures quam XII. & adeo XIV. ſuturas facere placeat, ut præter XII. Tribus, Ephraimi quoq; & Menaſſes, rationem habeat. Secundum R. Eleaſarem, ita diſponenda ſutura ſunt, ut una fiat in quoq; angulo, & duæ ad radices cujusq; Schin, quatuor vero, in quoq; interſtitiorum latere. Quando hæc ita conſuta ſunt, acu, adiculas, & marginem vaginæ, lavigando, comprimere oportet, ut omnia apte ſibi reſpondeant. Juvat quoq; trahere, per quod q; adiculârum interſtitium, filum, aut funiculum, ut eadem probe diſcriminentur: atq; plerunq; in hunc finem, filum ejusmodi adhiberi ſolet, quo conſutura facta eſt. Si accidat, filum, poſtquam ſutura duæ jam fieri cœperunt, rumpi, (imitari convenit id) quod de R. Seera legitur: Huic enim cum (interſuendum Phylacteria,) filum ruptum eſſet, ſolvit. (quæ ſue-

rat,

מגירי התפירה ואם נפסק ש
התפיר לאחר שהתחיל ל
לתפור שני פעמים כדא ר ג
זעירא איפסיק גידא דרצועתו
ושרו ליה איפסיק זמן חניונת
ושרו ליה דלא מן אולפן פי
שלא מן הדין דכיון שנפסקה
נאני הוא וכשיתפיר יתחיל
לצד קדש והיכא שהחיל שם
ימים תפירתו קוצץ כל עור
הד בתים למטה ולוקחין עור
ממקום אחר ועושין בראש
כמין ארובה ומכנים שם ד ש
הבתים שני כפולי לעשות ש
תיתורא ומעברת כאשר פי
שינה סדר השינין שעשה של
ד ראשין מימין המניח ושל ג
ראשיהן משמאל אין בכך ס
כלום:

תפילין של יד כך מעשיהן
יקח עץ מרובע ארכו כרחבו
ויהיה גובה באצבע או יתר על זה מעט או פחות מעטכנון זה:

rat, & denuo fuere exorſus eſt,) *cumq; idem ſecunda vice accidiſſet, rurſus futuras ſolvit, etſi ad hoc faciendum nulla majorum traditione compellebatur. Scilicet, iſta, leges haud imperant, ſed tamen turpe eſt,* (ſi quis ſemel ruptum filum, nodo colliget, atque ſic opus perſequatur. Illud quoque obſervandum:) *quod tam ſuendi initium, quam ejusdem finis, juxta illam ædiculam, in qua Pericope* קדש *latet, fieri debeant.* (Prope excidiſſet, monere,) *reſcindendas eſſe inferiores ſuperfluitates, pellicula, quæ ipſi Phylacteriorum vaginæ materiam præbuit, atq; in corio alio* (quadrato) *foramen exſcindendum eſſe* (formæ ſimilis,) *ut per hoc quatuor ædiculæ, ad gemellas quaſi geminas redactæ, educantur, atq; deinde ex eodem corio margo vaginæ, & poſticus meatus, illo quo explicui modo, confiant. Si mutetur ordo τῶν Schinim, ita ut illud quod apices quatuor habet, dextrum Phylacteria induentis latus, & illud, quod tribus tantum apicibus inſtructum eſt, latus ſiniſtrum, occupent, id neminem turbare debet.*

Brachii Phylacteriorum hæc parandi ratio eſt. Capiatur lignum quadrum, (ſive tale) *cujus longitudo & latitudo pares ſint, altitudo digitum circiter æquato, & ei tibi figuram:*



ויחפהו בעור רטוב ויניח שם
העור מלמטה ותופרהו מר׳
פנותיו ומניח מן העור מעברתא
מקום הרצועה או עושה ש
התיתורא והמעברתא מעור
אחר כאשר פי׳ בתפילין של
ראש [תפלין של יד בותבם
בארבע דפין בעור א אחד
בספר תורה על סדורן בתורה
כגון וד״ה׳

Lignum hoc, obducatur pelle madefacta, relinquatur (infra margo, &) *operimentum. Hæc* (deinde cum exaruerint) *in quatuor lateribus, consuantur, relicto tamē prius quoq; ex eadem pelle, postico meatu, per quem transire lorum debet, aut facere sane licet marginem, meatumq; ex pelle alia, ceu de Capitis Phylacteriis exposui.* [*Pericopæ Phylacteriorum Brachii* (quæ eædem sunt, cum iis quas Phylacteria capitis complectuntur,) *columnis quatuor, in membrana unica oblonga scribendæ sunt, fere ita, uti Pentateuchum describere solemus, estq; in ipsis is ordo servandus, quem ipsæ sacræ literæ suppeditant*: (ut quæ prior in iisdem occurrit, priore quoque loco exaretur:) *prorsus uti in subjecto demonstratur schemate*:

Ista, quæ videntur excidisse ex Codice nostro, commodum ex Maimonide supplere licuit.

קדש לי	והיה כי	שמע	והיה אם
כל בכור	יביאך	יש ראל	שמוע

Sed, si Pericopæ hæ quatuor, separatis membranis inscriptæ, uni edicula includantur, id licitum reperiri debet, nec enim opus est ut combinentur.] *Nam, traditum deprehenditur: Si quis duo habeat Phylacteria capitis,*

אם כתבן על ארבע
עורות והכניסן בבית אחד
יצא ואינו צריך לדבקם]
שהרי אמרו מי שיש לו שני

תפילין של ראש פי שלא ש
הונחו בראש מעולם ואין ס
באן קדושת ראש ישים ג
עור על אחד מהן לכסות ל
בתים וכשרין לשל יד:

tis, (puta, quæ capiti nunquam fuere aptata, neq; ex eo ſanctitatem contraxerunt,) huic fas eſt, alterutra ex his, pelle operire; ut edicularum interſtitia tegantur, atq; tum iſtis, pro brachii Phylacteriis uti, non prohibetur.

Quis credat, tanta arte, tantaque cura opus eſſe, ad vaginam Phylacteriorum parandam? Sed haud minor eſt ea, quæ ad ſcripturam eorundem exigitur. Nam præter illa, quæ Phylacteriorum ſcriptio, cum ſcriptione ſacri Codicis, communia habet, quæque ſupra a nobis indicata ſunt, hic quædam literæ, peculiares, & haud alibi uſitatas formas nanciſcuntur; quædam pro coronis, minutiſſimos apices, vario, ſed cuiq; nominatim determinato numero, geſtant. Summa etiam hic opus cautione: neq; enim parvum momentum ſitum eſt in illis apicibus, quippe quorum Autorem, Rabbini ipſum Deum prædicare ſuſtinent. Menachot fol. 29. b.

אמר רב יהודה אמר רב בשעה שעלה משה למרום מצאו להקב"ה שיושב
וקושר כתרים לאותיות אמר לפניו רבונו של עולם מי מעכב על ידך
אמר לו אדם אחד יש שעתיד להיות בסוף כמה דורות ועקיבא בן
יוסף שמו שעתיד לדרוש על כל קוץ וקוץ תילי תילין של הלכות:

Id eſt: *Nomine Raf, dixit R. Jehuda: Cum Moſes excelſa cæli petiiſſet, invenit Deum annectentem coronulas literis. Quare ad illum, Mundi Arbiter, inquit, quæ hæc tua eſt occupatio? Reſpondit Numen: Victurus eſt olim, poſt multorum ſeculorum decurſum, homo, cui nomen erit Akiba Joſephi filius, is de quovis iſtorum apicum, acervos rationum afferet.* Eam ob rem, apicum horum omnium, præter enarrationem verborum ſingulorum, quæ plene, aut cum defectu exprimenda ſunt, rationem accuratiſſimam, longeque majorem quam Maimonides integro cap. 3. *tũ*, Hilchot Tphillin, feciſſe deprehenditur, more ſuo conſummatiſſimus Codex noſter Ez Hechajim invit, ſed, quæ ſingula referre, tædioſum eſſet. In rem præſentem potius deducemus Lectorem, ipſasq; Pericopas, ea quam Magiſtri imperant diligentia, fideliter expreſſas, literasque ſuis ornamentis inſtructas, ſpectandas exhibendo, gratiam apud illum merebimur.

*** *** *** *** ***

BONUM

Bonum Factum!

SIc igitur tandem, Lector Optime, defuncti ſumus difficili, & ærumnoſo labore: Edidimus artificioſum, divinumque opus, omnes

Statius l. 2. Sylv.

—— Veteres cerasq; æriſq; figuras,
Si quid Apellei gaudent animaſſe colores,
Si quid adhuc vacua, tamen admirabile Piſa,
Phidiacæ raſere manus, quod ab arte Myronis,
Aut Polycletæo juſſum eſt quod vivere calo,

longiſſime ſuperans. Scilicet, deſcripſimus rite, caſte, & decenter, ſacras Phylacteriorum ſchedas. Paravimus more majorum vaginas, & receptacula quibus occluderentur. Ac poſtquam iis ſchedæ, juſto ordine, juſtaque diſpoſitione fuere inditæ, vaginarum margines probe probeque, ne quid hiaret, conſuimus. Tum alligavimus Lora, Nodosque in illis nectentes implicitos, ac inextricabiles, nunc plane confecta habemus, tam Capitis, quam Brachii, ſacerrima Amuleta. Nihil eſt quod porro agamus, ſed miſſis rebus, manibus compreſſis ſedere nobis licet, dum interim propalam, omnium oculis,

Hoc Specimen Jure Meritoq; Specitur.

*** *** *** ***

12. Coloribus] צבעונים merito ex Libris En Jacob edidimus, non צבעים etsi in utroque Talmude ita legitur: Nam, cum alibi idem dictum puta in Menachot fol. 43. b. & in Chullin fol. 89. a. Gemara repetit, צבעונים habent etiam Talmudis Codices.

13. Hyacinthinus color similis mari &c.] Sic accipe: Hyacinthinus color, non quidem omnino similis est colori maris, ad eum tamen quodammodo accedit: Porro, Mare, refert propemodum speciem cœli sereni, & Cœlum Throni gloriæ, relicta interim, magno, inter ea quæ comparantur, discrimine. Nihilo minus, illud denique consequitur, vel saltem aliquam esse inter fila hyacinthina, & Thronum gloriæ, convenientiam: ac proinde, id beneficii Deum Judæis tribuisse, ut sui Throni colores, in pallii laciniis referre semper iis liceat.

14. Throni gloriæ] Hujus Throni, gloriæ cœlestis, in Novo Testamento quoque fit mentio, & sicut in Veteri Deo Patri, ita in hoc, Filio tribuitur, non omnino nullo Divinitatis ejus, & cum Patre paritatis, argumento. Math. XIX, 28. *Οταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τῦ ἀνθρώπυ ἐπὶ θρόνυ δόξης αὐτῦ, καθίσεσθε κ᾽ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνυς·* Et iterum cap. XXV, 31 *Οταν δὲ ἔλθῃ ὁ υἱὸς τῦ ἀνθρώπυ ἐν τῇ δόξῃ αὐτῦ, κ᾽ πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι μετ᾽ αὐτῦ, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνυ δόξης αὐτῦ·* Priorem locum transtulit Vetus Interpres Hebræus: כשישב בן האדם על כסא כבודו תשבו גם אתם על כסאות שתים עשרה: Posteriorem vero: ובאשר יבא בן האדם בכבודו וכל מלאכיו איתו או ישב על כסא כבודו Magis, fortasse, hæc Versio quadrat, estq; significantior, quam illud ?ﻟﻮﻣﺎﺱ ﺑﺮ ﺍﻧﺎﺱ quod apud Syrum, utrobique legitur. Jonathan Chaldæus, pro כסא כבוד in Esaiæ c. XXIII, 22. כורסי יקר dixerat.

15. Sub pedibus ejus velut pavimentum sapphirinum] Sic per *συγκατάβασιν* Scriptura utriusque Testamenti, sæpe loquitur, quasi cæruleo colore Deus non indelectetur. Aliud persuasum habent, Christiani S. Johannis, quos vocant, in Assyriæ partibus degentes, de quibus Ignatius a Jesu, Carmelita Discalceatus, & Ecclesiæ Romanæ Missionarius, in libello quem A. 1652. de illorum Origine, Ritibus, & erroribus Romæ edidit, cap. XIV. *Taliter isti Christiani S. Johannis abhorrent ab hoc cæruleo colore, quod nec indui re hujusmodi colore tincta, nec eam tangere audent. Et tali modo, ac pertinacia, addicti sunt huic superstitioni, ut difficillimum sit, ab ea ipsos amovere. Et, si aliquis hoc colore induatur, eo ipso videtur illis, quod talis indutus cæruleo colore, profiteatur fidem ex oppositio contrariam fidei Christianorum S. Johannis. Experientia vero docuit, quam difficile sit illos abstrahere a dicta superstitione.*

Quia abhinc triginta circiter annis, quidam Episcopus, qui a Goa Lusitaniam versus proficiscebatur, transivit per civitatem Auisè, in qua commorantur eorum Sacerdotes, & Episcopi, ac Primates hujus Nationis. Qui Episcopus Zelo Episcopali motus, diligenter curavit, hac Natio schismate, & erroribus relictis, obedientiam præstaret Summo Pontifici, quod facile ab ipsis obtinuit, sed circa errorum rejectionem aliqua adfuit difficultas, & in hac præsertim superstitione, de qua loquimur, fuerunt pertinaces, quia quando loquebatur ipsis Episcopus de induendo colore caruleo, absolute negabant assensum huic propositioni. Et quando urgebat, dicendo esse necessarium, ut relinquerent istam, & alias superstitiones, & abusus, ipsi respondebant Episcopo, quod Summus Pontifex mittebat ipsum Episcopum, ad ædificandum, & non ad destruendum Christianos S. Johannis. Causam vero, quare ab hoc colore abhorreant, hanc esse fabulantur. Dicunt, quod aliqui inter Judæos habuerunt in somnis quandam visionem, ex qua didicerunt, quod per Baptismum Johannis debeat destrui lex Judæorum. Hoc audientes Judæi, & videntes S. Johannem Baptistam paratum ad baptizandum Dominum Jesum, invidia moti, attulerunt magnam quantitatem Indici coloris, & projecto dicto colore in aquas Jordanis, ubi baptizari debebat Christus Dominus, aquas inquinaverunt, & effecerunt eas immundas, ut dictum baptismum impedirent. Hoc videns Deus Opt. Max. miraculose per Angelos jussit afferri quoddam magnum vas, & impleri aqua pura ipsius Jordanis, & sublevantes ipsum in aëre, S. Johannes in prædicto vase baptizavit Christum Dominum in aëre sublevatum; & ex illo tempore Deus maledixit, & excommunicavit hunc caruleum colorem. Ad Judæos quod attinet, ii Rubrum colorem aversantur, ob eamque causam supra ex MS. Ez Hechajim docuimus, dedecus esse, Lororum quæ Phylacteriis aptantur, internam partem, rubram facere. Idem quia legitur quoque apud Maimonidem הלכות תפילין cap. 3. §. 14. hinc de causa solicitus interpres, Josephus Karo, in כסף משנה varias attulit: יש מפרשים שמא יאמרו שמים עצמו למצוא חן בעיני הזונו ודבר אחר כהני עכום שעושים סימנין מבגד אדום ורשיזל פיר' גנאי שמא יאמ' מדם חטיטיו נצבעו ודבר אחר שמא יאמרו אשתו נדה בעל ונצבעו בדם ! Id est: *Quidam,* (quod de dedecore dicitur,) *ita exponunt, quia cæteroquin dicturi sunt homines: Iste se exornat, ut gratiosus sit apud meretrices. Alii afferunt rationem, quod Infidelium Sacerdotes ex panno rubro, signa faciant. Raschi, f. m. sic dedecus accipit, quasi alii dicere possent, quem sanie sua, Lora tinxisse; aut secundum alios, facile foret criminari, sanguine uxoris τὰ καταμήνια passæ, fuisse imbuta.* Sed, aut fallor, aut nihil horum, sanis sobriisque potest satisfacere, quin potius in eo vera causa, vetandi rubrum pigmentum in Phylacteriorum Loris, forsitan quærenda fuerit, quod Es. I, 18. illum colorem peccata quasi referre, innuitur. Atqui Phylacteria expiare crimina debent, non facere ex iis ostentationem.

CAPUT

פרק ג׃

משנה

א

היה נוטל את מנחתה מתוך כפיפה מצרית ונותנה לתוך כלי שרת ונותנה על ידה ובהן מניח את ידו מתחתית ומניפה׃

CAPUT III.

MISCHNA

I.

1(*Maritus adulterii ſuſpectæ,*) M ecorbe ſaligna Oblationem ejus depromens, in vas ſanctum eam repoſuit, & 2 (*mulieri deinde,*) 3 in manum dedit. 4 Cujus manui, ſuam manum 5 Sacerdos 6 ſupponens, 7 receptam in ſacris agitationem, inſtituit.

ANNOTATA.

1. Maritus] Cl. Seldenus l. 3. Ux. Hebr. c. 15. non de Marito, ſed de ipſomet Sacerdote, locum accepiſſe videtur. Et ſane, ne quid diffitear, favent huic opinioni Toſephot. Sed, nos tutius eſſe arbitrati ſumus, R. Salomonem Ducem ſequi, is vero annotat: היה נוטל את מנחתה הבעל הוא אמרי ראין מצות כהונה במנחות אלא מקמיצה ואילך והגשה נמי תחילתה קמיצתה היא שאין זר קרב למזבח אבל קידוש כלי ויציקת שמן כשר בזר ובלילי ובטעונות id eſt: *Maritus Oblationem depromſit: Sic enim traditur, in Oblationibus, munus Sacerdotis, non niſi cum capiendus manipulus eſt, incipere, & poſtea, ad finem uſq; ſacrorum illorum, ſe porrigere. Sed, pertinet quoq; ad ſumtionem manipuli, ipſa oblationis ad altare admotio, eſtq; ejus principium, nec enim alii* (præter Sacerdotem,) *ad altare accedere licet. Cæterum immiſſio in vas ſanctum,* (de qua Lev. II, 1.) *Commixtio,* (de qua ibidem v. 4.) *& Affuſio* (quæ v. 15. memoratur) *a Laico quocunq; peragi poterant.*

2. Mulieri deinde &c.] Autor libri Mincha Belula p. 136. 2. & alii, inferunt: מכאן שאם היתה נרה לא היתה שותה שאם היתה טמאת

שמאה לא יתכן שתושם המנחה על כפיה: id est: *Hinc consequitur, quod Mulier quæ ex mensibus laborat, Aquas amaras haud bibit; nefas enim foret, Fœminam immundam, Oblationem in manus dare.*

2. In manum] Plurativo numero ידיה habent cæteroquin Miſchnæ Editiones, quas ſequi non placuit.

4. Cujus manui ſuam manum &c.] Gemara: אֹל רֹא לֹר יאשיה הדרית † לא תיתיב אכרעך עד דמפרשת לה * להא מילתא מנין למנחת סוטה שמעונה תנופה מנא לן והניף כתיב בה בבעלים מנלן אתיא ד' ד' משלמים כתי' הכא ולקח הכהן מיד האשה וכתיב התם ידיו תביאנה מה כאן כהן אף להלן כהן ומה להלן בעלים אף כאן בעלים: id est: *Dixit R. Eleaſar ad R. Joſiam Darenſem, non patiar te ſeſſum capere, niſi prius mihi ſolveris dubium meum. Unde probatur, in Oblatione Sotæ, agitationem eſſe neceſſariam?* (Ibi R. Joſias: Tune quæris) *unde id probetur? Nimirum inde, quia* (Num. V, 25.) *de hac Oblatione expreſſe dicitur*: Et agitabit. (Excipiebat alter, ſe id agnoſcere, verum ibi de ſolo Sacerdote ſermonem inſtitui, quare dubium ſupereſſe,) *unde probetur* (ipſam Sotam) *oblationem offerentem*, (ſimul agitationem facere debere?) *Regerebat R. Joſias, id colligi, facta argumentatione ab oblationibus euchariſticis*, (ejusq; medium terminum eſſe,) *vocem* Manus, (quæ tam de his, quam de Sotæ Oblatione adhibetur:) *De Sota enim dicitur* (loco allegato:) Et accipiet Sacerdos e manu mulieris. *Atq; ſic etiam* (de Euchariſticis Lev. VII, 30.) *legitur*: Manus ejus adducent: *Nunc igitur, ſicut in Oblatione Sotæ, certum eſt, intelligi Sacerdotem, ita ſequitur, eundem etiam in Oblationibus euchariſticis debere intelligi. Et contra, ſicut conſtat in Euchariſticis intelligi offerentem, ita Sota offerens intelligenda quoq; eſt, in loco altero.* (Dicat quis:) *Quomodo* (utrique ſimul agitare poſſunt?) *Scilicet, ſupponit Sacerdos manum ſuam, manibus offerentis, atq; ſic agitat.*

† In Ialkut f. 208. col. 2. ubi integer hic locus adductus eſt, legitur דדרקה & nota in margine, monet eſſe loci nomen.

* לי legere oportet ceu in Ialkut quoq; habetur.

5. Sacerdos] Quia nuda Mulieris, tangenda a Sacerdote manus erat, ideo, ne ea res ad libidinem irritamentum illi ſit, quidam opinati ſunt, hunc Sacerdotem debere eſſe Senem. At verior ſententia, etiam juveni, hoc officio fungi licuiſſe שאין יצר הרע מצוי לשעה id est: *Non enim prava cupiditati, dum hæc peraguntur, via ulla eſt*: Ceu habetur in Toſephot, & Jalkut quoque fol. 208. col. 2. De aliis temporibus valet illud tritum in Schabbat fol. 64. b. כל המסתכל באצבע קטנה של אשה כאילו מסתכל במקום התורפה id est: *Quisquis intuetur digitum parvum mulieris, id perinde eſt, ac ſi ejus naturalia aſpiceret.* Quod ſi aſpexiſſe tantum nocet, quantum nocebit tetigiſſe?

6. Sup-

6. Supponens] Nota ſedulo, quod eſt in Tolephot : תני ר' חייא סוטה גידם שני כהנים מניפים על ידיה אבל בגמרא דידן אמרי בסיף פ' ארוסה דגידמה לא היתה שותה ; id eſt : (In Talmude Hieroſolymitano) *docet R. Chaja, quod ſi Sota manibus manca ſit, duos Sacerdotes, ſuas illi manus, ad agitandum commodare : Sed noſtra Gemara Babylonica ſub finem cap. 4. tradit, Sotam manibus mancam, non fuiſſe potionatam.* Non igitur, perpetuus inter utrumque Talmud conſenſus eſt, quæ res ipſorum autoritatem, utique vehementer elevat.

7. Receptam in ſacris agitationem &c.] Ea Agitatio, quomodo peracta ſit, ſufficienter, ſolis quatuor verbis, docet Raſchi ad Num. V, 24. מוליך ומביא מעלה ומוריד id eſt : (Oblationem, is qui eam tenebat Sacerdos,) *dimovebat, & reducebat, elevabat deinde, ac demittebat.* De cujus aſſertionis veritate, ne quis dubitet, ejus fundamentum, & rationem, ex incerti Autoris, Explicatione MS. quam in laudatum Commentatorem, poſſidemus, allegare oportet : מנלן לרשי ז"ל מוכח מיהא דילפינן גזירה שוה דתכא כתיב הניף ולעיל כתיב בפרשה ואחרת תצורת ואשר הורם ואשר הונף מרז הונף דלעיל הוא מוליך ומביא מעלה ומוריד דיורם לשון הגבהה ואב כשהגבהה למעלה צריך למורד למטה והונף לשון הנפה בעלמא והיינו מוליך ומביא האי הונף נמי דכתיב הכא מוליך ומביא מעלה ומוריד ; id eſt : *Unde collegit Raſchi,* (Sacerdotem, juxta cum Sota, Oblationem dimoviſſe, & reduxiſſe, elevaſſe, & demiſiſſe ?) *Collegit id, facta a Paribus argumentatione. Nam in loco* Num. V, 24. *habetur verbum* והניף & agitabit. *Sed vero, ſupra* Ex. XXIX, 27. *legitur* אשר הונף ואשר הורם Qui agitatur, & qui elevatur. *Quare, ſicut hic loci,* Agitatio, *dimovere & reducere, elevare & demittere, ſignificat, nam per* יורם *ſublatio innuitur, omnis autem in altum ſublatio, demiſſionem rurſus requirit ;* הונף *vero ſimplicem commotionem, quæ dimovendo & reducendo fit notat : Proinde in altero quoq; loco, Agitatio, eodem ſenſu accipienda eſt.* Ergo Agitationis, a Sacerdotibus quondam peractæ cærimonia, aliqua forſitan ratione comparari poteſt cum ea, qua nunc in Eccleſia Romana, ad altaria thuribulo ſuffitus fieri ſolet, atque omnino Sacræ Crucis imago, fuit in illa expreſſa. De uſu vero, ac Virtute, ſacræ hujus agitationis diligenter notandum ex Raſchi, ad Levit. XVII, 11. fuiſſe inſtitutam לעצור רוחות רעות ולעצור טללים רעים id eſt : *Ad abigendum malos Genios, abigendumq; Umbras terrificas.* Hæc ſi perſpecta habuiſſent Veteres, proh! quantam iſta res Allegoriarum illis præbuiſſet materiem, qui tam avide etiam minores longe occaſiones, ad meditationibus ſuis indulgendum, undecunq; arripuerunt : Pio ſane, ſed

neſcio, an ſalutari, conſilio, imprimis ubi cum Judæis, negotium illis intercedebat. Nam his utiq;, nihil niſi ſolidum opponendum erat, ne cæteroquin Chriſtianos riderent, magisq; redderentur increduli. Incidi nuper in Diſputationem Gregentii Archiepiſcopi Tephrenſis, cum Herbano Judæo habitam, quæ in Tom. IX. Bibliothecæ SS. Patrum relata eſt, ibi legitur : Τὸ ξύλον ὃ ἔβαλεν Μωσῆς εἰς Μαρᾶς, ᾧ ἐγλυκάνθη τὸ ὕδωρ, ἆρα τὸν σωτῆρα προετύπωσε τὸν τίμιον ; Id eſt : *Lignum quod in Maram Moſes conjecit, & quo aqua dulcis & potabilis effecta eſt, nonne Crucem honorandam præfigurabat ?* Revocabant hæc mihi in memoriam, quod Lipmannus habet Num. LVI. תנוצרי אומרים מה טיבו של עץ זה לתמתיק המים על Ex. XV.

* Ex MSS. noſtris emendandum, ſupplendūq; על המים וממנו נמתקו : כן מן האמת רחקו ודרשו ודחקו לפרשו שתי וערב חית שהשליך אל * המים וטופרים סמכו לרבריהם עץ בגימ׳ צלם: id eſt : *Chriſtiani, diſquirunt, unde hæc ligno iſti, virtus provenerit, ut aquas edulcaret ? Atq; a veritate recedentes, torquent locum, ac de Cruce illum exponunt, quam in aquam Moſes conjeciſſe feratur, quæq; aquas reddiderit dulciſſimas. Succurrunt iis noſtræ fidei deſertores, ad ipſos tranſfugæ, ſuggerendo verba* עץ *&* צלם *quorum illud* lignum, *hoc*, Crucem, *denotat, eandem in Numeris, conficere ſummam.*

ב II.

הניף והגיש קמץ והקטיר
והשאר נאכל לכהנים הית
משקרת ואחר כך מקריב את
מנחתה רבי שמעון אומר אם
מקריב את מנחתה ואחר כך
הית משקרת שנאמר ואחר
ישקה את האשה את המים
אם השקה ואחר כך הקריב
את מנחתה כשרה:

AGitatione peracta, [1] pugillum [2] (*ad altare*) [3] proferens, adolevit illum : quod ſupererat, [4] Sacerdotes conſumſerunt. Primum autem (*aquas*) bibendas dedit, atq; deinde Oblationem ejus (*obtulit.*) [5] R. Simeon tamen vult, primùm eum adoleviſſe, & tum demum aquas potandas præbuiſſe. Q. S. E. (Num. V, 26.) *Et poſtea curabit, ut mulier illa bibat aquam iſtam.*

Quod ſi vero (*ab initio ſtatim*) aquam bibendam dediſſet, atque poſtea ſacrificaſſet, nihilo ſecius, id probe factum eſſe.

1. Pugil-

ANNOTATA.

1. Pugillum] Quomodo Pugillum ſumſerit Sacerdos, fuſe docetur in Menachot fol. 11. a.

2. Ad altare] Intellige Altare extimum. Liber Schilte Haggiborim fol. 22. col. 4. מזבח החיצון המיוחד לתמידין ולמוספין ולכל הסנחות והקרבנות id eſt: *Extimum Altare dedicatum erat, Sacrificio jugi, Auctariis, & Oblationibus, ac Sacrificiis univerſis.* Sequitur ibi, de hujus Altaris ſitu, forma, & materia, fuſiſſime. Fuit aliud Altare Intimum, ſive Suffitus: θυσιαστήριον τῶ θυμιάματος vocatur apud Lucam cap. I. v. 10. de eo multa, in eodem libro Schilte Haggib. fol. 30. col. 2. ſeqq. Cui adde Menachot cap. 2. Jacobum Judam Leonem de Templo Hieroſol. l. 3 c. 4.

3. Proferens] Et quidem לקרן מערבית דרומית id eſt: *Ad illum angulum, cujus latera, mundi Occidentalem, & Auſtralem, plagas, reſpiciebant*, uti ex eodem tractatu Menachot, Raſchi, & Autor MS. noſtri Ez Hechajim, monuerunt.

4. Sacerdotes conſumſerunt] Fruebantur enim reſiduis Oblationum quarumcunque, ob Dei conceſſionem Lev. VI, 9. Joſephus l. 3. Antiq. c. 10. hæc ita effert: Αν δ' ὑποψίαν μεμοιχεῦθαί τις ἀυτὴ τὴν γυναῖκα, νομίζει κρυβῆς ἀλλελομένης ἀσσάρωνα· ἧ μίαν ἀυτῆς δράκα ἐπιβάλλοντες τῶ θεῶ, τὸ λοιπὸν τοῖς ἱερεῦσι διδόασιν εἰς τροφήν· *Quod ſi quis adulterii ſuſpicionem de uxore habuerit, offert hordeaceæ farinæ aſſaronem, & immiſſo ex ea pugillo ſuper altare, quod reliquum eſt, Sacerdotibus veſcendum datur.*

5. R. Simeon tamen &c.] Locus notabilis תוי Toſephot, qui extat fol. 14. a. Gemaræ noſtræ, quique diu jam his Commentariis debebatur, tandem afferendus eſt: אין סדר המשנה"ת וסדר הפרשה"ת מכוונין שתרי כך סדר הפרשה שקינא לה ונסתרה מעלי האש' ומביא את מנחתה תכהן מביא פיילי של חרס ונותן לתוכו חצי לוג מים מן הכיור ונותן בו עשר העמיר האשה בשער ניקנור ואותו בבגדיה וסותר את שערה ונותן את המנחה על ידיה ובידי הכהן מים המרים ומשביע ומתנה עמה וכותב את המגילה ומוחק ומשקה ונוטל מנחתה מתוך כפיפת מצריית ונותן לתוך כלי שרת מנף ומגיש קומץ ומקטיר ולאו ידענו למה שינה התנא הסדר ואם סדר התנא רוקא או סדר הפרשה: Id eſt: *Ordo Judicii Sotæ, aliter in Talmude, aliter in Sacris Literis, deſcribitur. Sacræ enim Literæ hanc memorant rerum ſeriem: Maritus facit* (uxori) *interdictum, ipſa ſe* (cum viro ſuſpecto) *occultat; deducit itaq;* (maritus) *conjugem*

(Hiero-

(Hierosolymas,) *afferq; oblationem. Interim Sacerdos, accepto vase figlino, ex Labro, aqua Lug dimidium, in illud infundit, & pulverem superaddit. Mox, statuens fœminam, ad portam Nicanoris, vestes ejus prehendit, capillos solvit, & oblationem illi in manus dat. Ipse vero, aquas amaras tenens, solemnem execrationis formulam profert, ac deinde eandem voluimini inscribit, rursus delet, ac mulieri aquas hauriendas porrigit. His ita gestis, Oblatio e canistro vimineo in vas sanctum inditur, fitq; agitatio, ad altare latio, sumtio pugilli, & incensio.* (At vero, si cum his Mischna conferatur, magnum discrimen emergit) *neq; satis constat cur ejus Autores, istam dispositionem immutaverint, aut num secundum Mischna, an vero secundum Scripturæ ordinem, negotium sit peractum.*

ג III.

עד שלא נמחקה המגילה
אמרה איני שותה מגילתה
נגנזת ומנחתה מתפזרת על
בית הדשן ואין מגילתה כשרה
להשקות בה סוטה אחרת
נמחקה המגילה ואמר טמאה
אני חמים נשפכין ומנחתה
מתפזרת על בית הדשן נמחקת
המגילה ואמרה איני שותה
מעררים אותה ומשקין אותה
בעל כרחה׃

QUoad nondum [1] deletum erat volumen, si diceret: *Nolo bibere:* [2] Volumen recondebatur, & oblatio [3] per domum cineris [4] dispergebatur: [5] neque volumen illud aptum erat, ad aliam adulterii suspectam, eodem potionandam. Si deleto volumine, diceret: *Polluta sum.* [6] Effusæ sunt aquæ, & Oblatio dispersa per domum cineris. Si vero deleto Volumine [7] bibere recusaret, vim illi faciebant, & invitam ut biberet, coëgerunt.

ANNOTATA.

1. Deletum erat] Verbum מחק quo solo, in hac re, & Talmudistæ, & Rabbini reliqui, utuntur, id omnino significat, Sacerdotem sua manu, ea quæ in volumine scripta erant, illis aquis abluisse, quas postea Sotæ bibendas dabat. Neque vero Judæos, aliud velle, multis probari posset: Sed unum testimonium, aurei Codicis nostri MS. עין החיים valebit pro multis. מגבירה הטבלא ולוקח עפר מקרקע המשכן ונותנו על פני המים

חמים נותן לתוכו דבר מר כגון לענה שני מיחמרים ומוחק לתוכו חמגלה לשמה וימחוק יפה עד שלא ישאר במגילה רישום הניכר כתב אות אחת ומחקה וחזר וכתב אות שניה ומחקה עד שהשלים פסולה עד שתהיה כולה בתובה מחקה שלא לשמה פסולה כתב שתי מגלות לשתי סוטות ומחקן לתוך כוס אחד או לתוך שתי כוסות ועירבן בתוך כוס אחד והשקה לשתיהן פסולה שכל אחת לא שתתה מגלתה מחקן בשתי כוסות ועירבן וחזר וחלקן לשתי הכוסות לא ישקה אותן ואם השקה אותן כשירה ואם נשפכו חמים נותב מגלה אחרת ומביא מים אחרים נשפכו תשחיר לא ישקה השאר ואם השקה כשר : id eſt : (Sacerdos) *ſublata tabula marmorea, pulverem ex ſolo Sanctuarii depromens, illum Aquæ inſpergit, additq; rei amaræ aliquid, uti, verbi cauſa, Abſinthium; Nam* (Num. V. ſæpe, iſtæ Aquæ,) *amaræ appellantur. Poſtea, intentione ad præſentem Sotam directa, voluminis deletionem in aquas medias inſtituit, quæ quidem probe probeq; peragenda eſt, ita ut nullum literarum, in volumine remaneat veſtigium. Si ſcripta litera unica, eam continuo deleat, atq; ſic porro ad finem uſq; faciat, id vitioſum eſt, prius enim volumen totum deſcribere, & deinde delere oportet. Vitioſum pariter eſt, ſi in delendo, ea quam requiri diximus, abſit intentio. Si quis ſcriptis duobus, ob Sotas duas, voluminibus, eorundem deletionem in poculum unum faciat, aut faciat eam in pocula duo, ſed poſtmodum in unum poculum omnia confundat, atq; ſic Sotas duas potionare vellet, id nefas foret: neutra enim ſuum volumen bibiſſe videtur. Si quis* (cum duorum voluminum,) *in pocula duo feciſſet deletionem, aquas poſtea inter ſe commiſcuit, & deniq; in pocula duo eas rurſus diviſit, iisdem Sotas potionare non debet: ſi tamen id factum ſit, toleratur. Si aquæ,* (in quas facta deletio,) *forte effundantur, novo volumine, aliis aquis, opus eſt. Si pars tantum earundem, fuerit effuſa, non quidem recte factum eſt, ſi reſiduo Sota potionetur; ſi tamen id acciderit, etiam hoc tolerari poteſt.* Cæterum, ex iſtis patet, haud temere ſequendum eſſe Cl. Hottingerum, qui lib. 2. Theſ. Philolog. c. 2. p. 532. *Schedam Zelotypiæ, in poculum redargutionis, fœminæ de adulterio ſuſpectæ, a Sacerdote conjectam fuiſſe,* aſſeruit incogitans.

2. Volumen recondebatur] In Templo ſine dubio, uti nunc quoque Judæi, libros laceros, & phylacteria vetera, in Synagogis aſſervare ſolent. Volumen quod alterius Sotæ cauſa ſcriptum erat, ad aliam potionondam adhiberi non potuiſſe, ſupra indicavimus.

3. Per domum Cineris] על הרשן In editionibus Miſchnæ; ſed in Talmudis, על בית הרשן habetur. Quæ poſtrema, quia plenior

est lectio, ideo & melior censeri debet; confirmante eam quoque Jalkut fol. 208. col. 1. in f. Cæterum de Domo Cinerum, sic legitur in תבנית היכל Jacobi Judæ Leonis Num. XC. שהיה מבליע בעצמו חלול בארץ נקרא אצלם בית הדשן היה שמה נתון למזרחו של כבש התובח ורחוק מרגליו עשר אמות אמנם שלשה טפחים רחוק ממנו ואצלו כל הימים לעת השחר הכהנים קודם אשר יתחילו להקריב את קרבן התמיד במועדו ישימו מחתת מלאת גחלי אש מן המאוכלות הפנימי מן המערכה של זבחים למען ידשנו שמה וגם שם היו משליכים את רישון התמורת שבהיכל ורישונו של מזבח הקטורת וגם ישליכו שמה את כל אשר מקרבן העוף ישליכו חצה: Id est, Interprete Cl. Sauberto: *Locus operiens intra sese, cavernam in terra* (vocatus ipsis, Domus Cinis) *constitutus fuit ibi ad Orientale latus, gradus altaris, elongatus a pedibus hujus decem cubitis, & praterea tribus palmis. Apud eum quotidie diluculo Sacerdotes, antequam inciperent offerre sacrificium adsiduitatis stato tempore, reponebant acerram plenam prunarum, quæ comprehendebantur in intima parte struis sacrificiorum, ut in cinerem redigerentur ibi. Eò etiam projiciebant cinerem Candelabri, quod erat in templo, nec non cinerem Altaris suffitus: denig, omne id, quod de sacrificio volucris foras ejiciebatur.* Scilicet, in locum hunc, conjecti fuerunt Cineres, a quibus Altare extimum liberabatur, eaque res dubio caret. Nec minus idem de Cineribus Altaris suffitus, & de Cinere ellychniorum Candelabri, asseritur in Tamid c. 3. §. 1. אמר הממונה בואו והפיסו מי שיחט מי זורק מי מדשן מזבח הפנימי מי מרשן את המנורה: Id est: *Dicebat Præfectus* (Sacerdotibus:) *Agite, facite sortitionem, quis macture, quis sanguinem spargere, quis a Cineribus Altare intimum, quis Candelabrum, ab iis repurgare debeat.* Atenim, alibi diversa docentur, & quidem in Joma fol. 21. a. loco tenebrosissimo, & quem ideo totum adducimus, ut eum illustremus. עשרה ניסים נעשו בבית המקדש לא הפילה אשה מריח בשר הקדש ולא הסריח בשר הקדש מעולם ולא נראה זבוב בבית המטבחים ולא אירע קרי לכהן גדול ביום הכיפורים ולא נמצא פסול בעומר ובשתי הלחם ובלחם הפנים עומדים צפופים ומשתחוים רווחים ולא הזיק נחש ועקרב בירושלי מעולם ולא אמר אדם לחברו צר לי המקום שאלין בירושלים פתח במקדש ומים בירושלי איכא

Confer PirkeAvot c. 5.

איכא תרתי אחרנייתא במקדש דתניא מעולם לא כבו נשמים
אש של עצי המערכה ועשן המערכה אפילו כל הרוחות
שבעולם באות ומנשבות בו אין מויזות אותו ממקומו ותו
ליכא והתני רב שמעיה בקלנבו * שברי כלי חרש נבלעו
במקומן ואמר אביי מוראה ונוצה ודישון מובח חפנימי ודישון
המנורה נבלעין במקומן פסולי תלת הוו חשבינהו בחד אפיק
תרי ועייל תרי אי הכי בלועין נמי תרי הוו חשבינהו כחד
חסורו להו איבא נמי אחריתי דאר יהושע בן לוי נס גדול
היה נעשה בלחם הפנים סלוקו בסדורו שנ לשום לחם חום
ביום הלקחו ותו ליבא והאמר ר לוי דבר זה מסורת בידינו
מאבותינו מקום ארון אינו מן המדה ואמר רבנאי אמר שמואל
ברובי בנם היו עומדין נימי דבראי קא חשיב נימי דנבאי לא

* Malo legere מקלנבו quomodo eſt quoq; in Codicibus En Iacob fol. 101. col. 1.

קא חשיב; Id eſt: *Decem Miracula* (Deus) *operabatur in Sanctuario. Nunquam Fœmina* (prægnans,) *abortum paſſa eſt, ob carnis ſanctæ,* (& ſolis Sacerdotibus ad fruendum conceſſæ, quando in popina templi aſſabatur, pervadentem) *odorem* (ad Aſaram: Nam is odor cæteroquin in gravidis facile carnis appetentiam, & ſi cibus hic denegaretur, abortum, ciere potuiſſet.) *Nunquam caro ſancta fœtorem redolebat* (etiamſi ea, quæ denique igne ex ſacrificiis abſumenda erant, ſæpe ob multitudinem victimarum, non poſſent continuo adoleri, ſed per biduum aut triduum, usque dum Sacerdotibus vacaret, aſſervarentur.) *Nunquam viſa eſt Muſca in domo Mactationis,* (quod genus animalis, carnes crudas, & inteſtina animalium, agmine facto conſectatur, cum in Mactationis tamen domo, ſuſpenſæ eſſent victimæ plurimæ, aut in marmoreis menſis diſtenſæ jacerent.) *Nunquam Gonorrhœam paſſus eſt Summus Pontifex in die Expiationis.* (Etſi enim alia ratione, uti ob inſectum, aut cadaver, vel cauſam ſimilem, etiam ſacra illa luce immunditiem contrahere poterat, fungente tum officio ejus, Vicario: nihilo minus fœdum iſtud pollutionis genus, ex ipſo dimanans corpore, locum in eo tum non invenit.) *Nunquam repertum vitium eſt, nec in Oblatione manipuli, nec in duobus Panibus* (agitationis,) *nec in Propoſitionis Panibus.* (Scilicet, Lev. XXIII, 10. ſeqq. præceptum extat de offerendo Deo poſtridie feſti paſchatos, manipulo hordei, tanquam meſſis, mox peragendæ, primitiis. Quamobrem, pri-

die ejus diei exibant Seniores, & tantum demetebant, quantum ad replendam menſuram unam ſatis erat, idque domi toſtum, & in farinam puriſſimam redactum, poſtridie offerebatur. Jam, ſi aliquando vitium contraxiſſet Manipulus, ob contactum, verbi cauſa, inſecti, aut aliam ſimilem rationem, non potuiſſet deinde fieri Oblatio, quam Deus imperaverat, nihil enim, ultra id, quod requiri videbatur, fuit demeſſum: Rejicere vero oblationem, in aliam, quam Deus præceperat, diem, neutiquam concedebatur. Similis ratio eſt, Panum duorum Agitationis, de quibus, mandatum ſequitur in eodem cap. XXIII, 17. & Panum quoque Propoſitionis. Quippe cum haud plures numero, quam a Deo definitum erat, unquam pararentur, ſi uni vel per contactum rei immundæ, vel fermentationem haud decentem, factum vitium eſſet, non potuiſſent, illi in feſto Pentecoſtes offerri; non hi, pridie Sabbathi proponi, atque ad novam usque Ephemeriam, menſa relinquenda erat vacua. Quippe, in his omnibus, tempus, quod & præparationi eorum, & oblationi Deus præſcripſerat, accurate obſervandum fuit, idque ſi ſemel præteriiſſet, nulli poſtea locus ſupererat remedio. Porro, congregati ad videndam Dei faciem, feſtis ſolemnioribus, Sabbathis, & Noviluniis, in Templo Judæi, ob immenſam confluentium copiam *ſtabant arctiſſime*, (ita ut alter, alterius capiti ſupernatare videretur.) *Sed, inclinantes ſeſe, prono corpore*, (verſus Templi adyta, peccata confitentes, aut Dei opem in ſuis neceſſitatibus flagitantes, qualis corporis poſitura, in illis anguſtiis, videtur fuiſſe impoſſibilis,) *ampliſſimum tamen nanciſcebantur ſpatium*, (ita, ut quisque a ſocio, cubitis quatuor diſtaret, ne aut preces, aut peccata ſua is exaudire poſſet.) *Nunquam Hieroſolymis, Serpens vel ſcorpius, quenquam læſit*, (urbis enim ſanctitas, tuebatur incolas, ne quid ſiniſtri, iis poſſet accidere.) *Nunquam quisquam* (ad feſta Solemnia Hieroſolymas euntium,) *apud Socium conqueri auditus eſt, res meæ anguſtiori loco ſunt*, (ob alimentorum, hoſpitiiq; penuriam,) *quam ut Hieroſolymis pernoctare poſſim.* (Enim vero: Movit dubium, adverſus hactenus recenſita miracula, Doctor alius Gemaricus, inquiens: Non bene hæc conveniunt,) *nam ſit initium de Templi miraculis, & poſtremo ſubjungitur de miraculis ipſius Urbis Hieroſolymitanæ.* (Atqui inſtitutum erat, ſolius Templi, enarrare miracula. Reſpondet prior Gemaricus Doctor:) *Imo, ſuperſunt adhuc duo, Templi miracula. Sic enim traditur: Nullo unquam tempore, extinxerunt nimbi* (etiam vehementiſſimi, denſiſſimique,) *Ignem ſtruis*, (ſive Altaris Holocauſti, qui perpetuo ibi ardebat, etiamſi id altare ſub dio eſſet.) *Sed nec Fumum, ex illo Altari*, (columnæ quadam forma cœlum verſus) *aſcendentem, ſi omnes orbis totius venti, in eum impetum feciſſent, vel tantillum a ſua rectitudine, dimovere poterant.* (Ad hæc ſubjicit, alter Doctor Gemaricus:) *An nullum ſupereſt* (miraculum aliud?) *Atqui docuit R. Schemaja*

maja Kalnabenſis, fragmina ollarum teſtacearum in templo fuiſſe abſorpta. (Fuit enim quæque olla, ſimul ac Expiatorium ſacrificium in ea coctum erat, ex ipſius Dei Levit. VI, 21. præcepto, confracta, ideo quod figlina vaſa, illum quem ſemel imbiberunt humorem odoremque, ætatem retinent. Quia vero teſtas, quæ rem ſanctiſſimam admiſerant, extra Templum, in locum profanum projicere nefas fuiſſet, nec tamen decori quoque Ædis ſacræ conveniebat, ut teſtacei montes ibi acervarentur, ideo ſolum ipſum, has teſtas voraſſe, dicendum eſt.) *Dixit quoq; Abai, ingluviem, & plumas* (quæ ex holocauſto avium, ſecundum Lev. I, 16. tradita, ſecernere oportebat,) *item Altaris intimi, & Candelabri, cineres, in ſuis* (ubi generebantur) *locis eſſe, abſorptos.* (Quæ, cum ita ſe habeant, quid igitur nunc fiet, de illa miraculorum decade, utique enim plura fuiſſe deprehenduntur? Reſpondet Doctor Gemaricus: Imo vero, adhuc ſua ratio, iſti numero conſtat; Nam) *illa tria,* (Manipulus ſcilicet, Panes Agitationis, & Panes Propoſitionis,) *in quibus nunquam vitium factum dicitur, pro uno miraculo computare oportet. Jam porro, removenda, duo illa* (ad urbem Hieroſolymitanam attinentia prodigia,) *ac ſubſtituenda in locum illa duo,* (quæ deinde expreſſeram; atque ſic denarius numerus, ſalvus rurſus eſt, & integer. Excipit iterum, Doctor Gemaricus, ὁ ἀντιτασσόμενος· Si tuæ reſponſioni locus relinquendus eſt,) *oportet ſimiliter illas duas ἀναβρώσεις,* dum ollarum fragmina, nec non cineres altaris intimi & candelabri, terram abſorpſiſſe dixeras,) *non niſi pro unico miraculo computare, atq; ſic rurſus unum ex decade deficit.* (Subjicit Doctor ἀνθυπομένων· Eſto:) *Suppetit tamen* (miraculum) *adhuc aliud,* (ad complendum numerum;) *Autor enim eſt R. Joſua F. L. magnū prodigium circa Panes Propoſitionis accidiſſe, quod omnino tales,* (tamque calentes e menſa ſacra) *fuere remoti, ac eidem imponebantur:* Q. S. E. (1. Sam. XXI, 7.) Ad ponendum panem calidum, in die quo tollitur. (Pergit Doctor objectans:) *Siccine vero exiſtimas nullum amplius ſupereſſe* (Templi) *miraculum? Atqui dixit Levi: Illud perpetua Majorum traditione conſtat, Arcam Fœderis nullum occupaſſe ſpatium. Quin & Rabnai, nomine R. Samuelis, docuit, Cherubinos pariter, magno oſtento, nullum occupaſſe ſpatium.* (Nimirum, conſtat ex 1. Reg. VI, 20. ſacroſanctum Templi Penetrale, longum fuiſſe ulnas XX. & latum totidem: jam vero, conſtat quoq; traditione, Fœderis Arcæ, quā Moſes fecit, quodq; latus ulnas decem impleviſſe; quare, ſi ſpatium occupaſſet Arca, non niſi ulnæ quinque, a ſingulis ejus lateribus manſiſſent vacuæ, locus nimis anguſtus, nec ſatis aut cum ſtructuræ ſymmetria, aut cum divinis officiis ibi a Pontifice peragendis, conveniens. Inde conſequens eſt, Arcam non occupaſſe ſpatium. Idem hoc, tanto manifeſtius evadit, ſi Cherubinos jungas. Illi enim juxta Arcam alter in Septentrionali, alter in Auſtrali latere, in terra

ſtabant, alæ vero cujusque longæ erant cubitos XX. eo quod parietem oppoſitum attigiſſe dicuntur 1. Sam. VI, 27. Quæ cum ita ſint, univerſum Penetralis ſpatium, arca & iſti repleviſſent, ne quidem relicta introeundi facultate, ſi vere ſpatium occupaſſent. Subjicit Gemaricus Defenſor, hanc objectationem nihil cauſæ officere,) *eſſe enim ſermonem de Miraculis, quæ in templo exteriore, nequaquam vero de iis, quæ in ſacratiſſimo Adyto, acciderunt.* De cætero, quia non perfunctoria diligentia, locum hunc explicavimus, illud quoque, obiter monendum, quædam ejus attuliſſe Raymundum Martinum in Pugione Fidei part. 2. c. 8. Num. 19. ac poſt verba ומשתחוין רווחים hic inſerere, totum quod ſequitur; אעפי שנמשכין אחת עשרה אמה אחרי בית הכפרת quæ, ipſe, uti alia pleraq;, convertit obſcuriſſime: *Adorantes erant ſpatioſi, licet retracti a domo Propiciatorii, per undecim ulnas.* Neſcio, quibus Codicibus uſus ſit; a noſtris hæc abſunt, & abſunt fortaſſe merito, vix enim eſt, ut ſalvari queat quod iisdem ſignificatur, ſi terminos limitatos Gentium, Mulierum, Iſraelitarum, & Sacerdotum, qui in templo, quibusque aſſignati erant, conſideremus. Maimonides Hilch Bet Habbech. cap. 1. §. 7. מושין בחוך העזרה גבולין עד כאן לישראל עד כאן לכהנים Id eſt: Erant in Templo ſpatia definita, (*& inſcriptiones, ibi monebant:*) HUC USQUE FAS EST VENIRE ISRAELITIS. HUC USQUE FAS EST VENIRE SACERDOTIBUS. Quod reliquum eſt, ut ad *Cinerum Domum*, a qua cœpit, revertatur oratio, enumerabimus etiam alia Templi Loca, quæ *Domus* nomine, Magiſtris veniunt. Fuere enim ibi בית אבטינס *Domus Abtinæ*, בית הנצוץ *Domus Nizoz* בית הטוקר *Domus Foci.* בית המטבחים *Domus Poparum* בית הפריה *Domus Lapidis* בית אבן *Domus Subverſionis.* בית המהפכת *Domus Happarva.* בית טבילת לכהן גדול *Domus ablutionis Pontificis Max.* בית המבשלים *Domus Coquorum.* בית טבילה במקום חול *Domus lationis in loco profano.* בית המדרש *Domus Explicationis.* בית האוצר *Domus Theſauri.* בתי החילופות *Domus Seceſſitarum* בית מחוץ *Domus Torcularis.* De harum Domorum uſibus, prolixe agunt Jacobus Jehuda Leo, in חבנית היכל paſſim, & Abraham Harophe in Schilte Haggibborim cap. 25. iidem etiam, de Templi ædiculis aliis compluribus, quæ proprie לשכות appellantur, disquiſitionem inſtituunt. Eos adiiſſe non pœnitebit, quin & ſimul conſtabit, immerito de Judæis pronunciaſſe Robertum Sheringamium in Joma p. 5. quaſi ignorent, ubi locorum in Templo fuerint Conclave Parhedrorum, & Conclave Lapidum. Unum id adhuc monendum, non firmo ſatis talo niti, quod Doctiſſimus Caſaubonus, Exerc. 1. adv. Baron. Num. 22. ſenſiſſe videtur, omnem nimirum illam multitudinem miniſtrantium Sacerdotum, Levitarum, Cantorum,

tum, Janitorum, Curſorum, & aliorum Miniſtrorum, atque ſic virorum multa millia, habitaſſe in Templo. Verius eſt, & crebris Magiſtrorum teſtimoniis evincitur, nullos, aut pauciſſimos, fixum in templo habuiſſe domicilium. Cum vero ordo ἱερηρείας, & miniſterii ſacri, quos Sacerdotes & Levitas tangeret, horum aliqui, & præcipue Levitæ Janitores, in templo pernoctabant; multis in Urbe proſpectum erat. Schilte Haggibborim fol. 22. col. 3. בירושלים היו גם בתים רבים כמו לכל אחד מהסנהדרין בשלא ירצו לשמר בחברת שאר הסנהדרין וכן לכהן גדול ולכל שאר המשרתים במקדש היו בתים שם; Id eſt: *Etiam Hieroſolymis fuerunt domus multæ, uti ſua cuiq; Senatori Synedrii, ſi cum cæteris collegis* (in Templo) *morari nollet, itemq; ſua Pontifici Magno, habebant quoq; ibi ſuas, reliqui omnes, qui ſacris officiis vacabant.* Peracto divino munere, quemque ad proprios Penates reverſum eſſe, etiam Lucas indicat, cap. 1. v. 23. de Zacharia ſcribens: Καὶ ἐγένετο ὡς ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας αὐτοῦ, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Quas, neſcio quibus votivis Virginibus, Deo ad ſerviendum in Templo relictis, contra ſacrarum literarum, & totius Judaicæ antiquitatis fidem, Petrus Caniſius, & Baronius Cardinalis, Cellas condiderunt, eas quidem jure, eodem loco, ſubvertit Caſaubonus. Nam Mulieres ullas in templo habitaſſe, nunquã mihi lectum, præterquam 2. Reg. XXIII, 7. de primo Salomonis: ויתץ את בתי הקדשים אשר בבית יי אשר הנשים ארגות שם בתים לאשרה; id eſt: *Et deſtruxit* (Joſias) *lupanaria quæ erant in domo Domini, ubi mulieres texebant ædiculas, ad lucum.* Quanquam, ſi Veterem Vulgatum ſequimur, ne vel iſtas quidem Cellas, fœminæ incoluerunt, vertit enim: *Deſtruxit quoq; ædiculas effeminatorum, quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quaſi domunculas luci.* LXX habent: Καὶ καθεῖλε τὸν οἶκον Καδησὶμ τῶν ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου, ἃ αἱ γυναῖκες ὕφαινον ἐκεῖ χιτῶνα τῇ ἄλσει.

4. Diſpergebatur] Id eſt, in Domo Cinerum cretnabatur, ſic enim ſolebant ibidem res jam ſacrari cœptæ, ſi quod poſtea vitium in iis deprehenderetur, in cineres redigi. Atqui iſtam Sotæ Oblationem, vas ſanctum, cui immiſſa fuit, fecerat religioſam. Unde Raſchi: זאי מתפזרת חיינו נשרפ' id eſt: *Diſperſio, hic Combuſtionem denotat.*

5. Neque volumen illud aptum erat &c.] Requiritur enim, ut volumen, in gratiam Sotæ, quæ eodem potionanda eſt, unice ſcriptum ſit; id quod ſupra quoque indicavimus. Fundamentum hujus aſſerti collocant Magiſtri in verbis Num. V, 30. ועשה לה הכהן *Et faciet ei Sacerdos.* Ubi לה *Ei*, interpretantur לשמה id eſt, *certæ definitæq; mulieri.*

6. Effu-

6. Effuſæ ſunt aquæ] Poſtquam crimen ipſa ſic faſſa eſt, nihil porro opus aquis erat, quippe quæ in re tantum dubia, adhibebantur, merito igitur fuerunt effuſæ.

7. Bibere recuſaret] Supple: Et tamen delictum fateri nollet.

ד

אינה מפסקת לשתות עד
שפניה מוריקו ועיניה בולטות
והיא מתמלאה גידין והם
אומרים הוציאוה הוציאוה
שלא תטמא את העזרה אם
יש לה זכות היתה תולה לה
יש זכות תולה שנה אחת יש
זכות תולה שתי שנים יש
זכות תולה שלש שנים מכאן
אמר בן עזאי חייב אדם ללמד
את בתו תורה שאם תשתה
תדע שהזכות תולה לה רבי
אליעזר אומר כל המלמד בתו
תורה כאילו לימדה תפלות
ר׳ יהושע אומר רוצה אשה
בקב תפלות מחשעה קבין
פרישות הוא היה אומר חסיד
שוטה ורשע עולם ואשת
פרושה ומכות פרושין הרי אלו
מכלי עולם:

IV.

NOndum finem fecerat bibendi, & continuo vultus livorem contrahebat, oculi protuberabant, totaque [1] venis replebatur. Dicebant igitur: Ejicite eam foras; [2] Ejicite eam foras, ne [3] Atrium [4] polluat. Si meritum alicujus boni operis haberet, ſuſpendebatur (*effectus aquarum.*) [5] Eſt meritum, cohibens (*vim feralem*) per annum unum; Sunt merita quæ per annos duos, vel etiam tres id præſtent. Hinc dixit filius Aſai: [6] Tenetur homo docere filiam ſuam Scripturam Sacram, nam ſi forte bibere (*aquas amaras*) cogatur, ſecurus erit ob ſacrarum literarum ſtudium, vim nocivam in ſuſpenſo futuram. Contra R. Elieſer ait: [7] Quisquis filiam ſuam Legem edocet, is eam docet amandi artem. R. Joſuaa it: Magis expetit mulier [8] cabum unum rei Venereæ; quam novem cabos, vitæ ſolitariæ. Idem ore frequentabat: Homo pius, qui inſipiens; improbus qui aſtutus, Mulier Phariſæa, & vulnera Phariſæorum, ecce iſta ſunt, quæ [9] Orbi interitum afferunt.

ANNO-

ANNOTATA.

1. Venis replebatur] Raſchi : שבלחייה נופחין ונראיה במליאה גידין וגם בשרה נעשית שיטה שיטה של נפיחה והכי תניא בספרי כמין שרביטין מזורקין בה : id eſt : *Buccæ ejus inflabantur, ac venarum plenæ erant, caro tota ſtriata reddita eſt : Atq; ſic in Siphri quoq; legitur, Sotam, quaſi ramoſam factam eſſe.*

2. Ejicite eam foras] Quam, Miſchnæ Editiones, iterant vocem הוציצוה ea ſemel tantum in Talmude exprimitur.

3. Atrium] Si Jalkut fol. 206. col. 4. ſequimur, de ipſo Virorum Atrio, hæc accipere oportet, traditur enim ibi : עומרה מבפנים והכהן מבחוץ שני והעמיד את האשה לפני יי ואין הכהן לפני יי : Id eſt : (Sota, juxta Nicanoris portam,) *intra* (atrium virorum,) *Sacerdos vero, foris ſtabant* : Q. S. E. (Num. V, 16.) Et ſiſtet eam coram Domino. (Proinde ſignificatur,) *Sotam, coram Domino conſtitutam eſſe debere, Sacerdotem non item.* Sed, contrariæ opinioni, Gemara favet, ad quam convenienter Moſes Kozenſis in Smag fol. 108. col. 3. ſcribit : מביאין אותה בנגד שער המזרחי מבחוץ ומעמידין אותה שם : id eſt: *Deducitur* (Sota) *ad Portam templi Orientalem,* (quæ a Nicanore nomen habet,) *atq; ibi, a foris conſtituitur.* Iisdem pæne verbis in Codice MS. noſtro Ez Hechajim legimus : ביאוה כנגד שער המזרח מבחוץ ויעמידה שם : Hoc ſenſu in eodem Codice aliis interjectis ſequitur: ומוציאים אותה מעזרת נשים שהוא בה Id eſt : *Exturbat* (Sotam eam) *ex Atrio Mulierum in quo ipſa conſiſtebat.*

4. Polluat] In hunc locum, ſic commentatur Gemara noſtra fol. 20. b. מט דילמא מתה למימרא דמת אסור במחנה לויה והתניא טמא מותר לכנס למחנה לויה ולא טמא מת בלבד אמרו אלא אפי' מרת צמו שני ויקח משה את עצמות יוסף עמו במחיצתו אמר אביי שמא תפרוס ניזה למימרא דביעתותא מרפיא אין דכתיב ותתחלחל המלכת מאד ואמר רב שפירסה נידה והא אנן תנן חרדת מסלקת דמים פחדא צמית ביעתא מרפיא : id eſt : *Quare* (ob metum pollutionis, ejici jubetur?) *Nimirum, fieri poteſt ut ipſa moriatur. Sed vero, num dicendum, nefas eſſe, inferre cadaver, in ſtationem Levitarum,* (ad quam pertinet, Atrium Mulierum) *Atqui traditur* (in Peſachim fol. 66. a.) *Licet, ex cadavere pollutis ingredi ſtationem Levitarum: imo, ab non tantum ingredi, ſed & ipſum cadaver inferre licet* : Q. S. E. (Ex. XIII, 19.) Et accepit Moſes oſſa Joſephi, ſecum. *Secum,* id eſt, in tentorium ſuum : (ipſe autem e Levitarum ordine erat.) *Proinde ait Abai, illam pollutionem Sotæ præcaveri, quæ ſanguinis fluxu fit,* (facile enim evenire poterat, ut ob

terrorem, quem aquæ amaræ incutiebant, *ἀρχὴ αἱματος*, fluere inciperet: *τὰ ἱμματα* vero patientes, aut pro fluvio laborantes fœminæ, itemq; gonorrhoea affecti viri, castris Levitarum exesse cogebantur, ceu docetur pluribus in Pesachim cap. 6.) *Siccine ergo dicendum, Terrorem in fœminis profluviam excitare posse? Omnino. Scriptum enim* (Esth. IV, 4.) Et exhorruit Regina valde. (Ad quem locum,) *notat Raſ*, (Estherem) *profluvium passam esse.* (Ain tu, terrorem ciere sanguinem?) *Atqui didicimus* (in Nidda cap. 4.) *Pavorem, sanguinem* (in mulieribus) *sistere.* (Respondendum:) *Pavorem*, (qualis est qui diutule durare solet, uti cum peregrinantes metuunt, ne a latronibus petantur, muliebrem sanguinis fluxum) *cohibere. At Terrorem*, (qui præter spem derepente incutitur,) *eundem resolvere.*

5. Est meritum &c.] De his, disquisitio sequitur in Excerptis Gemaræ. Interea temporis, audiamus Maimonidem Hilch. Sota c. 3. §. 20. סוטה שיש לה זכות תלוי אפי שאינו מצווה על התה הוו תולה לה ואינה מתה לשעתה אלא נימוקת והולכת והלאים בניהם באין עליה עד שתמות אחר שנה או ב' או ג' לפי זכותה: Id est: *Si quæ adulterii rea, Legi Divinæ discendæ, operam navavit, etsi quidem ad id nullo præcepto adstringitur, tamen ea res,* (aquarum diram vim) *sustendit, neq; actu tum ipsa moritur, sed contabescit indies magis magisq; & morbis gravissimis afflictur, quoad post annum, biennium, aut triennium, pro meriti videlicet sui ratione, ipsa denique extinguitur.*

6. Tenetur homo &c.] Nisi consilium magis, quam præceptum, dare voluit Assaides, fefellit eum opinio. Sic enim semper Magistris persuasum fuit, de filiis tantum, in Lege Divina erudiendis, mandatum extare, de filiabus vero, nihil imperari; nec aliud sensisse Maimonidem, verba jam modo allegata, indicant. Nimirum, non commode, sed strictissime, & prout jacet, accipiunt illud Deut. XI, 19. *Et docebitis*, ea, *Filios Vestros*, *loquendo de iis, cum sedes domi tuæ, & cum incedis per viam, & cum jaces, & cum surgis.* Atque sane, R. Eliesser, cum a Fœmina, in dubio quodam circa Scripturam, enato, consuleretur, non id solvisse, verum cum dedecore eandem repulisse legitur in Joma fol. 66. b. שאלה אשה חכמה אחת לר' אליעזר וכי מאחר שמעשה תעגל שוין מפני מה אין מיתתן שוה אמר לה אין תכמה לאשה אלא כפלך שני וכל אשה חכמה לב בידה טו: id est: *Mulier quædam erudita, rogavit R. Eliesserem, causam sibi diceret, quare cum omnium, vituli idololatria peccantium Judæorum, delictum, æquale fuisse videatur, tamen diversos, diversa mors manserit*: (& aliqui gladio perierint Ex. XXXII, 27. 28. aliqui cladem *θείλατον* experti sint, prout probatur ex

ejusdem

ejusdem capitis versu ultimo, aliis autem hydrops, tumida & turgida faciens corpora, exitium attulerit: Nam, in Avoda Sara discimus, illas aquas quibus pertusi vituli pulverem, Moses insperserit, quasque teste Scriptura Ex. XXXII, 20. Judæos bibere coëgit, eundem prorsus, cum Sotæ potione, habuisse effectum.) *Respondit ipse*: (Quid hæc ad te attinent? Missa ista facito: quippe) *haud alia præditæ sunt sapientia mulieres, quam ad nendum. Atq; sic* S. E. (Ex. XXXV, 26.) *Quæq; mulier corde sapiente, manibus suis nevit.* Enim vero haud, eadem omnium, tristis fuit austeritas, & alios deprehendere licet, qui mulieres non indignas reputarunt, quibus ad quæstiones propositas, responderent, Rosch Hasschana fol. 17. b. שאלה בלוריאה הגיורת את רג׳ כתוב בתורתכם אשר לא ישא פנים ולא יקח שחד וכתיב ישא יי׳ פניו עליך וישם לך שלום נטפל לה ר׳ יוסי הכהן אמר לה׳ אמשול לך משל להד׳ לאדם שנושה בחבירו מנה וקבע לו זמן בפני המלך ונשבע לו בחיי המלך הגיע זמן ולא נתן לו בלום בא לפיים המלך אמר לו עלבוני מחול לך לך ופיים את חבירי אף הבא נמי בא׳ בעבירות שבין אדם לחבירו כאן בעבירות שבין אדם למקום עד שבא ר׳ עקיבא וליסר כאן קודם גזר דין כאן לאחר גזר דין: Id est: *Blurja, proselyta, R. Gamalieli, hanc difficultatem, discutiendam dedit: Scriptum est, inquiebat, in lege vestra,* (Deut. X, 17.) Non attollet Dominus faciem suam, (*id est, non miserebitur,*) neque accipiet munus. *At* (Num. VI, 26.) *legitur:* Attollet Dominus faciem suam super te, (*sive miserebitur tui,*) & apponet tibi pacem. *Quomodo hæcconciliabis?*) *Hærente R. Gamaliele, intervenit R. Josè Sacerdos, aitq; mulieri: Rem tibi exemplo quodam declarabo: Nimirum hæc ita se habent, uti cum homo socio, Minam argenti mutuo dat, eiq; solutionis terminum in Regis præsentia figit, jurante altero per vitam Regis,* (se die dicta, omne mutuum redditurum.) *Interim, adventante tempore, cum solutionem præstare non potest debitor, adit Regem, deprecaturus* (veniam, quod per Genium ipsius pejeraverit.) *Respondet Rex: Quod adversus me aeliquisti, id tibi remissum esto, sed abi & socium tuum quoq; placatum redde. Eadem, & apud Deum obtinent. Si de peccatis adversus proximum commissis, agatur,* Deus non miseretur, sed illum ipsum cui injuria illata est, exorare oportet:) *Cum vero Deo soli peccatum est,* (ibi vero, promta & exposita ipsius deprehenditur misericordia. Atque hæc responsio, tam diu obtinuit,) *quoad venit R. Akiba,* (qui meliorem modum difficultatem istam solvendi, suppeditans,) *docuit discrimen faciendum esse, inter latam jam a Deo, punitionis sententiam, & ante ejusdem promulgationem.* Quin imo, tantum abest, ut ab eruditendis fœminis Sapientes abhorruerint, ut si rem

recte putemus, fortasse nemo unus, quotquot unquam vixere virorum, pluribus præceptoribus usus sit, quam Beruria, filia R. Chananiæ Tardionidæ, uxor ר׳ R. Meir: nam de ea in Pesachim fol. 62. b. asseritur דחוה גמרה חלת מאה שמעתתא ביומא דסיתוא מתלת מאה רבוותא Id est: *Didicisse eam, etiam brumali die, trecentas διαγνώσεις, a Magistris tot idem.* Non igitur valde mirum, si hæc mulier magnos in doctrina profectus fecit, & ea protulit, quæ digna visa sunt, ut in Talmude æternitati consecrarentur. Dabimus exemplum: Pesachim fol. 10. 2. התו ברי׳ני דתו בשבבותיה דרבי מאיר והוו קא מצערי ליה טובא הוה קא בעי רבי מאיר רחמי עליהו כי היכי דלימותו אמרה ליה ברוריה דביתהו מאי דעתיך דכתיב יתמו חטאים מן כתיב חומאים חטאים כתיב ועוד שפיל לסיפיה דקרא ורשעים עוד אינם כיון דיתמי חטאים ורשעים עוד אינם אלא בעי רחמי עליהו דליהדרו בתשובה אמר לה הוא מינא לברוריה כתיב רני עקרה לא ילדה משום דלא ילדה רני אמרה ליה שטיא שפיל לסיפיה דקרא כי רבים בני שוממה מבני בעולה אמר יי אלא אפי׳ לא ילדה רני כנסת ישראל שדומה לאשה עקרה שלא ילדה בנים לגיהנם כו תייבו: id est: *Cum in* ר׳ *R. Meir vicinia, quidam homines nequam essent, qui multum eum lacessebant, illorum nomine Deum precatus est, ut e medio tollerentur. At vero, Berurja conjux, illi dixit: Quid cœptas? Scriptum est:* (Ps. CIV, 35.) Consumantur חטאים *Heus,* חטאים *num dicitur,* (ut de Peccatoribus sermo esse, videri queat?) *Imo vero dicitur* חטאים (ut ipsa Peccata intelligi, manifestum sit.) *Amplius, confer ea, quæ mox in textu sequuntur,* (& deprehendes, sic omnino accipienda verba esse, prout innui. Nam succedit:) *Et Impii ultra ne sint.* (Scilicet si חטאים Peccatores notaret,) *quomodo iis consumtis, adhuc superesse possent Impii? Quin igitur potius, Deum precare, ut ad frugem revertantur* (vicini nequissimi, sic enim vere, secundum istud Scripturæ, sublatis peccatis, impii deficient.) *Quidam Infidelis, percontatus est Berurjam, quid sibi vellet illud* (Es. LIV, 1.) Canta sterilis, quæ non parit. *Nunquid enim, ajebat, quia sterilis est, ideo cantare debet? Respondit ipsa: Stulte: consule istius commatis verba, ultima,* (ibi scriptum est:) Nam plures sunt filii desolatæ, (*sive meretricum,*) quam conjugatæ, (*sive earum, quæ justas nuptias contrahunt*) dicit Dominus. *Sed tamen,* (si omnino nosse desideras) *quis sit sensus verborum,* Canta sterilis, quæ non parit? (Scito,) *Ecclesiam Judaicam, cujus cum muliere sterili hic instituitur comparatio, cantare, quod vestri similes liberos, Gehenna non peperit.* Neque vero, Scripturam tantum, interpretari, & dicta scitissima afferre, valuit Beruria, sed insuper sapientia sua eo usque processit, ut cum Magistris disputans, illorum opiniones solide confutaret, suam autem ita asseret,

ret, ut communi calculo fuerit approbata, ac abierit in *Διάλεξιν* Halichot Olam tract. 3. c. 2. p. 110. מציט אשרי חולקרת עם התנאים ברין כמו חנא כמו שמצא הכריתות בתוספתא דריש כלאים פיא רבי טרפון מטמא וחכמים מטהרי וברוריה אמרה וכו' וכשנאמרו דברים לפני ר' יהשע אמר יפה אמרה ברוריה וכו' Quæ vertit l' Empereur: *Inventimus quoq; mulierem, a Doctoribus Miſnicis in jure diſſentire, inſtar Miſnici alicujus. Quemadmodum Autor* כריתות *in Additionibus, invenit initio Cod.* כלאים *cap. 11. D. Tarphon immundum pronunciat; Sapientes mundum; at Berurja inquit &c. Cum hæc coram D. Joſua narrarentur, dixit, Bene reſpondit Berurja* &c. Eandem Berurjam prædicant, quoque Autores librorum Juchaſin p. 86 a. Schalſchel Hakkab. p. 32. a. & Zemach David p. 42. b. Interea loci certum eſt, præter hanc Berurjam, vix memoratur Judæorum antiquiorum fœmina alia, quæ literis valde claruerit. Superior ætas, rurſus Rebeccam quandam eruditam edidit, compoſito etiam libro מנקת רבקה & quem aliquoties in his Commentariis laudavimus, celebrem. Fuit id veriſſimi alicujus prodigii loco, inter Judæos, qui perſuaſi erant, fœminam ejusmodi, nullas unquam vidiſſe, gentes, nulla tuliſſe ſecula. Quia rariſſimus liber eſt, nec nos ad clepſydram ſcribere cogimur, recenſebo integrum carmen, quod ejus principium ornat, illamque Rebeccam, magnifice deprædicat.

Hört zu, ihr lieben, köſtliche, fromme Frauen:
Ihr möcht das deutſch ספר *wol überleinen und anſchauen:*
Daß man ſol ſetzen zu Gott den allmächtigen ſein Trauen.
Und in all ſeine Werck auf ihn bauen.
Weil ihr habt derkent die אשה החשובה הרבנית הדרשנית
מרת רבקה זל בת הגאון מהרר מאיר טיקטינר זל:

Die das ספר *hat getracht:*
Und gemacht:
Und ihr כוונה *aufeitel* יראת שמים *gewveſt, Tag und Nacht.*
Und ihr מחשבה לנמרי *nit gewveſen auf Pracht.*
Oder wer hat das חדוש *mehr gehört oder geſchehen,*
Daß in ewigen Jahren u mehr geſchen,
Daß ein אשה *het aus ihren Kopf wvas* מחבר *gewveſen?*
Und hets פסוקים *und* מדרשים *zu hauf geleſen?*
Darum hab ich es loſen drucken.

Daß ein igliche Frau die drinnen vvirt leienen vvert eins kauffen und zucken.

Und hat das ספר *geheiſen* מנקח רבקה

Ihr zu ein Gedechtnus und לכבוד *alle* נשים

Daß ein אשרת *auch kan* מחבר *ſein* דברי מוסר *und gute* פשטים

Aſo vvol as menche אנשים

Und hats getheilt auf שבעה שערים

Gar kurtz und nit מעריך *gevveſen* בדברים

משיח *von* גאולה *vvertihr* זוכה *ſein zu der* בזכות זה

Daß die שכינה *Wert ſich unter* ישראל *vvieder dermeien.*

אמן וכן יהי רצון:

Nimirum, firmiter perſuaſi ſunt Judæi, ſecum natam eſſe doctrinam, & ſecum interituram, ſe ſolos ſapere, reliquos mortalium bardos blennosque eſſe, nec vel hilum intelligere. At meminiſſe tamen debebant fuiſſe quondam ea tempora, in quibus, cum ſummis in anguſtiis eſſent conſtituti, ac Sapientiſſimis etiam Magiſtrorum, aqua hæreret, ut quo ſe verterent, neſcirent, valde profuit, Romanam fœminam acceſſiſſe, & petiiſſe ab ejus prudentia, ſpem, ſalutem, auxilium, conſilium. Res narratur in Taanit fol. 18. a. & Roſch Haſchana fol. 19. a. fere iisdem utrobique verbis, ſed repræſentamus, locum priorem: פעם אחת גזרת מלכות* שמר על ישראל שלא יעסקו בתורה ושלא ימולו אחת בניהם בחילו שבתורת מה עשתה יהושע בן שטע וחבריו הלכו ונטלו עצה ממטרוניתא אחת שכל גדולי רומי מצוין אצלה אמרה לחם בואו ואפגיע בלילה עמדו והפגיע בלילה ואמרו אי שמים לא אחיכם אנחנו לא בני אב אחד אנחנו לא בני אם אחת אנחנו מה נשתנינו מכל אומה ולשון שאתם גוזרין עלינו גזירות קשות ובטלו ואותו היום עשאוהו יום טוב: Id eſt: *Aliquando, Imperium* (Edomæum, ſive Romanum) *grave edictum adverſus Judæos promulgaverat, ne porro Legi operam darent, ne puerulos circumciderent, & ne diebus Sabbathis a labore ceſſarent. Quid fecit Joſua, filius Schmoa, & ſocii ejus? Abiverunt, & conſultarunt Matronam quandam, cujus ædes omnes Romani Proceres frequentabant. Reſpondit ipſa: Agite, nocturno tempore, ejulatus inſtituite*: (tum enim querelæ acerbiores ſunt, & ad concitandam miſericordiam valentiores. Paruere Judæi dictis,) *ac noctu*, (congregatis in Matronæ ædibus, Nobiliſſimis quibusque Romanorum, juxta eas) *ſtantes, clamabant*: Percœlum (ſupremum, vos obteſtamur:) An-

* Sic maluimus reſcribere ex Enacob fol. 133. col. 4. Amſtel. Talmud. habet גגורה גזרה

non

non fratres veſtri ſumus, eodem Patre (Iſaaco,) eademq; Matre (Rebecca, interventu Jacobi & Eſavi) geniti? Quare ſecus nos tractatis, ac gentes alias omnes vobis ſubjectas, (quarum quamque ſuis ſacris gaudere, ſuoque in religione ſenſu, abundare permittitis,) adverſus nos vero ſolos, tam crudelia edicta promulgatis? (Tacti miſeratione Proceres,) *revocarunt mandatū: ideo læti Judæi, hunc diem feſtum habendū eſſe, decreverunt.* Poſſemus magnum Catalogum edere Fœminarum, quæ literis ac eruditione ſingulari, famam inter Chriſtianos, gloriamque ſibi pararunt, niſi & ab inſtituto noſtro, ea res foret alienior, & hunc laborem, multi, pridem præcepiſſent. Quanquam, non opus eſt, ire per veterem memoriam, ut oſtendamus quantum noſtræ Fœminæ Sapientia valeant, quando hæc præſens ætas, conſummatiſſimi in illo ſexu ingenii, ac ſapientiæ ſingularis, nobis exemplum ſuppeditat, non tantum divinis his donis, ſed & natalibus inſuper ſuis illuſtriſſimam, MAGDALENAM SCUDERIAM. Cujus Heroinæ, lucubrationumque ejus, quibus par in ipſarum genere nihil, nihil ſecundum extat, quæque omnium Europæ gentium ſermonibus leguntur, laudes, etſi ne delibare quidem, noſtra præſumit tenuitas, ſatis gnara, Peliſſonios, Menagios, aliosque, quorum mentibus vigorem, & decus, Muſæ propitiæ adſpirant, meditatas orationes, & debita æternitati carmina, quotidie certatim ei dedicare; Avibus quoque, ad ultro ancillandum ei cantu, ſenſum quendam ineſſe: Attamen, quod confidimus, non iniquo latura eſt animo, Clio hæc Gallica, ſi æternam gratiam, quam crebra admiſſione ad alloquium, & muneribus quibus nos Lutetia abeuntes benigniſſima manu proſequuta eſt, de nobis meruit, publice profitemur, Deumque rogamus, ſervet diu CHRISTIANISSIMO REGI, Aulæque ejus, ſuum delicium, Sexui muliebri decus, Seculo ornamentum.

La fameuſe Fauuette.

7. Quisquis filiam &c.] De his videbimus, cum ad Gemaræ Excerpta commentabimur.

8. Cabum unum rei Venereæ &c.] Omnes, & Talmudis, & Miſchnarum, quibus utimur Editiones, magno conſenſu habent: בקב ותפלות מתשעה קבין ופרישורת Sed, contra iſtorum autoritatem, audacter ſuſtinemus, aliter legendum non eſſe, quam nos cum Codicibus En Jacob legimus. Secus enim ſi foret, quorſum attineret, illa, quæ ſequitur in Excerptis explicatio? Scilicet, idem iisdem verbis, exponeretur inſulſiſſime.

9. Orbi

9. Orbi interitum afferunt] Vel potius: Orbi afferunt caliginem: In cauſa ſunt, ut rerum ordo mutetur; ut fœda & triſtis, ubiq; ſit facies. Sic enim מכלי עולם per מבלי עולם hic interpretatur Maimonides.

ה

רבי שמעון אומר אין זכות תולה במים המרים ואם אתה אומר הזכות תולה במים המאררים מדחי אתה את המים בפני כל הנשים השותות ומוציא אתה שם רע על הטהורות ששתו מא שאומרים טמאות הן אלא שתלתה להן זכות רבי אומר הזכות תולה במים המאררים אינה יולדת ואינה משבחת אלא מתנוונה וחולכת לסוף היא מתה באותה מיתה:

V.

R. Simeon ait: Meritum boni operis, non cohibet vim aquarum amararum. Si enim contrarium aſſeverare velles, inefficaces redderes aquas apud omnes Mulieres quæ bibunt: & ſimul infamares caſtas, quæ biberunt, nam eas (*nemo non*) diceret pollutas eſſe, verum ob bonum aliquod opus, (*effectum aquarum*) fuiſſe ſuſpenſum. Rabbi ſecus opinatur, vultque meritum boni operis omnino effectum feralium aquarum diſtuliſſe, verum (*ea limitatione, ut illa cui pietas adjumento fuit, porro*) non pareret, nec (*ob formæ venuſtatem*) collaudaretur; ſed fœdior redderetur indies, tandemque illa morte periret.

ANNOTATA.

1. Aquarũ amararũ] Num Aquæ hæ, revera, rei alicujus amaræ iſmixtione, amaræ redditæ ſint, an vero in ore tantum bibentis Sotæ, amaritudnem contraxerint, diſſenſus eſt inter Magiſtros. Prius, ex antiquis affirmavit, Pater Samuelis in Rabbot fol. 231. col. 2. צריך ליתן מר לתוך המים שני מי המרי id eſt: *Neceſſe eſt* (ut Sacerdos) *aquas re amara temperet, quia Scriptura, eas Amaras vocat.* Hunc ſequitur Maimonides

des Hilch. Sota c. 3. §. 10. ונותן לתוכן דבר מר כגון לענה וכיוצא בה id est: *Sacerdos quoq; rem amaram in aquas conjicit, uti absinthium, aut quid simile.* Eadem R. Moſes Kozenſis in Smag fol. 138. col. 4. & Autor MS. Codicis noſtri Ez Hechajim, ſenſiſſe deprehenduntur, poſtremiq; teſtimonium, jam ſupra, per aliam occaſionem, fuit productum. In Peſikta Sutarta fol. 39. col. 2. ideo aquas amaras vocari traditur שביר הכהן נהפכי להיות מרים id eſt: *Quia ſimul ac Sacerdos eas manu tenuit, amaritudinem contraxerunt.* Quod idem, deprehendere eſt in Siphri fol. 4. col. 1. Enim vero, contrarium Nachmanidæ placuit, ad cujus mentem Baal Keli Jakar fol. 100. col. 2. וז"ל נחלקו בדבר אם הידיח במים אלו דבר מר כי בדעת ר"ל הושם בהם דבר מר ודעת הרמ"בן מרלא נאמר ובאו בדיח המים המרירים וכתיב בהפך זדיח ובאו המים המאררים למרי שמ"ש שלא הידיח בהם דבר מר אך שבפידיח היז למרים וכן מצינו במי מרה שנ' ולא יכלו לשתות מים ממרה כי מרים הם ולא נאמר כי מרים היו אלא שלא היו מרים אך בפיהם שבו להיות מרים לכך נאמר כי מרים הם: id eſt: *Diſputant Rabbini noſtri ſ. m. num aquis Sotæ res amara fuerit immixta, atq; id aſſerunt ſane antiquiores. At R. Moſes Nachmanis filius, quia non dicitur in Scriptura,* Aquas amaras, *ſed potius maledictionem importaturas in mulierem ingredi debere, atq; ſic prius de maledictione, quam de amaritudine ſermo eſt, ex eo colligit, nihil rei amaræ in iis fuiſſe, quin potius amaritudinem, in ore demum bibentis, natam eſſe. Geminum de aquis in Mara* (Ex. XV, 23.) *legitur*: Et non potuerunt bibere aquas e Mara, nam amaræ erant. Amaræ fuerunt, *non dicitur, quod indicto eſt, nullam habuiſſe eas amaritudinem, niſi quam in bibentium ore contraxerunt, & ideo ſignanter* זה erant, *expreſſe eſt*, Bechai fol. 156. col. 1. מי המרים המאררים על שם סופן נקראו מרים וכן ובגדי עזרתים תפשים וכן קחי רחים וטחני קמח ומה שאמר המאררים על שם האלות הנמחות במים, שהם מקללין אותה: id eſt: (Scriptura Num. V, 24. Sotæ aquas, vocat) *amaras & maledictas. Atq; amaræ quidem dicuntur, quia tales tandem factæ ſunt: Quoſenſu* (Job. XXII, 6.) *legitur*: Veſtimenta nudorum exues. *Item* (Eſ. XLVII, 2.) Accipe molas, & mole farinam. *Maledictæ vero vocantur aquæ, ob maledictiones iisdem deletas, quæ Sotam reddunt maledictam.* Idem de aquis amaris, quem primo loco nominare oportebat, Abeneſra cenſuit, in ſuis ſuper Pentat. Commentariis; eſtq; omnino hæc opinio præ altera, veriſimilior. Niſi quis dicere mallet, ne in ore quidem potantis Sotæ, ullam adhuc fuiſſe aquarum amaritiem, ſed ita eſſe vocatas, ob ſævos, diros, & amarulentos effectus, quos in rea muliere, edebant. Non enim infrequens eſt in ſacris literis, res ab effe-

ctis denominationem accipere, id quod Reverendus Glaſſius in Rhet. Sac. tract. 1. c. 2. multis exemplis, dedit comprobatum. In hanc explicationem inclinat R. Jacob Abendana, in Spicilegio ad Michlal Jophi fol. 31. col. 3.

2. Inefficaces redderes] מרחי habet Talmud Amſtelod. Sed in Baſileenſi, & Miſchnæ, quas poſſidemus, editionibus, eſt מרתה Quorum prius, etſi magis placet, non tamen magno vitio, etiam poſterior lectio laborat, nam de verbo מרתה legitur apud Maimonidem: לפי לשונם הוא הגוון החסר שאינו בתכלית הלובן ואין לו זוהר ולא בריקות: Id eſt: *Hac voce Magiſtri Defectum albedinis, & rem minime ſplendentem, ac lucentem, innuere ſolent.*

3. Illa morte] Fœda nimirum, & qua adulteræ, quæ nihil boni tota vita fecerant, poſt epotas aquas, continuo perire ſolebant.

ו VI.

נטמאה מנחתה עד שלא
קדשה בכלי הרי היא ככל
המנחות ותפרד ואם
משקדשה בכלי הרי היא ככל
המנחות ותשרף ואלו
שמנחותיהן נשרפות האומרת
טמאה אני לך ושבאו לה
עדים שהיא טמאה והאומרת
איני שותה ושבעלה אינו
רוצה להשקותה ושבעל בא
עליה בדרך וכל הנשואות
לכהנים מנחותיהן נשרפות:

SI immunditiem contraheret oblatio ejus, priusquam vaſe ſancto reciperetur, eadem hujus [1] quæ cæterarum omnium Oblationum, fuit ratio; ut ſcilicet [2] redimererur. Sin vero id accidiſſet, poſt receptionem in vas ſacratum, (*rurſus*) in eo conveniebat cum aliis Oblationibus quibusvis, [3] ut combureretur. Atque hæ ſunt, quarum Oblationes comburebantur: Quæ dicebat immunda ſum; Aut, quam teſtes pollutam eſſe affirmabant. Quæ ſe potaturam pernegabat; aut, cui vir ut biberet, non concedebat; denique, cum qua vir in via concubuit. Omnium quoq; Sacerdotibus nuptarum, Oblationes comburebantur.

ANNO-

ANNOTATA.

1. Quæ cæterarum omnium Oblationum,] Puta Oblationum, quæ ante immiſſionem in vas ſanctum, contraxere immunditiem.

2. Redimeretur] Id eſt: Ut hac Oblatione, ad comeſtionem ſegregata, quantum hordei ad novam opus erat, nummis pararetur. Vide Kozenſem Præc. Aff. CLXXVII. Maimonidem, Hilchot Pſule Hammukd. c. 11.

3. Ut combureretur] In domo videlicet Cinerum. Vide iterum Maimonidem, libro cit. c. 19.

4. Omnium quoq; Sacerdotibus nuptarum &c.] Sic accipe: Quod peracto ſacrificio reſiduum erat, ex Sotæ, quæ homini laico nupta fuit, oblatione, a Sacerdotibus abſumebatur, uti ſupra §. 2. dictum eſt. At, cum Sota Sacerdotis conjux, hoc judicium ſubibat, reſiduis ex ſacrificio, non fruebantur Sacerdotes, ſed etiam hæc comburenda erant. Scilicet, videtur ipſe maritus Sacerdos, ſuas habere partes, in hoc ſacrificio; quæ autem ejus ſunt generis, illorum reliquias quoque, penitus igne cremare oportet, ex Dei, Lev. VI, 16. præceptione. Moſes Kozenſis Præc. Neg. CCCXXII. בת כהן שנשאת לישראל מנחתה נאכלת בת ישראל שנשאת לכהן מנחתה נשרפת לפי שהמנחתה באה ממנו של כהן; id eſt: *Filiæ Sacerdotis, quæ Judæo Laico nupſit, Oblatio comeditur: Sed, Judæi Laici Filiæ Oblatio, comburitur, quippe quæ ex facultatibus viri eſt parata.*

ד VII.

בת ישראל שנשאת לכהן
מנחתה נשרפת וכהנת מ
שנשאת לישראל מנחתה זא
נאכלת מה בין כהן לכהנת
מנחת כהנת נאכלת ומנחת
כהן אינה נאכלת כהנת שט
מתחללה ואין כהן מתחלל כ
כהנת מיטמאה למתי ואין כ

JUdæi (*laici*) filiæ, quam Sacerdos duxerat, oblatio comburebatur. ² At Sacerdotis filiæ, quæ Judæo (*laico*) nupſerat, Oblatio, comedebatur. Quid intereſt inter Sacerdotem, & Filiam Sacerdotis? ³ Filiæ Sacerdotis Oblatio comeditur; Oblatio autem Sacerdotis non comeditur. ⁴ Filia Sacerdotis, a ſacrorum participatione excludi poteſt, ⁵ Sacer-

כהן מיטמא למתים כהן אוכל בקדשי הקדשים ואין כהנת אוכלת בקדשי קדשים:

Sacerdos non poteſt. 6 Illi mortuis ſeſe polluere fas eſt, huic non item. 7 Sacerdos, ſacro ſancta comedit; at, ab horum eſu, Filia Sacerdotis arcetur.

ANNOTATA.

1. At Sacerdotis filiæ &c.] Nam Lev. VI, 16. כהן dicitur non כהנת de ſolis igitur viris, præceptum capiendum eſt, non de filiabus Sacerdotum, quæ cum viris Laicis contraxere matrimonium. Imo nec de Sacerdotum viduis, & fœminis ab iis repudium paſſis, ob eandem rationem præceptum valet, nam & ſacrificiorum, quæ iltæ offerunt, reſiduis, frui Sacerdotibus licere, conſequitur.

2. Filiæ Sacerdotis oblatio] Intellige quæ Sacerdoti non nupſit, ſed Sacerdote patre genita eſt, & vel virgo adhuc manet, vel cum laico homine in conjugio vivit.

3. Filia Sacerdotis ſacrorum participatione &c.] Id eſt: Si illicito concubitu ſeſe polluat, aut extra familiam Sacerdotalem nuptias contrahat Sacerdotis filia, non fas eſt ei veſci porro Abiationibus. Sed, res hæc digna eſt, quæ paulo ampli, doccatur ex Moſis Kozenſis Præc. Neg. CCLVI. quo nemo magis perſpicue de illa differuit: חללה לא תאכל קדש שני ובת כהן כי תחיה לאיש זר היא בתרומת הקדשים לא תאכל שני ענייניס נכללו בלאו זה שאם תבעל לאסור לה ותעשת זונת וחללת הרי היא אסורה לאכול בתרומה לעולם כדין כל חלל שהחלל כוה לכל דבר ושאם חינשא לישראל הרי היא אסורת לאכול במתם מן הקדשים שתוא חזת ושוק לעולם אפי גרשת או מת אבל התרומת אוכלת אחר שגרשה הישראלי או מת אם לא הניח ממנה בן שני ובת כהן כי תהיה אלמנה וגרשה וזרע אין לה וגו' מלחם אביה תאכל דרשו רבותינו בפרק יש מותרות מלחם ולא כל לחם חוזרת היא לתרומה ואינה חוזרת לחזה ושוק ולא הכהנת בלבר אלא לויה וישראלית שנבעלה לאסור לה ונעשית זונה אסורה לאכול בתרומת לעולם ואת על פי שיש לת זרע מכהן: Id eſt: *Mulier profana, a comeſtione rerum ſacrarum arcetur.* Q. S. E. (Lev. XXII, 12.) Filia Sacerdotis cum nupta fuerit viro peregrino, de oblatione rerum ſanctarum ne comedito. *At q; hoc interdictum duo complectitur negotia.* (Principio, ſi filia Sacerdotis) *a quoquam vitietur, & ſcor-*

& ſcortum, ac profana fiat, iſta quidem æternum Ablationibus veſci prohibetur, ſic enim de profanatis obtinet, ut per omnia, irreligioſis æquiparentur. Quòd ſi (filia Sacerdotis,) *nubat Judæo laico, tum ad ſanctiorum rerum, Pectoris puta, & Cruris, comeſtionem, haud unquam amplius admittitur, etiamſi maxime, repudium paſſa, aut vidua ſit, interim tamen, in his caſibus, Ablationes comedendi jus recipit, modo liberos nullos habeat ſuperſtites: Sic enim* S. E. (Cap. cit. v. 13.) Filia, Sacerdotis cum erit vidua, aut repudiata, ſi ſemen non ſit ei &c. de cibo Patris ſui comedet. *Ubi, monentibus ita Magiſtris noſtris in Jebamot c. 9. notanter dictum*, de cibo, *non vero* omnem cibum, *ut nimirum Ablationum comeſtio conceſſa, cruris vero, & pectoris prohibita innuatur. Neq; filiæ Sacerdotum tantum, ſed & Levitarum, aut communium Judæorum* (quæ Sacerdotibus nupſere) *filiæ, ſi vitium paſſæ ſint, & ſcortatione ſe polluerint, ætatem a comeſtione Ablationum arcentur, utut liberos ex Sacerdotibus habeant ſuperſtites.*

4. Sacerdos non poteſt] Etiamſi maxime, contra mandatum Divinum quod Lev. XXI, 14. promulgatum eſt, viduam, aut repudiatam, aut profanatam ducat, atque ſic indecenti toro, ſeſe contaminet.

5. Illi mortuis ſe polluere &c.] Nam Lev. XXI, 1. ubi Deus vetat Sacerdotes ſeſe mortuis polluere, de ſolis filiis Aaronis ſermo concipitur, nulla filiarū facta mentione. Rambā in More Nev. part. 3. c. 47. טעני שאי אפשר להטהר מטומאת מת אלא אחר שבעת ימים ובמציאות אפר הפרה גם כן והיו הכהנים צריכי תמיד להכנס אל המקדש לתקריב חוזיר כל כהן מטומאת מרת לבדרק להכרח גדול אשר יכבד ענינו על השבעים רוצרת לומר להמנע מקרוב אל האבורת ואל הבנים ואל האחים ולעמוד עמהם ולנגוע בהם ולחב הצרך להיורת * כהן גדול במקדש תמיד לאמרו והיה אל מצחו תמיד הזוהר מלטמא למרת כל עיקר ואפילו לאלו הקרובים הלא תראה איך זאת האזהרה אינה כוללת הנשים בני אהרון ולא בנות אהרון מפני שאין הנשים צריכות בהקרבה: Buxtorfii verſio eſt:

* In MS. noſtro non male hic inſtitutur אל

Quia pollutio, a contactu mortui contracta, non potuit elui, niſi poſt elapſos ſeptem dies, & per cinerem juvencæ; ac Sacerdotes ſemper in Sanctuarium ingredi neceſſe habebant, ut ibi offerrent: Idcirco prohibitum fuit Sacerdotibus, mortuis ſe polluere, niſi magna interveniente neceſſitate; cum difficile ſit per naturam, plane ſe cohibere ab acceſſu parentum, liberorum, vel fratrum in morte ipſorum. Et quia magna erat neceſſitas, ut Sacerdos magnus ſemper ſit in Sanctuario, ſicut dicitur: Et erit ſuper frontem ejus jugiter. *Idcirco injunctum ipſi fuit, ut nullis, ne quidem propin-*

Ex. XXIIX. 38. Lev. XXI, 10. 11. 12.

quis & amicis mortuis ſe contaminet. Nunquid enim vides, quid in hac prohibitione (Sacerdoti communi, & Sacerdoti ſummo facta,) *non comprehendantur uxores filiorum Aharon, neq; etiam filiæ Aharonis, propterea quod Mulieribus non incumbat oblationes facere* ? Plura in hanc rem, vide apud eundem Maimonidem Hilchot Evel cap. 4. Moſen Kozenſem Præc. Negat. CCXXXIV. & CCXXXV. Præc. Affirm. LVIII.

6. Sacerdos ſacro ſancta comedit] Sic dicuntur, reſidua Sacrificiorum Peccati, & Sacrificiorum Reatus, itemque Reſidua Oblationum. Atque de his Ex. XXIX, 33. & Lev. II, 3. 10. præcepta extant, propter quæ, ſolis Sacerdotibus, iisdem fruí conceditur. Fuere alia, Sancta Leviora, קדשים קלים uti Pectus, & Armus ex Eucharisticis Sacrificiis, Ablationes item, & cætera hujus generis, quibus non tantum Sacerdotibus, ſed & eorundem filiabus, uxoribus, & ſervis veſci licebat. Conferre oportet Smag. Præc. Aff. CLXXXIV Neg. CCCXXV. & CCCXXVI.

ח

מה בין איש לאשה האיש
LIG פורע ופורם ואין האשה
פורעת ופורמת האיש מדיר
ארת בנו בנזיר ואין האשה
מדרת את בנה בנזיר האיש
מגלח על נזידורת אביו ואין
האשה מגלחת על נזירו אביה
האיש מוכר את בתו ואין שא
האשה מוכרת את בתה האיש
מקדש את בתו ואין האשה
מקדשת את בתה האיש נסקל
ערום ואין האשה נסקלת
LIS ערומה האיש נתלה ואין

VIII.

QUid diſcriminis inter Virum, & Fœminam, (*laicos?*) [1] Vir (*leproſus*) ſe nudat, (*veſtemq;*) diſcindit: neutrum facit fœmina. [2] Viro fas eſt filium Naziræatui devovere: [3] Mulieri idem haud conceditur. (*Filius*) maſculus raſuram admittere poteſt ob Naziræatum patris: Filia non poteſt. [4] Viro, filiam vendere conceditur; Fœminæ, filiam vendere, non licet. [5] Vir deſpondet filiam, ſed fœminæ, filiam deſpondendi, facultas non competit. [6] Vir nudus lapidibus obruitur: Fœmina nequaquam. [7] Vir ſuſpenditur: Fœmina non item. [8] Vir ob furtum

האשה נחלית האיש נמכר בגניבתו ואין האשה נמכרת בגניבתה׃

tum admissum venditur: sed 9 Fœmina ob furtum vendi 10 nequit.

ANNOTATA.

1. Vir leprosus se nudat &c.] Nam Lev. XIII, 45. ubi leprosi vestimenta scindere, & caput retegere jubentur, de solis Viris sermonem institui deprehendes. Consulendus Moses Kozensis Præc. Aff. CCXXXV.

2. Viro fas est filium Naziræatui &c.] Hoc est: Licet Patri filium adhuc impuberem, destinare ad Naziræatum, ita ut adultior factus, id ratum habere cogatur. Dignum est observatione, quod scribit Maimonides, Comment. in Massech. Nasir cap. 4. זה שאמרנו האיש מדיר את בנו בנזיר והוא שיאמר לו הרי את נזיר או יאמר הרי בני פלוני נזיר וישתוק הבן וקובץ ותחול הנזירות לזה הבן הוא ענין שבא מפי הקבלה אין לו סמך בתורה ולא רמז והוא מה שאמר הלכת היא בנזיר וכבר סברו קצת חכמים לתת טעם כדי למנכו במצות ולא נגמר זה הדבר והזמן אשר ימשך בו מנשרת האב להתחייב הבן בנזירות הוא עד שיביא שתי שערות ואפילו שכבר הגיעו עונת הנדרים דל"ג שנים ויום אחד והוא שלא הביא שתי שערות ידיו בנזיר לפי שהוא קטן כמו שנתבאר בפ' עשירי מיבמות: id est: *Quod dicitur, Patrem, Naziræatui posse devovere filium, id fit, quando Pater filio ait:* TU MIHI NAZIRÆUS ESTO, *aut si dicat:* FILIUS MEUS, N. NAZIRÆUS ERIT, *atq; vel filius, vel cognati* (præsentes, coram quibus Pater sic loquutus erat,) *fileant: tunc enim filius iste Naziræatui obstringitur. Cæterum, omnem hanc rem, ex mera habemus traditione, nec in Lege Divina, ejus aut argumentum, aut indicium est: unde & Constitutionis nomine vulgo venire solet. Fuere sane pridem, nonnulli Doctorum, qui rationem aliquam reddere conati sunt, quasi nimirum* (hoc factum tueri liceat, ex eo,) *quod juventus mature præceptis initianda est, sed ea non satis quadrat. Interim tempus, intra quod Patri conceditur, filium Naziræatu onerare tam diu durare existimandum est, quoad* (filius impube) *produxit pilos duos: Etiam si enim ea ætate sit, qua ipse votum concipere potest, scilicet ut agat annos XIII. diemq; unum, tamen si duobus pilis adhuc careat, patri eundem Naziræatui devovere permittitur, est enim minor, secundum ea quæ traduntur in Jebamot cap. 10.*

3. Mulie-

3. Mulieri idem haud conceditur] Hæsitat ceu modo vidimus, propemodum Maimonides in eo, an Patri jus & fas sit filios Naziræatui devovere, nec nisi sola incertaque traditione hoc privilegium niti, ultro fatetur. Quamobrem consequitur, haud sane æquum esse, ut Matri tantum potestatis indulgeatur, quippe, cujus æque in Hebræorum, ac Quiritium jure, longe minor quam Patrum, in liberos est autoritas. Et vero, videtur quodammodo rationi conveniens, ut Votum quo quis præter cætera, ad rerum quarundam abstinentiam obstringitur, sua, non aliena voluntate, concipi debeat, ne naturali qua quisque circa talia nascitur, libertati, vis inferatur & injuria. Interim tamen, si Sacras Literas consulamus, aliud pronunciandum erit, habemusque in iis exemplum, Matris, filium etiam nondum natum Naziræatui devoventis, sic enim de Hanna 1. Sam. I, 10. 11. legitur: ותדר נדר ותאמר יי צבאות אם ראה תראה בעני אמתך וזכרתני ולא תשכח את אמתך ונתת לאמתך זרע אנשים ונתתיו ליי כל ימי חייו ומורה לא יעלה על ראשו: Quæ vertit Interpres: *Et votum vovit dicens: Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, dederisq; servæ tuæ sexum virilem: Dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ejus, & novacula non ascendet super caput ejus.* Neq; alio sensu, quam Naziræatus voto, locum hunc accipiunt Judæorum interpretes communiter: Ralbag annotat: והגידה נדרה חנה נדר ליי שאם יראה בעניה ויתן לה זרע אנשים רוצה לומר הזרע המתהוה מן האנשים והוא שיהיה לה ולד ותתננו ליי כל ימי חייו רוצה לומר שיהיה תמיד לעבודת השי עד יום מותו והער לא יעלה על ראשו לגלח שערו כי יהיה נזיר וקדש ליי אם יהיה ראוי לזה רוצה לומר אם היה זכר: Id est: *Vovit Hanna votum Domino, quod si visurus esset calamitatem suam, concessurusq; semen hominum, id est semen evasurum in hominem, sive fœtum, tum se daturam illud Domino omnibus diebus vitæ ejus, ut scilicet jugiter, ad mortem usq; sueris ministeriis vacare, nec novacula caput ipsius, ad radendam comam transire debeat; futurum enim Naziræum, Deoq; sacratum, modo ejus rei capax sit, hoc est, modo proles foret mascula.* Pariter Raschi verba ונתתיו ליי & ipse, per שיהיה נזיר קדש ליי id est: *Ut sit Naziræus sacer Deo*, exposuit; & adeo, vocari forsitan potest in partes, ipse Maimonides, scribens in Hilchot Nesirut c. 3. §. 16. שמואל הרמתי נזיר עולם היה לפיכך האומר הויני כשמואל הרמתי כבן חנה כבן אלקנה כמי ששסף את אגג בגלגל וכיוצא באלו הרי זה נזיר עולם: Id est: *Samuel Ramathæus Naziræus perpetuus fuit: quare si quis dicat:* Ecce, similem me præstabo Samueli Ramathæo,

(aut

(aut, æmulabor) Filium Hannæ; (aut, exprimam factis) Filium Elkanæ; (aut, talis ero, qualis fuit) is, qui in Gilgale diffidit Agagum, *aut ſi alia ſimili utatur verborum conceptione, tum perpetuo Nazir ratui ſe dicaſſe cenſebitur.* His ita poſitis, jam nimium periclitatur Miſchnæ noſtræ aſſertio, magnumque mirum eſt, nec Gemaram, nec ullum quos nobis conſulere licuit Commentatorum, illam de Hanna objectionem, tetigiſſe vel ſolo verbo. Quando igitur Patrono vehementer indiget Miſchna, nos, vicem ejus miſerti, pro tempore, ingenii tantum exercendi cauſa, ei ſubveniemus, ne impudentis mendacii multetur infamia. Succurrit eam ſalvandi duplex ratio. Licebit enim principio dicere, non fuiſſe ignarum Doctorem Miſchnicum, ejus voti quod filii naſcituri nomine Hanna conceperat, ſed opinatum eſſe, præter jus, & inſtituta divina, ſic ipſam feciſſe, cum non quid fiat, ſed quid fieri debeat reſpiciendum ſit: Impleviſſe autem deinde filium, quæ mater ſpoſponderat, ex abundanti quadam in eam pietate, cum nullo jure ad hæc præſtanda cogeretur. Vel, ſi hæc non placent, cauſabimur, alium longe ſenſum verbis Scripturæ affinxiſſe Doctorem Miſchnicum, quam quo vulgo accipiuntur, & ſuam feciſſe Jonathanis Chaldæi opinionem, qui verba ונתתיו ליי כל ימי חייו ומורה לא יעלה על ראשו ואמסרניה דיהי משמש קדם יי כל יומי חייהו ומרות אנש לא תהי עלהי in hunc modū παραφράζει id eſt: *Et tradam illum, ut ſit miniſtrans coram Domino, omnib. diebus vitæ ejus, & neminē mortalium verebitur.* Quæ interpretandi ratio, etſi eſt contortior, & מורה in מורא hoc eſt *Novaculam* in *Metum*, nobis commutat, ac proinde Samuelem ex Naziræorum catalogo expungit, tamen non minus approbare eam potuit Miſchnicus noſter, ac eam probavit alius ejus ſectæ homo in Naſir capitis 9. verbis poſtremis. נזיר היה שמואל כדברי רבי נהוראי שנ' ומורה לא יעלה על ראשו נאמר במשמשין מורה ונאמר בשמואל מורה מה מורה האמורה בשמשון נזיר אף מורה האמורה בשמואל נזיר אמר רבי יוסי והלא אין מורה אלא של בשר ודם אמר לו רבי נהוראי והלא כבר נאמר ויאמר שמואל איך אלך ושמע שאול והרגני שכבר היה עליו מורה של בשר ודם: Quæ ſic interpretari convenit: *Samuel fuit Nazir æus, ſecundum opinionem R. Neborai* Q. S. E. Et מורה non aſcendet ſuper caput ejus. *Adhibetur verbum* מורה *cum* (Jud. XIII, 5.) *de Simſone, & adhibetur quoq, cum de Samuele agitur: Quare, uti* מורה *apud Simſonem* (Novaculam innuit, atque ſic) *Naziræum* (illum fuiſſe indicat;) *ita ejuſdem verbi de Samuele adhibiti, eadem vis eſt. Reſpondit R. Joſe vocem* מורה *nihil quam metum, quo quis alios mortales formidat, innuere. Excipit R. Nehorai:*

recte putemus, fortasse nemo unus, quotquot unquam vixere virorum, pluribus præceptoribus usus sit, quam Beruria, filia R. Chananiæ Tardionidæ, uxor ז״ל R. Meir: nam de ea in Pesachim fol. 62. b. asseritur רחוה גמרה תלת מאה שמעתתא ביומא דסיתוה מתלת מאה רבוותא Id est: *Didicisse eam, etiam brumali die, trecentas διαγνώσεις, a Magistris tot idem.* Non igitur valde mirum, si hæc mulier magnos in doctrina profectus fecit, & ea protulit, quæ digna visa sunt, ut in Talmude æternitati consecrarentur. Dabimus exemplum: Pesachim fol. 10. 2. התהו ברייני דהוו בשבבותיה דרבי מאיר והוו קא מצערי ליה טובא הוה קא בעי רבי מאיר רחמי עליהו כי היכי דלימותו אמרה ליה ברוריה דביתהו מאי דעתיך דכתיב יתמו חטאים מן כתיב חומאים חטאים כתיב ועוד שפיל לסיפיה דקרא ורשעים עוד אינם כיון דיתמי חטאים ורשעים עוד אינם אלא בעי רחמי עליהו דליהדרו בתשובה אמר לה ההוא מינא לבוריה כתיב רני עקרה לא ילדה משום דלא ילדה רני אמרה ליה שטיא שפיל לסיפיה דקרא כי רבים בני שוממה מבני בעולה אמר יי אלא אם לא ילדה רני כנסת ישראל שדומה לאשה עקרה שלא ילדה בנים לגיהנם בו תייכו: id est: *Cum in ז״ל R. Meir vicinia, quidam homines nequam essent, qui multum eum lacessebant, illorum nomine Deum precatus est, ut e medio tollerentur. At vero, Berurja conjux, illi dixit: Quid cœptas? Scriptum est:* (Ps. CIV, 35.) Consumantur חטאים *Heus,* חטאים *num dicitur,* (ut de Peccatoribus sermo esse, videri queat?) *Imo vero dicitur* חטאים (ut ipsa Peccata intelligi, manifestum sit.) *Amplius, confer ea, quæ mox in textu sequuntur,* (& deprehendes, sic omnino accipienda verba esse, prout innui. Nam succedit:) *Et Impii ultra ne sint.* (Scilicet si חטאים Peccatores notaret,) *quomodo iis consumtis, adhuc superesse possent Impii? Quin igitur potius, Deum precare, ut ad frugem revertantur* (vicini nequissimi, sic enim vere, secundum istud Scripturæ, sublatis peccatis, impii deficient.) *Quidam Infidelis, percontatus est Berurjam, quid sibi vellet illud* (Es. LIV, 1.) Canta sterilis, quæ non parit. *Nunquid enim, ajebat, quia sterilis est, ideo cantare debet? Respondit ipsa: Stulte: consule istius commatis verba, ultima,* (ibi scriptum est:) Nam plures sunt filii desolatæ, (*sive meretricum,*) quam conjugatæ, (*sive earum, quæ justas nuptias contrahunt*) dicit Dominus. *Sed tamen,* (si omnino nosse desideras) *quis sit sensus verborum,* Canta sterilis, quæ non parit? (Scito,) *Ecclesiam Judaicam, cujus cum muliere sterili hic instituitur comparatio, cantare, quod vestri similes liberos, Gehenna non peperit.* Neque vero, Scripturam tantum, interpretari, & dicta scitissima afferre, valuit Berurja, sed insuper sapientia sua eo usque processit, ut cum Magistris disputans, illorum opiniones solide confutaret, suam autem ita asseret,

rei, ut communi calculo fuerit approbata, ac abierit in *Proverbium* Halichot Olam tract. 3. c. 2. p. 110. מצינו אשרת חולקת עם התנאים בדין כמו חנא כמו שמצא הכריחות בתוספתא דריש כלאים פיא רבי טרפון מטמא וחכמים מטהרי וברזילי אמרה וכו' וכשנאמרו דברים לפני ר' יהשע אמר יפה אמרה ברוריה וכו'. Quæ vertit Empereur: *Invenimus quoq; mulierem, a Doctoribus Miſnicis in jure diſſentire, inſtar Miſnici alicujus. Quemadmodum Autor* כריחורת *in Additionibus, invenit initio Cod.* כלאים *cap. 11. D. Tarphon immundum pronunciat; Sapientes mundum; at Berurja inquit &c. Cum hæc coram D. Joſua narrarentur, dixit, Bene reſpondit Berurja* &c. Eandem Berurjam prædicant, quoque Autores librorum Juchaſin p. 86 a. Schalſchel Hakkab. p. 32. a. & Zemach David p. 42. b. Interea loci certum eſt, præter hanc Berurjam, vix memoratur Judæorum antiquiorum fœmina alia, quæ literis valde claruerit. Superior ætas, rurſus Rebeccam quandam eruditam edidit, compoſito etiam libro מנקת רבקה & quem aliquoties in his Commentariis laudavimus, celebrem. Fuit id veriſſimi alicujus prodigii loco, inter Judæos, qui perſuaſi erant, fœminam ejusmodi, nullas unquam vidiſſe, gentes, nulla tuliſſe ſecula. Quia rariſſimus liber eſt, nec nos ad clepſydram ſcribere cogimur, recenſebo integrum carmen, quod ejus principium ornat, illamque Rebeccam, magnifice deprædicat.

Hört zu, ihr lieben, köſtliche, fromme Frauen:
Ihr möcht das deutſch ספר *vvol überleinen und anſchauen:*
Daß man ſol ſetzen zu Gott den allmächtigen ſein Trauen.
Und in all ſeine Werck auf ihn bauen.
Weil ihr habt derkent die אשה החשובה הרבנית הדרשנית
מרת רבקה זל בת הגאון מהרר מאיר טיקטינר זל:

Die das ספר *hat getracht:*
Und gemacht:
Und ihr בוונה *aufeitel* יראת שמים *gevveſt, Tag und Nacht.*
Und ihr מחשבה לגמרי *nit gevveſen auf Pracht.*
Oder vver hat das חדוש *mehr gehört oder geſchehen,*
Daß in evvigen Jahren is mehr geſchen,
Daß ein אשה *het aus ihren Kopf vvas* מחבר *gevveſen?*
Und hett פסוקים *und* מדרשים *zu hauf geleſen?*
Darum hab ich es loſen drucken.

Daß ein igliche Frau die drinnen vvirt leienen vvert eins kauffen und zucken.

Und hat das ספר מנקח רבקה *geheiſen*

Ihr zu ein Gedechtnus und לכבוד *alle* נשים

Daß ein אשרה *auch kan* מחבר *ſein* דברי מוסר *und gute* פשטים

Aſo vvol as menche אנשים

Und hats getheilt auf שבעה שערים

Gar kurtz und nit מעריך *gevveſen* בדברים

משיח *von* גאולה *vvertihr* זוכה *ſein zu der* בזכות זה

Daß die שכינה *Wert ſich unter* ישראל *vvieder dermeien.*

אמן וכן יהי רצון:

Nimirum, firmiter perſuaſi ſunt Judæi, ſecum natam eſſe doctrinam, & ſecum interituram, ſe ſolos ſapere, reliquos mortalium bardos blennosque eſſe, nec vel hilum intelligere. At meminiſſe tamen debebant fuiſſe quondam ea tempora, in quibus, cum ſummis in anguſtiis eſſent conſtituti, ac Sapientiſſimis etiam Magiſtrorum, aqua hæreret, ut quo ſe verterent, neſcirent, valde profuit, Romanam fœminam accelliſſe, & petiiſſe ab ejus prudentia, ſpem, ſalutem, auxilium, conſilium. Res narratur in Taanit fol. 18. a. & Roſch Haſchana fol. 19. a. fere iisdem utrobique verbis, ſed repræſentamus, locum priorem: פעם אחת גזרה מלכות* שמד על ישראל שלא יעסקו בתורה ושלא ימולו את בניהם ויחללו שבתות מה עשתה יהושע בן שטוע וחבריו הלכו ונטלו עצה ממטרוניתא אחת שכל גדולי רומי מצוין אצלה אמרה להם בואו ואפגיע בלילה עמדו והפגיעו בלילה ואמרו אי שמים לא אחיכם אנחנו לא בני אב אחד אנחנו לא בני אם אחת אנחנו מה נשתנינו מכל אומה ולשון שאתם גוזרין עלינו גזירות קשות ובטלי' ואותו היום עשאוהו יום טוב: Id eſt: *Aliquando, Imperium* (Edomæum, ſive Romanum) *grave edictum adverſus Judæos promulgaverat, ne porro Legi operam darent, ne puerulos circumciderent, & ne diebus Sabbathis a labore ceſſarent. Quid fecit Joſua, filius Schmoa, & ſocii ejus? Abiverunt, & conſulsarunt Matronam quandam, cujus ædes omnes Romani Proceres frequentabant. Reſpondit ipſa: Agite, nocturno tempore, ejulatus inſtituite*: (tum enim querelæ acerbiores ſunt, & ad concitandam miſericordiam valentiores. Paruere Judæi dictis,) *ac noctu*, (congregatis in Matronæ ædibus, Nobiliſſimis quibusque Romanorum, juxta eas) *ſtantes, clamabant*: Per cœlum (ſupremum, vos obteſtamur:) An-

* Sic maluimus reſcribere ex Ea Iacob fol. 133. col. 4. Amſtel. Talmud. habet גזרה גזרה

non

non fratres veſtri ſumus, eodem Patre (Iſaaco,) eademq; Matre (Rebecca, interventu Jacobi & Eſavi) geniti? Quare ſecus nos tractatis, ac gentes alias omnes vobis ſubjectas, (quarum quamque ſuis ſacris gaudere, ſuoque in religione ſenſu, abundare permittitis,) adverſus nos vero ſolos, tam crudelia edicta promulgatis? (Tacti miſeratione Proceres,) *revocarunt mandatū: ideo læti Judæi, hunc diem feſtum habendū eſſe, decreverunt.* Poſſemus magnum Catalogum edere Fœminarum, quæ literis ac eruditione ſingulari, famam inter Chriſtianos, gloriamque ſibi pararunt, niſi & ab inſtituto noſtro, ea res foret alienior, & hunc laborem, multi, pridem præcepiſſent. Quanquam, non opus eſt, ire per veterem memoriam, ut oſtendamus quantum noſtræ Fœminæ Sapientia valeant, quando hæc præſens ætas, conſummatiſſimi in illo ſexu ingenii, ac ſapientiæ ſingularis, nobis exemplum ſuppeditat, non tantum divinis his donis, ſed & natalibus inſuper ſuis illuſtriſſimam, MAGDALENAM SCUDERIAM. Cujus Heroinæ, lucubrationumque ejus, quibus par in ipſarum genere nihil, nihil ſecundum extat, quæque omnium Europæ gentium ſermonibus leguntur, laudes, etſi ne delibare quidem, noſtra præſumit tenuitas, ſatis gnara, Peliſſonios, Menagios, aliosque, quorum mentibus vigorem, & decus, Muſæ propitiæ adſpirant, meditatas orationes, & debita æternitati carmina, quotidie certatim ei dedicare; Avibus quoque, ad ultro ancillandum ei cantu, ſenſum quendam ineſſe: Attamen, quod confidimus, non iniquo latura eſt animo, Clio hæc Gallica, ſi æternam gratiam, quam crebra admiſſione ad alloquium, & muneribus quibus nos Lutetia abeuntes benigniſſima manu proſequuta eſt, de nobis meruit, publice profitemur, Deumque rogamus, ſervet diu CHRISTIANISSIMO REGI, Aulæque ejus, ſuum delicium, Sexui muliebri decus, Seculo ornamentum.

La fameuſe Fauvette.

7. Quisquis filiam &c.] De his videbimus, cum ad Gemaræ Excerpta commentabimur.

8. Cabum unum rei Venereæ &c.] Omnes, & Talmudis, & Miſchnarum, quibus utimur Editiones, magno conſenſu habent: בקב ותפלות מתשעה קבין ופרישורת Sed, contra iſtorum autoritatem, audacter ſuſtinemus, aliter legendum non eſſe, quam nos cum Codicibus En Jacob legimus. Secus enim ſi foret, quorſum attineret, illa, quæ ſequitur in Excerptis explicatio? Scilicet, idem iisdem verbis, exponeretur inſulſiſſime.

9. Orbi

9. Orbi interitum afferunt] Vel potius: Orbi afferunt caliginem : In cauſa ſunt, ut rerum ordo mutetur ; ut fœda & triſtis, ubiq; ſit facies. Sic enim מכלי עולם per מבלי עולם hic interpretatur Maimonides.

ה

רבי שמעון אומר אין זכות תולה במים המרים ואם אתה אומר הזכות תולה במים המאררים מרחי אתה את המים בפני כל הנשים השותות ומוציא אתה שם רע על הטהורות ששתו מא שאומרים טמאות הן אלא שתלתה להן זכות רבי אומר הזכות תולה במים המאררים אינה יולדת ואינה משבחת אלא מתנוונה וחולכת לסוף היא מתה באותה מיתה:

V.

R. Simeon ait : Meritum boni operis, non cohibet vim aquarum amararum. Si enim contrarium aſſeverare velles, inefficaces redderes aquas apud omnes Mulieres quæ bibunt : & ſimul infamares caſtas, quæ biberunt, nam eas(*nemo non*)diceret pollutas eſſe, verum ob bonum aliquod opus, (*effectum aquarum*) fuiſſe ſuſpenſum. Rabbi ſecus opinatur, vultque meritum boni operis omnino effectum feralium aquarum diſtuliſſe, verum (*ea limitatione, ut illa cuipietas adjumento fuit, porro*)non pareret, nec (*ob formæ venuſtatem*) collaudaretur ; ſed fœdior redderetur indies, tandemque illa morte periret.

ANNOTATA.

1. Aquarũ amararũ] Num Aquæ hæ, revera, rei alicujus amaræ infixtione, amaræ redditæ ſint, an vero in ore tantum bibentis Sotæ, amaritudnem contraxerint, diſſenſus eſt inter Magiſtros. Prius, ex antiquis affirmavit, Pater Samuelis in Rabbot fol. 231. col. 2. צריך ליתן מר לתוך המים שני מי המרי id eſt : *Neceſſe eſt* (ut Sacerdos) *aquas re amara temperet, quia Scriptura, eas Amaras vocat.* Hunc ſequitur Maimonides

des Hilch. Sota c. 3. §. 10. ונותן לתוכן דבר מר כגון לענה וכיוצא בה id est : *Sacerdos quoq; rem amaram in aquas conjicit, uti absinthium, aut quid simile.* Eadem R. Moses Kozensis in Smag fol. 138. col. 4. & Autor MS. Codicis nostri Ez Hechajim, sensisse deprehenduntur, postremiq; testimonium, jam supra, per aliam occasionem, fuit productum. In Pesikta Sutarta fol. 39. col. 2. ideo aquas amaras vocari traditur שביר הכהן נהפכי להיות מרים id est : *Quia simul ac Sacerdos eas manu tenuit, amaritudinem contraxerunt.* Quod idem, deprehendere est in Siphri fol. 4. col. 1. Enim vero, contrarium Nachmanidæ placuit, ad cujus mentem Baal Keli Jakar fol. 100. col. 2. זל נחלקו ברבר אם הידח במים אלו דבר מר כי ברשת רזל הושם בהם דבר מר ודעת הרמבן מדלא נאמר ובאו בדח המים המרים חמארירם וכתיב בהפך ידח ובאו המים המאררים למרי שם שלא הידח בהם דבר מר אך שבפידח היו למרים וכן מצינו במי מרה שני ולא יכלו לשתות מים ממרה כי מרים הם ולא נאמר כי מרים היו אלא שלא היו מרים אך בפיהם שבו להיות מרים לכך נאמר כי מרים הם: id est : *Disputant Rabbini nostri f. m. num aquis Sotæ res amara fuerit immixta, atq; id asserunt sane antiquiores. At R. Moses Nachmanis filius, quia non dicitur in Scriptura,* Aquas amaras, *sed potius maledictionem importaturas in mulierem ingredi debere, atq; sic prius de maledictione, quam de amaritudine sermo est, ex eo colligit, nihil rei amaræ in iis fuisse, quin potius amaritudinem, in ore demum bibentis, natam esse. Geminum de aquis in Mara* (Ex. XV, 23.) *legitur* : Et non potuerunt bibere aquas e Mara, nam amaræ erant. Amaræ fuerunt, *non dicitur, quod indicio est, nullam habuisse eas amaritudinem, nisi quam in bibentium ore contraxerunt, & ideo signanter* τὸ erant, *expressum est,* Bechai fol. 156. col. 1. מי המרים המאררים על שם סופן נקראו מרים וכן ובגדי ערומים תפשיט וכן קחי רחים וטחני קמח ומה שאמר המאררים על שם האלות הנמחות במים, שהם מקללין אותה: id est : (Scriptura Num. V, 24. Sotæ aquas, vocat) *amaras & maledictas. Atq; amaræ quidem dicuntur, quia tales tandem factæ sunt : Quo sensu* (Job. XXII, 6.) *legitur* : Vestimenta nudorum exues. *Item* (Es. XLVII, 2.) Accipe molas, & mole farinam. *Maledictæ vero vocantur aquæ, ob maledictiones iisdem deletas, quæ Sotam reddunt maledictam.* Idem de aquis amaris, quem primo loco nominare oportebat, Abenesra censuit, in suis super Pentat. Commentariis; estq; omnino hæc opinio præ altera, verisimilior. Nisi quis dicere mallet, ne in ore quidem potantis Sotæ, ullam adhuc fuisse aquarum amaritiem, sed ita esse vocatas, ob sævos, diros, & amarulentos effectus, quos in rea muliere, edebant. Non enim infrequens est in sacris literis, res ab effe-

&is denominationem accipere,id quod Reverendus Glaſſius in Rhet. Sac. tract. 1. c. 2. multis exemplis, dedit comprobatum. In hanc explicationem inclinat R. Jacob Abendana,in Spicilegio ad Michlal Jophi fol. 31. col. 3.

2. Inefficaces redderes] מרחי habet Talmud Amſtelod.Sed in Baſileenſi, & Miſchnæ, quas poſſidemus, editionibus, eſt מדרתה Quorum prius, etſi magis placet,non tamen magno vitio, etiam poſterior lectio laborat, nam de verbo מדרתה legitur apud Maimonidem : לפי לשונם הוא הגון החסר שאינו בתכלית הלובן ואין לו זוהר ולא בריקות: Id eſt: *Hac voce Magiſtri Defectum albedinis,& rem minime ſplendentem, ac lucentem, innuere ſolent.*

3. Illa morte] Fœda nimirum, & qua adulteræ, quæ nihil boni tota vita fecerant, poſt epotas aquas, continuo perire ſolebant.

ד

נטמאה מנחתה עד שלא
קדשה בכלי הרי היא ככל
המנחות ותפרד ואם
משקדשה בכלי הרי היא ככל
המנחות ותשרף ואלו
שמנחותיהן נשרפות האומרת
טמאה אני לך ושבאו לה
עדים שהיא טמאה והאומרת
איני שותה ושבעלה אינו
רוצה להשקותה ושבעל בא
עליה בדרך וכל הנשואות
לכהנים מנחותיהן נשרפות:

VI.

SI immunditiem contraheret oblatio ejus, priusquam vaſe ſancto reciperetur,eadem hujus [1] quæ cæterarum omnium Oblationum, fuit ratio; ut ſcilicet [2] redimererur. Sin vero id accidiſſet, poſt receptionem in vas ſacratum, (*rurſus*) in eo conveniebat cum aliis Oblationibus quibusvis, [3] ut combureretur. Atque hæ ſunt, quarum Oblationes comburebantur : Quæ dicebat immunda ſum; Aut,quam teſtes pollutam eſſe affirmabant. Quæ ſe potaturam pernegabat; aut,cui vir ut biberet,non concedebat; denique,cum qua vir in via concubuit. Omnium Oblationes comburebantur. quoq; Sacerdotibus nuptarum,

ANNO-

ANNOTATA.

1. Quæ cæterarum omnium Oblationum,] Puta Oblationum, quæ ante immiſſionem in vas ſanctum, contraxere immunditiem.

2. Redimeretur] Id eſt: Ut hac Oblatione, ad comeſtionem ſegregata, quantum hordei ad novam opus erat, nummis pararetur. Vide Kozenſem Præc. Aff. CLXXVII. Maimonidem, Hilchot Pſule Hammukd. c. 11.

3. Ut combureretur] In domo videlicet Cinerum. Vide iterum Maimonidem, libro cit. c. 19.

4. Omnium quoq; Sacerdotibus nuptarum &c.] Sic accipe: Quod peracto ſacrificio reſiduum erat, ex Sotæ, quæ homini laico nupta fuit, oblatione, a Sacerdotibus abſumebatur, uti ſupra §. 2. dictum eſt. At, cum Sota Sacerdotis conjux, hoc judicium ſubibat, reſiduis ex ſacrificio, non fruebantur Sacerdotes, ſed etiam hæc comburenda erant. Scilicet, videtur ipſe maritus Sacerdos, ſuas habere partes, in hoc ſacrificio; quæ autem ejus ſunt generis, illorum reliquias quoque, penitus igne cremare oportet, ex Dei, Lev. VI, 16. præceptione. Moſes Kozenſis Præc. Neg. CCCXXII. בת כהן שנשאת לישראל מנחתה נאכלת בת ישראל שנשאת לכהן מנחתה נשרפת לפי שהמנחתה באה ממונו של כהן: id eſt: *Filiæ Sacerdotis, quæ Judæo Laico nupſit, Oblatio comeditur: Sed, Judæi Laici Filiæ Oblatio, comburitur, quippe quæ ex facultatibus viri eſt parata.*

ד

בת ישראל שנשאת לכהן
מנחתה נשרפת ובהנת ג
שנשאת לישראל מנחתה זא
נאכלת מה בין כהן לכהנת
מנחת כהנת נאכלת ומנחת
כהן אינה נאכלת כהנת שם
מתחללה ואין כהן מתחלל נ
כהנת מיטמאה למתי ואין ב

VII.

JUdæi (*laici*) filiæ, quam Sacerdos duxerat, oblatio comburebatur. [1] At Sacerdotis filiæ, quæ Judæo (*laico*) nupſerat, Oblatio, comedebatur. Quid intereſt inter Sacerdotem, & Filiam Sacerdotis? [2] Filiæ Sacerdotis Oblatio comeditur; Oblatio autem Sacerdotis non comeditur. [3] Filia Sacerdotis, a ſacrorum participatione excludi poteſt, [4]

כהן מיטמא למתים כהן אוכל בקדשי הקדשים ואין כהנת אוכלת בקדשי קדשים:

Sacerdos non poteſt. 6 Illi mortuis ſeſe polluere fas eſt, huic non item. 7 Sacerdos, ſacro ſancta comedit; at, ab horum eſu, Filia Sacerdotis arcetur.

ANNOTATA.

1. At Sacerdotis filiæ &c.] Nam Lev. VI, 16. כהן dicitur non כהנת de ſolis igitur viris, præceptum capiendum eſt, non de filiabus Sacerdotum, quæ cum viris Laicis contraxere matrimonium. Imo nec de Sacerdotum viduis, & fœminis ab iis repudium paſſis, ob eandem rationem præceptum valet, nam & ſacrificiorum, quæ iſtæ offerunt, reſiduis, frui Sacerdotibus licere, conſequitur.

2. Filiæ Sacerdotis oblatio] Intellige quæ Sacerdoti non nupſit, ſed Sacerdote patre genita eſt, & vel virgo adhuc manet, vel cum laico homine in conjugio vivit.

3. Filia Sacerdotis ſacrorum participatione &c.] Id eſt: Si illicito concubitu ſeſe polluat, aut extra familiam Sacerdotalem nuptias contrahat Sacerdotis filia, non fas eſt ei veſci porro Ablationibus. Sed, res hæc digna eſt, quæ paulo ampli, doceatur ex Moſis Kozenſis Præc. Neg. CCLVI. quo nemo magis perſpicue de illa diſſeruit: חללה לא תאכל קדש שנ' ובת כהן כי תהיה לאיש זר היא בתרומת הקדשים לא תאכל שני עניינים נכללו בלאו זה שאם תבעל לאסור לה ותעשית זונת וחללת הרי היא אסורה לאכול בתרומה לעולם כדין; כל חלל שהחלל כזה לכל דבר ושאם תינשא לישראל הרי היא אסורת לאכול במתם מן הקדשים שתוא חזה ושוק לעולם אפי' גרשת או מת אבל התרומת אוכלת אחר שגרשה הישראלי או מת אם לא הניח ממנה בן שני ובת כהן כי תהיה אלמנה וגרושה וזרע אין לה וגו' מלחם אביה תאכל דרשו רבותינו בפרק יש מותרות מלחם ולא כל לחם חזרת היא לתרומה ואינה חזרת לחזה ושוק ולא הכהנת בלבד אלא לויה וישראלית שנבעלה לאסור לה ונעשית זונה אסורה לאכול בתרומת לעולם ואף על פי שיש לת זרע מכהן: Id eſt: *Mulier profana, a comeſtione rerum ſacrarum arcetur.* Q. S. E. (Lev. XXII, 12.) Filia Sacerdotis cum nupta fuerit viro peregrino, de oblatione rerum ſanctarum ne comedito. *Atq; hoc interdictum duo complectitur negotia.* (Principio, ſi filia Sacerdotis) *a quoquam vitietur, & ſcor-*

& ſcortum, ac profana fiat, iſta quidem æternum Ablationibus veſci prohibetur, ſic enim de profanatis obtinet, ut per omnia, irreligioſis æquiparentur. Quòd ſi (filia Sacerdotis,) *nubat Judæo laico, tum ad ſanctiorum rerum, Pectoris puta, & Cruris, comeſtionem, haud unquam amplius admittitur, etiamſi maxime, repudium paſſa, aut vidua ſit, interim tamen, in his caſibus, Ablationes comedendi jus recipit, modo liberos nullos habeat ſuperſtites: Sic enim* S. E. (Cap. cit. v. 13.) Filia, Sacerdotis cum erit vidua, aut repudiata, ſi ſemen non ſit ei &c. de cibo Patris ſui comedet. *Ubi, monentibus ita Magiſtris noſtris in Jebamot c. 9. notanter dictum*, de cibo, *non vero* omnem cibum, *ut nimirum Ablationum comeſtio conceſſa, crurus vero, & pectoris prohibita innuatur. Neq; filiæ Sacerdotum tantum, ſed & Levitarum, aut communium Judæorum* (quæ Sacerdotibus nupſere) *filiæ, ſi vitium paſſæ ſint, & ſcortatione ſe polluerint, ætatem a comeſtione Ablationum arcentur, utut liberos ex Sacerdotibus habeant ſuperſtites.*

4. Sacerdos non poteſt] Etiamſi maxime, contra mandatum Divinum quod Lev. XXI, 14. promulgatum eſt, viduam, aut repudiatam, aut profanatam ducat, atque ſic indecenti toro, ſeſe contaminet.

5. Illi mortuis ſe polluere &c.] Nam Lev. XXI, 1. ubi Deus vetat Sacerdotes ſeſe mortuis polluere, de ſolis filiis Aaronis ſermo concipitur, nulla filiarũ facta mentione. Rambã in More Nev. part. 3. c. 47. טעני שאי אפשר להטהר מטומאת מת אלא אחר שבעת ימים ובמציאות אפר הפרה גם כן והיו הכהנים צריכי תמיד להכנס אל המקדש לחקריב חזהיר כל כהן מטומאת מת לבד רק להכרח גדול אשר יכבד ענייניו על השבעים רוצה לומר להמנע מקרוב אל האבות ואל הבנים ואל האחים ולעמוד עמהם ולנגוע בהם ולחב חצרך להיות * כהן גדול במקדש תמיד לאמרו והיה אל מצחו תמיד הזהר מלטמא למת כל עיקר ואפילו לאלו הקרובים הלא תראה איך זאת האזהרה אינה כוללת הנשים בני אהרון ולא בנות אהרון מפני שאין הנשים צריכות בהקרבה: Buxtorfii verſio eſt: *Quia pollutio, a contactu mortui contracta, non potuit elui, niſi poſt elapſos ſeptem dies, & per cinerem juvencæ; ac Sacerdotes ſemper in Sanctuarium ingredi neceſſe habebant, ut ibi offerrent: Idcirco prohibitum fuit Sacerdotibus, mortuis ſe polluere, niſi magna interveniente neceſſitate; cum difficile ſit per naturam, plane ſe cohibere ab acceſſu parentum, liberorum, vel fratrum in morte ipſorum. Et quia magna erat neceſſitas, ut Sacerdos magnus ſemper ſit in Sanctuario, ſicut dicitur*: Et erit ſuper frontem ejus jugiter. *Idcirco injunctum ipſi fuit, ut nullis, ne quidem propin-* Ex. XXIIX. 38. Lev. XXI, 10. 11. 12.

* In MS. noſtro non male hic inſeritur אל

quis & amicis mortuis ſe contaminet. Nunquid enim vides, quod in hac prohibitione (Sacerdoti communi, & Sacerdoti ſummo facta,) *non comprehendantur uxores filiorum Aharon, neq; etiam filiæ Aharonis, propterea quod Mulieribus non incumbat oblationes facere* ? Plura in hanc rem, vide apud eundem Maimonidem Hilchot Evel cap. 4. Moſen Kozenſem Præc. Negat. CCXXXIV. & CCXXXV. Præc. Affirm. LVIII.

6. Sacerdos ſacro ſancta comedit] Sic dicuntur, reſidua Sacrificiorum Peccati, & Sacrificiorum Reatus, itemque Reſidua Oblationum. Atque de his Ex. XXIX, 33. & Lev. II, 3. 10. præcepta extant, propter quæ, ſolis Sacerdotibus, iisdem fruí conceditur. Fuere alia, Sancta Leviora, קדשים קלים uti Pectus, & Armus ex Euchariſticis Sacrificiis, Ablationes item, & cætera hujus generis, quibus non tantum Sacerdotibus, ſed & eorundem filiabus, uxoribus, & ſervis veſci licebat. Conferre oportet Smag. Præc. Aff. CLXXXIV Neg. CCCXXV. & CCCXXVI.

ח VIII.

מה בין איש לאשה האיש
פורע ופורם ואין האשה
פורעת ופורמת האיש מדיר
את בנו בנזיר ואין האשה
מדרת את בנה בנזיר האיש
מגלח על נזירות אביו ואין
האשה מגלחת על נזירו אביה
האיש מוכר את בתו ואין
האשה מוכרת את בתה האיש
מקדש את בתו ואין האשה
מקדשת את בתה האיש נסקל
ערום ואין האשה נסקלת
ערומה האיש נתלה ואין

QUid diſcriminis inter Virum, & Fœminam, (*laicos?*) [1] Vir (*leproſus*) ſe nudat, (*veſtemq;*) diſcindit: neutrum facit fœmina. [2] Viro fas eſt filium Naziræatui devovere: [3] Mulieri idem haud conceditur. (*Filius*) maſculus raſuram admittere poteſt ob Naziræatum patris: Filia non poteſt. [4] Viro, filiam vendere conceditur; Fœminæ, filiam vendere, non licet. [5] Vir deſpondet filiam, ſed fœminæ, filiam deſpondendi, facultas non competit. [6] Vir nudus lapidibus obruitur: Fœmina nequaquam. [7] Vir ſuſpenditur: Fœmina non item. [8] Vir ob furtum

האשה נתלרת האיש נמכר בגניבתו ואין האשה נמכרת בגניבתה׃

tum admissum venditur: sed 9 Fœmina ob furtum vendi 10 nequit.

ANNOTATA.

1. Vir leprosus se nudat &c.] Nam Lev. XIII, 45. ubi leprosi vestimenta scindere, & caput retegere jubentur, de solis Viris sermonem institui deprehendes. Consulendus Moses Kozensis Præc. Aff. CCXXXV.

2. Viro fas est filium Naziræatui &c.] Hoc est: Licet Patri filium adhuc impuberem, destinare ad Naziræatum, ita ut adultior factus, id ratum habere cogatur. Dignum est observatione, quod scribit Maimonides, Comment. in Massech. Nasir cap. 4. זה שאמרנו האיש מדיר את בנו בנזיר והוא שיאמר לו הרי את נזיר או יאמר הרי בני פלוני נזיר וישתוק הבן וקרובין ותחול הנזירות לזה הבן הוא ענין שבא מפי הקבלה אין לו סמך בתורה ולא רמז והוא מה שאמר הלכה היא בנזיר וכבר סברו קצת חכמים לתת טעם כדי לתקנו במצות ולא נגמר זה הדבר והזמן אשר ימשך בו מעשה האב להתחייב הבן בנזירות הוא עד שיביא שתי שערות ואפילו שכבר הגיעו עונת הנדרים רל"ג שנים ויום אחד והוא שלא הביא שתי שערות ידיו בנזיר לפי שהוא קטן כמו שנתבאר בפ' עשירי מיבמות: id est: *Quod dicitur, Patrem, Naziræatui posse devovere filium, id fit, quando Pater filio ait:* TU MIHI NAZIRÆUS ESTO, *aut si dicat:* FILIUS MEUS, N. NAZIRÆUS ERIT, *atq; vel filius, vel cognati* (præsentes, coram quibus Pater sic loquutus erat,) *fileant: tunc enim filius iste Naziræatui obstringitur. Cæterum, omnem hanc rem, ex mera habemus traditione, nec in Lege Divina, ejus aut argumentum, aut indicium est: unde & Constitutionis nomine vulgo venire solet. Fuere sane pridem, nonnulli Doctorum, qui rationem aliquam reddere conati sunt, quasi nimirum* (hoc factum tueri liceat, ex eo,) *quod juventus mature præceptis initianda est, sed ea non satis quadrat. Interim tempus, intra quod Patri conceditur, filium Naziræatu onerare tam diu durare existimandum est, quoad* (filius impube) *producit pilos duos: Etiamsi enim ea ætate sit, qua ipse votum concipere potest, scilicet ut agat annos XIII. diemq; unum, tamen si duobus pilis adhuc careat, patri eundem Naziræatui devovere permittitur, est enim minor, secundum ea quæ traduntur in Jebamot cap. 10.*

3. Mulie-

3. Mulieri idem haud conceditur] Hæsitat ceu modo vidimus, propemodum Maimonides in eo, an Patri jus & fas sit filios Naziræatui devovere, nec nisi sola incertaque traditione hoc privilegium niti, ultro fatetur. Quamobrem consequitur, haud sane æquum esse, ut Matri tantum potestatis indulgeatur, quippe, cujus æque in Hebræorum, ac Quiritium jure, longe minor quam Patrum, in liberos est autoritas. Et vero, videtur quodammodo rationi conveniens, ut Votum quo quis præter cætera, ad rerum quarundam abstinentiam obstringitur, sua, non aliena voluntate, concipi debeat, ne naturali qua quisque circa talia nascitur, libertati, vis inferatur & injuria. Interim tamen, si Sacras Literas consulamus, aliud pronunciandum erit, habemusque in iis exemplum, Matris, filium etiam nondum natum Naziræatui devoventis, sic enim de Hanna 1. Sam. I, 10. 11. legitur: ותדר נדר ותאמר יי צבאות אם ראו תראה בעני אמתך וזכרתני ולא תשכח את אמתך ונתת לאמתך זרע אנשים ונתתיו ליי כל ימי חיו ומורה לא יעלה על ראשו: Quæ vertit Interpres: *Et votum vovit dicens: Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, dederis q; servæ tuæ sexum virilem: Dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ejus, & novacula non ascendet super caput ejus.* Neq; alio sensu, quam Naziræatus voto, locum hunc accipiunt Judæorum interpretes communiter: Ralbag annotat: והנה נדרה חנה נדר ליי שאם יראה בעניה ויתן לה זרע אנשים הוצה לומר המתהה מן האנשים והוא שיהיה לה ולד תתננו ליי כל ימי חיו רוצה לומר שיהיה תמיד לעבודת השי עד יום מותו ושער לא יעלה על ראשו לגלח שערו כי יהיה נזיר וקדש ליי אם יהיה ראוי לזה רוצה לומר אם היה זכר: Id est: *Vovit Hanna votum Domino, quod si visurus esset calamitatem suam, concessurus q; semen hominum, id est semen evasurum in hominem, sive fœtum, tum se daturam illud Domino omnibus diebus vitæ ejus, ut scilicet jugiter, ad mortem usq; sacris ministeriis vacare, nec novacula caput ipsius, ad radendam comam transire debeat; futurum enim Naziræum, Deoq; sacratum, modo ejus rei capax sit, hoc est, modo proles foret masc ula.* Pariter Raschi verba & ipse, per ונתתיו ליי שיהיה נזיר קדש ליי id est: *Ut sit Naziræus sacer Deo*, exposuit; & adeo, vocari forsitan potest in partes, ipse Maimonides, scribens in Hilchot Nesirut c. 3. §. 16. שמואל הרמתי נזיר עולם היה לפיכך האומר הויני כשמואל הרמתי כבן חנה כבן אלקנה כמי ששסף את אגג בגלגל וכיוצא באלו הרי זה נזיר עולם: Id est: *Samuel Ramathæus Naziræus perpetuus fuit: quare si quis dicat:* Ecce, similem me præstabo Samueli Ramathæo,

(aut

(aut, æmulabor) Filium Hannæ; (aut, exprimam factis) Filium Elkanæ; (aut, talis ero, qualis fuit) is, qui in Gilgale diffidit Agagum, *aut ſi alia ſimili utatur verborum conceptione, tum perpetuo Naziræatui ſe dicaſſe cenſebitur.* His ita poſitis, jam nimium periclitatur Miſchnæ noſtræ aſſertio, magnumque mirum eſt, nec Gemaram, nec ullum quos nobis conſulere licuit Commentatorum, illam de Hanna objectionem, tetigiſſe vel ſolo verbo. Quando igitur Patrono vehementer indiget Miſchna, nos, vicem ejus miſerti, pro tempore, ingenii tantum exercendi cauſa, ei ſubveniemus, ne impudentis mendacii multetur infamia. Succurrit eam ſalvandi duplex ratio. Licebit enim principio dicere, non fuiſſe ignarum Doctorem Miſchnicum, ejus voti quod filii naſcituri nomine Hanna conceperat, ſed opinatum eſſe, præter jus, & inſtituta divina, ſic ipſam feciſſe, cum non quid fiat, ſed quid fieri debeat reſpiciendum ſit: Impleviſſe autem deinde filium, quæ mater ſpoſponderat, ex abundanti quadam in eam pietate, cum nullo jure ad hæc præſtanda cogeretur. Vel, ſi hæc non placent, cauſabimur, alium longe ſenſum verbis Scripturæ affinxiſſe Doctorem Miſchnicum, quam quo vulgo accipiuntur, & ſuam feciſſe Jonathanis Chaldæi opinionem, qui verba ונתתיו ליי כל ימי חייו ומורה לא יעלה על ראשו ואמסרניה דיהי משמש קדם יי כל יומי חיוהי ומרות in hunc modũ παραφράζει אנש לא תתי עלהי id eſt: *Et tradam illum, ut ſit miniſtrans coram Domino, omnib, diebus vitæ ejus, & neminẽ mortalium verebitur.* Quæ interpretandi ratio, etſi eſt contortior, & מורה in מורא hoc eſt *Novaculam* in *Metum*, nobis commutat, ac proinde Samuelem ex Naziræorum catalogo expungit, tamen non minus approbare eam potuit Miſchnicus noſter, ac eam probavit alius ejus ſectæ homo in Naſir capitis 9. verbis poſtremis. נזיר היה שמואל כדברי רבי נהוראי שנ' ומורה לא יעלה על ראשו נאמר במשמשון מורה ונאמר בשמואל מורה מה מורה אמורה בשמשון נזיר אף מורה האמורה בשמואל נזיר אמר רבי יוסי והלא אין מורה אלא של בשר ודם אמר לו רבי נהוראי והלא כבר נאמר ויאמר שמואל איך אלך ושמע שאול והרגני שכבר היה עליו מורה של בשר ודם: Quæ ſic interpretari convenit: *Samuel fuit Naziræus, ſecundum opinionem R. Nehorai* Q. S. E. Et מורה non aſcendet ſuper caput ejus. *Adhibetur verbum* מורה *cum* (Jud. XIII, 5.) *de Simſone, & adhibetur quoq, cum de Samuele agitur: Quare, uti* מורה *apud Simſonem* (Novaculam innuit, atque ſic) *Naziræum* (illum fuiſſe indicat;) *ita ejuſdem verbi de Samuele adhibiti, eadem vis eſt. Reſpondit R. Joſe vocem* מורה *nihil quam metum, quo quis alios mortales formidat, innuere. Excipit R. Nehorai:*

Atqui pridem de Samuele (1. Sam. XVI, 2.) *legitur*: Et ait Samuel: Quomodo vadam? audiet enim Saul, & interficiet me. *Ex quibus cum colligatur, metuisse illum humanum supercilium*, (meæ, præ tua sententia, assensum merebitur.)

4. Filius masculus rasuram admittere &c.] Si pater, ad certum tempus Naziræatus voto se obstrinxit, & sacrificia quæ olim, voto suo solutus, offerre volebat, paravit, moriatur vero nondum adhuc impleto tempore, ibi filius, die, quam sibi pater dixerat, adventante, loco ejus sacrificia offerre, & rasuram admittere potest: secundum ordinem qui Num. VI. præscribitur. Cæterum Raschi, hæc tantum eo casu valere arbitratur, cum filius quoque Naziræus est: qua in re, loco jam modo indicato, dissentientem habet Maimonidem, ex cujus mente idem non exigitur, sed adeo כשהניח בנים רבים וקרם אחד מהם וגלח על נזירות אביו זכה id est: *Si quis filios relinquat plurimos superstites, atq; unus* (e posterioribus natu) *alios antevertens, rasuram Patris nomine admittat, hunc manet adorea.* Sed, non negligendum, diserte rursus fateri Maimonidem, זה הדין גם כן אין לו סמך מן התורה אלא קבלה בלבד: Id est: *Etiam istius rei, nullum prorsus in Scriptura fundamentum esse, sed illam unice niti traditione.*

5. Viro filiam vendere &c.] Hoc sane jus Patri conceditur Ex. XXI, 7. verum si Magistris credimus, cum multâ limitatione. Maimonides Hilch. Avadim cap. 4. §. 1. אמרה העבריה היא קטנה שמכרה אביה ומשתביא שתי שערות אחר שהים עשרה שנה ותעשה נערה אינו יכול למכרה אפי שעדין יש לו רשות בה ויש לו לקדשה לכל מי שירצה: Id est: *Serva Judæa, ea dicitur, quam Pater cum parvula esset, vendidit. Sed, si* (filia) *nata sit annos duodecim, & produxerit,* (in naturalibus,) *pilos duos, ita ut,* Adultæ *nomine censeatur, non licet amplius Patri, eam vendere, etsi adhuc est sub ejus potestate, illamq; cuicunq; voluerit, despondere non prohibetur.* Sequitur mox ibidem: אין האב רשאי למכור את בתו אלא אם כן העני ולא נשאר לא כלום לא קרקע ולא מטלטלין ואפילו כסות שעליו ואף על פי כן כופין את האב לפרנסה אחר שמכרה משום פגם משפחת ברח האב או שמת או שלא הוה לו לפרוטה הרי זו עוברת עד שתצא: Id est: *Haudquaquam concessa Patri facultas, vendendi filiam, nisi sit pauperrimus, & nihil residui habeat, non bona immobilia, non mobilia, imo ne vestem quidem, qua induitur. Atq; si maxime ex justis causis, ista venditio acciderit, nihilo secius cogitur Pater,* (ut primum rei aliquid paravit) *ad eam redimendam, quo honori familiæ consulatur. Quod si aufugiat Pater, aut moriatur, aut*

pretium

pretium nullum redimendi filiam ipsi suppetat, serviendum filia ad tempus usq; manumissionis. Abarbenel Comment. in Pentat. fol. 178. col. 4. כבר בא בקבלה האמתית שהשגיחה התורה מאד על האמת העבריה שאפילו בקטנותה בהיותה תחת אביה לעשות בה ברצונה הנה לא יוכל למוכרה ממכרת עבד ולא למכרה לנכרי ולא לקרובים אשר אי אפשר שיהיה לה בהם צד יעוד ושאין למוכרה שתי פעמים והיה זה לפי שלא התירה התורת שימטר אדם את בתו אלא במקום שסבור שהקונה אותה ייערנה לעצמו ויקחנה לאשה לו או לבנו כי על הרוב לא יקנה אדם נערה קטנה לעבוד עבודה כי היא לו תוכל לעבוד לחולשת שכלה ואיבריה אלא שישאנה ליופית או לטוב מעשיה כדי ליעדה לו או לבנו: Id est: *Verissima traditione tenemus, Legem Divinam, serva Hebræa maximam curam habuisse. Etsi enim minor adhuc & in patria potestate est, ita ut de ea, ex animi sui sententia statuere (pater) possit, tamen nec in mancipium, nec alicui τῶν ἔξω, nec cuiquam cognatorum proximorum cum quo matrimonium contrahere, jure prohiberetur, eam vendendi jus habet, quin nec bis illam vendere licet. Quorum omnium causa est, quod Lex Divina vendendi filiam, veniam nullam indulsit, nisi spe ineundi matrimonii, ita ut emtor aut sibi, aut filio eam despondeat. Scilicet, haud fere unquam aliquis comparat puellam parvulam ad serviendam servitutem, nec enim ob judicii & membrorum teneritatem, officio fungi potest, sed potius aut forma ejus eximia, aut bonis moribus captus, ut illam sibi, vel filio, uxorem adsciscat.* Sed, de his, amplius legere est apud Mosen Kozensem, Præc. Neg. CLXXIX.

6. Vir despondet filiam &c.] Codex noster MS. Ez Hechajim Hilch. Kidduschin cap. 3. האב מקדש בתו שלא מדעתה כל זמן שהיא קטנה וכשהיא נערה ורשות' ביד שנ' את בתי נתתי לאיש הזה וקדושיה לאביה וזכאי במציאתה ומעשה ידיה ובבתובתה אם נתגרשה או נתארמלה מן האירוסין עד שתבגר ומקבל האב קדושי בתו מיום שתולד עד שתבגר ואפי' היא חרשת או שוטה אם היתה בת ג' שנים ויום אחד מתקדשת בביאה מדעת אביה פחות מבן אם קידשה אביה בביאה אינה מקדשת בגרה הבת אין אביה רשות בה לעולם נתקדשה קודם שתבגר שלא לדעת אביה אינה מקדשת אפי' נתרצת האב אחר שנתקדשה: Id est: *Pater habet plenum jus despondendi filiam, nullo hujus consensu prævio, quam diu Minor est,* (neque annos XII. diemque unum implevit,) *itemq; cum est Adolescentula,* (quod ei nomen proprie convenit, Sex proximis deinde mensibus:) Q. S. E. (Deut.

XXII, 16.) Filiam hanc meam, dederam viro huic. *Atq; hoc casu, lucratur arrham sponsalitiam: prorsus, uti rerum a filia forte inventarum, & eorum, quæ operis ejus parantur, dotis item, si sponsus aut illam repudiet, aut eum mori contingat, dominus evadit, ad plenam usq; filiæ pubertatem,* (sive ad illud usque tempus, quod sex prædictos menses, excipit.) *Licet igitur Patri, filiæ nomine Sponsalia facere, ab illo die, quo nata est, quoad plenam attigit pubertatem, etiamsi ipsa surda sit, aut stulta. Si implevit filia annos tres, & diem unum, volente patre per concubitum desponderi potest, sed si infra hanc ætatem pater eam concubitu despondeat, ea sponsalia nullius momenti sunt. Simul ac plenam pubertatem attigit filia, cessat patris eam despondendi facultas,* (neque, nisi ex filiæ consensu fiunt nuptiæ, estque hactenus pari jure, cum fœminis adultis, quarum patres diem obierunt.) *Enim vero, si ipsa ante plenam pubertatem Sponsalia inscio patre celebrasset, hæc Sponsalia irrita sunt, & quidem adeo, ut ne placatus quidem pater, sic contracta, valida reddere possit,* (unde consequens, si Sponsalia ista, divortium, aut Sponsi mors consequatur, adhuc tamen fœminam illam, Sacerdoti nubere posse.) Hactenus allata, illustrando, Mischnæ nostræ asserto sufficere possunt, quod si quis plura requirat, ea abunde suppeditabunt Kidduschin fol. 41. a. seqq. Maimonides Hilch. Ischut cap. 3. Moses Kozensis Præc. Affirm. XLIX. Schulchan Aruch in parte Even Haëser, Hilch. Kidduschin Num. XXXVII.

6. Sed fœminæ filiam despondendi &c.] Intellige, ut tam valida, & irrevocabilia sint Sponsalia, ac ea sunt, quæ a Patre celebrantur. Interea loci, competit tamen aliqua Matri, imo & Fratribus, suam sive filiam, sive Sororem, despondendi facultas, sed quæ deinde a desponsata intra certum tempus, reddi potest irrita. Liber שאלות ותשובות פרגאונים id est: Quæsitorum a Viris Clarissimis, & ab his Responsorum, p. 28. b. Num. 254. עד מתי הקטנה היתומה שהשיאוה אמה ואחיה יכולה למאן; עד שתהא בת אחד עשר שנה ויום אחד אבל אם שלמו לה יא שנה ויום אחד ולא מאנה סוב אינה יכולה למאן אלא יצאה בגט: id est: (Quæsitus fuit Vir celebris:) *Usq; quo adolescentula, quam orbam patre, Mater & fratres desponderunt, potestas conceditur, illis sponsalibus renunciandi?* (Responsum est ab eo, concedi hanc facultatem (*Quoad implevit ipsa annos XI. & diem unum: Hanc vero ætatem simul ac excessit, renunciare ei porro Sponsalibus non licet*, (quod si autem omnino matrimonium consummare nolit,) *libello Repudii ad id solvendum opus est.* Sed, hæc errore magno laborant. Non enim quoad annos tantum undecim diemque unum nata est puella, facultatem ipsa habet re-

bet renunciandi Matris, Fratrumque, ſuo nomine contractis ſponſalibus, ſed omnino annum integrum iſti termino annumerare, & ad pubertatem uſque puellæ, hanc licentiam extendere oportet. Fortaſſe ſolo Librariorum vitio cum ב' ſcriptum eſſet, in יא & אחד עשר id degeneravit. Nam res cæteroquin dubio caret. Maimonides Hilch. Geruſchin c.11.§.1. עד מתי הבת ממאנת כל זמן שהיא קטנה עד שתהיה נערה id eſt: *Quamdiu licet puellæ renunciare Sponſalibus? Omni eo tempore, quo in pueritia conſtituta, usq; dum exiſtit* נערה At hoc fieri anno duodecimo, dieque uno impletis, cum pili ſaltem duo, in loco debito ſe exerunt, nemo harum literarum tam rudis eſt, qui neſciat. Nec aliter etiam nunc inter Judæos obtinere, teſtis eſt Scriptor recens R. Leon Modena, in libello Hiſtor. de Rit. Hebr. part. 4. c. 4. inquiens: *Una fanciulla picciola, di meno età di dieci anni, orfana ſenza padre, o haueſſe padre, e foſſe gia vedouata, che foſſe ſtata ſpoſata per conſenſo della madre, o fratelli da qualch' uno, e che a lei non piaceſſe, fin che habbia ſegno di donna doppo dodici anni ed vn giorno, gli vien a tempo di rifiutar quel marito, e dir che non lo vuole, di che piglia due teſtimoni, ed eſſi gli ſcriuono queſta rinontia, e con queſto può partirſi da lui, e marita-ſi con chi le piace.* Atque ex his, ſimul pateſcit, quibus ritibus renunciatio peragatur. Scilicet, oportet, ut puella Sponſalibus renunciatura, coram duobus minimum teſtibus, qui tum ſe, tum Sponſum, probe cognitos habent, ex ſui animi ſententia dicat, edicatque:

אין רצוני בקידושין שקדשוני אמי או אחי:

Id eſt:

HAUD MIHI PLACENT SPONSALIA QUIBUS MATER, (aut FRATRES,) ME DESPONDERUNT:

atque ſic ejus rei teſtimonium concipere Teſtes ut jubeat. Nec mora, Teſtes Inſtrumentum Renunciationis conficiunt, ſolemni, & antiquiſſima Formula, quam Codex noſter MS. Ez Hechajim Hilch. Gittin cap. 11. & Maimonides quoque, loco paulo ante indicato, exhibent:

נט מיאן:

בכך בשכרת כך וכך יום לחדש פלוני שנת
כך וכך למנין פלוני מיאנ פלנירת ברת פלוני
בפנינו ואמרה שאמי או אחי המעוני
וחשיאוני או קידשוני ואני קטנ לפלוני בר

פלוני והשתא גיליתי דעתי קדמיכון דלא
צבינא ביה ולא קאימנא עימיה וברקנא
פלונית דא ואתברדה לנא דעדין קטנה
היא ובתבנא וחתמנא ויהיבנא לה לזכות
ולראיה ברורה׃

פלוני בר פלוני עד׃
פליני בר פלוני עד׃

INSTRUMENTUM RENUNCIATIONIS SPONSALIORUM.

Die Hebdomadis N. Dieq; Menſis N. N. Anno N. computationis N. renunciavit coram nobis Sponſalibus N. Filia ℞ N. dixitq;: Mater mea, (vel *Fratres mei,*) *obligarunt me, elocarunt me, & deſponderunt me, quæ impubes ſum ℞ N. Filio ℞ N. Nunc vero vobis mentem meam declaro, non placere mihi iſtum hominem, nec cum eo me victuram. Cæterum, exploravit nobis N.* (fœmina honeſta, habitudinem corporis ejus,) *conſtititq; nobis, illam inveſtem eſſe. Hæc igitur ſcripſimus, ſignavimus, illiq; dedimus, in fidem, & valiturum teſtimonium.*

N. Filius ℞ N. vocatus teſtis.
N. Filius ℞ N. vocatus teſtis.

Quod reliquum eſt, uti hactenus tantum, de poteſtate, quæ Matri, aut Fratribus, in Filias, Sororesque, Patre earundem mortuo competit, ſermonem

nem fecimus; Ita, An superstite adhuc Patre, sed peregre profecto, Matri, vel Fratribus idem jus nascatur? parum liquet Judæis, & in ea re adhuc disputant: Even Haëser Hilch. Kidduschin p. 15. col. 2. קטנה שהלך אביה למדינת הים ששיאוה אחיה ואמה הוו קדושין וצריכה מיאון וכי אתי אביה לא בעיא קדושין אחרי ויא שאינם קידושין ואפילו מיאון אינה צריכה: Id est: *Si filiolam parvulam, cujus Pater in longinquam abiit Regionem, Mater, ejusq; fratres despondeant, justa sunt Sponsalia, ita ut ad ea irrita reddenda requiratur, filia olim iis testatò renunciet: atq; si redeat Pater, novis Sponsalibus haud opus est. Sunt tamen aliqui, qui hæc Sponsalia pro nullis reputant, ita ut ne quidem ipsa desponsata, iisdem renunciare cogatur.* Sed huic quidem controversiæ decidendæ, judicem cœlitus sibi obventurum, Judæi fortasse præstolantur.

7. Vir nudus lapidibus obruitur &c.] Celebris Vir, Hugo Grotius, ad Johannis cap. VIII. commentans, explicaturus Lapidationis apud Hebræos ritum, non satis discrimen hoc observavit, ait enim nude, & indifferenter: *Statuebatur vir aut mulier, nudi parte aliqua, & manib. vinctis, in cataracta alta, quantū bis fert mediocris hominis statura.* Clarius, & distinctius, docebimus totam rem, ex Codice nostro MS. Ez Hechajim Hilch. Dine Mammon. Unephasch. cap. 6. כך מצות הנסקל בירת הסקילה גבוה שתי קומות היו מפשיטין המחוייב סקילה בגדיו רחוק בירת הסקילה די אמות ומכסים ערותו לפניו ואין האשה נסקלה ערומה אלא בחלוק אחד: Id est: *Sic de Sontibus, sumtum fuit Lapidationis supplicium. Locus Lapidationis, altus erat, hominis staturam geminam. Huic vero pœnæ destinatum, vestibus exuebant, cum quatuor cubitos, ab illo loco abesset, velatis tamen ejus anterioribus. At Fœmina nequaquam nuda, sed interulam aliquam induta, lapidibus obruitur.* Cum hæc tam bene se habeant, & non possint non grata esse cordato Lectori, addam ex eodem præstantissimo Codice, quæ porro ad hunc ritum pertinent, ut omnia teneat. ועולה לבית הסקילה הוא ועדיו וידיו אסורות ואחד מן העדים דוחו על מותניו והוא נהפך ונופל על לבו בארץ אם מת בה יצא ואם לא מת מרחיפה זו מגביהין העדים האבן שהיתה מונחת שם משא שני אדם והעד השני מרפה ידיו ומשליך האבן על לבו אם מת בה יצא ואם לאו רגימתו בכל ישראל שני יד העדים תהיה בו בראשונה להמיתו ויד כל העם באחרונה: Id est: *Reus,* (exutus vestibus,) *ascendebat locum Lapidationis, suis comitatus testibus, manus habens ligatas. Ibi unus testium, dato lumbis,* (rei hominis) *impulsu valido, ut sese vertens, prono corpore in terram decidat, efficit. Si moriebatur* (hoc lapsu,) *acquiescendum erat; quod si vero vitæ quid esset reliquum, tollebant Testes lapidem, qui ibi in eum*

finem

ſinem jacebat, & non niſi a duobus hominibus elevari poterat, atq; hunc alter teſtium in reum demiſit: Sic extincto homine, ſupplicium peractum erat: animam vero ad huc agente, omnis adſtans multitudo lapidibus ad necem usq; illum petebant: ſic enim S.E. (Deut. XVII, 7.) Manus teſtium primum eſto contra eum, ut morte afficiant eum; poſtea vero manus totius Populi. Confer Miſchnam Sanhedrin c. 6. §. 4. Maimonidem Hilſch. Sanhed. cap. 15. & Moſen Kozenſem fol. 188. col. 3. e quibus Autor Codicis noſtri, ſua eſt mutuatus.

8. Vir ſuſpenditur, fœmina non item.] Pergimus liberales eſſe; ex eodem MS. communicaturi, quæ ad hanc quoque rem illuſtrandam pertinent: מצות עשרת לתלורת המגדף והעובד עו"ז שנ' כי קללת אלהים תלוי הרי מגדף ועובד עו"ז נאמר את ה' הוא מגדף והאשה אינה נתלית שנ' באיש חטא אבל כל ארבע מיתות איש ואשה דנין וכך מצות הנתלין אחר שסקלוהו משקעין קורה בארץ והעץ יוצא ממנה ומקיפין שתי ידיו זו לזו ותולהו סמוך לשקיעת החמה ומתירין אותו מיד ואם לאו עוברין בלא תלין נבלתו אין תולין על אילן המחובר לקרקע רק על התולש שלא יהיה מחוסר קציצה שהעץ שנתלה עליו נקבר עמו שלא יהיה זכרון רע ואמרו זה העץ שנתלה עליו פלוני וכן האבן שנסקל בה וסייף שנהרג בו ההרוג וסודרין שחונקין בהן הכל נקברין בחפיסת חנהרג אבל לא נקבר * עצמו בצדו: id eſt: *Inter Ajentia Præcepta, eſt quoq; illud, ut blaſphemi & idololatræ ſuſpendantur.* S. E. (Deut. XXI, 23.) Nam blaſphemiam Dei, (qui facit) ſuſpenſus eſto: *Quibus verbis aperte blaſphemus innuitur. Atq; de idololatra quoq;* (Num. XV, 30.) *dicitur, quod*, Dominum blaſphemet. (Sequitur igitur, par utriuſque eſſe ſupplicium.) *Cæterum fœmina*, (etſi horum criminum rea eſt, tamen) *non ſuſpenditur, quippe* (Deut. XXI, 22. ubi de ſuſpenſione ſermo inſtituitur) S. E. Cum erit in Viro peccatum: (quod, Sctipturam fœminas excluſas velle, indicio eſt.) *Interim, quantum ad quatuor illa ſupplicia, quib. perimuntur ſontes, attinet, iisdem tam viri quam fœminæ indiſcriminatim affici debent. Sic vero peragitur Suſpenſio. Poſtquam* (homo blaſphemus, aut idololatra) *lapidatione enectus eſt, defigitur trabs in terram, e cujus latere lignum quoddam prodit, ex eo per manus inter ſeſe junctas prope occaſum Solis ſuſpenditur cadaver, & mox iterum tollitur, id enim niſi fiat, violaretur interdictum* (Deuter. XXI, 23.) Ne pernoctato cadaver ejus. *Non facienda ſuſpenſio, in arbore, quæ in ſolo radicata eſt, ſed tantum in pridem evulſa, ne reſectio vitium pariat, arbor enim in qua pependit*

*Non dubito, corruptam eſſe hanc vocē, legendumque בקבר

pendit cadaver, cum eodem illo ſepelienda eſt, ne vel malè ominatæ extet memoria, dicantq; prætereuntes: Hæc eſt illa arbor, in qua N. fuit ſuſpenſus. Atq; ſic lapis, quo lapidatio, & gladius, quo capitis præciſio, & Sudaria quibus ſtrangulatio, peracta ſunt, ſepeliuntur, haud procul a cadavere, (& in quatuor ulnarum ejus circuitu,) *ipſi tamen ſepulchro, in quo cadaver conditum eſt, hæc non inferuntur.* Iterum juvabit, conferre Smag, & Maimonidem, locis ſupra indicatis, itemque Miſchnam Sanhedrin dicto cap. 6. §. 4. Et vero, in Miſchna hac, R. Elieſer, contra communem Doctorum opinionem, non viros tantum, ſed & fœminas ſuſpenſas fuiſſe aſſerit, eo tamen diſcrimine שהאיש תולין אותו פניו כלפי העם והאשה פניה כלפי העץ id eſt: *Ut Mas ſuſpenſus fuerit, faciem populo obverſus, Mulier, faciem converſa ad arborem*: Sed huic ſententiæ ab omnibus reclamatum eſt, definitumque non niſi in maribus ſuſpenſionem locum inveniſſe, unde id in Miſchnam noſtram fuit translatum. Deciſionis hujus cauſa quærenda in illo Deut. XXI, 22. ותלית אותו Et ſuſpendes *ipſum*: Ubi vox *ipſum* de fœmina accipi non poteſt. Hactenus dicta, liquido oſtendunt, quantus magnorum Virorum error ſit, qui antiquitatis Judaicæ ignari, ſuſpenſionem, in crucifixionem commutarunt, omnino perſuaſi crucis ſupplicium apud eam gentem moribus Inſtitutisque Majorum fuiſſe receptum: adverſus quos Exerc. 16. in Annal. Baron. Num. 77. diſputanti Caſaubono, hæc noſtra ferent ſuppetias, ſi evocentur.

9. Vir ob furtum admiſſum venditur] Codex noſter MS. Ez Hechajim non poteſt ſatis laudari, ecce rurſus in eo Hilch. Gonev Mammon c. 1. ad hæc declaranda, præſidium. קרן וכו׳ משלם ממטלטלין אין לו גובין ממטב שדהו אין לו כלום בד׳ מוכרין אותו ויתנו דמיו לנגנב שנ׳ ואם אין לו ונמכר אין אשה נמכרת אין גנב נמכר על כו׳ רק על הקרן הקרן מאה ודמיו ג׳ נמכר ושאר הקרן עם כו׳ חוב עד שיעשיר דמיו מאה ואחד אין נמכר בגניבתי שיהיו כל דמיו נבלעין בגניבתו גנב ונמכר וגנב עוד לראשון יהיה הכל חוב ולא ימכר לשאר אנשים ואפי׳ למאה וה אחר זה נמכר מאה פעמים גנב לזה ועוד לזה עוד לזה דמיו כנגד קרן שלשתן או פחות נמכר ומחלקין ושאר הכפריות חוב דמיו יתר לא ימכר והכל חוב שוהפין שגנבו כאחת משלשין ביניהם וכל אחד נמכר בחלקו מן הקרן וכל שדמיו יתר על הקרן חייבו אין נמכר: Id eſt: (Fur, furti convictus) *reſtituit ſortem*, (ſive rem ablatam,) *& duplam, quadruplam, aut*, (pro circumſtantiis admiſſi facinoris,) *quintuplam etiam æſtimationem, ex bonis ſuis mobilibus. Si his careat, ejus quod inter immobilia bona optimum eſt, fieri debet auctio. Si nihil prorſus*

habeat; Magiſtratus loci eum vendit, & pretium illius dat domino rei ablatæ, ſecundum id quod S. E. (Ex. XXII, 3.) Si non eſt ei, vendatur. *Fœmina* (ob admiſſum furtum,) *non venditur; quin nec Vir venditur, ob duplam quadruplam aut quintuplam æſtimationem, ſed tantum propter Sortem. Si Sors æſtimetur*, (exempli gratia, aureis) *centum, atq; fur æſtimetur quinquaginta, vendendus eſt, ob reſiduum autem ſortis, cum dupla, quadrupla, aut quintupla æſtimatione, tamdiu in ære manet, quoad diteſcat. At ſi pretium furis, ſint aureæ centum & unus, non vendi debet, nam* (ut venditio locum habeat,) *oportet ut totum furis pretium, in furtivæ rei æſtimatione abſorbeatur*, (nihilq; ex eo ſuperſit.) *Si is qui poſt furtum admiſſum venditus erat*, (libertati poſtliminio reſtitutus) *iterum, eidem cui olim res ſubduxit, furtum faciat*, (porro haud venditur, ſed donec rem paret,) *manebit debitor. Quod ſi idem alii quid furetur*, (vendendus eſt,) *atq; ſi centies, ex intervallis*, (apud diverſos patresfamilias clepſerit,) *centies venit. Si quis & huic, & iſti, & illi* (eodem tempore) *furetur, atq; furis pretium ſortem rerum ablatarum æquet, aut minus ſit, vendi debet, atq; æqua facienda diviſio, ob pœnales vero æſtimationes, permanet obæratus. Si furis pretium majus ſit, pretio rerum ablatarum, haud vendere eum licet, ſed totum debitum illi credendum. Si* (fures tres,) *facta ſocietate, ſimul furentur*, (rei ablatæ pretium) *inter ipſos æqualiter dividendum eſt, atq; eorum quisq; ob partem ſortis quam luere cogitur, vendendus; ſed ſi alicujus horum pretium, amplius ſit, ea portione ſortis quæ ſe tetigit, vendi prohibetur.* His conſona ſunt apud Maimonidem Hilch. Geneva c. 3. Schulchan Aruch parte Choſchen Miſchpat p. 119. col. 2.

10. Fœmina ob furtum &c.] Iis quæ in hanc rem jam modo attulimus, addendum Maimonidis dictum, Hilch. Avadim c. 3. §. 6. אין האשה נמכרת בגניבתה וכן אינה מוכרת את עצמה ואינה קונה לא עבד עברי ולא עבר כנעני מפני החשד: id eſt: *Fœmina ob commiſſum furtum non venit, pariter nec ſeipſam venundare poteſt. Eadem, nec Servum Hebræum, aut Cananæum ſibi emit, vitandæ ſcilicet ſiniſtræ ſuſpicionis cauſa.* Cæterum, neque hoc, de fœmina ob furtum non vendenda, Magiſtri temere ſtatuiſſe videri volunt, cauſando Ex. XXII, 3. בגניבתו diſerte legi, atque huic verbo quod affixum eſt, tantum ad mares attinere.

11. Nequit] Dictum eſt hactenus, de differentiis, quæ intercedunt, inter Virum & Fœminam, quare, non alienum a propoſito eſt, ex Miſchnæ Biccurim cap. 4. nunc porro docere, quid boni de ANDROGYNO qui & virili & muliebri ſexu, ex æquo præditus eſt, Hebræorum Jure conſulti cenſeant. Atque tanto majus operæ pretium referemus, quia illud caput, in Talmudis omnibus, Miſchnæ quoque plerisque, quas nobis tractare licuit, Editionibus, abeſſe deprehenditur, nec

nec a quoquam Commentatorum, quod equidem ſciam, fuit explicatum. Quia igitur nihil, in Rabbinis mihi præſidii, fatendum prius ingenue, occurrere hic quasdam difficultates, & contradictionem quoque apertiſſimam, in quibus explicandis conciliandisque, non perfunctorie defatigatus ſum. Fortaſſe idem quisque experietur, qui remota noſtra verſione, novæ concipiendæ, volet facere periculum. Unde apud rerum benignos æſtimatores, ignoſcendi dabitur locus, ſi me alicubi lapſum ſentient. Ea ſpe fretus, jacio aleam.

אנדרוגינום יש בו דרכים שוה לאנשים ויש בו דרכים שוה לנשים ויש בו דרכים שוה לאנשים ונשים ויש בו דרכים אינו שוה לא לאנשים ולא לנשים כיצד שוה לאנשים מטמא בלובן באנשים וזוקק לייבום באנשים ומתעטף ומסתפר באנשים ונושא אבל לא נשא באנשים וחייב בכל מצות האמורות בתורה באנשי : כיצד שוה לנשים מטמא באודם בנשים ואינו מתייחד עם האנשים בנשים ואינו עובר על בל תקיף ולא על בל תשחית ולא על בל תטמא למתים בנשים ופסול מן העדות בנשים ואינו נבעל בעברה בנשים ונפסל מן הכהונה בנשים : כיצר שוה לאנשים ולנשים חייבים על מכתו ועל קללתו באנשים ובנשים וההורגו שוגג גולה ומזיד נהרג באנשים ובנשים ויושבת עליו דם טמא ודם טהור באנשים ובנשים וחולק בקדשי קדשים באנשים ובנשים ונוחל לכל הנחלות באנשים ובנשים ואם אומר הריני נזיר שוה * איש ואשה הרי זה נזיר : כיצד אינו שוה לא לאנשים ולא לנשים אין חייבים לא על מכתו ולא על קללתו לא באנשים ולא בנשים ואינו נערך לא באנשים ולא בנשים ואם אומר הריני נזיר שוה * לא איש ולא אשה אינו נזיר :

* Sic eſt in Miſchna Amſtelodamenſi, quæ vocales adſcriptas habet, ſed præfero שוה prout legitur in editione cui Bartenora & Maimonides adduntur.

* Iterum malo legere שוה

Id eſt: *Androgynus, in quibusdam caſibus reputatur pro Mare, in quibusdam pro Fœmina: In quibusdam caſibus cum utrisq;, in quibusdam cum neutris participat. Qui ſint illi caſus, in quibus reputatur pro Mare? Scilicet: Ex gonorrhœâ immundus redditur, uti mares. Fratris ſine prole maſcula defuncti viduam, Leviratus jure ducit, aut ſi ipſe orbus filio diem obeat, ejus uxor ſuperſtes, Leviratus jure ducenda eſt, in quo & ipſo mares imitatur. Porro, virili utitur veſte, atq; virorum inſtar comam barbamq; detondendi jus habet. Amplius, ducit uxorem, neq; ipſe ducitur. quod iterum cum maribus ei commune eſt. Denique virorum inſtar, ad implenda omnia Divina Legis præcepta obligatur,* (cum fœminæ a multis, præcipue quæ Ajentium numero ſunt, immunitatem habeant.) *Qui ſint illi caſus in quibus Androgynus reputatur pro Fœmina? Cum ſanguinis fluxum patitur; pollutus habendus eſt, uti fœmina. Non licet ei ſolo cum maribus morari, prorſus uti nec fœminis idem facere licet. Ad Androgynum non attinent interdicta,* (quibus Deus Levit. XIX, 27.) *angulos capitis, angulosq; barbæ præſcindere ac radere vetat: quæ & ipſa ad mulieres nihil attinent.* (Si Sacerdote genitus ſit Androgynus,) *filiarum quas Sacerdotes procrearunt, inſtar, mortuis ſeſe promiſcue polluere ei licet. Eſt porro Androgynus ineptus ad dicendum teſtimonium, plane uti fœmina. Sunt quoq; Androgyno dicta omnes leges, quæ Levitici XX. inhoneſtos muliebres concubitus concernunt, ne quid turpe in ſe admittat, uti quoq; fœminis in ſcelus conſentire nefas eſt. Adde* (quod Sacerdote genitus Androgynus,) *miniſteriis ſacris in templo non fungitur, a quibus arcentur & fœminæ. Qui ſint illi caſus, in quibus & cum Maribus & cum fœminis Androgynus participat? Si quis Androgynum percutiat, ſecundum leges* Exodi XXI, 18. ſeqq. *deſcriptas, judicandum erit, & quæ obtinent, ſive virum ſive fœminam quis percutiat. Itemq; ex lege* Levit. XIX, 14. *non imprecandum Androgyno, quæ ipſa, & viris & fœminis imprecari prohibentur. Qui Androgynum caſu occidit, in civitatem aliquam refugii exulatum ire debet, ſed qui data opera Androgynum vita privat, morte afficiendus eſt, quod idem tam in fœminarum quam marium, ſive forte, ſive ex deſtinatione factis cædibus, obſervatur. Si quem Androgynum mater peperit, præceptis puerperii, quæ Levit. XII. de diebus immundis atq; de diebus purgationis ſanguinis, habentur, mos gerendus eſt, plane uti cum marem aut fœminam, quæ mulier enititur, obſervatio dierum immundorum & purificationis exigitur.* (Veriſimile vero eſt, dies immundos XIV. & purificationis XXX. puerperam quæ Androgynum edidit, computare debere, ut legi utrique præſtetur obſequium, & maximus numerus dierum immunditiei, ex lege attinente ad puellarum, & minimus dierum purificationis, ex lege attinente ad puerorum procreationem, capiatur.) *Porro herciſcunda familia Androgyno jus eſt, prorſus uti virilis aut muliebris ſexus liberis*

liberis cæteris. *Tandem si quis* (Androgynum intuens,) *dicat*: Naziræatum voveo, istum & virum esse, & fœminam. *Tum qui hæc protulit, Naziræus esse cogitur. Qui sunt illi casus, in quibus Androgynus nihil, nec cum viris, nec cum fœminis participat? Si* (pater) *sit Androgynus, tum qui eum percutiunt, aut qui ei maledicunt* (liberi,) *supremo supplicio affici non debent, quod quidem Androgynus proprium & peculiare habet*, (nam liberis cæteris tale quid adversus parentes audentibus, ob Leges Divinas, Ex. XXI, 15. 17. literis consignatas, id capital fuerit.) *Sed nec Androgyni nulla est æstimatio, ac proinde non attinent ad eum quæ Levit. XXVII. de virorum & fœminarum æstimatione proponuntur. Postremo, si quis dicat*: Naziræatum voveo, istum nec virum esse nec fœminam: *Tum, qui hæc protulit, a Naziræatu liber est ac immunis*: (proprie enim nec vir est Androgynus, nec mulier, sed simul utrumque.)

Olim, cum inter cætera ostenta, Androgynus Romæ natus esset, ibi Livii l. 27. Histor. c. 13. testimonio, id prodigium majoribus hostiis procuratum, & supplicatio circa omnia pulvinaria, & obsecratio in unum diem, indicta: & decretum, ut C. Hostilius Pr. ludos Apollinis, sicut iis annis voti factique erant, voveret faceretque. Alio tempore, quod est apud eundem Livium l. 31. c. 12. nati Androgyni, extemplo in mare deportari jussi sunt: Tanta apud Romanos Androgynorum erat exsecratio. Sed nos, nihil siniştri ominamur, etsi cum Androgyno multum negotii nobis intercesşit, eumque hujus capitis constituimus colophonem.

EXCERPTA GEMARÆ.

פרק ג׳

אגדת א׳:

מני מתניתין דתנייא כמה זכות תולה שלש חדשים כדי הכרת עובר שנאמר ונקתה ונזרעה זרע דברי אבא יוסי בן חנן רבי אלעזר בן יצחק איש כפר דרום אומר תשעה חדשים כתיב הכא ונקתה ונזרעה זרע וכתיב התם זרע יעבדנו יסופר ליי לדור זרע הראוי לספר רבי ישמעאל אומר שנים עשר חדש ואף על פי שאין ראוי לדבר זכר לדבר שנ׳ להן מלכא מ מלכי ישפר עלך וחטייך מ בצדקה פרוק ועוייתך נמיחן ענין הן תיהוי ארכא דכתיב לשלותך וכתיב כולא מטא

CAPUT III.

EXCERPT. I.

1 AD cujus mentem erit *Sententiæ*? Traditio extat: Quamdiu bonum aliquod opus (*vindictam*) ſuſpendit? Per tres Menſes. (*Tamdiu ſcilicet*,) quoad agnoſci queat, an mulier uterum ferat: Q. S. E.[2] (Num. V, 28.) *Inſons erit, quoad ferat ſemen.* Atque hæc ſententia eſt Abba Joſe, filii Chanan. R. Eleaſar F. I. e[3] Cephar-derom oriundus, ait, ipſos menſes novem, (*ob pietatem impediri poſſe effectum*,) [4] quia in loco adducto legitur: *Inſons erit quoad conſequatur ſemen.* Alibi vero: (Pſ. nimirum XXII, 31.) *Semen ſerviet ei, narrabitur Domino in generationem.* (*Ergo* [5] *ſignificatur*) ſemen, aptum (*ad laudem*) enarrandam. R. Iſmaël (*univerſos*) duodecim menſes (*differri*) contendit: [6] Atque, etſi firmo argumento id probare haud poteſt, habet

על נבוכר נאצר מלכא וכתיב
לקצת ירחין חרי עשר לעולם
רבי ישמעאל היא ואשכחן
קרא דתאני ומתלית דכתיב
כה אמר יי על שלשה פשעי
אדום ועל ארבעה לא אשיבנו
ומאי אף על פי שאין ראיה
לדבר זכר לדבר דאיכא גם
למפרך דלמא שני נוים דלא
מיפקד דינא עלייהו:

habet tamen qualemcunq; rationem topicam: [7] Q.S.E. (Dan. III, 57.) *Quapropter*[8] *o Rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua justitia abrumpe; & iniquitates tuas gratia erga afflictos:*[9] *Sic erit prorogatio tranquillitati tuæ.* Sequitur ibidem: (v. 59.) *Totum hoc supervenit Nebucadnezari Regi.* Denique subjungitur (c. IV, 1.) [10] *Exactis mensibus duodecim.* (*Igitur διατύπωσις*) non potest non esse [11] ad mentem R. Ismaëlis, nam locus nobis (*Scriptura*) suppetit, quo iterare & [12] tertiare (*Deum moras, docetur.*) Q.S.E. (Amos I, 11.) *Sic ait Dominus: Ter quidem defectiones Edomi, sed non quater avertam istud.* [13] Quare autem paulo ante dictum, firmo id argumento probari non posse, sed tantum qualicunque topica ratione? Quia potest quis instare, (*dicere*q:) [14] Forsitan Gentilium diversa ratio est, nam adversus eos, sententia non confestim promulgatur.

ANNOTATA.

1. Ad cujus mentem erit *διατύπωσις*?] Sic prout edidimus, nude legunt Codices En Jacob. At Talmudis Editiones longe plenius habent: סני מתני לא אבא יוסי בן חנן ולא ר"א בן יצחק איש כפר דחם ולא ר' ישמעאל ותניא אם יש לה זכות תולה לח ג' חדשים כדי הכורת וכו': Sed tamen, sensus etiam in libris En Jacob constat, hoc enim Gemara vult dicere: Sunt variantes, de dilatione, qua Deus in exercenda vindicta, utitur, Magistrorum apud nos sententiæ, eæq; mox afferentur. Hinc jam simul, occasio dabitur quærendi, cum quo illorum Mischnæ nostræ, hactenus conveniat, dum perhibet, aquarum Sotæ, vim feralem, per annos tres etiam, posse suspendi?

2. In-

2. Insons erit, quoad ferat semen] Huc tendit, illa quam Abba Jose, innuit collectio: Quia *insons erit*, necesse est, bonum aliquod opus præcesserit: Illud vero, & *ferat semen* de eo intervallo temporis capiendum videtur, post quod agnosci potest, ferre mulierem uterum, id est de mensibus tribus,

3. Cephar-Derom] Usitatissimum fuit Judæis, locorum nomina cum כפר componere, non secus ac nos Germani in re simili vocem *Dorf*, aut *Statt*, creberrime adhibemus, Galli vero, suum *Ville*, solent subnectere. Quia in Novo Testamento *Capernaumi*, quæ urbs כפר נחום Hebræis sonat, toties mentio injicitur, hujus in gratiam, non pigebit afferre, quæ observavimus, nomina ejusdem generis: כפר תמרתא Habemus infra cap. 7. in Excerptis nostræ Gemaræ: כפר נבוריא & כפר גבור in Megilla fol. 18. a. כפר חיטיא in Chagiga fol. 5. b. כפר מנדי in Excerptis Jerusalmi, quæ extant in En Israël fol. 187. col. 4. כפר הינו in Ketuvot fol. 112. a. כפר ביש item כפר שחליים nec non כפר דכריא præterea כפר סכניא occurrunt in Gittin fol. 57. a. כפר רמא: כפר חנינה: כפר הבבלי legas apud Maimonidem Hakd. Sed. Seraim. In Libello de Cippis Hebræorum, quem Hottingerus edidit pag. 51. כפר ענן pag. 57. כפר נוח & pag. 63. כפר מנדה: כפר כינה atque כפר גנם memorantur. Agmen claudat locus e Schalsch. Hakkab. p. 34. a. נבוּ פרק מר * ובת בתוספות אומרים שארם נהרים שהיה יושב לבן הארמי וארם צובא שכבש דוד המלך הכל אי והזוהר פרשי וירא אומר כי מתא מחסיא היתה נקראת כפר טרשא ולפי שהיו מתים שם הרבה במגפת רב אחא התירים בתשובה ולמד אותם שיאמרו בכל יום פרש תהקטורת ונתרפאו ואפ קראו המקום הזא מתא מחסיא Id est: *In Bava Kama c. 7. & in ejusdem Tosephot, dicitur, Aram Naharaim, quam incoluit Laban Arameus, & Aram Zoba quam David jubegit, civitatem eandem esse. Porro in Sohar ad Sect.* וירא *legimus, quod Meta Mechasja quondam vocata fuerit* Kephar Tarscha, *cum vero ibi peste homines plurimum perirent, ad pœnitentiam eos perduxit, R. Acha, autore illis fuit, singulis diebus Pericopen quæ de sacro suffimento agit,* (& Ex. XXX, 34. seqq. extat,) *recitarent,* (quod cum fecissent,) *cessavit pestis, illiq; urbi nomen* Mata Mechasja *inditum.*

* Legendum מרבת

4. Quia in loco adducto &c.] Paulo aliter Talmudis Editiones, שנאמר ונקתה ונזרעה זרע ולהלן הוא אומר זרע יעבדנו וכו׳ quo discrimine nullum levius.

5. Signi-

5. Significatur ſemen &c.] Id, conferendo locum Pſ. XXII, 31. concludit R. Eleaſar, nequaquam Num. V, 28. intelligi ſemen, quod ſuam tantum in utero prodit conceptionem, ſed potius tale, quod in hominem perfectum evalit, & in dias auras luminis prodiit, cum hoc ſolum, Deum laudare, eique ſervire, queat. Quare infert, neceſſe eſſe, ut vindicta, minimum menſes novem differatur, quoad mulier ſuo partu ſit levata.

6. Atque etſi firmo argumento &c.] Uiſitata hæc eſt, in Talmude, aliisque libris antiquis formula. Ac quod ad Talmud attinet, non niſi ad Peſachim provocabimus. Legitur fol. 7. b. בודקין את החמץ לאור הנר אפ"ש שאין ראיה לדבר זכר לדבר שני שבעת ימים שאור לא ימצא Id eſt: (Nocte ante paſchatis pervigilium,) *fermentum ad candelæ lumen perquirendum, cujus rei, etſi firmum argumentum, tamen qualiscunq; ratio non deficit*: Q. S. E. (Ex. XII, 19.) Septem diebus fermentum non reperietur. Sequitur mox: חנו רבנן אין בודקין לא לאור החמה ולא לאור הלבנה ולא לאור המבוקה אלא לאור הנר מפני שאור הנר יפה לבדיקה ואפ"ש שאין ראיה לדבר זכר לדבר שני שבעת ימים שאור לא ימצא: Id eſt: *Ita tradentibus Magiſtris, non perquirendum fermentum, nec ad Solis, nec ad Lunæ, nec ad Facis accenſæ lumen, ſed ad lumen candelæ, hoc enim rebus perquirendis aptiſſimum, cujus rei etſi firmum &c.* In eodem tractatu fol. 53. a. extat: תניא רבן שמעון בן גמליאל אומר סימן להרים מילין סימן לעמקים רקלים סימן לנחלים קנים סימן לשפילה שקמה ואפ"ש על פי שאין ראיה לדבר זכר לדבר שני ויתן המלך את הכסף בירושלם כאבנים ואת הארזים נתן כשקמים אשר בשפלה: Id eſt: *Extat traditio, dixiſſe R. Simeonem Gamalielis filium: Indicium montium ſunt Fraxini: indicium Vallium ſunt Palmæ, Indicium Amnium ſunt Cannæ, indicium Planitiei ſunt Sycomori. Atq; etſi ſolida hujus aſſerti ratio non ſuppetit, ſuppetit tamen quædam* vibarſins Q. S. E. (1. Reg. X, 27.) Et reddidit Rex argentum Hieroſolymæ ut lapides, & Cedros reddidit ut Sycomoros, quæ creſcunt in planitie. Siphri fol. 4. col. 1. לימד על בנות ישראל שהן מכסות ראשיהם ואפ"ש על פי שאין ראיה לדבר זכר לדבר ותקח תמר אפר על ראשה: Id eſt: (Quia Sacerdos Sotæ crines diſturbavit) *docetur, mulieres judaicas, tectis fuiſſe capitibus, ejusdemq; rei etſi non argumentum evidens, ſaltem qualiscunq; probatio peti poteſt ex illo*: (2. Sam. XIII, 19.) Tum Thamar aſſumtum cinerem impoſuit capiti ſuo.

7. Q. S. E. Quapropter] Codices En Jacob שנאמר Talmudis

mudis דכתיב legunt, inter quæ nihil fere intercedit diſcriminis, quare iſta lectionum diverſitas, ut ejus fieret indicium, ne merebatur quidem.

8. O Rex conſilium meum] His verbis, denique alloquitur Daniel Nebucadnezarem, cum prius pœnam, qua Deus in illum erat animadverſurus, prædixiſſet.

9. Sic erit prorogatio] Id eſt: Sic illud malum, quod capiti tuo jam imminet, & actutum te manere debebat, nonnihil differri poterit.

10. Exactis menſibus duodecim] Omnia eventus comprobavit, quæ Daniel, de brutali vita a Nebucadnezare agenda, prænunciaverat, nihilo minus executio per menſes duodecim dilata eſt, nam morem is geſſerat, Danieli bene monenti, & bonum opus fecit. Quale illud? Nimirum, ſi R. Salomoni credimus: חיט מקבץ בכל יום עניי ישראל שהביא בגולה והיו צריכין למזונות ומפרנסן Id eſt: *Quotidie Judæos pauperes, quos ipſe captivos abduxerat, cibo egentes, congregavit, eosq. aluit.*

11. Ad mentem R. Iſmaëlis.] Si quid judicare poſſum, proba, ſana, & neceſſaria eſt lectio, quam exhibemus. Talmudis Editiones, in quibus eſt: לטולסי' ישמעאל ואשכחן קרא דאמר ותני דכתיב כה אמר וגו' non admodum moror.

12. Tertiare moras &c.] Hoc volunt: Conſtat ex ſupra dictis, primum apud Deum dilationis terminum, eſſe menſium duodecim: jam quia probatum dare poſſumus, hunc terminum nonnunquam ab eo triplicari, proinde conſequens eſt, fatalem dilationis apud Deum terminum, eſſe annorum trium.

13. Quare autem paulo ante dictum &c.] Id eſt: Cum ejus aſſertionis fundamentum, ipſius Scripturæ dicti, nitatur autoritate, non dicendum erat, topicam tantum ad iſthæc probanda, ſuppetere rationem. Sic pariter in Maſſechet Purim, ſive lepidiſſimo illo Pſeudo-Tractatu Talmudico, cujus editionem ex Vaticano & Noſtro, MSS. Codicibus, emendatiſſimam, in Præfatione hujus operis, recepimus, inſtituitur diſſertatio. Miſchna cap. 2. habet: וכל חייבין בשתיית פורים והקטנות מחצבין אותם למצות בן כמה יהא הקטן ויהיה חייב בשתיית אחריהם שמרים משיזפינו עליו לוי אומר אני בן שבעה ימים כדי שתקרים מצות פורים לברית מילה ואף על פי שאין ראיית לדבר זכר לדבר שנ' סבאך מחולי Id eſt: *Quisq. in Feſto Purim ad ſtrenue potandum obligatus eſt, & adeo Infantes quoq. hujus Præcepti obſervatione initiare oportet.*

Qua

Quæ vero ætas in Puero requiritur, ut potare illum neceſſe ſit, (non arbitrarium?) *Sunt qui hoc ad id tempus reſtringunt, quo in precibus recitandis ejus habetur ratio*, (& quo pubes factus, inter precantes numerum facit.) *At Levi ait: Ego ſeptiduum determino, ut præceptum Purim, fœdus Circumciſionis antevertat. Atq; licet ejus rei argumentũ evidens deficiat, ſuppetit tamen indicium: Nam* (Eſ. I, 22.) S.E. Vinum tuum circumciſum eſt. In Gemara deinde ſequitur: ואף על פי שאין ראיית לדבר ראיית כעלייתא היא מהו דתימ' דברי תורה מדברי קבלה לא ילפינן קא משמע לן דאתא גילוי עלמא היא: Id eſt: *Ain tu argumentum deficere? utiq; argumentum eſt evidentiſſimum*, (ex ipſa Scriptura deſumtum.) *Scilicet cauſari poſſes, ea quæ præceptum aliquod continere dicuntur, non petenda eſſe e Prophetis.* (Cum igitur, Eſaiæ tantum loco, utatur Levi,) *ideo dixit, probationem eſſe vulgarem.* Vide Maimonidem in præfat. Seder Seraim, aut Pocockii Portam Moſis p. 42.

14. Forſitan Gentilium &c.] Id eſt: Forſitan a Gentilibus, ad Judæos, & horum Sotas, non valet collectio. Nam erga Gentiles benignior eſt Deus in hoc mundo, & ſi quid boni ab iis fit, hoc uberrimè repenſat, tardiſſimeque ad eos puniendos progreditur: quippe cum in altera vita, ſatis pœnarum ipſos æternum maneat. Enimvero, adverſus Judæos, ſeverior nunc paulo Deus eſt, & illorum perperam facta continuo punit, nec vel hilum condonat, ut expiati, beatitudine olim fruantur cœleſti. Taanit p. 11. a. בשם שמשלמים שכר לצדיקים בעולם הזה אפילו על מצוה קלה שעושין כך משלמים שכר לרשעי בעולם הזה אפילו על מצות קלת שעושין: Id eſt: *Uti in æterna vita, Piis, rependitur præmium, boni operis etiam leviſſimi, quod perpetrarunt: Ita in hac vita, rependitur Impiis præmium, cujusq; leviſſimi boni operis.* Dicit aliquid, his nonnihil affine, Abrahamus ad Heluonem damnatum Luc. XVI, 25. *Τέκνον, μνήσθητι ὅτι ἀπέλαβες σὺ τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος ὁμοίως τὰ κακά· νῦν δὲ ὧδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι.*

ב II.

פיסקא ויש זכות תולה שלש שנים: זכות דמאי אי לימא זכות דתורה הא אינה מצוה ועושה היא: ואי

COmmentatio. 1 *Eſt meritum ſuſpendens effectum per annos tres.* Cujus (*boni operis*) meritum, (*effectum tam diu moratur?*) An dicendum, meritum (*ſtudii*) ſacrarum literarum? Atqui (*Fœmina*)

זכורת דמצוה ומי מנדר ד
כולי האי וההניא את זו דרש
רבי מנחם ברבי יוסי בי נר
מצוה ותורה אור תלה הכתו
את המצוה בנר ואת התור
באור לומר לך מה נר אינ
מאיר אלא לפי שעה אף
מצוה אינה מנינה אלא לפי
שעה ומה אור מאיר לעולם
אף תורה מנינה לעולם ואומר
בהתהלכך תנחה אותך וגומר
בהתהלכך תנחה אותך בעולם
הזה בשכבך תשמור עליך זו
מיתה: וחקיצותה היא תשיחך
לעולם הבא: משל לארם
שהיתה מהלך בדרך באישון
לילה ואפלה ומחיר מן הקוצי
ומן הברקנים ומן הפחתי
ומחיה רעה ומן הלסטי ואינו
יודע באיזו דרך מהלך
נזדמנ לו אבוק של אור ניצל
מן הקוצי ומן הברקני ומן
הפחתים ועדיין מתירא מחיה
רעה ומן הלסטים ואינו יודע

mina) [1] injussa [2] id facit. [4] Quod si vero de merito (*servati*) alicujus præcepti id accipias: nũ hoc tamdiu protegere potest? Nam ut habet traditio; sic R. Menachem F. R. I. ratiocinatur: (Scriptum est Prov. VI, 23.) *Quia Præceptum lucerna est, & Lex lux.* Comparat Scriptura Præceptum lucernæ, [5] Legem autem luci, ut te doceat: Sicut [6] Lucerna non collustrat, nisi per horam (*sive, ad tempus*:) Sic Præceptum (*servatum*,) non protegit, nisi per horam. At vero, [7] sicut Lux æternum collustrat, ita etiam Lex, æternum protegit. Præcedit enim ibi (v. 22.) *Quotcunq; itabis, deducit te*: Atque hæc quidem verba, quadrant in vitam præsentem. *Cum cubabis, observabit te*: His ad mortem respicitur. *Cum experrectus fueris, illa confabulabitur tecum.* Hæc capienda, de [8] Vita æterna. Nimirum, desumi potest comparatio, ab Homine, qui [9] iter facit nocte tenebrosa, & obscura: is metuit sibi a spinis & tribulis, a foveis, feris, [10] & latronibus, [11] nescit præterea, qua via incedat. [12] Si obtingat illi fax accensa, liberatur quidem a spinis, [13] tribulis & foveis; attamen [14] formidat

באיזו דרך מהלך ביון שעלת
עמוד השחר ניצל מחיה רעה
ומן חלסטים ועדיין אינו יודע
באיזו דרך מהלך ביון שהגיע
לפרשת דרכים ניצל מכלם
דבר אחר עברה מכבה מצוה
אין עברה מכבה תורה שנ
מים רבים לא יוכלו לכבות את
האהבה אמר רב יוסף מצוה
בעידנא דעסיק בה מגנה ומ
ומצלה בעידנא דלא עסק בה
אנוני מגנה אצולי לא מצלה
תורה בין בעידנה דעסיק בה
בין בעידנ דלא עסק בה מז
מגנה ומצלה מתקיף לה רבא
אלא מעתה דואג ואחיתופל
מי לא עסקי בתורה אמאי
לא הגינה עלייהו אלא אמר
רבה תורה בעידנ דעסיק בה
מגנה ומצלה בעידנ דלא מם
עסיק בה אגוני מגנת אצולי
לא מצלה מצוה בין בעידנא
דעסיק בת בין בעידנא דלא
עסיק בה אגוני מגנה אצולי

midat adhuc feras ac latrones, ignoratque quam viam inſiſtat. [17] Exorto Lucifero, a feris & latronibus [16] liberatur, nec dum tamen perſpectum habet, qua via ambulet: Tandem in Regiam viam delatus, ab omnibus liberatur. (*Addamus*) ſimile dictum aliud. [18] Peccatum delet (*meritum ſervati*) præcepti, ſed peccatum non delet (*meritum, contractum ex ſtudio divina*) legis. Q. S. E. (Cant. VIII, 7.) *Aquæ multæ non poſſunt extinguere* [19] *amorem.* Aic R. Joſeph: Præceptum eo momento quando quis eidem operatur, protegit atque eripit; eo vero tempore, quo quis eidem non operatur, protegit quidem, non tamen eripit: Cæterum Lex divina, tam eo tempore quo quis ejus ſtudio intentus, tam eo quo quis ab eodem vacat, [20] & protegit ſimul, & eripit. Objecit [21] Raba: Atqui, annon Doë, & Achitophel legem ſacram didicerant, quare igitur eos non protexit? Hanc ob cauſam Raba (*vult corrigendum eſſe iſtud dictum, atq; hac ratione efferendum.*) Lex Divina, tum quidem, quando quis ejus ſtudio intentus eſt, protegit & eripit; quando quis

לא מצלה רבינא אמר לעולם זכות תורה ודקאמרת אינה מצווה ועושה נחי דפקודי לא מפקדי באגר דמקריי בנייהו ומתניין בנייהו ונטרן ליה לגברייהו עד דאתו מבי רבנן מי לא מפלגי בהדייהו:

autem animum remisit, protegit quidem, sed non eripit. Præceptum, & quando quis illud servat, & quando cessat, protegit quidem, sed non eripit. Rafina (*quæstionem initio propositam definiturus*) dixit: Omnino meritum ob studium Legis (*intelligitur, illudq; prodest, ad impediendum aliquantisper, effectum aquarum.*) Quod vero objeceras, fœminam injussam illi se dedisse concedo sane, mandatum (*de hoc, ipsas, atq; sic ex consequenti præmium quoq;*) nullum habere: attamen quia [22] filios Scripturam, & δευτερώσεις addiscere faciunt, [23] virosque operiuntur, donec ex Academia redeunt, [24] annon mercedem (*ob legis studium*) cum utrisque illis, eas participare (*credendum est?*)

ANNOTATA.

1. Est meritum &c.] Age! videamus, quomodo populares Judæi, multa hujus Pericopes, sermone vernaculo, in suis Maamedot expresserint: *Es ist oft ein* זכות *der da hengt drey Jahr. Was für ein* זכות *is das da hengt drey Jahr? vvilstu sagen den* זכות *von der* תורה *daß sie* * *gelesint hat. Is sie doch nit geboten zu lernen* תורה *und vven einer ein* מצוה *thut, daß er nit geboten is, der hat nit aso eingros* שכר *as derselbig, der da is geboten die* מצוה *zu thun, und thut sie. Da kan es nit sein der* זכות *von der* תורה *Wilstu den sagen den* זכות *von der* מצוה *das sie gethan hat, haben mier doch gelernt, das dasig hat gedarscht* רבי מנחם *der* פסוק בר רבי יוסי *sagt, vvann ein Liecht is die* מצוה *und die* תורה *leicht, er hengt der* פסוק *die* מצוה *an ein Liecht, und die* תורה *an leichten, zu sagen zu dier, vvie is ein Liecht, sein Liecht leicht nit anderst neiert noch* שעות *Aso auch die* מצוה *die leicht nit, neiert noch* שעות *Und die* תורה *an den leichten. vvie is das leichten, das leicht evvig, aso is ach die* תורה *die leicht evvig. Und der* פסוק *sagt auch in* ריינים *Gehn sie vvert führn dich, in deinen ligen sie vvert hüten dich, und vven du vverst entvvachen, sie vvert reden von dier. In deinen gehn,* * *in diesem* שולם *und, in sie vvert führen dich, das meint in deinen ligen sie vvert hüten dich, das meint im* קבר *und vven du vvirst entvvachen, si vvert reden von dier*

* Lege gelesint.

* Sic credo restituendū locum: *In deinem gehn sie vvert führen dich, das meint in diesem* שולם *In deinem ligen sie vvert hüten dich, das meint im* קבר

dier, das meint die תחיית המתים Ein ander פשט ein עברה verlöſcht ein מצוה und aber ein עברה loſchen die Liebſchaft, und Bâch ſie nit können verlöſchen die תורה as der פסוק ſagt: Viel Waſſer, nit ſie können verflözen ſie. Und er ſol geben ein Mann, al gut, ſeinem Haus, um vvillen der Licbſchaft, verſchemen ſie vvern verſchemen zu ihm. Nun is von das als gehort, daß der זכות von die מצוה is nit ſehr gros, daß ſie kan aſo lang beſchützen. Er ſagt רבי יוסף und vvar die קשיא מתרץ es vvert manen von זכות von der מצוה vvarum die מצוה in der Zeit daß er ſie thut, ſie beſchützt ihn von dem Unglück, und beſchirmt ihn von יצר הרע Aber in der Zeit daß man nit geſchäft an ſie, beſchützen ſie beſchützt vvol von dem Unglück, aber Beſchirmung nit ſie beſchirmt von יצר הרע Und aber die תורה die is nit aſo neiert es ſey in der Zeit daß man geſchäft an ſie, oder es ſey in der Zeit daß man nit geſchäft an ſie, da beſchützt ſie von Unglück, und beſchirmt von יצר הרע Nun is gehört von die red von רבי יוסף vven ſchon der זכות von der מצוה is nit aſo gros as der זכות von der תורה noch gleichvvol is der זכות von der מצוה daß ſie beſchützt von dem Unglück, und das is der זכות daß er hat oben gelernt. Und es is ein זכות der da hengt drey Jahr. Das daſig redt von einer סוטה daß der Mann macht ſie trincken die bittern Waſſer zuſehen ob ſie hat מזנה gevveſen oder nit, und auf das ſagt er, und es is oft ein זכות vvan ſie ſchon hat מזנה gevveſen, daß der זכות beſchützt auf drey Jahr.

2. Injuſſa] Sic perſuaſum eſt Judæis, nec ad diſcendas, nec ad docendas Divinas literas, præceptum ullum Mulieres habere. Conſummatiſſimus Codex noſter Ez Hechajim Hilch. Talmud Tora c. 1. מצות עשה ללמד התורה נשים ועבדים פטורים פי נוטל ומת שהנשים נשתי לגובריהו פלגי בשכר קטן חייב אביו ללמדו כל הפטור ללמד פטור ללמוד חייב אדם ללמוד בנו ובן בנו ובן חברו אלא שבנו קודם לבן בנו ובן בנו לבן חבת וחייב לשכור מלמד לבנו ולא לאחרים: Id eſt: *Ex Ajentium Præceptorem numero eſt, Docere Legem; ſed ab ea re Mulieres, & Servi excipiuntur. Secundum illa tamen, quæ in Sotæ c. 3. tradunt Magiſtri, participant fœminæ, maritorum diſcentium præmia, quippe quos domi præſtolantur. Filiolum pater docere tenetur. Quisquis vero a docendo liber eſt, liber eſt quoq; a diſcendo. Et vero, tenetur quisq; docere filium ſuum, itemq; nepotem ſuum, quin & filium τῶ παιδιόν. At filius, nepote; Nepos, filio τῶ παιδιόν, poſteriores ſunt: unde & obligatur quis ad conducendum præceptorem filio ſuo, id quod tamen aliis præſtare non tenetur.* Conſer Maimonidem eorundem Hilch. c. 1. §. 1.

3. Id facit] Supple poſt iſta: Quod ſi igitur Fœminæ non niſi, injuſſæ, Legi Divinæ operam dant, haud veriſimile eſt, eam quæ ſic ultro

animum

animum ad discendum transtulit, tantum manere præmium, ut sicubi ipsam adulterii ream fieri contingit, vis aquarum per universum triennium suspendatur. Qui enim sua sponte quid faciunt, haud amplam apud Numen ineunt gratiam. Atque in hoc posteriore, quia vis omnis objectionis latet, ideo sic sentire Magistros, duobus elegantibus ex Talmude locis ostendemus. Avoda Sara fol. 3. a. הדר ר' מאיר אומר מנין שאפילו גוי ועוסק בתורה שהוא ככהן גדול תל" אשר יעשה אותה האדם וחי בהם בהנים לויים וישראל * לא נאמר אלא האדם הא למדת שאפי' גוי ועוסק בתורה הרי הוא ככהן גדול אלא לומר לך שאין מקבל עליהם שכר כמצוו' ועושה אלא במי שאינו מצווה ועושה דאמר ר' חנינא גדול המצווה ועושה יותר משאינו מצווה ועושה: Id est: *Dixerat R. Meir: Unde probabitur, etiam quem τὸν ἔξω, qui Legi Divinæ studet, haud minoris faciendum esse quam Summum Pontificem? Nimirum* (Lev. XVIII, 5.) *dicitur*: (Præcepta mea, & statuta mea,) quæ faciet Homo, & vivet in eis. *Non dicitur*; (Quæ faciet,) Sacerdos, aut Levita, aut Judæus; *sed*, (quæ faciet) Homo, *unde datur intelligere, τὸν ἔξω Legi Divinæ operam dantem, nihilo Pontifice esse inferiorem, Sed tamen, non id præmium refert, quod eos manet, qui ex præcepto Divina studia tractant, verum illud solum, quo afficiuntur, sua sponte discentes: Est vero secundum R. Chaninam, longe beatior eorum qui jussi, præ illis, qui injussi discunt, conditio.* Kidduschin fol. 31. a. אמר רב יהודה אמר שמואל שאלו את ר' אליעזר עד היכן כבוד אב ואם אמר להם צאו וראו מה עשה גוי אחד לאביו באשקלון ודמא בן נתינה שמו בקשו ממנו חכמים אבנים לאפוד בששים ריבוא שכר ורב כהנא מתני בשמנים ריבוא והיה מפתח מונח תחת מראשותיו של אביו ולא ציערו לשנה האחר' נתן לו הקבה שכרו שנולדה לו פרה אדומה בעדרו נכנסו חכמי ישראל אצלו אמר להם יודע אני בכם שאם אני מבקש מכם כל ממון שבעולם אתם נותנין לי אלא אין אני מבקש מכם אלא אותו ממון שהפסדתי בשביל כבוד אבא וכששמעו חכמים בדבר אמרו ומה מי שאינו מצווה כך מצווה ועושה עאכו" דאמר ר' חנינא גדול מצווה ועושה ממי שאינו מצווה ועושה אמר רב יוסף מריש הוה אמינא מאן דהות אמר לי הלכה כר' יהודה דאמר סומא פטור מן המצות עבידנא יומא טבא לרבנן אנא לא מיפקידנא וקא עבידנא השתא דשמעי' להא דאר" חנינה גדול מצווה ועושה יותר ממי שאינו מצווה ועושה מאן דאל דאין הלכה כר' יהודה Id est: *Referente R. Juda, narravit Samuel, quæsitum aliquando esse ex R. Akiba, quatenus se exten-*

*Malo legere וישראלים prout est in Ein Iacob fol. 148. col. 4.

ſe extendat, reverentia debita Parentibus? Illumq; reſpondiſſe: Adeſte, & videte mihi, quæ patri ſuo fecit, quidam τῶν ἐξω *in Askalone, cui nomen erat Dema Nethinides. Conſtat, aliquando Sapientes antiquos, opus habuiſſe, Gemmis quibusdam, ad reparandum Amiculum Humerale Summi Pontificis, quarum venditione iſte Dema lucrari poterat Aureorum Myriadas ſexaginta. aut R. Cahana ita tradente, univerſas octoginta Myriadas. Sed, quia Clavis,* (ſcrinii, in quo Gemmæ aſſervabantur,) *ſubter cervical* (dormientis) *Patris, repoſita erat, nolebat,* (ipſum excitando,) *moleſtiam ei facere* (filius, & potius, venditioni renunciavit, ſatius eſſe judicans, carere lucro, quam violare erga Patrem obſervantiam.) *Anno vertente, dedit ei Deus B. præmium* (tantæ pietatis,) *nam in grege ſuo, nata ei Junix Rubra,* (rarum animal, quodque, ut ſacris Judæorum uſibus ſervire poſſet, adeo labis omnis expers eſſe debebat, ut vel pili nigri duo eam vitiarent.) *Quamobrem convenerunt illum Proceres Judæorum,* (ſciſcitantes, ecquod junici ſtatueret pretium?) *Reſpondit ipſe; equidem perſpectiſſimum habeo, quod ſi omnes totius Orbis opes a vobis flagitarem, illas vos, pro juntce mihi daturos eſſe. Sed, non requiram amplius, quam iſtud lucrum, cujus* (anno ſuperiore,) *ob honorem Patris, jacturam paſſus ſum.* (Nec mora, libentes volentes Judæi, id omne exſolverunt.) *Quam rem cum audiviſſent Sapientes,* (mirabundi) *dixerunt:* (Bone Deus!) *quod ſi ei qui injuſſus,* (bonum opus) *facit, tantum tribuitur præmium, quanta eos, qui ex præcepto id faciunt, manere neceſſe eſt? Dixit enim R. Chanina, longe beatiorem eorum qui juſſi, quam qui injuſſi, recta peragunt, eſſe conditionem.* (Huc pertinet illud) *R. Joſephi,* (qui cum luminibus orbus eſſet,) *principio dicere ſolebat: Si quis certiorem me reddet, R. Judæ opinionem, qui Cæcos ab obſervatione præceptorum liberos pronunciat, in Sanctionem Magiſtralem abiiſſe, tum ego convivium oppiparum meis parabo Sociis. Nam cum ego injuſſus præcepta ſervem,* (mercedem mihi ante alios repoſitam eſſe, non ſperare tantum poſſum, ſed & confidere.) *Poſtquam vero ei innotuit, R. Chaninæ effatum, longe melius agi cum iis qui juſſi, quam qui injuſſi quid faciunt,* (tum vero dicebat,) *ſimul ac quis læto nuncio me perfundet, R. Judæ ſententiam in Sanctionem Magiſtralem non abiiſſe, tum ego Socios ad pulchram cœnam vocabo.* Poſtremum illud de R. Joſepho cæco, repetitur iterum in Bava Kama fol. 87. a.

4. Quod ſi vero de merito &c.] Obſervo non minimam Lectionum hic varietatem. Talmudis utraque Editio habet אלא זכורת דמצוה זכות מי מגנא כולי האי Codices En Jacob legunt: ואלא זכות דמצוה ומי מגנה כולי האי In Maamedot Hebraicis, ubi integra hæc Pericope, inter ea quæ die Sabbathi recitanda, comparet, ſcribitur: אלא זכורת דמצוה מי מגנה כולי האי At in libro Tipheret Iſraël, ubi pariter

pariter, & adducitur hoc Talmudis Fragmentum, & cum cura explicatur, habemus ואי זכות דמצוה ומי מגבה כולי האי Sane, quod ad sensum attinet, ei nihil admodum decedit, quamcunque harum lectionum eligas. Certum tamen, postremam expressionem esse commodissimam, & ideo meruisse, ut a nobis reciperetur.

5. Legem autem Luci] Post voces ואת התורת באור in Talmude & Maamedot, repetitur את המצוה בנר sed nulla necessitate etiam Codicum En Jacob, & libri Tipher. Isr. testimonio. Idem judicium de verborum ואת התורת באור לומר לך post לפי שעה iteratione, formari debet.

6. Lucerna non collustrat] Est utique similitudini convenientius, si cum Codicibus En Jacob legas אינו מאיר & mox deinde ומה quam מה אור מגין & אינה מגינה etsi consensu ita habent reliqui libri omnes. Minus enim proprie, Lucerna protegere dicitur, cujus verum munus collustrare est : quod idem nobiscum sensit, quisquis fuit ille, qui Maamedot in Germanicam linguam convertit.

7. Sicut Lux æternum collustrat &c.] Modo innuimus, in libro Tipheret Israël, quem R. Judas, Archon Synagogæ Pragensis, Bezaleelis filius, composuit, quique Venetiis, ante annos non adeo multos excusus est, hujus Sententiæ Talmudicæ prolixam institui expositionem. Ergo quædam ex illo, nobis imposterum erunt afferenda. Ecce facimus initium : וביאור ענין זה כי המצות תקראנר מפני הנר האור שלו נתלת בגוף השמן והפתילה ומפני כך אינו אור גמור וכן המצות נתלת במעשה האדם שעשה על ידי גופו ואין המצוה דבר נבדל לגמרי בשביל זה אבל התורה שאינה נתלה בגוף והוא שכל נבדל בלבד לכך תקרא התורה אור כי האור הוא נבדל לגמרי ואינו נתלה בגשי וידוע שכל דבר שהוי בגו' הזי בזמן וכל דבר שאינו בגוף איני יתי הזמן ולכך אמר שתמצי לפי שעה דהוא הזמן שתאור אלהי שהוא במצות הוא נתלה בגוף כמו האור שהוא בנר תנתלה בגוף שהוא השמן והפתילה והוא לזמן אבל התורת מיוחדת לאור שאין אור גשמי שאין בו דבר ממש וכך התורת היא שכל נבדל לפיכך התורת מגינה לעולם שהרי הדבר הנבדי מן הגשמי אינו נתלה בזמן; Id est : *Hæc ita sunt sapienda* : *Præceptum* (servatum, sive Bonum aliquod Opus,) *vocatur Lucerna. Lucerna enim lumen, dependet a rebus corporeis, Oleo, atq; Elychnio, ac proinde non est Lumen omnimodum. Eadem ratione, Præceptorum observatio, dependet ab operibus humanis, ut eadem quis corpore suo perficiat,*

perficiat, ob hanc igitur causam Præcepta, a materia, non possunt penitus liberari. At vero Lex, quæ a rebus corporeis immunis, & in nudo intellectu consistit, ideo cum Luce comparatur, nam & Lux quid incorporei est, nec a materia dependet. Cæterum, quia constat, Corporeas res, temporis obnoxias esse, incorporeas vero, ejusdem vicissitudini non subjacere, ideo Horæ, seu Temporis circumstantia, Bonis Operibus additur: Lumen enim divinum, quod in iis fulget, ita a corpore dependet, ut lucernæ lumen, a re corporea, oleo scilicet, & ellychnio est inseparabile, ac proinde Tempus excludi nequit. Atenim Lex, qua Luci, incorporeæ & nihil palpabilis habenti rei, assimilatur, in solo merog; intellectu consistit, atg; sic æternum protegit, nam quæ materiam non habent, tempore quog; haud finiuntur.

8. Vita æterna] Alii Libri habent לעתיד לבוא alii לעולם הבא quæ nihil differre, omnes sciunt.

9. Iter facit] Verbum ברך etsi nec in Talmudis Editionibus, nec in Maamedot comparet, tamen autoritate Codicum En Jacob, & libri Tipheret Israël, retinendum duximus. Nec spero futurum, qui hoc consilium sit reprehensurus.

10. Et latronibus] Poterant addere insuper ומן השדים *Et a Larvis Dæmonibusq;*, nam & hi, noctu iter facientibus, frequenter occurrere solent, iisdemque se præbent infestos. Hinc adeo in Megilla fol. 3. a. & Sanhedrin p. 248. Edit. Cocceia. præcipitur: אסור לו לאדם שיתן שלום לחבירו בלילה חיישינן שמא שד הוא Id est: *Nequaquam, amicus qui noctu obviam fit, salutandus est, ob metum, ne forte dæmon hanc personam induerit.* Ante omnes vero, noctes quarti, & septimi hebdomadis dierum, sunt periculosissimæ: Pesachim fol. 112. b. תניא לא יצא אדם * יחידי בלילה לא בלילי רביעיות ולא בלילי שבתות מפני שאינרת בת מחלת היא ושמונה עשר רבוא מלאכי חבלה יוצאין וכל אחד ואחד יש לו רשות לחבל בפני עצמו מעיקרא רוח שכיחא כל יומא זימנא חדא פגע בה רבי חנינה בן חמא אמר לירד אי לאו דמכרזי בלך ברקיע הוחרו בחנינא בני ובתורתו משוינא לדמך תרתי פשיטי אמר לה אי חשיבנא ברקיעא בולי חאי גוזרני עליך שלא תעבורי בישוב לעולם והא קא חזינא לה דאיכא חתוא חזייתא נינהו דמשתמטי לה סיסותיהו ואתו דברי לה Id est: *Vetus est Traditio: Nemo solus noctu exeat, præcipue noctibus, quarta & septima Feriarum, nam Agrat filia Machlat, comitata duodeviginti myriadibus Angelorum pernicioſorum, tum vagatur, horumq; singulis, plena nocendi competit facultas. Olim* (strix illa, cum suo horribili exercitu,) *quibusq; noctibus* (circumcursitare) *deprehendebatur, cumq; aliquando in eam forte incidisset R. Chamina Dusæ filius, Nisi, inquiebat*

*Ethanc vocem, quæ in Talmude aberat, & alia corrupta, ex En Israël fol. 95. col. 1. restituimus.

NISS. SENATUS VENETI AUCTORITAS COMPROBAVIT, OMNES HEBRÆORUM FAMILIÆ IN UNUM LOCUM CONCLUSÆ, FRANCISCO BERNARDO PRÆTORE, MARCO QUIRINO PRÆFECTO, AN. MDC III. DANIEL CAMPESIUS, SERTORIUS URSATUS EQ. NICOLAUS CAMPI-SANCTI-PETRUS J.C. OPERI ABSOLVENDO TRIUMVIRI PRÆFUERE.

SUPRA SEPTENTRIONIS OSTIUM.

JUDÆI IN QUEM IMMIGARENT, SECRETUS A GREGE CHRISTI ATTRIBUTUS LOCUS MARCI CORNELII PRÆSTANTISSIMI PASTORIS HORTATU AC MONITU, CIVITATIS TOTIUS CONSENSU, CUI SERENISS. SENATUS VENETI AUCTORITAS SUMMA FUIT FIRMAMENTO, VIRIS AMPLISSIMIS FRANCISCO BERNARDO PRÆTORE, MARCO QUIRINO PRÆFECTO, BENIGNE ASPIRANTIBUS, CURATORIBUS DANIELE CAMPESIO, SERTORIO URSATO EQ. NICOLAO CAMPO-SANCTO-PETRO JUR. CONS. MATURANTIBUS AN. CHRISTI M DC III. J.F.M.

12. Si obtingat illi fax accensa, liberatur quidem a spinis &c.] Hoc sane Fax, noctu peregrinantibus præstat, ut semitam quam calcant, illuminet, ne spinis, aut sentibus, pedes offendant, & ne in foveas illabantur, modo ipsi visu aliquo sint præditi. Sed, quid de visu ego dico? Præstat idem, vel cœcis etiam. Megilla fol. 24. b. תניא אמר רבי יוסי כל ימי הייתי מצטער על מקרא זה והיית מפשש בצהריים כאשר יפשש העור באפלה אמרתי וכי מאי אכפת ליה לעיור בין אפילה לאורה עד שבא מעשה לידי פעם אחת הייתי מהלך באישון לילה ואפלה וראיתי סומא שהיה מהלך ואבוקה בידו אמרתי לו בני אבוקה זו למה אמר לי כל זמן שאבוקה זו בידי בני אדם רואים אותי ומצילין אותי מן התחתי ומן הקוצי ומן הברקנים: Id est: Extat

Extat Traditio, dixiſſe R. Joſen : Tota vita, ſcrupulum mihi reliquere verba (Deut. XXIIX, 29.) Et palpabis in meridie, ſicut palpat cœcus in caligine. *Quid enim, ajebam, anne Cæci intereſt, ſive nox, ſive dies ſit?* (Atque hæc difficultas me torſit,) *usq; donec in rem præſentem deductus ſum. Ambulabam ſic aliquando in nocte illuni, & caliginoſa, ibi offendi Cæcum cum face ititantem; quare ad eum, Mi Fili, inquam,* (indica quæſo) *quid fax iſta tibi profit? Reſpondit ipſe: Quando facem ego manibus geſto, conſpiciunt me mortales reliqui, meq; liberant a foveis, ſpinis, & tribulis.*

13. Tribulis] Pragenſe En Jacob contra omnium reliquorum librorum in quibus hæc Pericope habetur, fidem, חברקני pro הברקים legit inſulſe.

14. Formidat adhuc feras ac latrones] Enim vero, immerito id facit, ſi vera ſunt quæ traduntur in Berachot fol. 43. b. loco, etiamſi cum face ei res ſit, ſic tamen ſatis obſcuro אמר רב זוטרא בריה דטוביה אמר רב אבוקה כבי וירח כג' איבעיא להו אבוקה כשנים בהדיה דידיה או דילמא אבוקה כבי לבר מדידיה תש וירח כג' אי אמרת בשלמא בהדי דידיה שפיר אלא אי אמרת לבר מדידיה ד' למח לי והאמר מר לא' נראה ומזיק לב' נראה ואינו מזיק לג' אין נראה כל עיקר אלא לאו שמע מינה אבוקה כבי בהדי דידיה שמע מינה: Id eſt: *Prodente R. Sutra F. T. dixit Raf: Fax eſt adinſtar ducorum, Luna vero lumen, inſtar trium* (hominum.) *Quæſitum fuit,* (de gemino hujus pronunciati ſenſu, in Academia:) *An nimirum Fax cum ſuo Latore, an vero ſine eo, duorum hominum loco ſit. Veni, audi:* (Eruam tibi ſenſum latentem. Additur in dicto,) *Lunam eſſe inſtar trium* (hominum:) *Quod ſi dicas, in hoc numero computandum eſſe ipſum* (quoque Viatorem,) *recte* (putabis.) *Si vero Viatorem excludas.* (falleris:) *Quorſum enim quatuor opus eſt? Scilicet, ſic tantum habet Conſtitutio Doctorum: Uni,* (Angelus Mortis) *apparet, eumq; ladit; duobus, apparet, ſed inoffenſos eos relinquit; tribus, ne apparet quidem.* (Ergo conſequitur, Lunam, non niſi cum Viatore, trium loco eſſe, quippe eo numero, indemnitati jam conſulitur, & plures exigere, ſupervacuum foret. Quæ cum ita ſint, ex poſteriore hac dicti parte, ad priorem) *facimus collectionem, arguendo juxta cum Viatore, Facem pro duobus reputandam eſſe hominibus. Atq; firma eſt hæc collectio.* Iterum id dico, ſi vera hæc ſunt, haud jure a feris ſibi metuit, cui fax ad manum eſt, binos enim homines utut inermes, fugiunt, etiam ſævarum beſtiarum portenta immaniſſima, & qualia,

Neq;

2. Infons erit, quoad ſerat ſemen] Huc tendit, illa quam Abba Joſe, innuit collectio: Quia *infons erit*, neceſſe eſt, bonum aliquod opus præceſſerit: Illud vero, & *ſerat ſemen* de eo intervallo temporis capiendum videtur, poſt quod agnoſci poteſt, ferre mulierem uterum, id eſt de menſibus tribus,

3. Cephar-Derom] Uſitatiſſimum fuit Judæis, locorum nomina cum כפר componere, non ſecus ac nos Germani in re ſimili vocem *Dorf*, aut *Statt*, creberrime adhibemus, Galli vero, ſuum *Ville*, ſolent ſubnectere. Quia in Novo Teſtamento *Capernaumi*, quæ urbs כפר נחום Hebræis ſonat, toties mentio injicitur, hujus in gratiam, non pigebit afferre, quæ obſervavimus, nomina ejusdem generis: כפר תמרתא Habemus infra cap. 7. in Excerptis noſtræ Gemaræ: כפר גבור & כפר נבוריא in Megilla fol. 18. a. כפר חיטייא in Chagiga fol. 5. b. כפר מנדי in Excerptis Jeruſchalmi, quæ extant in En Iſraël fol. 187. col. 4. כפר הינו in Ketuvot fol. 112. a. כפר ביש item כפר שחליים nec non כפר דכריא præterea כפר סכניא occurrunt in Gittin fol. 57. a. כפר דמא: כפר חניגה: כפר הבבלי legas apud Maimonidem Hakd. Sed. Seraim. In Libello de Cippis Hebræorum, quem Hottingerus edidit pag. 51. כפר כינה: כפר מנדה pag. 57. כפר נוח & pag. 63. כפר ענן atque כפר גנם memorantur. Agmen claudat locus e Schalſch. Hakkab. p. 34. a. בבק פרק מר * ובת בתוספות אומרים שארם נהרים שחיה יושב לבן הארמי וארם צובא שכבש דור המלך הכל אי והזהר פרש' וירא אומר כי מתא מחסיא היתה נקראת כפר טרשא ולפי שהיו מתים שם הרבה במגפת רב אחא התירים בתשובה ולמד אותם שיאמרו בכל יום פרש תהקשורת ונתרפאו ואפ קראו המקום ההוא מתא מחסיא Id eſt: *In Bava Kama c. 7. & in ejusdem Toſephot, dicitur, Aram Naharaim, quam incoluit Laban Arameus, & Aram Zoba quam David ſubegit, civitatem eandem eſſe. Porro in Sohar ad Sect.* וירא *legimus, quod Meta Mechasja quondam vocata fuerit* Kephar Tarſcha, *cum vero ibi peſte homines plurimum perirent, ad pœnitentiam eos perduxit, R. Acha, autor illis fuit, ſingulis diebus Pericopen quæ de ſacro ſuffimento agit,* (& Ex. XXX, 34. ſeqq. extat,) *recitarent,* (quod cum feciſſent,) *ceſſavit peſtis, illiq; urbi nomen* Mata Mechasja *inditum.*

* Legendum מרתא

4. Quia in loco adducto &c.] Paulo aliter Talmudis Editiones, שנאמר ונקתה ונזרעה זרע ולהלן הוא אומר זרע יעבדנו וכו׳ quo diſcrimine nullum levius.

5. Signi-

5. Significatur ſemen &c.] Id, conferendo locum Pſ. XXII, 31. concludit R. Eleaſar, nequaquam Num. V, 28. intelligi ſemen, quod ſuam tantum in utero prodit conceptionem, ſed potius tale, quod in hominem perfectum evaſit, & in dias auras luminis prodiit, cum hoc ſolum, Deum laudare, eique ſervire, queat. Quare infert, neceſſe eſſe, ut vindicta, minimum menſes novem differatur, quoad mulier ſuo partu ſit levata.

6. Atque etſi firmo argumento &c.] Uiſitata hæc eſt, in Talmude, aliisque libris antiquis formula. Ac quod ad Talmud attinet, non niſi ad Peſachim provocabimus. Legitur fol. 7. b. בודקין את החמץ לאור הנר אע"פ שאין ראייה לדבר זכר לדבר שנ' שבעת ימים שאור לא ימצא Id eſt: (Nocte ante paſchatis pervigilium,) *fermentum ad candelæ lumen perquirendum, cujus rei, etſi firmum argumentum, tamen qualiscung, ratio non deficit*: Q. S. E. (Ex. XII, 19.) Septem diebus fermentum non reperietur. Sequitur mox: תנו רבנן אין בודקין לא לאור החמה ולא לאור הלבנה ולא לאור חאבוקה אלא לאור הנר מפני שאור הנר יפה לבריקה ואע"פ שאין ראייה לדבר זכר לדבר שנ' שבעת ימים שאור לא ימצא: Id eſt: *Ita tradentibus Magiſtris, non perquirendum fermentum, nec ad Solis, nec ad Lunæ, nec ad Facis accenſæ lumen, ſed ad lumen candelæ, hoc enim rebus perquirendis aptiſſimum, cujus rei etſi firmum &c.* In eodem tractatu fol. 13. a. extat: תניא רבן שמעון בן גמליאל אומר סימן לתרים מילין סימן לעמקין רקלים סימן לנחלים קנים סימן לשפילה שקמה ואף על פי שאין ראייה לדבר זכר לדבר שנ' ויתן המלך את הכסף בירושלם כאבנים ואת הארזים נתן כשקמים אשר בשפלה: Id eſt: *Extat traditio, dixiſſe R. Simeonem Gamalielis filium: Indicium montium ſunt Fraxini: indicium Vallium ſunt Palmæ, Indicium Amnium ſunt Cannæ, indicium Planitiei ſunt Sycomori. Atq; etſi ſolida hujus aſſertionis ratio non ſuppetit, ſuppetit tamen quædam* ויברוסנ' Q. S. E. (1. Reg. X, 27.) Et reddidit Rex argentum Hieroſolymæ ut lapides, & Cedros reddidit ut Sycomoros, quæ creſcunt in planitie. Siphri fol. 4. col. 1. לימר על בגות ישראל שהן מכסות ראשיהם ואף על פי שאין ראייה לדבר זכר לדבר ותקח תמר אפר על ראשה: Id eſt: (Quia Sacerdos Sotæ crines diſturbavit) *docetur, mulieres judaicas, tectis fuiſſe capitibus, ejusdemq; rei etſi non argumentum evidens, ſaltem qualiscung, probatio peti poteſt ex illo*: (2. Sam. XIII, 19.) Tum Thamar aſſumtum cinerem impoſuit capiti ſuo.

7. Q. S. E. Quapropter] Codices En Jacob שנאמר Talmudis

mudis דכתיב legunt, inter quæ nihil fere intercedit discriminis, quare ista lectionum diversitas, ut ejus fieret indicium, ne merebatur quidem.

8. O Rex consilium meum] His verbis, denique alloquitur Daniel Nebucadnezarem, cum prius pœnam, qua Deus in illum erat animadversurus, prædixisset.

9. Sic erit prorogatio] Id est: Sic illud malum, quod capiti tuo jam imminet, & actutum te manere debebat, nonnihil differri poterit.

10. Exactis mensibus duodecim] Omnia eventus comprobavit, quæ Daniel, de brutali vita a Nebucadnezare agenda, prænunciaverat, nihilo minus executio per menses duodecim dilata est, nam morem is gesserat, Danieli bene monenti, & bonum opus fecit. Quale illud? Nimirum, si R. Salomoni credimus: חיה מקבץ בכל יום עניי ישראל שהביא בגולה וחיו צריכין למזונות ומפרנסן Id est: *Quotidie Judæos pauperes, quos ipse captivos abduxerat, cibo egentes, congregavit, eosq. aluit.*

11. Ad mentem R. Ismaëlis.] Si quid judicare possum, proba, sana, & necessaria est lectio, quam exhibemus. Talmudis Editiones, in quibus est: לשלמי ישמעאל ואשכחן קרא דאמר וחני דכתיב כה אמר וגו' non admodum moror.

12. Tertiare moras &c.] Hoc volunt: Constat ex supra dictis, primum apud Deum dilationis terminum, esse mensium duodecim: jam quia probatum dare possumus, hunc terminum nonnunquam ab eo triplicari, proinde consequens est, fatalem dilationis apud Deum terminum, esse annorum trium.

13. Quare autem paulo ante dictum &c.] Id est: Cum ejus assertionis fundamentum, ipsius Scripturæ dicti, nitatur autoritate, non dicendum erat, topicam tantum ad isthæc probanda, suppetere rationem. Sic pariter in Massechet Purim, sive lepidissimo illo Pseudo-Tractatu Talmudico, cujus editionem ex Vaticano & Nostro, MSS. Codicibus, emendatissimam, in Præfatione hujus operis, recepimus, instituitur dissertatio. Mischna cap. 2. habet: חכל חייבין בשתיית פורים והשכרות מחצין אותם למצות בן כמה יהא הקטן ויהיה חייב בשתיית אחרים אמרים משיזפינו עליו לוי אמר אומר אני בן שבעה ימים כרי שתקרים מצות פורים לברית מילה ואת על פי שאין ראיית לדבר זכר לדבר שנ' סבאך מחולן Id est: *Quisq. in Festo Purim ad strenue potandum obligatus est, & adeo Infantes quoq. hujus Præcepti observatione, initiare oportet.*

Qua

Quæ vero ætas in Puero requiritur, ut potare illum neceſſe ſit, (non arbitrarium?) *Sunt qui hoc ad id tempus reſtringunt, quo in precibus recitandis ejus habetur ratio*, (& quo pubes factus, inter precantes numerum facit.) *At Levi ait: Ego ſeptiduum determino, ut præceptum Purim, fœdus Circumciſionis antevertat. Atq; licet ejus rei argumentũ evidens deficiat, ſuppetit tamen indicium: Nam* (Eſ. I, 22.) S.E. Vinum tuum circumciſum eſt. In Gemara deinde ſequitur: ואף על פי שאין ראיה לדבר ראיה מעלייתא היא מהו דתימ' דברי תורה מדברי קבלה לא ילפינן קא משמע לן דהא גילוי עלמא היא: Id eſt: *Ain tu argumentum deficere? utiq; argumentum eſt evidentiſſimum*, (ex ipſa Scriptura deſumtum.) *Scilicet cauſari poſſes, ea quæ præceptum aliquod continere dicuntur, non petenda eſſe e Prophetis.* (Cum igitur, Eſaiæ tantum loco, utatur Levi,) *ideo dixit, probationem eſſe vulgarem.* Vide Maimonidem in præfat. Seder Seraim, aut Pocockii Portam Moſis p. 42.

14. Forſitan Gentilium &c.] Id eſt: Forſitan a Gentilibus, ad Judæos, & horum Sotas, non valet collectio. Nam erga Gentiles benignior eſt Deus in hoc mundo, & ſi quid boni ab iis fit, hoc uberrimè repenſat, tardiſſimeque ad eos puniendos progreditur: quippe cum in altera vita, ſatis pœnarum ipſos æternum maneat. Enimvero, adverſus Judæos, ſeverior nunc paulo Deus eſt, & illorum perperam facta continuo punit, nec vel hilum condonat, ut expiati, beatitudine olim fruantur cœleſti. Taanit p. 11. a. בשם שמשלמים שכר לצדיקים בעולם הבא אפילו על מצות קלה שעושין כך משלמים שכר לרשעי בעולם הזה אפילו על מצות קלח שעושין: Id eſt: *Uti in æterna vita, Piis, rependitur præmium, boni operis etiam leviſſimi, quod perpetrarunt: Ita in hac vita, rependitur Impiis præmium, cujusq; leviſſimi boni operis.* Dicit aliquid, his nonnihil affine, Abrahamus ad Heluonem damnatum Luc. XVI, 25. Τέκνον, μνήσθητι ὅτι ἀπέλαβες σὺ τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος ὁμοίως τὰ κακά· νῦν δὲ ὧδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι.

ב II.

פיסקא ויש זכות תולה שלש שנים: זכות דמאי אי לימא זכות דתורה הא אינה מצוה ועושה היא: ואי

COmmentatio. 1 *Eſt meritum ſuſpendens effectum per annos tres.* Cujus (*boni operis*) meritum, (*effectum tam diu moratur?*) An dicendum, meritum (*ſtudii*) ſacrarum literarum? Atqui (*Fœ-*

זכורת דמצורת ומי מנגדת
כולי האי וההניא את זו דרש
רבי מנחם ברבי יוסי בי נר
מצוה ותורה אור תלה הכתו
את המצוה בנר ואת התור
באור לומר לך מה נר אינ
מאיר אלא לפי שעה אף
מצוה אינה מגינה אלא לפי
שעה ומה אור מאיר לעולם
אף תורה מגינה לעולם ואומר
בהתהלכך תנחה אותך וגומר
בהתהלכך תנחה אותך בעולם
הזה בשכבך תשמור עליך זו
מיתה: והקיצותה היא תשיחך
לעולם הבא: משל לאדם
שהירת מהלך בדרך באישון
לילה ואפלה ומחיר מן הקוצי
ומן הברקנים ומן הפחתי
ומחיה רעה ומן הלסטי ואינ
יודע באיזו דרך מהלך כך
נודמנ לו אבוק של אור ניצל
מן הקוצי ומן הברקני ומן
הפחתים ועדיין מתירא מחיה
רעה ומן הלסטים ואינו יודע

mina) [a] injussa [b] id facit. [c] Quod si vero de merito (*servati*) alicujus præcepti id accipias: nũ hoc tamdiu protegere potest? Nam ut habet traditio; sic R. Menachem F. R. I. ratiocinatur: (Scriptum est Prov. VI, 23.) *Quia Præceptum lucerna est, & Lex lux.* Comparat Scriptura Præceptum lucernæ, [d] Legem autem luci, ut te doceat: Sicut [e] Lucerna non colluſtrat, niſi per horam (*ſive, ad tempus*:) Sic Præceptum (*ſervatum*,) non protegit, niſi per horam. At vero, [f] ſicut Lux æternum colluſtrat, ita etiam Lex, æternum protegit. Præcedit enim ibi (v. 22.) *Quocunq; itabis, deducit te*: Atque hæc quidem verba, quadrant in vitam præſentem. *Cum cubabis, obſervabit te*: His ad mortem reſpicitur. *Cum experrectus fueris, illa confabulabitur tecum.* Hæc capienda, de [g] Vita æterna. Nimirum, deſumi poteſt comparatio, ab Homine, qui [h] iter facit nocte tenebroſa, & obſcura: is metuit ſibi a ſpinis & tribulis, a foveis, feris, [i] & latronibus, [k] neſcit præterea, qua via incedat. [l] Si obtingat illi fax accenſa, liberatur quidem a ſpinis, [m] tribulis & foveis; attamen [n] formidat

באיזו דרך מהלך כיון שעלה
עמוד השחר ניצל מחיה רעה
ומן חלסטים ועדיין אינו יודע
באיזו דרך מהלך כיון שהגיע
לפרשת דרכים ניצל מכלם
דבר אחר עברה מכבה מצוה
אין עברה מכבה תורה שנ
מים רבי לא יוכלו לכבות את
האהבה אמר רב יוסף מצוה
בעידנא דעסיק בה מגנה ומ
ומצלה בעידנא דלא עסק בה
אנוני מגנה אצולי לא מצלה
תורה בין בעידנה דעסיק בה
בין בעידנ דלא עסק בה מז
מגנה ומצלה מתקיף לה רבא
אלא מעתה דואג ואחיתופל
מי לא עסקי בתורה אמאי
לא הגינה עלייתו אלא אמר
רבה תורה בעידנ דעסיק בה
מגנה ומצלה בעידנ דלא מם
עסיק בה אנוני מגנה אצולי
לא מצלה מצוה בין בעידנא
דעסיק בה בין בעידנא דלא
עסיק בה אנוני מגנה אצולי

mittat adhuc feras ac latrones, ignoratque quam viam insistat. [15] Exorto Lucifero, a feris & latronibus [16] liberatur, nec dum tamen perspectum habet, qua via ambulet: Tandem in Regiam viam delatus, ab omnibus liberatur. (*Addamus*) simile dictum aliud. [18] Peccatum delet (*meritum servati*) præcepti, sed peccatum non delet (*meritum, contractum ex studio divinæ*) legis. Q. S. E. (Cant. VIII, 7.) *Aquæ multæ non possunt extinguere* [19] *amorem.* Ait R. Joseph: Præceptum eo momento quando quis eidem operatur, protegit atque eripit; eo vero tempore, quo quis eidem non operatur, protegit quidem, non tamen eripit: Cæterum Lex divina, tam eo tempore quo quis ejus studio intentus, tam eo quo quis ab eodem vacat, [20] & protegit simul, & eripit. Objecit [21] Raba: Arqui, annon Doë, & Achitophel legem sacram didicerant, quare igitur eos non protexit? Hanc ob causam Raba (*vult corrigendum esse istud dictum, atq; hac ratione efferendum.*) Lex Divina, tum quidem, quando quis ejus studio intentus est, protegit & eripit; quando quis autem

לא מצלה רבינא אמר לעולם
זכות תורה ודקאמרת אינה
מצווה ועושה נחי דפקודי לא
מפקדי באנר דמקריי בנייהו
ומתניין בנייהו ונטרן ליה
לגבריהו עד דאתו מבי רבנן
מי לא מפלגי בהדייהו:

autem animum remisit, protegit quidem, sed non eripit. Præceptum, & quando quis illud servat, & quando cessat, protegit quidem, sed non eripit. Rafina (*quæstionem initio propositam definiturus*) dixit: Omnino meritum ob studium Legis (*intelligitur, illudq; prodest, adimpediendum aliquantùper, effectum aquarum.*) Quod vero objeceras, fœminam injussam illi se dedisse; concedo sane, mandatum (*de hoc, ipsas, atq; sic ex consequenti præmium quoq;*) nullum habere: attamen quia [22] filios Scripturam, & δευτερώσεις addiscere faciunt, [23] virosque operiuntur, donec ex Academia redeunt, [24] annon mercedem (*ob legis studium*) cum utrisque illis, eas participare (*credendum est?*)

ANNOTATA.

1. Est meritum &c.] Age! videamus, quomodo populares Judæi, multa hujus Pericopes, sermone vernaculo, in suis Maamedot expresserint: *Es ist oft ein* זכות *der da hengt drey Jahr. Was für ein* זכות *is das da hengt drey Jahr? vvilstu sagen den* זכות *von der* תורה *daß sie gelesnt* * *hat. Is sie doch nit geboten zu lernen* תורה *und vven einer ein* מצוה *thut, daß er nit geboten is, der hat nit aso ein gros* שכר *as derselbig, der da is geboten die* מצוה *zu thun, und thut sie. Da kan es nit sein der* זכות *von der* תורת *Wilstu den sagen den* זכות *von der* מצוה *das sie gethan hat, haben mier doch gelernt, das dasig hat gedarscht* רבי מנחם *der* פסוק *sagt, vvann ein Liecht is die* מצוה *und die* תורה *leicht, er hengt der* פסוק *die* מצוה *an ein Liecht, und die* תורה *an leichten, zusagen zu dier, vvie is ein Liecht, sein Liecht leicht nit anderst neiert noch* שעוה *Aso auch die* מצוה *die leicht nit, neiert noch* שעוה *Und die* תורה *an den leichten. vvie is das leichten, das leicht evvig, aso is ach die* תורה *die leicht evvig. Und der* פסוק *sagt auch in* רייניס *Gehn sie vvert führn dich, in deinen ligen sie vvert hüten dich, und vven du vverst entvvachen, sie vvert reden von dier. In deinen gehn,* * *in diesem* עולם *und, in sie vvert führen dich, das meint in deinen ligen sie vvert hüten dich, das meint im* קבר *und vven du vvirst entvvachen, si vvert reden von dier*

* Lege *gelernt.*

* Sic credo restituendũ locum: *In deinem gehn sie vvert führen dich, das meint in diesem* עולם *In deinem liegen &c.*

dier, das meint die תחיית המתים *Ein ander* פשט עברה *ein verlöscht ein* מצוה *und aber ein* עברה *löschen die Liebschaft, und Bäch sie nit können verlöschen die* תורה *as der* פסוק *sagt: Viel Wasser, nit sie können verlözen sie. Und er sol geben ein Mann, al gut, seinem Haus, um vvillen der Liebschaft, verschemen sie vvern verschemen zu ihm. Nun is von das als gehört, daß der* זכות *von die* מצוה *is nit sehr gros, daß sie kan aso lang beschützen. Er sagt* רבי יוסף *und vvar die* קשיא מתרץ *es vvert manen von* זכות *von der* מצוה *vvarum die* מצוה *in der Zeit daß er sie thut, sie beschützt ihn von dem Unglück, und beschirmt ihn von* יצר הרע *Aber in der Zeit daß man nit geschäft an sie, beschützen sie beschützt vvol von dem Unglück, aber Beschirmung nit sie beschirmt von* יצר הרע *Und aber die* תורה *die is nit aso neiert es sey in der Zeit daß man geschäft an sie, oder es sey in der Zeit daß man nit geschäft an sie, da beschützt sie von Unglück, und beschirmt von* יצר הרע *Nun is gehört von die red von* רבי יוסף *vven schon der* זכות *von der* מצוה *is nit aso gros as der* זכות *von der* תורה *noch gleichvvol is der* זכות *von der* מצוה *daß sie beschützt von dem Unglück, und das is der* זכות *daß er hat oben gelernt. Und es is ein* זכות *der da hengt drey Jahr. Das dasig redt von einer* סוטה *daß der Mann macht sie trincken die bittern Wasser zu sehen ob sie hat* מזנה *gevvesen oder nit, und auf das sagt er, und es is oft ein* זכות *vvan sie schon hat* מזנה *gevvesen, daß der* זכות *beschützt auf drey Jahr.*

2. Injussa] Sic persuasum est Judæis, nec ad discendas, nec ad docendas Divinas literas, præceptum ullum Mulieres habere. Consummatissimus Codex noster Ez Hechajim Hilch. Talmud Tora c. 1. מצות עשה ללמד התורה נשים ועבדים פטורים פי שהנשים נמשלו לגוברייהו פלגי בשכר קטן חייב אביו ללמדו כל הפטור ללמד פטור ללמוד חייב אדם ללמוד בנו ובן בנו ובן חברו אלא שבנו קודם לבן בנו ובן בנו לבן חברו וחייב לשכור מלמד לבנו ולא לאחרים: Id est: *Ex Ajentium Præceptorem numero est, Docere Legem; sed ab ea re Mulieres, & Servi excipiuntur. Secundum illa tamen, quæ in Sotæ c. 3. tradunt Magistri, participant fœminæ, maritorum discentium præmia, quippe quos domi præstolantur. Filiolum pater docere tenetur. Quisquis vero a docendo liber est, liber est quoq; a discendo. Et vero, tenetur quisq; docere filium suum, itemq; nepotem suum, quin & filium τῶ πλησίον· At filius, nepote; Nepos, filio τῶ πλησίον, posteriores sunt: unde & obligatur quis ad conducendum præceptorem filio suo, id quod tamen aliis præstare non tenetur.* Conter Maimonidem eorundem Hilch. c. 1. §. 1.

3. Id facit] Supple post ista: Quod si igitur Fœminæ non nisi, injussæ, Legi Divinæ operam dant, haud verisimile est, eam quæ sic ultro

animum

animum ad discendum transtulit, tantum manere præmium, ut sicubi ipsam adulterii ream fieri contingit, vis aquarum per universum triennium suspendatur. Qui enim sua sponte quid faciunt, haud amplam apud Numen ineunt gratiam. Atque in hoc posteriore, quia vis omnis objectionis latet, ideo sic sentire Magistros, duobus elegantibus ex Talmude locis ostendemus. Avoda Sara fol. 3. a. הדת ר' מאיר אומר מנין שאפילו גוי ועוסק בתורה שהוא ככהן גדול תל' אשר יעשה אותה האדם וחי בהם בהנים לויים וישראל * לא נאמר אלא האדם הא למדת שאפי' גוי ועוסק בתורה הרי הוא ככהן גדול אלא לומר לך שאין מקבל עליהם שכר כמצוה ועושה אלא כמי שאינו מצוה ועושה דאמר ר' חנינא גדול המצוה ועושה יותר משאינו מצוה ועושה: Id est: *Dixerat R. Meir: Unde probabitur, etiam quem τὸν νόξω, qui Legi Divinæ studet, haud minoris faciendum esse quam Summum Pontificem? Nimirum* (Lev. XVIII, 5.) *dicitur*: (Præcepta mea, & statuta mea,) quæ faciet Homo, & vivet in eis. *Non dicitur*; (Quæ faciet,) Sacerdos, aut Levita, aut Judæus; *sed*, (quæ faciet) Homo, *unde datur intelligere, τὸν νόξω Legi Divinæ operam dantem, nihilo Pontifice esse inferiorem. Sed tamen, non id præmium refert, quod eos manet, qui ex præcepto Divina studia tractant, verum illud solum, quo afficiuntur, sua sponte discentes: Est vero secundum R. Chaninam, longe beatior eorum qui jussi, præ illis, qui injussi discunt, conditio.* Kidduschin fol. 31. a. אמר רב יהודה אמר שמואל שאלו את ר' אליעזר עד היכן כבוד אב ואם אמר להם צאו וראו מה עשה גוי אחד לאביו באשקלון ודמא בן נתינה שמו בקשו ממנו חכמים אבנים לאפוד בששים ריבוא שכר ורב כהנא מתני בשמנים ריבוא והיה מפתח מונח תחת מראשותיו של אביו ולא ציערו לשנה האחרי נתן לו הקב"ה שכרו שנולדה לו פרה אדומה בעדרו נכנסו חכמי ישראל אצלו אמר להם יודע אני בכם שאם אני מבקש מכם כל ממון שבעולם אתם נותנין לי אלא אין אני מבקש מכם אלא אותו ממון שהפסדתי בשביל כבוד אבא וכששמעו חכמים בדבר אמרו ומה מי שאינו מצוה כך מצוה ועושה עאכו' דאמר ר' חנינא גדול מצוה ועושה ממי שאינו מצוה ועושה אמר רב יוסף מריש הוה אמינא מאן דהוה אמר לי הלכה כר' יהודה דאמר סומא פטור מן המצות עבידנא יומא טבא לרבנן אנא לא מיפקידנא וקא עבידנא השתא דשמענ' להא דאר' חנינה גדול מצוה ועושה יותר ממי שאינו מצוה ועושה מאן דאל' דאין הלכה כר' יהודה עבידנא יומא טבא לרבנן: Id est: *Referente R. Juda, narravit Samuel, quæsitum aliquando esse ex R. Akiba, quatenus se exten-*

*Malo legere וישראלים prout est in Ex Iacob fol. 148. col. 4.

ſe extendat, reverentia debita Parentibus? Illumq. reſpondiſſe: Adeſte, & videte mihi, quæ patri ſuo fecit, quidam τῶν ἐξω in Askalone, cui nomen erat Dema Nethinides. Conſtat, aliquando Sapientes antiquos, opus habuiſſe, Gemmis quibusdam, ad reparandum Amiculum Humerale Summi Pontificis, quarum venditione iſte Dema lucrari poterat Aureorum Myriadas ſexaginta, aut R. Cahana ita tradente, univerſas octoginta Myriadas. Sed, quia Clavis, (ſcrinii, in quo Gemmæ aſſervabantur,) *ſubter cervical* (dormientis) *Patris, repoſita erat, nolebat,* (ipſum excitando,) *moleſtiam ei facere* (filius, & potius, venditioni renunciavit, ſatius eſſe judicans, carere lucro, quam violare erga Patrem obſervantiam.) *Anno vertente, dedit ei Deus B. præmium* (tantæ pietatis,) *nam in grege ſuo, nata ei Junix Rubra,* (rarum animal, quodque, ut ſacris Judæorum uſibus ſervire poſſet, adeo labis omnis expers eſſe debebat, ut vel pili nigri duo eam vitiarent.) *Quamobrem convenerunt illum Proceres Judæorum,* (ſciſcitantes, ecquod junici ſtatueret pretium?) *Reſpondit ipſe; equidem perſpectiſſimum habeo, quod ſi omnes totius Orbis opes a vobis flagitarem, illas vos, pro junice mihi daturos eſſe. Sed, non requiram amplius, quam iſtud lucrum, cujus* (anno ſuperiore,) *ob honorem Patris, jacturam paſſus ſum.* (Nec mora, libentes volentes Judæi, id omne exſolverunt.) *Quam rem cum audiviſſent Sapientes,* (mirabundi) *dixerunt:* (Bone Deus!) *quod ſi ei qui injuſſus,* (bonum opus) *facit, tantum tribuitur præmium, quanta eos, qui ex præcepto id faciunt, manere neceſſe eſt? Dixit enim R. Chanina, longe beatiorem eorum qui juſſi, quam qui injuſſi, recta peragunt, eſſe conditionem.* (Huc pertinet illud) *R. Joſephi,* (qui cum luminibus orbus eſſet,) *principio dicere ſolebat: Si quis certiorem me reddet, R. Judæ opinionem, qui Cæcos ab obſervatione præceptorum liberos pronunciat, in Sanctionem Magiſtralem abiiſſe, tum ego convivium oppiparum meis parabo Sociis. Nam cum ego injuſſus præcepta ſervem,* (mercedem mihi ante alios repoſitam eſſe, non ſperare tantum poſſum, ſed & confidere.) *Poſtquam vero ei innotuit, R. Chaninæ effatum, longe melius agi cum iis qui juſſi, quam qui injuſſi quid faciunt,* (tum vero dicebat,) *ſimul ac quis læto nuncio me perfundet, R. Judæ ſententiam in Sanctionem Magiſtralem non abiiſſe, tum ego Socios ad pulchram cœnam vocabo.* Poſtremum illud de R. Joſepho cæco, repetitur iterum in Bava Kama fol. 87. a.

4. Quod ſi vero de merito &c.] Obſervo non minimam Lectionum hic varietatem. Talmudis utraque Editio habet אלא זכורת Codices En Jacob legunt: ואלא דמצוה זכות דמצוה מי סגנא כולי האי In Maamedot Hebraicis, ubi integra hæc Pericope, inter ea quæ die Sabbathi recitanda, comparet, ſcribitur: אלא זכורת דמצוה מי סגנה כולי האי At in libro Tipheret Iſraël, ubi pariter

pariter, & adducitur hoc Talmudis Fragmentum, & cum cura explicatur, habemus ואי זכות דמצוה ומי מגבה כולי האי Sane, quod ad ſenſum attinet, ei nihil admodum decedit, quamcunque harum lectionum eligas. Certum tamen, poſtremam expreſſionem eſſe commodiſſimam, & ideo meruiſſe, ut a nobis reciperetur.

5. Legem autem Luci] Poſt voces ואת התורה באור in Talmude & Maamedot, repetitur את המצוה בנר ſed nulla neceſſitate etiam Codicum En Jacob, & libri Tipher. Iſr. teſtimonio. Idem judicium de verborum ואת התורה באור לומר לך poſt לפי שעה iteratione, formari debet.

6. Lucerna non colluſtrat] Eſt utique ſimilitudini convenientius, ſi cum Codicibus En Jacob legas אינו מאיר & mox deinde ומה quam מה אור מגין & אינה מגינה etſi conſenſu ita habent reliqui libri omnes. Minus enim proprie, Lucerna protegere dicitur, cujus verum munus colluſtrare eſt : quod idem nobiſcum ſenſit, quisquis fuit ille, qui Maamedot in Germanicam linguam convertit.

7. Sicut Lux æternum colluſtrat &c.] Modo innuimus, in libro Tipheret Iſraël, quem R. Judas, Archon Synagogæ Pragenſis, Bezaleelis filius, compoſuit, quique Venetiis, ante annos non adeo multos excuſus eſt, hujus Sententiæ Talmudicæ prolixam inſtitui expoſitionem. Ergo quædam ex illo, nobis impoſterum erunt afferenda. Ecce facimus initium : וביאור ענין זה כי המצוה תקראנר מפני הנר האור שלו נתלה בגוף השמן והפתילה ומפני כך אינו אור גמור וכן המצוה נתלה במעשה האדם שעשה על ידי גופו ואין המצוה דבר נבדל לגמרי בשביל זה אבל התורה שאינה נתלה בגוף והוא שכל נבדל בלבד לכך תקרא התורה אור כי האור הוא נבדל לגמרי ואינו נתלה בגשי וידוע שכל דבר שהוי בגו' דהי בזמן וכל דבר שאינו בגוף איני יהי הזמן ולכך אמר שתמצי לפי שעה דהוא הזמן שהאור אלהי שהוא במצוה הוא נתלה בגוף כמו האור שהוא בנר התלה בגוף שהוא השמן והפתילה והוא לזמן אבל התורה מיוחדת לאור שאין אור גשמי שאין בו דבר ממש וכך התורה היא שכל נבדל לפיכך התורה מגינה לעולם שהוי הדבר הנבדי מן הגשמי אינו נתלה בזמן; id eſt : *Hæc ita ſunt capienda : Præceptum* (ſervatum, ſive Bonum aliquod Opus,) *vocatur Lucerna. Lucerna enim lumen, dependet a rebus corporeis, Oleo, atq; Elychnio, ac proinde non eſt Lumen omnimodum. Eadem ratione, Præceptorum obſervatio, dependet ab operibus humanis, ut eadem quis corpore ſuo perficiat,*

perficiat, ob hanc igitur causam Præcepta, a materia, non possunt penitus liberari. At vero Lex, quæ a rebus corporeis immunis, & in nudo intellectu consistit, ideo cum Luce comparatur, nam & Lux quid incorporei est, nec a materia dependet. Cæterum, quia constat, Corporeas res, tempori obnoxias esse, incorporeas vero, ejusdem vicissitudini non subjacere, ideo Horæ, seu Temporis circumstantia, Bonis Operibus additur: Lumen enim divinum, quod in iis fulget, ita a corpore dependet, ut lucernæ lumen, a re corporea, oleo scilicet, & ellychnio est inseparabile, ac proinde Tempus excludi nequit. Atenim Lex, qua Luci, incorporeæ & nihil palpabilis habenti rei, assimilatur, in solo merog, intellectu consistit, atq, sic æternum protegit, nam quæ materiam non habent, tempore quoq, haud finiuntur.

8. Vita æterna] Alii Libri habent לעולם הבא alii לעתיד לבוא quæ nihil differre, omnes sciunt.

9. Iter facit] Verbum נדרך etsi nec in Talmudis Editionibus, nec in Maamedot comparet, tamen autoritate Codicum En Jacob, & libri Tipheret Israël, retinendum duximus. Nec spero futurum, qui hoc consilium sit reprehensurus.

10. Et latronibus] Poterant addere insuper ומן השדים *Et a Larvis Dæmonibusq,* nam & hi, noctu iter facientibus, frequenter occurrere solent, iisdemque se præbent infestos. Hinc adeo in Megilla fol. 3. a. & Sanhedrin p. 248. Edit. Cocceia. præcipitur: אסור לו לאדם שיתן שלום לחבירו בלילה חיישינן שמא שד הוא Id est: *Nequaquam, amicus qui noctu obviam fit, salutandus est, ob metum, ne forte dæmon hanc personam induerit.* Ante omnes vero, noctes quarti, & septimi hebdomadis dierum, sunt periculosissimæ: Pesachim fol. 112. b. תניא לא יצא אדם * יחידי בלילה לא בלילי רביעיות ולא בלילי שבתות מפני שאגרת בת מחלת היא ושמונה עשר רבוא מלאכי חבלה יוצאין וכל אחד ואחד יש לו רשות לחבל בפני עצמו מעיקרא רוה שכיחא כל יומא ויומא דרא פגע בה רבי חנינה בן חמא אמר לירד אי לאו דמברזי בלך ברקיע הוחרו בחנינא בני ובתורתו משוינא לדמך תרתי פשיטי אמר לה אי חשיבנא ברקיעא כולי האי גוזרני עליך שלא תעבורי בישוב לעולם והא קא חזינא לך דאיכא חדא חויתא נינהו דמשתמטי לחו סיסותיהו ואתו דברי לחו Id est: *Vetus est Traditio: Nemo solus noctu exeat, præcipue noctibus, quarta & septima Feriarum, nam Agrat filia Machlat, comitata duodeviginti myriadibus Angelorum perniciosorum, tum vagatur, horumq, singulis, plena nocendi competit facultas. Olim* (strix ista, cum suo horribili exercitu,) *quibusq, noctibus* (circumcursitare) *deprehendebatur, cumq, aliquando in eam forte incidisset R. Chanina Dusæ filius, Nisi, inquiebat*

*Ethanc vocem, quæ in Talmude aberat, & alia corrupta, ex En Israël fol. 95. col. 1. restituimus.

inquiebat ipſa, in cœlo edictum de te fieret, Cavete, Chaninæ filio meo, ejusq; divinis ſtudiis, (nocumento ſitis,) *non niſi duorum aſſium vitam tuam æſtimarem*, (teque egregie exciperem.) *Ibi vero R. Chanina reſpondit: Si verum eſt, tantam mei in cœlo haberi rationem, dico edico tibi, ne unquam poſthac loca hominibus habitata petas.* (Dicat quis:) *Atqui, videmus tamen adhuc* (Lemures nocturnos indiſcriminatim. Sed vero tenendum, id eam fieri ob cauſam,) *quia illorum equi jugam capeſſere ſolent, quare eos perſequuntur* (dæmones poſſeſſores, & domum iterum reducunt.) In Schalſch. Hakkab. p. 86. b. ſeq. multis narratur, fuiſſe Anno Chriſti MDLXXV. Ferrariæ, mulierem Judaicam κακῶς δαιμονιζομένην. Hanc cum R. Gedalia Ben Jechaja, autor libri iſtius, cupide viſitaſſet, ut quædam de ſtatu Animarum a corpore ſeparatarum, & de Inferni pœnis reſciſceret; penitus tamen, ob ſummam Spiritus ruditatem, qui ſe animam, cujusdam Baptiſtæ Mutinenſis, hominis agreſtis, & ob furti crimen ſuſpendio necati, profitebatur, ipſe fruſtra fuit. Poſt varia, exorato denique dæmone, ut tantiſper quieſceret, & cum muliere ſeorſum loquendi poteſtatem concederet, quæſivit ex muliere quomodo Genius iſte eam cepiſſet? השיבה כי בבואה מלטבול במקוה חוץ מביתה ירדה אל החצר בשעת ב' מהלילה עם נר דלוק בידה לשאוב מים מהבאר בדי להכין אוכל לאישה ואנח הנר דלוק בחור א' קרוב אל הבאר ואישה אשר היה עמה הלך לו והיא לקחת הדלי לשאוב מים ותכף נכבת הנר ותוקף מהרוח והורידה עד חצי הבאר ואחר כך העלה משם באויר ולא ידעה מה הוא ועל מה ואיך, ותצעק ותתעלף וישאוה בני ביתה על מטתה: Id eſt: *Reſpondit ipſa, ſe, cum foris lavaſſet, redeuntem domum, deſcendiſſe Hora ſecunda nocturna, in atrium, tenentem manu candelam accenſam, ut aquam ex puteo hauriret, ac marito cœnam pararet: Depoſita vero candela, in foramen quoddam puteo proximum, & marito, qui hactenus præſens fuerat, interim abeunte, prehendiſſe ſitulam ad hauriendam aquam: Ibi cum lumen extinctum eſſet, occupatam, ſeſe fuiſſe a dæmone, qui ſecum ad medium putei deſcenderit, & mox ſurſum per aëra evolarit. Cumq; neſciret, quid hoc ſibi vellet, aut quid ſibi eveniſſet, clamaſſe ſeſe, & ab accurentibus domeſticis, animi deliquium patientem, in lectum fuiſſe delatam.* Perfunctorie, iſtis quin utamur, cum explicare volemus, cur S. Paulus, Dæmones, Epheſ. V, 12. τὺς κοσμοκράτορας τῦ σκότυς τῦ αἰῶνος τύτυ, appellarit, nemo nos prohibet.

11. Neſcit præterea &c.] Cum tantis, nocturni peregrinatores, ſint expoſiti periculis, jure bono hortatur R. Judas in Peſachim haud longe ab initio, & in Bava Kama fol. 60. b. לעולם יכנס אדם בכי טוב Id eſt: *Quisq; ſemper domum ſuam, aut diverſorium tempeſtive petat.*

tat. Credo, idem ſuadet Judæis, Inſcriptio, aureis literis marmoreæ tabulæ inciſa Patavi Venetorum, juxta Vici ipſorum Auſtrale Oſtium, etſi, ut verum fatear, quid plane velit, haud hercle intelligo:

בלילה מן

השער שניהם

מרחוק

F. M.

Adjicitur quidem, in altero Oſtii latere, expoſitio, quantum apparet, verborum Latina, ſed quæ & ipſa, fere interpretamento aliquo eget:

F. D.

NOCTE PROCUL SEPTI FORIBUS GENS UTRAQ; ABESTO
NI FAS VETABUNT CLAUSTRA: SI NEC HÆC MALUM.

Enim vero, harum Inſcriptionum obſcuritatem, compenſant cæteræ, quæ tum ibi, tum in aliis Vici Portis leguntur, pulchræ, terſæque, ac circa eandem rem eleganter variegatæ, quasq; hoc nomine, quia ſic opportunitas ſeſe offert, ex Adverſariis Peregrinationis noſtræ, repræſentamus.

F. D.

NE POPULO COELESTIS REGNI HEREDI USUS CUM EXHERede ESSET FRAUDI, JUDÆI UNUM IN LOCUM HIC REDACTI, ASSIDUO MARCI CORNELII LECTISSIMI VIRI EPISCOPI DOMUS DEI ZELO ATQ; STUDIO PENE UNIVERSORUM SANCTISSIMO, DOMINÆ URBIS SENATU AUCTORE, FACTO DECRETO CIVIUM, VIRORUM AMPLISSIMORUM FRANCISCI BERNARDI PRÆTORIS, MARCI QUIRINI PRÆFECTI BENIGNO AUSPICIO, EXIMIA DANIELIS CAMPESII, SERTORII URSATI EQ. NICOLAI CAMPO-SAN-PETRI JC. CURATORUM OPERA, AN. CHRISTI M DC III. J. F. M.

AD OSTIUM OCCIDENTIS.

QUOD MARCI CORNELII VIGILANTISSIMI PASTORIS ADMONITU UNANIMIS CIVITAS PUBLICO DECRETO CONSTITUIT, ET SERE-

NISS. SENATUS VENETI AUCTORITAS COMPROBAVIT, OMNES HEBRÆORUM FAMILIÆ IN UNUM LOCUM CONCLUSÆ, FRANCISCO BERNARDO PRÆTORE, MARCO QUIRINO PRÆFECTO, AN. MDC III. DANIEL CAMPESIUS, SERTORIUS URSATUS EQ. NICOLAUS CAMPI-SANCTI-PETRUS J.C. OPERI ABSOLVENDO TRIUMVIRI PRÆFUERE.

SUPRA SEPTENTRIONIS OSTIUM.

JUDÆI IN QUEM IMMIGARENT, SECRETUS A GREGE CHRISTI ATTRIBUTUS LOCUS MARCI CORNELII PRÆSTANTISSIMI PASTORIS HORTATU AC MONITU, CIVITATIS TOTIUS CONSENSU, CUI SERENISS. SENATUS VENETI AUCTORITAS SUMMA FUIT FIRMAMENTO, VIRIS AMPLISSIMIS FRANCISCO BERNARDO PRÆTORE, MARCO QUIRINO PRÆFECTO, BENIGNE ASPIRANTIBUS, CURATORIBUS DANIELE CAMPESIO, SERTORIO URSATO EQ. NICOLAO CAMPO-SANCTO-PETRO JUR. CONS. MATURANTIBUS AN. CHRISTI M DC III. J. F. M.

12. Si obtingat illi fax accensa, liberatur quidem a spinis &c.] Hoc sane Fax, noctu peregrinantibus præstat, ut semitam quam calcant, illuminet, ne spinis, aut sentibus, pedes offendant, & ne in foveas illabantur, modo ipsi visu aliquo sint præditi. Sed, quid de viso ego dico? Præstat idem, vel cœcis etiam. Megilla fol. 24. b. חניא אמר רבי יוסי כל ימי הייתי מצטער על מקרא זה וחייר מפשש בצוארים כאשר ימשש העור באפלה אמרתי וכי מאי אכפת ליה לעיור בין אפילה לאורה עד שבא מעשה לידי פעם אחרת היתי מהלך באישון לילה ואפלה וראיתי סומא שהיה מהלך ואבוקה בידו אמרתי לו בני אבוקה זו למה אמר לי כל זמן שאבוקה זו בידי בני אדם רואים אותי ומצילין אותי מן הפחתי ומן הקוצי ומן הברקנים׃

Id est:

Exiat

Extat Traditio, dixiſſe R. Joſen : Tota vita, ſcrupulum mihi reliquere verba (Deut. XXIIX, 29.) Et palpabis in meridie, ſicut palpat cœcus in caligine. *Quid enim, ajebam, anne Cœci intereſt, ſive nox, ſive dies ſit?* (Atque hæc difficultas me torſit,) *usq; donec in rem præſentem deductus ſum. Ambulabam ſic aliquando in nocte illuni, & caliginoſa, ibi offendi Cœcum cum face ittantem; quare ad eum, Mi Fili, inquam,* (indica quæſo) *quid fax iſta tibi proſit? Reſpondit ipſe: Quando facem ego manibus geſto, conſpiciunt me mortales reliqui, meq; liberant a foveis, ſpinis, & tribulis.*

13. Tribulis] Pragenſe En Jacob contra omnium reliquorum librorum in quibus hæc Pericope habetur, fidem, חברקני pro הברקים legit inſulſe.

14. Formidat adhuc feras ac latrones] Enim vero, immerito id facit, ſi vera ſunt quæ traduntur in Berachot fol. 43. b. loco, etiamſi cum face ei res ſit, ſic tamen ſatis obſcuro אמר רב זוטרא בריה דטוביה אמר רב אבוקה כב' וירח כג' איבעיא להו אבוקה כשנים בהדית דידית או דילמא אבוקה כב' לבר מדידית תש וירח כג' אי אמרת בשלמא בהדי דידיה שפיר אלא אי אמרת לבר מדידיה ד' למה לי והאמר מר לאו נראה ומזיק לב' נראה ואינו מזיק לג' אין נראה כל עיקר אלא לאו שמע מינה אבוקה כב' בהדי דידיה שמע מינה: Id eſt: *Prodente R. Sutra F. T. dixit Raf': Fax eſt adinſtar duorum, Luna vero lumen, inſtar trium* (hominum.) *Quæſitum fuit,* (de gemino hujus pronunciati ſenſu, in Academia:) *An nimirum Fax cum ſuo Latore, an vero ſine eo, duorum hominum loco ſit. Veni, audi:* (Eruam tibi ſenſum latentem. Additur in dicto,) *Lunam eſſe inſtar trium* (hominum:) *Quod ſi dixeris, in hoc numero computandum eſſe ipſum* (quoque Viatorem,) *recte* (putabis.) *Si vero Viatorem excludas.* (falleris:) *Quorſum enim quatuor opus eſt? Scilicet, ſic tantum habet Conſtitutio Doctorum: Uni,* (Angelus Mortis) *apparet, eumq; ledit; duobus, apparet, ſed inoffenſos eos relinquit; tribus, ne apparet quidem.* (Ergo conſequitur, Lunam, non niſi cum Viatore, trium loco eſſe, quippe eo numero, indemnitati jam conſulitur, & plures exigere, ſupervacuum foret. Quæ cum ita ſint, ex poſteriore hac dicti parte, ad priorem) *facimus collectionem, arguendo juxta cum Viatore, Facem, pro duobus reputandam eſſe hominibus. Atq; firma eſt hæc collectio.* Iterum id dico, ſi vera hæc ſunt, haud jure a teris ſibi metuit, cui fax ad manum eſt, binos enim homines utut inermes, fugiunt, etiam ſævarum beſtiarum portenta immaniſſima, & qualia,

Neq;

Horat. 1. Carm. Od. 22.

— — Neq; militaris
Daunia, in latis alit esculetis,
Nec Jubæ tellus generat, Leonum
Arida nutrix.

15. Exorto Lucifero a feris &c.] Si Dæmonum, ceu requirebamus, ſupra injecta fuiſſet mentio, jam hic eosdem, inter ea mala, quæ Phosphorus, Junonis carum ſidus, ortu ſuo procul faceſſere cogit, computare oporteret. Sic enim quidam Magiſtri colligunt ex loco Gen. XXXII, 26. ubi Angelum, qui cum Jacobo manus conſeruerat, inſipienter de cacodæmone accipiunt. Jalkut Rubeni Tit. אבות ואמהות num. 51. ex Gale Rasja: הירח סמאל רוצה להפריד מיעקב כדכתיב שלחני כי עלה השחר ולא רצה יעקב לשלחו עד שהודה לו ברכתו * שקנה מעשו וברכות שבירך לו יצחק אביו: Id eſt: *Volebat Sammaël diſcedere a Jacobo prout* S. E. Dimitte me, quia illuxit Aurora. *Sed noluit Jacobus hanc poteſtatem ei concedere, niſi prius ſibi comprobaſſet, Primogenituram emtam ab Eſavo, & Benedictiones quibus ſe Iſaacus pater beaverat.* Chaskuni ad eundem locum Geneſeos annotat, id videri dixiſſe Angelum: אין לך לראג כי אין דרך מזקים להתראות ביום *Nihil tibi porro metuendum, nec enim mali Genii interdiu ſeſe oſtendere ſolent.* Interim tamen id perpetuum non eſt, & fortaſſe ideo a Gemara noſtra dæmonum nulla facta mentio, eo quod hi luce quoque clara, & pleno meridie ſe quandoque præbent conſpiciendos, aut certe ex occulto lædere ſolent. Quo pertinet illud in Pesachim fol. 111. b. אמרו קטב מרירי תרי קטבי הוו חד מקמי טיהרא וחד בתר טיהרא דמקמי טיהרא קטב מרירי שמיה ומיחזי כגברא דכמכא והדר ביה בבחשא דבתר טיהרא קטב ישוד צוהרים שמיה ומחזי כקרנא דעיזא והדר בירח כי נפיא אביי חזה קא אזיל באורחא ורב פפא מימיניה ורב חונא בריה דרב יהושע משמאליה חזייה לההוא קטב מרירי דקא אתו להדי שמאלי ואהדרי לרב חונא בריה דרב יהושע מימיניה ולרב פפא משמאליה אמר ליה רב פפא לך: ואנא מאי שנא אמר ליה את שעתא קיימא Id eſt: *Quod ad Dæmonem illum* (cujus Deut. XXXII, 24. mentio extat,) *attinet, ſciendum geminum eſſe. Unus* (regnat) *ante, alter vero, poſt meridiem. Qui ante meridiano tempore,* (poteſtatem exercet, proprie) *vocatur* Ketev Meriri, *atq; hujus forma eſt, qualem refert paropſis magna, pulte plena, quam cochleari agitant. Illi pomeridiano, nomen eſt* Ketev Jaſchud Zoharajim, *is cornu caprino optime comparatur, & in modum cribri ſeſe verſat. Aliquando pedeſtre iter facientis Abai, R. Papa dextrum, & R. Huna*

* Legendū omnino eſt בבכורתו

R. Hunæ F. R. I. ſiniſtrum, latus claudebant. Ibi vidit (Abai,) *occurſantem τὸν Ketev Meriri, ſiniſtrorſum, quamobrem R. Hunam F. R. I. ſibi ad dextram, R. Papam vero ad ſiniſtram ſtatuit.* (Quibus animadverſis, enim vero,) *inquit R. Papa, ego quid promerui,* (ut ſic periculo abs te exponar?) *Reſpondit* (Abai:) *Video hunc diem tibi fauſtum eſſe,* (nullumq; te manere infortunium: ſecus enim ſi eſſet, continuo dextrorſum deflexiſſet Dæmon; nihil igitur eſt quod metuas.) Sic præterea eſt in Kiddu-ſchin fol. 29. b. תנו רבנן הואי ללמוד ובנו ללמוד קודם לבנו רבי יהודה אומר אם בנו זריז ומצלח ותלמודו מתקיים בידו בנו קודמו כי הא דרב יעקב בריה דרב אחא בר יעקב שדריה אבוה לקמיה דאביי כי אתא חויא דלא הוה מחדדן שמעתיה אמר ליה אנא עדיפנא מנך חוב את ואיזיל אנא שמע אביי דקא הוה אתי הוה ההוא מזיק בי רבנן דאביי דכי הוו עיילי תרין אפילו בימא הוו מתזקי אמר להו לא ליתיב ליה איניש אישפיזא אפשי דמתרחיש ניסא על בת בההוא בי רבנן אידמי ליה כתנינא דז' רישותא כל כריעת דכרע נתר חד רישא א' להו למחר אי לא איתרחיש ניסא סכנתין: Id eſt: *Ita docent Magiſtri: Si & Pater, & Filius egeant inſtitutione,* (nec patri pecunia, ad ſolvendum didactrum utrumque ſuppetat,) *ipſius potior eſt conditio,* (nec cogitur nummos ſuos, ad filium erudiendum impendere.) *Monet tamen R. Judas, ſi filius patre aptior, proſperiorq; in diſcendo ſit, ac tradita, magis tenaciter ſervet, tum pro filio judicandum. Nempe id colligas ex illo de R. Jacobo F. R. A. N. I. Hunc pater miſerat ad τὸν Abai,* (ut cultum ingenii caperet.) *Eo reverſo, cum animadvertiſſet* (pater,) *non valere ipſum acri judicio, tum, ego quidem, ajebat, temet ad diſcendum ſum accommodatior, quin tu igitur hic morator, ipſe poſthac* (Academiam) *frequentabo. Caterum, Abai, de illius adventu certior redditus, cum ſuum ἀκροατήριον Dæmon quidam adeo infeſtaret, ut duobus* (tantum) *ibi morantibus, etiam mero die læderentur, edixit, ne quis illum hoſpitio exciperet, fieri enim poſſe, ut quod miraculum accidat. Venit igitur* (R. Acha, & cum ab omnibus excluderetur,) *pernoctavit ἐν ἀκροατηρίῳ. Mox viſus ei Dæmon, forma Draconis, ſeptena habentis capita:* (Sed ad R. Achæ preces fundentis,) *quamq; inclinationem, ſemper aliquod horum cecidit. Poſtridie* (Magiſtro & ſodalibus inquit R. Acha: Haud dignum veſtris moribus facinus feciſtis,) *niſi enim ſingulari Dei providentia liberatus eſſem, mihi creaſſetis exitium.* Non alienum a propoſito eſt, quod in ſæpe nobis laudato, Arabico, Bibliothecæ Cardinalis Mazarini, de Ægypto, MS. quidam commemorat, ſic enim habet p. 240. ſeqq. verſio. *Vn jour eſtant monté ſur vne beſte, que j' auois, comme je marchois mon droit chemin, paſſant aupres de ces Pyramides, j' auiſay vne trouppe de Caualiers montez les vns ſur des cheuaux, & les autres ſur des*

chameaux, & quelques gens de pied qui marchoient auec eux, faisant la procession autour des Pyramides. Surquoy ie dis en moy mesme. Qui sont ceux-cy qui font la procession autour des Pyramides a l' heure qu'il est de midy? N' est-ce point pour quelque affaire arriuée de nouueau dans la ville? Et en mesme temps ie marchay vers eux, tant que i'en approchay bien prés, et me mis a les considerer. Mais ie trouuay en les regardant, de plus prés, qu'ils n'auoient, ny la taille, ny la mine des hommes ordinaires, et fis pareil jugement de leurs cheuaux, et de leurs chameaux. Ce qui m'obligea de me recommender a Dieux, apres quoy je les saluay, et ils me rendirent le salut, & me parlerent ainsi. Nous sommes vne troupe de Mussulmans de nombre des Demons, qui croyent en Dieu et en son Prophete. Quand les Demons rendent le salut a l' homme, il peut croire qu'il est en seureté de leur part. C' est pourquoy quand tu rencontreras des creatures que tu ne reconnoistras point, pour des hommes, salue les; car s'ils te resaluent, ils seront fidelles; s'ils ne te resaluent point, ils ne seront pas fidelles; c' est pourquoy tu deuras te recommander a Dieu, afin qu'il te garde d' eux; car par ce moyen, ils ne te pourront nuire. Sequitur post alia: *Apres cela ils partirent comme pour s'en retourner, et vn d' eux me dist adieu, et me parla ainsi.* O homẽ taſche de ne point cheminer a midy: dors plutoſt en merienne, cars les diables n'y dorment point. Credo, hoc poſtremum monitum ſibi quoq; dictum putare Aurigas, & Tabelliones noſtros, ita nunquam facile induci ſe patiuntur, ut circa meridiem, iter perſequantur. Verum, de eo, dicam plura alias, nunc, unum id adjungens, quod, quia certum nihilo minus manet, ſaltem raro accidere, ut fulgente Solis jubare, Dæmones conſpici poſſint, ideo fuiſſe qui Collyria pararunt, quorum beneficio, Spiritus, ſemper ſub aſpectum caderent. In eadem verſione libelli Arabici, qua modo uſi ſumus, hæc quoque p. 151. leguntur. *L'on dit qu' entr' autres merueilles, que Gebire trouua, il y auoit vne caſſette d' or, cachetée d' vn cachet inconnu, et que l' ayant ouuerte, il y rencontra vne boëte faite d' vne pierre precieuſe rouge, et pleine d' vne poudre verte en forme de collyre, le bec dela quelle boete eſtoit bouché d' vne eſmeraude pareillement verte, et que ſur la caſſette il ſe trouuoit eſcrit.* CELVY QVI VSERA DE CE COLLYRE, RAIEVNIRA, SES CHEVEVX REDEVIENDRONT NOIRS, ET SA VEUE S' ESCLAIRCIRA DE TELLE SORTE QU'IL POURRA VOIR TOUTES SORTES D'ESPRITS. Sed, fieri poteſt, ut quis paulo curioſior effictim expetat, doceri ſibi modum hoc medicamen conficiendi. Equidem, non tam imperitus rerum ſum, ut quid curioſitas valeat neſciam, nec tam inhumano ingenio natus, ut quem velim fraudare arte ſecreta. Revelabo ac libens, omne hoc arcanum, ex Berachot fol. 6. a. etiam alia, quæ proprie ad collyrium

nihil

nihil faciunt, simul recensendo. At, sic mihi collibitum est, sententias semper afferre integras, imo ita debet fieri, si serio iis prodesse volo, quibus sacra mea commoveo, nec tantum quomodocunque delectare. Non utar alia excusatione, in re, quam nemo bonus, ullo modo vitio vertere potest, quin potius missis ambagibus, ne quid morer, moræ impatientes, rem

arcanissimã, proferam in publicum. אבא בנימין אומר אלמלא נתנה

רשות לעין לראות אין כל בריה יכולה לעמוד מפני המזיקין אמר

אביי אינהו ונפישי מינן וקיימי עלן כי כסלי לאוניא אמר רב

הונא כל חד וחד מינן אלפאו משמאליה ורבוותא מימיניה שנ

יפול מצדך אלף ורכבה מימינך אמר רבאו האי דוחקא דהוי

בכלה מינייהו הוי הני ברכי דשלחי מינייהו הוי הני מאני

דרבנן דבלו מחופיא דידהו הני קרעי דמנקפן מינייהו האי מאן

דבעי למידע להו לייתי קיטמאנהילא ונהדר אפורייה ובצפרא

חזי כי כרעי ודתרנגולא האי דבעי למחוינהו לייתי שילייתא

דשונרא אוכמתא בת אוכמתא בוכרייתא בת בוכרייתא

וליקלייה בנורא ולשחקיה ולמליה לעינידה מנידה וחזי להו

ולשדייה בנובתא דפרזלא ולחתמיה בנושפנקא דפרזלא

דילמא גנבי מיניה ולחתום פומיה כי היכי דלא ליתוק: Id est:

Abba Benjamin censuit, quod si Oculo potestas concessa esset videndi omnia (adversa, sibi imminentia,) *nihil rerum creatarum, vel ob* (metũ solorũ) *dæmonum posse subsistere. Testis enim est Abai, ipsos numero nos longe vincere, atq; haud aliter nobis superstare, quam terra egesta in vinetis, ambit cujusq; vitis fossulam. R. Huna dixit, neminem non nostrûm, ad sinistram habere mille, & ad dextram, decem millia* (dæmonum.) *Secundum illud* (Ps. XCI, 7.) Cadent a latere tuo mille, & decies mille a dextera tua. *Raba docuit*, (ab illorum multitudine,) *provenire oppressiones illas, quas patimur, dum Concionibus Sabbaticis Magistrorum interfuimus*, (cum tamen arcti non sedeamus.) *Esse item ipsos autores, genuum lassitudinis. Esse illorum afflictum causam, cur Sapientum* (sedentariam agentium vitam,) *vestes*, (tam cito) *atterantur*, (& magis facile, ipsis illis, quibus rustici, vacivum nullum laboris tempus dantes, induuntur.) *Facere denique ipsos, ut sæpe pedes mutuo collidantur. Qui multitudinis Diabolorum experimen-*

tum facere volet, ſumat ſibi cineres probe cribratos, eosq; grabato inſpergat; ibi ſub diluculum videbit, quaſi quædam gallorum gallinaciorum, veſtigia. Sed, ſi cui oculis uſurpare dæmonas lubido ſit, huic capienda ſecundina felis (fœminæ) nigræ, primo partu, a matre primogenita edite, ea igne comburenda, atq; deinde redigenda eſt in pulverem minutiſſimum. Iſte pulvis oculis inſperſus, faciet ut dæmones ſint viſibiles. Caterum, ſervare iſtum pulverem oportet, in canaliculo ferreo, ferreo annulo obſignato, ne quid exinde ſuffurentur dæmones, os quoq; canalis probe obturandum, ut omne caveatur periculum. Sic ſatisfactum credo abunde, tuæ, Lector, curioſitati, ſed ne tu mihi iſtorum forte periculum facias, ſcire tua intereſt, ſubjici ſtatim: רב ביבי בר אביי עבד הכי ואיתזק ובעו רבנן רחמי עליה ואתסי: Id eſt: *Hoc ita effectum dedit R. Bibi F. A. at peſſime a dæmonibus exceptus eſt. Interim, intercedentibus præo apud Numen Magiſtris, convaluit.* Quæres: An nulla adverſus Dæmonum vim, Amuleta aut præſidia Judæi habeant, quibus ſe miſeri homulli munire poſſint, ne in tanta multitudine ſuffocentur? Mones probe. Fere id neglexiſſem. In promtu eſt remedium geminum, quorum alterum ipſe dæmon cuidam revelavit in Kidduſchin fol. 81. b. ultro faſſus, coërceri ſe poſſe, ſi quis dicat: רחמנא ניגער ביה בשמן Quæ, profecto, eſt ipſiſſima ſententia verborum, quibus Michaël Archangelus Diabolum abegiſſe legitur, apud Judam in Epiſt. v. 9. Ἐπιτιμήσαι σοι Κύριος· Atque, vel hæc ſola obſervatio facit, ne penitus contemnenda ſint, frivola illa quæ præmiſimus, eo quod nos huc deduxerunt. Alterum remedium, eſt in Bava Mezia fol. 107. dulce, facile, & quo nemo vidit melius ab ullo Medico dari. Nimirum, ſufficit bono & lauto jentaculo,

Horat. l. 1. Carm. Od. 16.

Vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro:

Et ſalva res eſt, nihil reſtat, quod porro metuamus. תנו רבנן שלש עשרה דברים נאמרו בפת שחרית מצלת מן החמה מן הצינה ומן הזיקין ומן המזיקין ומחכימו פתי וזוכה בדין ללמוד תורה וללמד ודבריו נשמעין הלמוד מתקיים בידו ואין בשרו הבל ונזקק לאשתו ואינו מתאוה לאשת אחרת והורגת כנה שבבני מעים ויש אומרים אף מוציא את הקנאה ומכנים את הארבה: Id eſt: *Aſſeverant Rabbini, tres ac decem virtutes, ineſſe buccellæ panis, mane comeſtæ. Scilicet, tuetur tam adverſus Solis calorem, quam adverſus frigus. Defendit a Ventorum, Dæmonumq; noxiis. Stultos facit ſapientes, facit ut quis in judicio vincat, juvat docentes literas, juvat diſcentes; reddit ſermones alicujus acceptos, confert memoriæ, impedit porriginem ſudam in corpore, conciliat uxorem marito, prohibetq; ne quis alienæ fœminæ tangatur deſiderio. Poſtremo, necat vermiculos, qui in viſceribus naſcuntur: Atq; ſunt, qui illud inſuper ei tribuunt, ut odii ſit expultrix, amoris proxeneta.* Dii boni! tanti eſt jentare! Verum: Ohe! de Dæmonibus jam

bus jam satis est. Amolimini vos Larvæ terribiles, nullus hic vobis amplius locus relinquitur, etenim,

— Jam vendit pueris JENTACULA pistor,
Cristatæque sonant undique LUCIS aves. Martial. epigr. ult.

16. Liberatur] Habemus hactenus primum institutæ assimilationis membrum. Sed deest nobis συμβολὴ, sive horum omnium cum rectè factis, & Legum studio, collatio. Atque, quando ingenio ad ea eruenda opus, hærendum hic nobis esset, nisi commodum subveniret Autor libri Tipheret Israël, cujus succenturiata prudentia uti nos convenit.

יש דבר בא על האדם בעולם מן הפורענו ואין צריך על
זה הצלה גמורה רק שמזהיר אותו שלא ילך לשם ומראה לו
הדרך אשר ילך בו שלא יהיה נזוק דבר זה מציל אותו
המצוה שנקראת אבוקה ולכך אמר נורמנה לו אבוקה נצול
מן הקוצים ומן הברקנים ויש דבר שבא על האדם בכוח ורודף
אחריו ביותר כמו הלסטים וחיה רעה שרודפים אחרי האדם
ודבר זה אין המצו מגין עליו אבל התורה שנקראת אור ומגין
עליו וזה שאמר עלה עמוד השחר נצול מן הלסטים ומן חיה
רעה כי העמוד השחר הוא אור גמור והתורה שהיא אור
גמור נקרא עמוד השחר ומה שאמר ואינו יודע באיזה דרך
מהלך פי׳ שאינו עומר על המדרג האחרונה שהי נוכח השי׳
אבל הוא נוטה ממנה וזה שאם שאינו יוד באיזו דרך מהלך
כלום שאינו על דרך שהוא נוכח ה׳ לגמרי וירא עוד כי
ההפסר שיגיע לאדם יש במקר ויש שאינו במקר הזק שהוא
במקר כמו האדם שעובר בגשר ונפח הגשר וכיוצא בזה דבר
זה הוא במקרה שאלו לא הלך לשם לא נעשה זה המצוה
מולכה אותו שלא יבא לשם ומדמה זה לקוצים וברקנים
שאלמלא לא הלך לא קרה לו ודבר שהוא במקרה אינו

מזיק כמו דבר שאינו במקרה ואשר הוא במקרה המצוה
מגינה והזיק שאינו במקר כמו שיבא חלאים על האדם לפי
טבעו ודבר זה אינו תולה במקרה ודבר זה נקרא לסטים
וחיה רעה כי דבר שאינו במקרה רודף אחר האדם יותר
כמו חיה ולסטים ודבר זה בודאי הוא יותר הזיק לכך אין
המצוה מגינה רק התורה מגינה על זה:

Id eſt: *Sunt quædam adverſa, quæ homini in hac vita accidunt, ad quæ averruncanda, haud magna opus eſt liberatione: uti, ſufficit, verbi cauſa, quandoq; monere quem, non iſtum locum petendum, ſed hac via ei ingrediendum eſſe, ſi immunis eſſe velit a periculo. Hoc beneficium præſtat hominis, impletio Præceptorum, quæ Faci comparatur, ideoq; dicitur, cum cui Fax obtingit, liberari eum a ſpinis & tribulis. At, ſunt adverſa alia vehementiora, quæ pertinaciter quem petunt, uti cum latrones, aut fera, hominem perſequuntur, atq; contra hæc bona opera non tutantur, ſed tutatur Lex, quæ Luci aſſimilatur, & eapropter dictum, oriente Lucifero liberari quem a latronibus, & feris beſtiis. Lucifer enim lucem affert, & cum hoc, Legis, quæ mera lux eſt, inſtituitur comparatio. Quod vero additum, neſcire eum, qua via eundem ſit, idita capiendum, ut nondum conſtitutus intelligatur in gradu ſupremo, Deoq; propinquo, ſed declinare ab eodem; unde ſiſtitur, quaſi de via dubius, hoc eſt, exſors illius perfectionis, quæ Deo quem reddit vicinum. Idem, hac ratione quoq; oſtenditur: Nimirum, inter mala quæ homini eveniunt, alia a ſolo caſu, alia, neutiquam ab illo, dependent. Prioris exemplum eſt, uti cum pontem* (ruinoſum) *quis tranſit, atq; is rumpitur; aut quid ſimile. Hic vero, unice Caſus dominatur, nam niſi quis eo ſe contuliſſet; nihil mali eum manebat. Iſtud ergo commodum, homini conferunt præcepta impleta,* (ſeu bona opera,) *ne ejuſmodi periculum adeat, & ideo cum ſpinis, & tribulis fit comparatio, in quos nemo incideret, niſi via* (talibus refertæ,) *ſe comminiſſet. Cæterum, res quæ a ſolo caſu oritur, non tam atrociter ladit, ac ea quæ ortum ab eo non habet, unde ibi bona opera ſunt præſidio. At vero, citra caſum emergens malum, uti cum morbis, ex natura ſua prodeuntibus, quis infeſtatur,* (cujus rei cum latronibus & feris inſtituitur comparatio, quippe quæ magno impetu hominem perſequuntur,) *citra omne dubium nocentius eſt, ideo bona opera non hic juvant, ſed Lex ſubvenit.*

17. In Regiam viam delatus] In Hebræo eſt פרשת דרכים quæ voces, proprie, ipſomet R. Salomone, in Gloſſa cap. 5. Erubin au-

bin, autore, דרך פורש לכאן ודרך לכאן Id eſt: *Vias ſeſe interſecantes*, ſive Bivium, aut Compita, ſignificant. Unde in Peſachim fol. 111. b. הני תרתי נשי דיתבן בפרשת דרכים חדא בהאי גיסא רשבילא וחדא בהאי גיסא ומתכוונן אפייהו להדדי הנהי ודאי בכשפים עסקן ולא ליחלוף ביניהן: Id eſt: *Si Fœminæ duæ ſedeant in Bivio, & una hanc, altera iſtam ſemitam occupet, vultibusq; ſeſe mutuo reſpiciant, certum eſt, veneficia eas tractare, quare nemo per medium illarum tranſire debet.* Enim vero, hunc ſenſum ſi expreſſiſſemus, nihil futurum erat a propoſito alienius, non enim Compitum de via ſecurum quem reddit, ſed omnino, *In computo diligentius debet viator aſpicere, quod iter gradiendi capiat*: Uti ait Hieronymus in Quæſt. ad Gen. c. 38. Atque ſic deprehendimus in Erubin fol. 53. b. quendam dicentem: פעם אחת הייתי מהלך בדרך וראיתי תינוק אחד שהיה יושב על פרשת דרכים אמרתי לו בני באיזו דרך נלך: Id eſt: *Cum aliquando iter facerem, vidi puerum quendam ſedentem in bivio, quare, Fili mi, inquam, qua harum via eundum eſt?* Quando igitur, recepta cæteroquin ſignificatio, verborum פרשת דרכים neutiquam hic militat, ea, quam contextus ratio poſtulavit, nobis exprimenda fuit, etſi neſcio an præter ſolum hunc locum, usquam alibi eodem ſenſu phraſis accipiatur. Merito id a nobis factum eſſe, comprobat Autor libri Tipheret Iſraël, cui פרשת דרכים in præſenti negotio, eſt הדרך המיוחד והנבדל משאר דרכים אשר בו יגיע למחוז חפצו ושוב לא ישח ימין ושמאל: Id eſt: *Via propria, & ab omnibus aliis ſeparata, qua pervenitur ad terminum propoſitum, nec porro ad dextram, aut ad ſiniſtram, eſt aberratio.*

18. Peccatum delet meritum ſervati &c.] Penitus perſuaſus ſum, id velle Gemaræ verba, quod expreſſi, & ſupplevi; ſequutusque ſum autoritatem R. Salomonis, cujus Gloſſæ verba clara ſunt: עבירה מכבדת שכר מצות ואין עבירה מכבדת שכר מי שעסק בתורה Sed, in diverſa nonnihil abit, modo laudatus Autor libri Tipheret Iſraël, apud quem lego: ואין עבירה מכבדת תורת פירוש כל עבירה הוא מצד הגוף שעל ידו באת העבירה ולכך מבטלת העבירה המצוה שעושה בגוף אבל אין העבירה שהיא מעשה הגוף מכבה ומקלקל למוד התורה שהיא השכל שהוא למעלה ואינו הגוף מגיע עד שם: Id eſt: *Quod docetur, Peccatum non extinguere Legem: Illius dicti iſte ſenſus eſt: Omne Peccatum, reſpectum ad Corpus habet, quippe quo mediante perpetratur, ac proinde Peccatum extinguere poteſt Bonum opus, quod & ipſum corpore peragitur. At vero, Peccatum a corpore dependens, non poteſt extinguere aut impedire Legis Divinæ ſtudium, quod in intellectu conſiſtit, & in tam alto gradu conſtitutum, ut extra corporea reiſit contactum.*

19. Amo-

19. Amorem] At vero, Legem Divinam, in Scriptura, Amoris nomine venire, probant Magiſtri ex illo Cant. 11.4. הביאני אל בית היין ודגלו עלי אהבה Id eſt: *Introduxit me in cellam vini, & vexillum ejus ſuper me Amor.*

20. Et protegit ſimul & eripit,] Id eſt: Protegit hominem, ne ab adverſis lædatur, & eripit eundem, a Diaboli inſidiis, ne peſſimis ejus ſuggeſtionibus obſequium præſtet, & peccata committat. Cæterum, omnia hujus Pericopes, eo tendunt, Bona opera multimodis Studio Divinæ Legis eſſe ignobiliora: Vel, uti explicate rem effert Maimonides Hilch. Talmud Tora c. 3. §. 3. אין לך מצוה בכל המצות כלן שהיא שקולה כנגד למוד תורה אלא תלמוד תורה כנגד כל המצות כולן שהתלמוד מביא לידי מעשה לפיכך התלמוד קודם למעשה בכל מקום: Id eſt: *Ex omnibus Præceptis nullum eſſe, quod ad ſtudium Legis aquiparari poſſit, imo vero ſtudium Legis, omnia reliqua, junctim ſumta, exæquare: Studium enim, in actum deducere, ideoq; illud, huic, ſemper debere præferri.* Reſpiciunt iſta Maimonidis, locum palmarium in Kidduſchin cap. 2. relatum inter Excerpta En Jacob, fol. 54. col. 3. & quem inter Judæos (ceu ipſi mihi narrarunt) inter cætera tentamenta, illi jubentur explicare, qui eruditionis ſuæ aliquod ſpecimen edere debent, & ad Rabbinatum adſpirant. Quamobrem, nos quoq; in eo explicando, ingenii vires periclitabimur. ובכר היה ר טרפון וזקנים מסובין בעליית בית נתזה בלוד נשאלה שאל זו בפניה תלמוד גדול אומעשה גדול נענה ר טרפון ואמר מעשה גדול נענה ר עקיבא ואמר תלמוד גדול ענו כלם ואמרו תלמוד גדול שהתלמוד מביא לידי מעשה תניא ר יוסי אומר גדול תלמוד שקדם לחלה מ"שנה לתרומות ולמעשרות נד" לשמיטים סא" ליובלו קנ" מאה ושלש קד" הויין קסבר יובל מתחלתו הוא משמט: Id eſt:

Quondã conſederunt R. Tarphon, & Seniores in aula (בֵּית) Bet-Nitſa, (qui) Ludi (habitabat,) mota q; inter eos fuit quæſtio, utrum Bona Opera, an vero Legis ſtudium, majore in pretio habere conveniret? Reſpondit R. Tarphon, & dixit: Videri, Bonis Operibus prærogativam tribuendam eſſe. Sed R. Akiba, eam Studio Legis adjudicavit: Quæ ſententia communibus omnium ſuffragiis approbata fuit, eo quod ſtudium hominem, in actum deducat. (Vero enim propter quod unúquodq; eſt tale, illud magis eſt tale.) *Extat traditio, dixiſſe*

dixiſſe R. Joſeh: Longe dignius eſt ſtudium (Legis Divinæ, ipſo opere,) *quippe* (Lex lata eſt, tertio poſt egreſſum ex Ægypto menſe, atque ſic præceptum de offerendis Deo primitiis maſſæ, quod habetur Numer. XV, 20.) *ipſam ejus executionem præceſſit annis XL.* (non enim ante adventum in terram promiſſam, hoc præceptum Judæos obligabat, uti patet ex ejusdem capitis v. 18. Totos autem XL. annos ipſi in deſerto exegerunt. Porro,) *Præceptum de Decimis & Ablationibus* (cujus memoria extat Deut. XIV, 22. & c. XVIII, 4. præceſſit executionem) *annis quinquaginta & quatuor.* (Nimirum, Decimæ, & Ablationes, non pendendæ erant, niſi Palæſtina jam inter novos incolas plane diviſa, & cuique ſua portione aſſignata, dicitur enim Deut. XIV, 22. תבואת זרעך id eſt *Proventum ſementis tuæ;* quibus innuitur, illud demum tempus, quo quisque de ſua poſſeſſione certus eſt. Nunc vero conſtat, annos XIV. in ſubjugando & dividendo Palæſtinam, inſumtos eſſe: qui anni XIV. juncti illis XL. per quos Judæi in deſerto fuere morati, conficiunt annos LIV.) *Præceptum de Sabbatiſmo annorum,* (imperatum Lev. XXV, 2. ſeqq. & Deut. XV, 1.) *anteceſſit executionem annus LXI.* (nec enim Hebdomades annorum numerari cœptæ ſunt, ante terram occupatam, & diſpertitam. Proinde, computationis initium, ſecundum ea quæ modo dicta ſunt, incidit in annum LIV: ab egreſſu ex Ægyto, ipſa vero hebdomas prima completa fuit anno LXI. Denique,) *Præceptum de Jubilæo* (deſcriptum Lev. XXV, 8. ſeqq.) *executionem antevertit annis centum & tribus.* (Hoc ita ſe habere, manifeſtum evadet, ſi ab indicato nunc principio, ſeptem annorum numerentur hebdomades. Enim vero, anne tu) *centum & tres tantum annos* (colligis?) *utiq; centum & quatuor fuerunt:* (cum enim quinquageſimus annus Jubilæus fuerit, adde mihi hos quinquaginta annos, ſuperioribus quinquaginta quatuor, unde numerationis faciendum eſſe dixeras initium, & habebis utique annos CIV. Reſpondeo, iſtum Doctorem Talmudicum) *exiſtimare,* (annum quinquageſimum integrum non computandum eſſe,) *quia totus inde a principio immunitatem debitorum ſolvendorum præſtabat.* (Alia ratio fuit ſabbatiſmi reliquorum annorum, in iis enim, etſi toto anno ſabbatico terra haud exercebatur, & ſic שמטת קרקע id eſt, *terræ quies,* per omne illud tempus fuit obſervata, tamen de שמטת שטרים ſive *de liberatione ab ære alieno* longe alia res erat, & hæc ſolo ultimo illius anni menſe, obtinuit. Tantum enim Deut. XV, 1. dicitur: מקץ שבע שנים תעשה שמטה Id eſt: *A fine ſeptem annorum facito intermiſſionem:* Cumque deinde, de debitis ſequatur, id indicio eſt, non niſi menſem cujusque ſeptennii poſtremum, nomina quibus quis obſtrictus erat expunxiſſe: Seu, ab iis tantum debitis quem liberaſſe, quorum ſolutionis terminus, in illum menſem incidebat. Quæ cum ita

ſint, poſſunt igitur iſti anni ſabbatici, una cum reliquis computari. At Jubilæus, qui quantus quantus erat, omnimodam liberationem præbuit, ob hoc privilegium extra numerum, ſeorſum locandus eſt.)

21. Raba] Rabam nobis τῆ En Jacob, Rabbam vero, Talmudis Codices nominant. Sed fuit omnino prior, quia ejus nomen, mox etiam Talmudis Editiones referunt.

22. Filios Scripturam & δευτερώσεις addiſcere faciunt] Iterum Talmudis Codices, nonnihil his in verbis variant; ſed juvabat, meliorem librorum En Jacob ſequi lectionem. Interea loci, quæ his dicuntur ea ſic accipit Raſchi, ut de fœminis, liberos ad Præceptores deducentibus, ſermonem eſſe opinetur. At, longius progreſſa Rabbina Rebecca, in libello alias nobis commendato, Porta 5. Bonæ matris familias officium eſſe ait, ut ipſa quoque erudiendis liberis manum una cum Minerva, admoveat. *Ein igliche* אשה *ſol bey ihren Kind bleiben, und ſolt eh die heylige Schul nit vvarten, vvie vvolt ſich dan anheben, daß ſie vvolt ſpatzieren gehn, oder für die Thür ſitzen, da kan ja keinguts davon kommen. VVan ſie aber bey der VViegen bleibt ſitzen, da halt ſie ihr Kind im Schlaf, und kan ihr erbet ach darneben thun. Is ſie* זוכה *daß ſie mehr Kinder hat, und dervvachſene, ſol ſie ſitzen und zuhören daſnen und benſchen, und nit auf den Rebbi verloſen: Man ſpricht es is kein erbet aſo gut, as ſich der Menſch ſelbert thut. Auch is das lernen as ein Mutter mit den Kind lernt, viel mehr* מוצלח *as von einen andern, as mier es lernen von den poſuk.* שמע בני מוסר אביך ואל תטש תורת אמך׃

23. Virosque operiuntur, donec ex Academia redeunt] Iſtud operiri, quidam interpretantur de mulierum æquanimitate, qua viros ſuos, ad capiendum ingenii cultum, peregre abire permittunt, nec id moleſte ferunt, ſed interea temporis, domi ſuæ modeſte ſe continentes, rem familiarem curant, ſervantq; maritorum abſentium deſiderium. Hoc ſenſu R. Salomonis Gloſſa habet וממתינות את בעליהן שיצאין לעיר אחרת ללמוד תורה quæ eadem verba, in margine quoque Talmudis Hieroſolymitani, deprehenduntur. Sed alii, de ea modeſtia mulierum verba accipiunt, qua maritos, dum ſæpe calentibus animis, longius procedit diſputatio, diu in Schola & Academia morantes, non increpant, aut ſolæ cibum captant, ſed placide illorũ adventum præſtolantur, ita ut nec fames, nec mora, bilem in naſo ipſis conciant. Sic locum intellexiſſe Autorem libri לב טוב patebit ex iis, quæ continuo recenſebo. Nobis, utramque expoſitionem, verbis generalibus viſum fuit complecti. Quod, cæteroquin, frugi mulieris ſit officium, marito in Synagoga, ſtatas tantum preces fundendi cauſa, degente, docetur in Brandſpiegel cap. 10. *Ehe der Mann*

Man aus der Schul komt, da ſol ſie, oder ſols befehlen, daß man reinlich auskehrt, und aufraumt, daß es im Haus reinlich ſteht, da geſint ers reinlich, da is ihm der שכל *lauter, vvo nit da vvert der* שכל *trüb davon. Und ſie legt ein* ספר *auf den Tiſch, daß er* לכל הפחות *lernt ein* שעה *vor, eh er aus ſeinem Haus geht, nach der Nahrung.*

24. Annon mercedem &c.] Sic quoque in Berachot fol. 17. a. legimus: תנו רבנן גדולה הבטחה שהבטיחן הב"ה לנשים מכל האנשים שנ' נשים שאננות אמר ליה רב לרבי חייא נשים במאי זכין באקרויי בנייהו בי כנישתא ובאתנויי גבריהו בי רבנן ומנטרין לגבריהו עד דאתו מבי רבנן: Quod dictum, hoc modo nobis Germanice explicat Autor libri לב טוב fol. 85. col. 3. *Die Gemara geht in Berochos* תנו רבנן *ſie haben gelernt Rabbanan, es is gröſſer der* הקב"ה בטחון *das hat den VVeibern zugeſagt, mehr as den Manen, as der poſuk geht* נשים שאננות קולי *Ihr fromme köſtliche VVeiber hort meine Stim, zieht eure Kinder zu* תורה *und zu* מעשים טובים *und ſie führen ihre Kinder zum Rebbi, und ſie vvarten der heimen biß daß ſie haben gelernt, und ſie vvarten mit dem Eſſen biß die Manen heim kommen aus* בית המדרש *und biß ſie heimkommen von der* ישיבה *vvol denſelbigen VVeibern, vvol ihre Manen, vvol ihren Kindern.* Eſ. XXXII. 9.

ג

הניע לפרשת דרכי: מאי
פרשת דרכי אמר רב חסדא
זה תח ויום המיתה רב ז
נחמן בר יצחק אמר זה תח
ויראת חטא: מר זוטרא אמר
זה תלמיד חכם דסלקא ליה
שמעתא אליבא דהלכתא:
דבר אחר עברה מכבה מצוה
ואין עברה מכבה תורה: אמר
רב יוסף דרשי רבי מנחם

III.

1 *IN Viam Regiam delatus.* Quid Via Regia (*in ſupra allata ſimilitudine*) notatur? 2 R. Chasda, innui exiſtimat Diſcipulum Sapientum, & diem fatalem. R. Nachman vero, F. I. Diſcipulum Sapientum, & timorem peccati. Mar Sutra denique, Diſcipulum Sapientum, cujus placita ita evehuntur, ut ſecundum ea fiat deciſio. (Addamus ſimile) *dictum aliud. Peccatum delet* (meritum ſervati) *præcepti, ſed peccatum*

בר יוסף להאי קרא כסיני
ואלמלא דרשוהו דואג ואַ
ואחיתופל הכי לא רדף בתר
דוד דכתיב לאמר אלדים
עזבו רדפו ותפשוהו כי אין
מציל מאי דרשו ולא יראה
בך ערות דבר ושב מאחריך
ולא הוו ידעי דעבירה מכבה
מצוה ואין עברה מכברה תורה
מאי בוז יבוז לו: אמר עולא
לא כשמעון אחי עזרי ולא
כר יוחנן דבי נשיא אלא כּ
כהלל ושבנא דבי אתא רב
דימי אמ הלל ושבנא אחי הוו
הלל עסק בתור שבנא עבד
עסקא לסוף אמר ליה תא
נערוב ונפליג יתתר בת קול
ואמרה אם יתן איש את כל
הון ביתו באהבה בוז יבוזו לו:

non delet (meritum contractum ex ſtudio divinæ) *legis*. Autor eſt R. Joſeph, explicaſſe R. Menachem [3] Filium Joſephi, verſum ſequentem, [4] divino prorſus modo: Quem ſi Doëg & Achitophel, ſimiliter explicaſſent, Davidem non fuiſſent perſequuti. Nimirum, ſcriptum noverant. (Pſ. LXX, 11.) *Dicendo, Deus dereliquit eum, perſequimini & prehendite eum; quia nemo eſt qui eripiat.* Amplius colligebant, (*Davidem a Deo deſertum, ex loco*:) (Deut. XXIII, 15.) *Et nihil appareat in te fœditatis* [5] *ne derelinquat te.* At vero, ignorabant, peccatum delere quidem (*meritum ſervati*) præcepti, ſed non extinguere (*meritum ſtudii*) legis. Quis ſenſus verborum: (Cant. IIX, 7.) *Plane contemneretur*? Reſpondet Ula, non hæc capienda de caſu, qualis [6] Simeonis fratris Aſariæ, aut [7] Jochananis, unius e familiaribus [8] Principis, ſed qualis Hillelis & Schibnæ. Cum enim veniſſet R. Dime, dixit: Hillel & Schibna fratres fuerunt: [9] Hillel ſtudio legis, Schibna, negotiationi intentus erat: tandem ait (*Schibna, fratri*:) Age, commiſceamus (*lucrum, quod uterq; noſtrum ſuis laboribus eſt conſequutus*;) & ſic diviſionem inſtituamus [10]. Ibi perſonuit divinum oraculum, dicens: *Si daret quis totam ſubſtantiam domus ſuæ pro amore, plane contemneretur.*

l. c.

ANNO-

ANNOTATA.

1. Quid via Regia &c.] Hoc volunt: Cuique facile perſpectum eſt, in illa Similitudine, Facem, cum Præcepto impleto, ſeu Bono aliquo opere, Luciferum, cum Legis Divinæ, ſtudio conferri: At, quorſum Regia Via pertineat, quidque cum ea comparandum ſit, non liquet.

2. R. Chasda innui exiſtimat Diſcipulum &c.] Nunc rurſus, ſed poſtremùm, ſuccurrit nobis Autor libri Tipheret Iſraël, docetque, quorſum R. Chasda, cæterique Magiſtri, ſuis reſponſis videantur collimaſſe, id enim ſatis eſt obſcurum.

פירש רב חסדא זה תח ויום המיתה כאשר אדם בגופו
החמרי אינו עומד במדרג המיוחד האחרון והוא נוטה מן השי
כיון שהוא עם גופו החמרי אבל כאשר הוא יום המיתה
בהסתלק הגוף או נפשו עומד על המדרגה המיוחדת שהיא
נוכח " לגמרי וזה פרשת דרכים ולרב נחמן פרשת דרכים
תח ויראת חטא כי אף שיש בו חכמה ומצוה צריך שיהיה
זה עם השי וזהו נקרא פרשת דרכים והוא הדרך המיוחד
שהוא נוכח " וזהו יראת שמים שהוא עם השי לגמרי מבלי
נטיה ממנו לכך נקרא פרשת דרכי יראת שמי ולמר זוטרא
פרשת דרכי דמסיק שמעתא אליבא דהלכתא שהוא הדרך
אשר נוכח ה כי ההלכה היא דרך הישר ודרך האמת אבל
אם אינו מסיק שמעתא אליבא דהלכתא אעג שגם הוא
תורה אין זה מדרגה אחרונה חמיוהדת רק באשר מסיק
שמעתא אליבא דהלכתא ולפי דברי הכל נקרא פרשת דרכים
המדרגה שהוא נוכח " מבלי נטייה ימין ושמאל:

Id eſt: *R. Chasda accipit Viam Regiam, de Diſcipulo Sapientum, ejusq; die fatali. Quam diu enim homo eſt in corpore terreno, non conſtituitur in gradu ſupremo, ſed a Deo ſubinde declinat, ob adhærentem corporis imperfectionem. At, fatali hora, cum a corpore liberatur, tum Anima ejus in gradum ſupremum, Deoq; proximum elevatur. Hæc igitur eſt illa via*

Regia. Cæterum, R. Nachman, Viam Regiam interpretatur Discipulum Sapientum, timoremq; qui in eo est, peccati. Etiamsi enim quis Sapientia, & Bonis Operibus polleat, tamen, ut cum Dei timore ista conjuncta sint, necesse est, atq; sic demum habetur Via illa Regia, sive Via cum Deo conjungens: Timor inquam Numinis verus, nec ab eo declinans, quare merito, venit Viæ Regiæ nomine. Dum vero Mar Sutra, Viam Regiam, de Discipulo Sapientum, cujus placita ita evehuntur, ut secundum ea fiat decisio, intelligit, & ipse, ad viam Deo vicinam, respexit. Decisio enim est via recta, & via veritatis; proindeq; is, cujus opiniones ἐν παρέργῳ *non attenduntur, etsi Legis studiis eum imbutum esse negari nequit, tamen, non nisi cum ad Decisionem dogmatum admittitur, gradum supremum attigisse censendus est. Ergo, omnium opiniones,* (huc denique tendunt,) *Viam Regiam, esse gradum Deo vicinum, nec vel hac aut illac, ab eo deflectentem.*

3. Filium Josephi] Aut fuerit Filius דמ Jose, ceu Talmudis habent Editiones, mea nihil refert.

4. Divino prorsus modo] Ad verbum sonat, *Uti Sinai.* Atque, sic solent Judæi, cum viros insignes, magnifice laudare volunt, inter illos, & Montem Sinai, comparationem instituere. Josua Levita in Præfat. libri Halichot Olam. כאשר התעו אותי אלהים מבית אבי ומארץ מולדתי טלטלני הזמן עיר טוליטולה והנה שם לעומתי איש חמ רות מאנשי המעלה והמדות בקי במשניות כנחינתם מסיני ראוי לומר עליו זה סיני הוא הנשיא דון וידאל בן לביא: Constantini l'Empereur versio est: *Cum me aberrare vellet Deus, a paterna domo, & natali solo, tempus me in Civitatē Toletānā devolvit: ubi ecce mihi obviā fit, vir desiderabilis, ex iis, qui gradu & virtutibus eminent, Misnarum peritus, prout e monte Sinai traditæ sunt: adeo ut de eo dicere liceret, hic est ipse Sinai. Is est Princeps Dominus Vidal, filius Leonis.* Memoratur sæpe in Talmude, quidā R. Josephus, cui id honoris datū, ut κατ' ἐξοχὴν *Sinai* cognominaretur. Afferamus locū præcipuū ex Berachot fol. 64. a. רב יוסף סיני ורבה עיקר הרים אצטריכא להו שעתא שלחו להתם סיני ועיקר הרים איזה מהם קודם שלחו להו סיני קודם שכל צריכין למרי חטיא: Id est: *R. Josephus,* (qui etsi Disputator subtilis non fuit, tamen ob divinam, qua omnia præcepta, ad amussim tenebat, memoriam,) Sinai *dictus est, & Rabba* (cujus in disputando summa perspicacia, & subtilitas, cognomen) Evellentis montes, (ei peperit, fuere coævi in Babylonia.) *Accidit autem, ut alterutro opus esset,* (ad faciendum eum Patriarcham,) *quare quidam* (in Palæstinam) *missi sunt,* (rogatum,) *utrum Sinai,* דמ *Evellenti Montes, an vero hic, illi, præferendus esset? Responsum: τὸν Sinai, præferendum videri, eo quod,* (secundum vetus di-

tus dictum,) Quisque tritici venditoribus egeat : (innuere volentes; ita in omni vita accidere, ut magis hominibus, nuda, puraque rerum explicatione opus sit, quam, disputationum argutiis, & acumine.) Vide de hoc Josepho Sinai, Halichot quoque Olam p. 23. & p. 207. Edit. I' Emper. Pertinet huc, quod in Schalsch. Hak. p. 27. b. legitur : רבי אבויא אבי של אלישע אחר היה עשיר גדול ובברית מילה של אלישע קרא לסעודה ריבז ורבי עקיבא ותלמידיהם ולנקרימון בן גוריון ולציצית הכסרת ולכלבא שבוע ואחר שאכלו עלו ריבז ותלמידיו וכל החכמים לעליה ודרשו ער שהיה האש לוהט סביב הבית כנתינתה על הר סיני ; Id est : *R. Abuja, pater Elisæ Acher, (*famosissimi Apostatæ,*) fuit longe ditissimus, cumq; solemnia Circumcisionis filio celebraret, vocavit ad convivium R. Jochananem F. S & R. Akibam, horumq; Discipulos : Item Nicodemum Gorionidem, Zizit Haccheset, & Calbam Schabuam. Postquam cœnatum est, ascenderunt R. Jochanan F. S. & ejus Discipuli, omnesq; Sapientes, in Aulam superiorem, ibiq; tam diu de rebus ad Legem divinam attinentibus inter se contulerunt, quoad Ignis totam domum ambivit, plane eum in modum, uti fuerat ipsa, in monte Sinai tradita.*

5 Ne derelinquat &c.] Sensus est : Probe sciebant Doëg & Achitophel, ex loco Deut. XXIII, 15. avertere sese Deum ab illo, qui turpe quid in se admisit : Amplius, noverant ex Ps. LXXI, 11. eum a quo Deus recessit, impune posse lacessi, ad necem usque. Eam ob rem, cum David adulterio se fœdasset, ambo in ejus perniciem conjurarunt, faustos, ex voto exitus, sibi pollicentes.

6. Simeonis fratris Asariæ] Simeon iste, unus fuit ex Mischnicis Doctoribus, injiciturque ejus mentio in Mischna Sevachim c. 1. §. 2. Didicit legem beneficio fratris Asariæ, qui negotiationi se tradens, Simeoni sumtus necessarios suppeditavit, eumq; aluit, sed hac lege, ut præmia suæ doctrinæ apud Deum reposita, secum divideret. Et vero, hinc fit, quod iste Simeon, præter morem, a fratre cognomen habet, cum alias fere semper a patre fiat denominatio.

7. Jochanan] Huic Archon, seu Princeps Judæorum, omnia ad victum, & eruditionem parandam necessaria, liberalissime submini-stravit : ipse quoque mercedis quæ Jochananis doctrinam mansura erat, volens fieri particeps.

8. Hillel studio legis &c.] Hillel pauperrimus fuit, nec ullum reperit qui ejus egestatem sublevare, & ad discendum literas, aliquod subsidium dare vellet, ne fratre quidem, quicquam conferente. Sed, cum ad Sapientiam pervenisset Hillel, tum vero Schibna frater, suæ negotiatio-

tiationis lucrum, cum Hillelis doctrinæ præmiis dividere volebat, quod consilium neutiquam processit. Magna enim hujus, & caluum præcedentium, est disparitas. Priores, jure facta continent, atque omnino, Asarias & Archon, in communionem præmiorum Simeonis, & Jochananis, fuere admissi. At posterior, quia illud crimen sapit, quod Christiani Simoniam vocamus, *sive cupiditatem emendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum*, ideo is Schibna frustra fuit.

Gl. in Rubtit. de Simonia.

ד

פיסקא ר׳ אליעזר אומר
המלמד את בתו תורה למד
תפלות: למדה סר אלא
כאלו למדה תפלות אמר רבי
אבהו מאי טעמיה דר׳ אליעזר
דכתי׳ אני חכמה שכנתי ערמה
כיון שנכנסה בו חכמה באדם
נכנסה בו ערמומית ורבנן
האי אני חכמה שכנתי ערמה
מאי דרשי ביה מבעי ליה
לכדר׳ יוסי בר׳ חנינא דאמ
ר׳ יוסי בר חנינא אין דברי
תורה מתקיימין אלא במי שמ
שמעמיד עצמו עליהם ערום
שנאמר אני חכמה שכנתי עם
ערמה אמ ר׳ יוחנן אין דברי ע
תורה מתקיימין אלא במי מ
שמשים עצמו כמי שאינו יודע
שנאמר והחכמה מאין תמצא:

IV.

COmmentatio. *R. Elieser ait*: *Quisquis filiam suam* [1] *Legem edocet, is eam docet* [2] *amandi artem.* Ain tu, docere? Imo vero, videtur, [3] quasi is artem amandi eam edoceret. Quærit R. Abhu; Qua ratione subnixus est R. Elieser? Q. S. E. *Ego Sapientia cohabito astutia.* Scilicet, quando Sapientia hominem occupat, occupat eundem simul astutia. Cæterum, [4] quomodo Magistri locum: *Ego Sapientia, cohabito cum* ערמה interpretantur? Eo dicto iis opus, ad confirmandum sententiam R. Jose F. Ch. is enim ait: Verba Legis non consistunt (*stabili in loco*,) nisi apud illum, qui seipsum propter eadem [5] nudum facit: Q. S. E. *Ego Sapientia* [6] *cohabito nuditati.* R. Jochanan dixit: Verba Legis (*firmiter*) non perstabunt, nisi penes eum qui se ignorantem reputat. Q. S. E. (Job. XXVIII, 20.) *Sapientia ex nihilo invenietur.*

ANNO-

1. Legem] Absque Codice meo MS. Ez Hechajim fuiſſet, תורה hic, de ipſis ſacris Literis interpretatus eſſem, quod idem feciſſe Buxtorfium, jamjam videbimus. Sed, verum dicti ſenſum, quem nusquam alibi, ex egregio illo libro didici, ubi Hilch. Talm. Tora c. 1. כל המלמד בתו תורה שבעל פה מלמד תפלות ותורה שבכתב בדיעבד אינו חפלות ואם למדה יש לה שכר פחות מעט מן האיש: Id eſt: *Quisquis Filiam ſuam, Legem non ſcriptam edocet, is edocet eam amandi artem. Quod ſi quis vero Sacras literas eam ultro doceat, non id vafrities eſt, eas q; diſcentes fœminæ paulo minorem quam viri mercedem referunt.*

2. Amandi artem.] Nullo modo poſſum ſubſcribere Cl. Buxtorfio, quando in Lex. Talm. p. 2620. תפלות de *Inſulſitate*, & *Fatuitate* accipit, locumque præſentem transfert: *Quicunq; docet filiam ſuam Legem, ſive verbum Dei, aut ſacram Scripturam, perinde eſt, ac ſi doceret eam fatuitatem.* Nec magis placet, illa verſio Chriſtiani Gerſonis, in libello de Talmude Judæorum p. 65. *Wer ſeine Tochter im Geſetz deß HErrn unterrichtet, thut ebenſo viel, als lehret er ſie leſtern.* Scilicet, תפלות omnino hic notat vafritiem quandam, aſtutiamque inſignem, eam amori libidinique indulgendi, ita ut eam rem, alii non ſentiant, ſed glaucoma ob oculos ſibi obiici patiantur. Nos, eam rem, quia aptius vocabulum non ſuccurrebat, *Amandi artem*, interpretati ſumus. Germanice, *der lehrt ſeine Tochter buhlen*, & Gallice, *Il apprend ſa fille a faire l' amour, a faire la courtiſane*; magis ſignificanter, explicateq; dicere liceret. Cæterum, תפלות aliter exponendũ non eſſe, quam nos expoſuimus, nihilq; minus quam *inſulſitatem & fatuitatem*, ſignificare, nõ magna eget probatione, nec enim aliam explicationem contextus admittit, inprimis, ſi id, quod mox ſequens habet pericope, conferatur. Neq; aliud profecto Rabbini cenſent, quod equidem miror non advertiſſe Buxtorfium. Nam Aruch utrumq;, dum תפלות nobis per עבירה ſive *tranſgreſſionem*, interpretantur, generalẽ pro ſpeciali voce uſurparunt. Id vero ne dubiũ eſſet Lectori, & ut conſtaret, ecquæ tranſgreſſio intelligatur, ſtatim ſubiiciunt ambo, illud alterũ בקב ותפלות ex Sota noſtra; quod aliter, quam de re Venerea accipere, recta non patitur ratio: prorſus, uti nec verba e Peſachim allegata, aliam interpretationem admittunt. Eadem incedit ſemita Maimonides, ſi locus ejus integer perpendatur, quare quæ Buxtorfius adduxit, tranſtulitq; feſtinatius, nihil nos morantur. Nec ſecus de Bartenora ſe res habet, cujus verbis contrariam plane mentem tribuit Vir Doctus, חיבור משכב אנשים de *legitimo toro* בהצנעה de *verecundia & honeſtate* capiens, cum illa, de *illicitis meretriciisq; amoribus*; hoc, de, *vafritie, calliditate, doliſq; occultis*, acci-

pere oporteat, ac proinde, ita Miſchnam interpretatus ſit Bartenora, plane uti nos eandem interpretamur. De reliquo, nolim ego in dubium vocare, Judæos malitioſe Eccleſias Chriſtianorum, per contemtum vocare, בתי תפלות quod ſe ſuis auribus audiviſſe, eodem loco teſtatur Buxtorfius: etſi fortaſſe, dum ſic eas appellant, non *Domos fatuitatis & ſtultitiæ*, ceu ipſe credidit, ſed *Lupanaria*, *Fornices*, *Meritoria*, ſacrilege in animo concipiunt. Obverſatur menti inſanis contumelia, indigniſſimumq; probrum, quod aures ipſius Imperatoris Henrici III. Nigri, cum Spirenſem Baſilicam condidiſſet, coactæ fuerunt admittere, qua de re quomodo Judæi in Nizachon MS. Bibliothecæ Argentoratenſis, triumphent etiam, æquum eſt prodere. מעשה בר קלונימוס בשפירא ששלח אחריו מלך הינריך הרשע אחרי כלותו לבנות את התהום המבוער בשפירא ואמר לו בניין בית המקדש מה היה רבותא יותר מזה שכתבו עליו כמה ספרים אל אדוני אם תרשיני לדבר ותשבע לי שלא להרע לי אבאר לך אל בשבועתי כמוך על אמונתי ועל ממלכתי שלא יענה לך כל רע ואמר לו אם היה כל הממון אשר הוצאת כבר וכל הזהב והכסף שבאוצרותיך לא יכולה להשכיר הפועלים ובעלי המלאכה והרודים בעם והעושים המלאכה שכן כתוב ויהי לשלמה שבעים אלף נשא סבל ושמונים אלף חוצב בהר ובדברי הימים ושלושת אלפים ושש מאות מנצחים להעביד את העם ושמונה שנה טרחו בבית המקדש מה שאתה לא עשית לתהום הזה ולאחר שבנה שלמה את בית המקדש ויכלהו ראה מה כתוב ולא יכלו הכהנים לעמוד לשרת מפני הענן כי מלא כבוד יי את בית האלהים ואילו היה מטעונין חמור קיא צואה והיו מוליכין אותו בתהום הזה לא היה מזיק לו דבר אמר לו המלך הינריך אלמלא שנשבעתי לך הייתי גוזר עליך להכרית את ראשך:

Id eſt:

Id eſt: *Accidit aliquando Spiræ, ut R. Kelonimum accerſi juberet Imperator Henricus, homo ſceleratus, poſtquam finem impoſuiſſet, fabricæ, informis illius barathri,* (In margine adjectum eſt רל"ו בית הכנסת היפה שקורין בל"א טום: id eſt, *Innuitur inſigne illud templum, quod Germanice vocant Thum.* Sic ergo ludit in vocabulis Sycophanta, & pro *Thum*, Tehom dicit?) *Spirenſis, eidemq; diceret: Ecquæ quæſo Templi Salomonis, de quo tot ac tanta, edita ſunt volumina, fuit magnificentia, præiſta* (Baſilica, quam ego condidi.) *Reſpondit ipſe: Domine, ſi facultatem loquendi mihi concedis, & jurejurando te mihi obſtringes, impune me id laturum, rem tibi exponam. Contra Imperator: Fidem juratam interpono; Ita me veritas amat, & ita Imperii ſceptra moderor, nihil ſiniſtri tibi eveniet. Tum inquit Judæus: Si vel maxime in unum congerantur omnes illi ſumtus, quos jamdum feciſti, & omne illud aurum argentumq; quod in theſauris tuis aſſervatur, non tamen ſufficeres, ad conducendos Operarios, Opifices, illorumq; Præfectos,* (quos Salomo adhibuit:) *Scriptum enim* (1. Reg. V, 15.) Erant Salomoni ſeptuagies mille bajuli, & octuagies mille lapicidæ in monte. Et (in poſteriore libro) *Chronicorum* (cap. II, 17. legimus:) Ter mille ſexcenti, qui præeſſent adigendo populo. *Octo inſuper anni inſumti fuere in condendo templo, quot a te in ædificationem iſtius Tehom, minime ſunt impenſi. Condito autem, perfectoq; a Salomone templo, vide quid Scriptura teſtetur* (2. Chron. V. 14.) Non poterant Sacerdotes conſiſtere ad miniſtrandum, propter illam Nubem, quod impleviſſet gloria Domini, Domum Dei. *At, ſi quis Aſinum, fœdiſſimis ſordibus oneraret, iſq; in hoc Barathrum introduceretur, illæſus abiret. Ad quæ Henricus Imperator: Niſi* (impunitatem) *tibi ſacramento promiſiſſem, caput tibi amputari præciperem.* Ex his, jam nimium videmus, illud os impudens, mendaxque, Autoris libri Theriacæ Judaicæ, quando adverſus Fridericum Franciſcum Ottingenſem, deſertorem avitæ ſuperſtitionis, cap. 2. effutire auſus eſt: Mumar *ſchreibt, mier heiſſen die Thumherren,* טמאים שרים *das iſt die Unreine Herren.* המתא טמא יקרא *Mier heiſſen ſie ach nit anderſt, als Thumherren, Thumdechant, Thumprobſt.* Et aliis interjectis, mox iterum: *Mumar ſchreibt, ein Kirch heiſſen mier* חועברת *das ſey deutſch nichts nutz, unwürdig. So ſag ich daß* עה *uns das Wort verkehrt. Mier*

ſagen doch zu unſer Schuel auch Teva : חיורד לפני התיבה להתפלל *das is, vver da geht vor den* עמור *zu beten : mier heiſſen ein* בימרז *oder Hoch darauf man* מחפלל *is* תיברז *ſo mag man auch ſagen zu ihrer Kirch* תיכרז *aber nit mit den* ץ Antonius Margarita *ein* Mumar *ſchreibt das ſelbert* בספרו : *aber* באמת *der gemein Mann heiſt ihre Kirchen* בית תפלחם *das is, das Haus ihres Gebets.*

3. Quaſi is artem amandi eam edoceret] Id eſt, ex mente, ſecundum quam loquimur, Judæorum : Quia ingenio deſtituuntur Fœminæ, non poſſunt vere Sapientiæ ſtudia addiſcere. Pauxillum quod tenent, magis iis nocet, quam prodeſt ; & verbo, aſtutæ fiunt, Sapientes neutiquam. Et vero, finge, nihil mentis judiciique illis deeſſe, ut omnia comprehendant, tamen connata illa levitas, bene & pudice quæ didicerunt, aſſervare prohibet. Referri huc quodammodo poteſt, vel ipſius, de qua ſupra egimus, Beruriæ, fœminæ inter Judæos clariſſimæ, planeq; incomparabilis, exemplum. De ea ſic legitur in Schalſch. Hak. p. 32. a. בגמ' פ' הנזקין נראה שר' מאיר הית גר צדק מבני בניו של ניקנור הקיסר יא שניקנור היה שר צבא מהקיסר ונתגייר והיה נקרא גם כן ר' נהוראי ואומר המדרש שהיה יפה תואר במסכת כלים פא ברוריה אשת ר' מאיר אמרה הלכה ונפסקה כרבי' וחיתה בת ר' חנינא בן תרדיון ונפסחים פה אומר שבימי התורף למדה ש' הלכות מש' חכמים ונפק דעא לגלגה על מה שאמרו ול דעתן של נשים קלה וכתבה בספרה חוץ מברוריה ורבי מאיר צוה לא' מתלמידיו לנסותה ולקנטרה לדבר עבירה והתלמיד התציר בה כל כך עד שנתרצה ונכנס רבי מאיר תחת התלמיד וכשנתגלה אליה חנקה עצמה ורבי מאיר ערק לבבל מחמת כיסופא: Id eſt: *Ex cap. V. Gittin, conſtat, τὸν R. Meir,* (gentilium ſuperſtitione relicta,) *ſacris Judæorum adhæſiſſe, fuiſſeq; Neronis Cæſaris nepotem. Alii contendunt, illum Neronem, fuiſſe Ducem Exercitus Imperatorii, & hunc Judæorum fidem amplexum eſſe. Caterum R. Meir alio nomine dictus quoq;, Rabbi Nehorai, ſive Illuſtris, & Medraſch teſte, longe formoſiſſimus extitit. In cap. 1. Maſſechet Kelim, opinionem ſuam aſſert Beruria ejus conjux, quam, aliarum miſſis, communi conſenſu, Sapientes approbarunt. Habuit vero Beruria patrem R. Chaninam Tardionidem, deq; ea in Peſachim c. 5. traditur, quod brumalibus diebus trecentas ἀναγνώσεις, a trecentis didicerit Magiſtris. Item in cap. 1. libri Avoda Sara ſcriptum, vidiſſe ipſam dictum Sapientum, quo* Mulieres levi animo eſſe, *pronunciarunt ; & in ſuo libro adjeciſſe :* Excipere oportet Beruriam. *Sed vero, præcepit R. Meir, cuidam diſcipulorum, faceret periculum*

ejus

ejus caſtitatis, eamq; ad ſtuprum ſolicitaret, (cui morem gerens Diſcipulus) *non prius deſtitit, quam ipſa aſſenſit, Rabbi tamen Meir in locum Diſcipuli ſuccedente. Re cognita, ipſa voluntario ſuſpendio ſe necavit, Rabbi vero Meir, præpudore in Babyloniam abiit.*

4. Quomodo Magiſtri locum &c.] מאי דרשי בידיה Jegunt Codices En Jacob, Talmudis habent מאי עבדי ליה ſenſu ſimili.

5. Nudum facit] Secundum R. Salomonem duplex poteſt eſſe hujus dicti interpretatio. Uno ſignificabit: Sacrarum literarum ſtudia id requirunt, ne quis ſumtibus parcat, ſed omnes facultates ſuas in ea impendat, ad paupertatem usque. Altero valebit: Qui operæ pretium in diſcenda Divina lege facere volet, oportet nudum & vacuum animum ab omnibus præjudiciis afferat.

6. Cohabito nuditati] Sic, ex mente Magiſtrorum, vertendus locus eſt, quibus ערמה non tam *Aſtutiam*, quam *Nuditatem*, ſignificare, viſum fuit.

ה V.

פיסקא ר׳ יהושע אומר רוצה אשה בקב חפלורית מט׳ קבין פרישות: מאי קאמר הכי קאמר רוצה אשרית בקב וחפלורית עמו מט׳ קבין ופרישות:

COmmentatio. R. *Joſua ait: Magis expetit mulier cabum unum, rei Venereæ, quam novem cabos, vitæ ſolitariæ.* Quid dicit? hoc dicit: Magis deſiderat mulier cabum unum, junctum cum re Venerea, quam novem cæteroquin cabos, & ut eâdem carendum ſit.

ANNOTATA.

1. Magis deſiderat mulier &c.] Raſchi in Gloſſa: הפצה חיא ליזון מזונות מועטים ויהא תפלותית מצוי לחשמיש מט׳ קבין ופרישות לפרוש מן התפלות לפיכך אין טובש תלמוד תורה: Id eſt: *Præoptat mulier, parce vivere, & rem genialem exercere, quam multis rebus abundare, ac carere iſtis deliciis. Eapropter, haud prodeſt imbuere eam Sapientiæ ſtudiis* (quippe, quæ tantum hoc conferre dictum eſt, ut eo

callidius mulier rem ſuam queat meditari.) Paulo aliter hæc exponit R. Chananel in Toſephot, רוצה אשה שיהא בעלה חמר ויהא מצוי אצלה בכל שבת לתת לה עונת' ולא יביא לה אלא קב חיטין בלבד ולא יהא גמל שהולך בדרך רחוקה ואינו נותן לה עונה אלה אחת לשלשים יום ואפ' שמביא לה לשכרו ט' קבין חביבה עליה העונה בכל שבת וקב אחד מט' קבין ופרישות ל' יום: Id eſt: *Magis expetit mulier, ut maritus ejus ſit Aſinus, & moretur cum ea ſingulis Sabbathis, quo debitum conjugale ei præſtet, etiamſi unicam tritici menſuram tantum ei afferat: quam ut ſit Camelus, qui peregre abit, vix trigeſimo quoquo die officium faciens, licet maxime novem menſuras ſecum afferat. Potius enim delectatur, rem Veneream, quovis Sabbatho cum menſura una habere, quam novem menſuras, cum triginta dierum βίῳ ἀναφροδίτῳ.* Non de nihilo plane eſſe, quod Judæi dictitant, probant illa apud Procopium in Hiſt. Arc. p. 75. Καὶ ὑπὲρ ἁμαρτάδων τῶν ἐς τὸ σῶμα κολάσεις τῇ θεοδώρᾳ ἐπινοῦν, ἐπιμελὲς ἦν. Πόρνας ἀμέλει πλέον ἢ πεντακοσίας ἀγείρασα, ἐν ἀγορᾷ μέσῃ ἐς τριώβολον, ὅσον ἀποζῆν μισθαρνούσας, ἔστι τῶν ἀντιπέρας ἥπειρον εἰλάσασα ἐν τῷ καλλιστῳ μοναστηρίῳ καθεῖρξε τὸν βίον μεταμβιάσασα ἀναγκάζουσα. ὧν δή τινες ἐρρίπτουν ἑαυτὰς ἀφ' ὑψηλῆ τύκτως, τῆς ἀκουσίου μεταβολῆς ἀπηλλάσσοντο. Id eſt, interprete Alemanno: *In illa etiam cura verſata eſt Theodora, ut proſtituentes corpora mulierculas puniret; nam ſcorta ferme quingenta, quæ ſe ad triobolarem quæſtum, vitamq; medio in foro vulgarent, in adverſam Boſphori partem, facto grege amandavit, retruſitq; in Monaſterium, meliorem vitæ rationem inire coactas. Ex his, pleraq;, noctu, e ſublimi præcipites egerunt ſeſe, ac ſponte mori, quam invite ſic vivere maluerunt.* Nimirum, *Mulieres ad hoc Naturam progenuiſſe, ut partus edant, & maximam eis cupiditatem in hoc conſtitutam eſſe;* agnovit etiam Theodoræ Conjux, Juſtinianus in l. 2. Cod. de Indict. vid. & leg. Jul. miſc. toll.

2. Novem cæteroquin cabos] Habemus eandem hanc Parœmiam quoque in Cetubot fol. 62. b. niſi quod hic, pro novem, omnino decem cabi nominantur. Neſcio, utram lectionem magis probare debeam, cum ambæ fundamentum habere videantur in illo illuſtri dicto Kidduſchin fol. 49. b. ubi variarum rerum Cabi decem in mundum deſcendiſſe, atque ex iis quosdam novem, reliquos unum, accepiſſe dicitur: Ut ſic decem cabi, rem perfectam, & cui nihil plane deeſt, unius detractio imminutionem quandam innuat. Nemo non intelligit, convenire noſtro propoſito, pariter & expreſſionem ſummæ affluentiæ, & detractionem quoq; cabi unius, cujus defectum alter ſuccenturiatus, ſupplet. Sic vero legitur in Kidduſchin, loco quem indicavimus.

עשרה

עשרה קבין חכמה ירדו לעולם ט נטלה ארץ ישראל ואחרת כל העולם כולו:

עשרה קבין יופי ירדו לעולם ט נטלה ירושלם ואחת וכו׳

עשרה קבין עשירות ירדו לעולם ט נטלה רומי וכו׳

עשרה קבין עניות ירדו לעולם ט נטלה בבל וכו׳

עשרה קבין נסות הרוח ירדו לעולם ט נטלה עילם וכו׳

עשרה קבין גבורה ירדו לעולם ט נטלו פרסיים וכו׳

עשרה קבין בנים ירדו לעולם ט נטלו מדי וכו׳

עשרה קבין בשפים ירדו לעולם ט נטלו מצרים וכו׳

עשרה קבין נגעים ירדו לעולם ט נטלו חזירי וכו׳

עשרה קבין זנות ירדו לעולם ט נטלה ערביא וכו׳

עשרה קבין עזות ירדו לעולם ט נטלו מישן וכו׳

עשרה קבין שיחה ירדו לעולם ט נטלו נשים וכו׳

עשרה קבין שכרות * ירדו לעולם ט נטל כושן וכו׳

עשרה קבין שינה ירדו לעולם ט נטלו כל העולם כולו ואחרת נטלו עכרים:

* Sic lego cum Codicibus Enlacob fol. 55. col 2. nec probo שכרורת quod eſt in Talmude: Non enim Æthiopum Ebrioſitas tam decantata eſt, quam illorum Nigr.

Id eſt:

Decem Cabi Sapientiæ deſcendere in Mundum; Novem, ſibi ſumſit Terra Iſraëlis, unum (qui ſupererat,) *reliquus Orbis univerſus.*

Decem Cabi Pulchritudinis deſcenderunt in Mundum: Novem ſibi ſumſere Hieroſolymæ &c.

Decem Cabi Divitiarum, deſcenderunt in Mundum; Novem, ſibi ſumſit Roma; &c.

Decem Cabi Paupertatis deſcenderunt in Mundum; Novem ſibi ſumſit Babylonia; &c.

Decem Cabi Superbiæ deſcenderunt in Mundum; Novem ſibi ſumſere Elamitæ; &c.

Decem Cabi Roboris deſcenderunt in Mundum; Novem ſibi ſumſere Perſæ; &c.

Decem Cabi Pediculorum deſcenderunt in Mundum; Novem ſibi ſumſere Medi; &c.

Decem

Decem Cabi Veneficiorum deſcenderunt in Mundum; Novem ſibi ſumſere Ægyptii; &c.
Decem cabi Porriginis deſcenderunt in Mundum; Novem ſibi ſumſere Porci; &c.
Decem Cabi Scortationum deſcenderunt in Mundum; Novem ſibi ſumſere Arabes; &c.
Decem Cabi Adulteriorum deſcenderunt in Mundum; Novem ſibi ſumſit Meſchan; &c.
Decem Cabi Garrulitatis deſcenderunt in Mundum; Novem ſibi ſumſere Fœminæ; &c.
Decem Cabi Nigredinis deſcenderunt in Mundum; Novem ſibi ſumſere Æthiopes; &c.
Decem Cabi Somni deſcenderunt in Mundum; Novem ſibi ſumſit Orbis (propemodum) *Univerſus; ſed unus* (qui ſupererat) *relictus eſt Servis.*

ו VI.

פיסקא הוא היה אומר
חסיד שוטה וכו׳ : היכי דמי
חסיד שוטה כגון דטבע אשה
אתתא בנהרא ואמר לא ס
מסיקנא לה משום דקא
מסתכלנא בערוה ורשע ערום
היכי דמי רשע ערום אמר רבי
חנינא זה המטעים דבריו לדיין
קודם שיבא בעל דין חבירו
ר אבהו אמר זה הנותן שלג
פרוטה לעני להשלימו למאתים
זו דתנן מי שיש לו מאתים
זו לא יטול לקט שכחה ופאה
ומעשר עני היו לו מאתים זו

COmmentatio. *Idem ore frequentabat, homo pius qui inſipiens* &c. Ecquisnam eſt, Pius inſipiens? (*Verbi cauſa,*) [1] ſi fœmina in undis periclitetur, atq; quis dicat: non extraham eam, ne alioquin [2] verenda ejus conſpiciam. *Improbus qui Aſtutus.* Quis videtur Improbus aſtutus? [3] R. Chanina ait eum eſſe, qui [4] præguſtum cauſæ ſuæ præbet judici, priusquam advenit advocatus adverſarii. R. Abhu ait eum eſſe, qui inopi [5] obolum largiter, ut ducentos Denarios compleat; Sic enim [6] in Miſchna diſcimus: Quisquis [7] habet ducentos Denarios prohibetur [8] ſpicilegio, oblivione relictis, angulo, decimisque pauperum.

חסר אחד אפילו אלף נותנין לו כאחד הרי זה יטול רב אם אסי אר יוחנן זה המשיא עצה למכור בנכסים מועטים אא דאמר רב אסי אר יוחנן יתומים שקדמו ומכרו בנכסים מועטים מה שמכרו מכרו אביי אם זה המשי עצה למכור בנכסים כרבן שמעון בן גמליאל דתניא נכסי לך וא ואחריך לפלוני ירד הראשון ואכל השני מוציא מיד ש הלקוחות דברי רבי רשב אומר אין לשני אלא מה ששייר ראשון בלבד:

pauperum. Quare cum quis poſſidet [9] uno obolo minus ducentos Denarios, [10] ſi vel mille offerantur, unius inſtar ſunt, [11] illosque eidem accipere fas eſt. R. Aſe, nomine R. I. eum eſſe contendit, [12] qui (*ſocio*) conſilium præbet, de vendendis rebus hæreditatis exilis. Nam, ut idem, ejusdem nomine tradit: Filii, qui (*patre defuncto,*) properantes vendiderunt res hæreditatis exilis, quod vendidere ratum eſto. Abai, illum eſſe arbitratur, qui ſuadet alicui venditionem facultatum, (*relictarum ex fideicommiſſo, in loco ubi obtinet*) ſententia R. Simeonis F. G. Quippe, prout habet traditio: (*Si quis moriturus dicat:*) [13] Facultates meæ tuæ ſunto, poſt mortem vero tuam, ſunto [14] N. Si primus abeat, vendatque, & conſumat (*res acceptas;*) alter eas vindicat e manu emtorum, (*tanquam rem ſuam:*) Hæc quidem R. (*Judæ*) ſententia eſt. Sed R. Simeon F. G. ſtatuit, nihil ſecundo deberi, [14] niſi tantum, quod alter [15] reliquit.

ANNOTATA.

1. Si fœmina in undis periclitetur &c.] Cl. Hottingerus, in Theſ. Philolog. p. 29. iſta allegare volens, verbi præcipui, & quod minime omitti debebat, dememinit, ſcribendo: *Religioſus fatuus: ut ſi quis quia periculoſum ſit mulierem contueri, negligat illam in aqua de vita periclitantem.* Sane, niſi verbum *nudam* addatur, non jam fatuum, ſed religioſum habemus prorſus inſanum: Quin & adeo neceſſe eſt, ut qui mulierem in undis periclitari animadvertit, eam jam ſit intuitus. Baal

Chaſidim Num. CXXVI. אל תהי צדיק הרבה הרז שהתורה אשרז טובעת בנהר וביכך להציל אל תאמר אני מניחה לטבוע כי איך אלך ואראה את ערותה למה תשוטם ויחשב לך עון ותענש צא ולמד משאול שחמל על אגג ועשה קו של טעות ועל דבר זה נטרד ובן איש אחד מבני הנביאים אמר אל רעהו בדבר האלהים הכני נא וימאן האיש להכותו : ועי כן נענש והכהו האריה וימיתהו : Id eſt: *Noli eſſe nimium juſtus. Quod ſi fœmina in flumine periclitetur, atq; eam liberare poſſis, ne dicas: Utrũ deferenda mihi eſt: Ecquomodo enim ibo, viſurus illius nuditatem? Quare enim committeres ut ipſa pereat, tibi vero reatum & pœnam ea res crearet? Heus, diſce mihi hoc a Saule, qui Agago pepercit, malum nectens a*

1. Sam. XV. *comparatis argumentum, & ob eam rem fuit repudiatus. Sic quidam e filiis Prophetarum, ita jubente Deo, dixit ſocio ſuo* (1. Reg. XX, 35.) *Percute me quæſo: Quod cum vir ille facere detrectaret, ideo punitus eſt, ita ut leo in eum invadens, ipſum interimeret.* Quod de Saule obſcurius hic dicitur, lucem deſiderat ex Joma fol. 22. b. ad quem locum Autor digitum quaſi intendit. בשעה שאמר לו הקבה לשאול לך והכית את עמלק אמר ומה אם בשביל נפש אחת אמר תורה הביאו עגלה ערופה בנחל כל הנשמות חללו יאבו אם אדם חטא בהמה מה חטאה אם גדולים חטאו קטנים מה חטאו מיד יצתה בת קול ואמרה לו אל תהי צדיק הרבה Id eſt: *Cum Deus diceret Sauli* (1. Sam. XV, 3.) Abi ut percutias Amalekum: *Ipſe ſecum ratiocinabatur: Quod ſi ob hominem unum peremtum, lex Divina vitulam in torrente decollare juſſit, quanto magis aquum, ut ob tot tamos q; homines interfectos,* (offerantur ſacrificia?) *Si homines peccarunt: quid pecudes commeruerunt? Si adulti deliquerunt: quæ parvulorum noxa eſt? Continuo inſonuit oraculum Divinum, inquiens:* Ne

Eccleſ. VII, 6. eſto juſtus nimium. Superſtitioni, de non extrahenda ex undis fœmina, ob periculum conſpiciendæ nuditatis, pariſſima eſt illa, ſi quis hominem Sabbato undis illapſum, nulla alia ſalutis ratione ſe offerente, reti tamen expiſcari nollet, ob ſuſpicionem, fieri poſſe, ut ſimul extrahantur piſciculi, quod cæteroquin Sabbatho facere nefas eſt. Hujus caſus meminit Autor libri לב טוב fol. 72. col. 1,

2. Verenda ejus conſpiciam] Præferenda Lectio, quam ex Codicibus En Jacob dedimus, illi, quam hic habent Talmudis Editiones: כגון דקא טבעת איתתא בנהרא ואמר לאו אורח ארעא לאיסתכולי בה ואצלורי: & præferenda utique multimodis.

3. R. Chanina] Talmudis Editiones, aſſeverant fuiſſe R. Jochananem, ut En Jacob, fuiſſe R. Chaninam. Utris credendum?

4. Qui

4. Qui præguſtum cauſæ ſuæ &c.] Magnum præjudicium affert, ſi quis prior poſſit occupare Judicem, nondum præſente adverſario, & qualemcunque litis ſuæ dare notitiam; alta enim mente, repoſta hæc manebunt, nec tam vacivas amplius aures, reperit alter litigantium. Hinc monent Magiſtri in Schevuot fol. 31. a. מנין לדיין שלא ישמע דברי בעל דין קדם שיבא בעל דין חברו חל מדבר שקר תרחק מנין לבעל דין שלא ישמע דבריו לדיין קודם שיבא בעל דין חבירו חל מדבר שקר תרחק: Id eſt: *Unde probatur Judicem neutrius ex litigantibus verba audire debere, niſi præſente adverſario? Quia imperatur* (Ex. XXIII. 7.) A verbo mendacii procul abeſto. *Unde vero probatur, litigantem non debere dare præguſtum cauſæ ſuæ Judici, nondum præſente adverſario? Idem eodem dicto, adſtruitur.*

5. Obolum] פרוטה eſt in Codicibus En Jacob, in Talmudis דינר quæ eodem ſpectant.

6. In Miſchna diſcimus &c.] Scilicet in Peah cap. 8. §. & nam inde locus eſt transſumtus.

7. Ducentos Denarios] זוז monetæ genus fuit, exæquans Sicli quartam partem. Sunt igitur Suſim ducenti, Sicli quinquaginta, hoc eſt, Imperialium noſtrorum nummorum, XXV. Enim vero, iſtud de ducentis nummis, ita accipere oportet, ut caſus negotiationis exceptus intelligatur: hanc enim ſi quis exerceat, ſoli quinquaginta nummi in mercaturam locati, ſufficiunt, ad quem ab Eleemoſynarum acceptione excludendum, uti ſtatim in Peah, loco indicato ſequitur.

8. Spicilegio, oblivione relictis &c.] De his Pauperum donis, vide quæ accurate prolixeque diſſerunt, Maimonides Hilch. Truma cap. 2. item Hilch. Matnot Anijim c. 1. ſeqq. Moſes Kozenſis Præc. Neg. CCLXXXIIX. Non vacat ea transſcribere. De noſtris tamen Pauperibus, quomodo Judæi ſentiant; dicendum verbis Maimonidis Hilch. עכו"ם cap. 10. §. 5. & 6. מפרנסים עניי עכו"ם עם עניי ישראל מפני דרכי שלום ואין ממחים בידי עניי עכו"ם בלקט שכחה ופיאה מפני דרכי שלום ושואלים בשלומם ואפילו ביום חגם מפני דרכי שלום ואין כופלין להן שלום לעולם ולא יכנס לביתו של נכרי עכו"ם ביום חגו לתת לו שלום מצאו בשוק נותן לו שלום בשפה רפה ובכובד ראש אין כל הדברים האלו אמורין אלא בזמן שגלו ישראל לבין האומות או שיד עכו"ם תקיפה על ישראל אבל בזמן שיד ישראל

ישראל חקיפה עליהם אסור לנו להגיח עכ"ם בינינו אפילו יושב לישיבת
עראי או עובר ממקום למקום בסחורה לא יעכור בארצנו אלא עד שיקבל
עליו שבע מצוות שנצטו בני נח שנ' לא ישבו בארצך אפילו לפי שעה
ואם קבל עליו ז' מצוות הרי זה גר תושב ואין מקבלין גר תושב אלא
בזמן שהיובל נוהג אבל שלא בזמן היובל אין מקבלין אלא גר צדק בלבד:

Id eſt : *Aluntur Pauperes* דמי לקט *, juxta cum Pauperibus Judæorum, communis pacis & tranquillitatis cauſa. Eandem ob pacis cauſam, Pauperes Gentilium, Spicilegia Judæorum, aut Manipulos ex oblivione in agris relictos, colligere, & arvorum extremitates demetère, non prohibentur. Idem pacis amor, nos jubet ſalutem iis precari, etiam in diebus feſtis eorum, verum, dum illam impertimur, nunquam eſt geminanda, neq; etiam intrare licet domum gentilis, die ipſi ſacra, ut ave illi dicamus, quod ſi vero in platea quis in eum incidat, ſalutandus labiis remiſſis, capiteq; prono. Sedulo vero tenendum, iſta tantum obtinere iis temporibus, quibus Judæi inter gentiles exulant, aut ipſorum imperio ſubjacent. At, cum Iſraëlita in gentiles jus exercent, nefas nobis eſt, tolerare inter nos gentilem idololatram, etiam vel ad leve commorandi ſpatium : nec mercatori cum mercibus e loco in locum per terram noſtram tranſire concedendum, donec recipiat ſeptem Noachidarum præcepta* : Q.S.E. (Ex. XXIII, 23.) Ne ſedento in terra tua : *quod etiam de horaria mora, accipere convenit. Cæterum, ſimul ac quis ſeptem Noachidarum Præcepta admittit, tum habetur pro inquilino advena : non autem acceptantur Inquilini advenæ, niſi tempore quo Jubileus obſervatur, extra illud enim tempus, nemo in communionem admittitur, niſi proſelytus juſtitiæ.*

9. Uno obolo minus] Equidem, ſequor plerunque lectionem Codicum En Jacob, cum meliorem eam deprehendam illa, quam Talmudis editiones exhibent. Sed hic מאתים חסר אחד זו quod iſti habent, non probo, & omnino חסר פרוטה reſcribendnm duxi, tum quia in Gemara, & Miſchna Peah, eſt חסר דינר tum imprimis, quia ſic facere contextus jubet, de obolo enim ſermo etiam præceſſerat.

10. Si vel mille &c.] Id eſt : Si ita ferat occaſio, ut hominis opulentiſſimi Decimæ, Pauperibus præſtandæ, mille conficiant Denarios, atque hæc ei offerantur, qui uno ſolo obolo deficiente, Denarios ducentos poſſidet, iſte homo, Decimas integras, jure & conſcientia ſalvis, acceptabit.

11. Illosque eidem accipere fas eſt] Supple poſt iſta : Quod ſi igitur quis, habens cognatos pauperes, ut eos ſolos, Decimarum, Spicilegiorum &c. compotes faciat, ad excludendum a communione alterum

terum illum, qui ducentos denarios, unico tantum obolo deficiente, possidet, unum obolum ei porrigat, post cujus acceptionem jam amplius iste eleemosynis frui non permittitur; talis vir bonus, liberalitate sua, ingenioſe nequam est. Cæterum, vix est, ut existimen, eam semper Judæorum fuisse religionem, ut habentes nummos ducentos, nullas amplius eleemosynas admitterent, & contrarium verius videtur, ex eo quod narrant in Cetubot fol. 67. b. רבי חנינא הורי להוא עניא דהוה רגיל לשדורי ליה בי זוזי כל מעלי שבתא יומא חד שדרינהו ניהליה בידא דביתהו אתא אמרה ליה לא צריך מאי חזית שמעית דהוה קאמרי ליה במרי אתרי סועד בטלי כסף או בטלי זהב אמר היינו דאמר ר' אלעזר בואו ונחזיק טובה לרמאין שאלמלא הן היינו חוטאין בכל יום: Id est: *R. Chanina solebat egeno cuidam, (aut certe talem se fingenti,) semper pridie sabbati submittere denarios quatuor.* (Forte fortuna, cum abessent alii domestici,) *misit eos aliquando per conjugem suam, quæ reversa, marito ait, istum quidem hominem, subsidio nullo egere. Quærit maritus, quid viderit ipsa,* (unde sic colligat? Respondet,) *audivisse se* (familiares ittius mendici,) *quærentes ex eo, mappisne sericeis, multo argento, an vero illis, auro intertextis, mensam sterni juberet? Tum vero dixit R. Chanina: Agnosco verum esse effatum R. Eleasaris:* Eamus, & magnas feramus gratias Deceptoribus, absque his enim esset, quotidie peccaremus, (non erogando cuivis petenti eleemosynas. At nunc, ob impostores ejusmodi, parata nobis aliqua apud Deum excusatio, & licet dicere, visum nobis esse, istum mendicum, haud admodum premi inopia.)

12. Qui socio consilium præbet &c.] Ut hæc intelligantur, tenendum, eam juris Civilis apud Judæos esse dispositionem, ut superstitibus post mortem parentum simul fratribus & sororibus, tum si ampla sit hæreditas, eam fratres inter se dividere, sororibusque præstare alimenta. Quod si vero angustæ res sint, & exiguum patrimonium, tum Magistratum illa bona occupare, filiabus ea vindicando, ut sic vitam tolerare queant. Mares enim facilius remedium, ad sese sustentandos inveniunt, quam fœminæ; quin & harum ignominia, si nimis parce & duriter vitam agere coguntur, ad fratres quoque pertinet. Atque hoc est, quod dicit Mischna in Bava Batra c. 9. §. 1. מי שמת והניח בנים ובנות בזמן שהנכסי מרובין הבנים ירשו והבנות זונו נכסי טועטין הבנות זונו והבנים ישאלו על הפתחים: Id est: *Si quis moritur, relictis filiis & filiabus, ibi si facultates magnæ sint, filii eas partiuntur, & sororibus alimenta submini strant. Si vero tenuis sit hæreditas, alendæ filiæ, fratres ostiatim*

ſtipem querant. Adde ibi Gemaram, & Cetubot fol. 102. Atq; hæc, quamvis ita ſe habeant, tamen, cum exiguum eſt patrimonium, ſi ante bonorum occupationem a Magiſtratu factam, filii res hæreditarias vendant, rerumque pretia in ſuos uſus convertant, non reſcindi poſſunt ii contractus a Magiſtratu, ſed tanquam jure facti ſuſtinentur, atque filiabus tantum decedit, quantum fratres diſtraxerunt. Merito igitur hominis aſſute nequam nomen meretur, qui cum caſus ſimilis emergit, hanc venditionem, filiis, jus ſuum ignorantibus, ſuadet.

13. Facultates meæ tuæ ſunto &c.] De hoc dicto prolixa inſtitujtur disquiſitio in Bava Batra fol. 137. a. unde quædam transſcribam. תניא נכסי לך ואחריך לפלוני וירד ראשון ומכר ואכל השני מציא מיד הלקוחת דברי ר' רבן שמעון בן גמליאל אומר אין לשני אלא מה ששייר ראשון ורמינהי נכסי לך ואחריך לפלוני יורד ראשון ומוכר ואוכל דברי רבי רשבג אומר אין לראשון אלא אכילת פירות בלבד קשיא דרבי אדרבי ודרשבג אדרשבג דר' אדר' לא קשיא הא לגופא הא לפירות דרשבג אדרשבג לא קשיא הא לכתחילה הא דיעבד: Id eſt: *Extat traditio*: (Si quis moriturus dicat:) *Facultates meæ tuæ ſunto, poſt mortem vero tuam ſunto* ☜ *N. Si primus res illas vendat, & conſumat, alter eas vindicat e manu emtorum, Hæc quidem R.* (Judæ) *ſententia eſt. Sed R. Simeon F. G. opinatur, nihil ſecundo deberi, præter id quod primus reliquit. Fuit objectum:* (Extat ſimiliter Traditio: Si quis dicat:) *Facultates meæ tuæ ſunto, poſt mortem vero tuam, ſunto* ☜ *N. primus vendendi conſumendiq; licentiam habet, ex mente R. Judæ; At R. Simeon Gamalielis filius, opinatur habere eum tantum jus percipiendorum fructuum. Contradicit igitur ipſe ſibi R.* (Judas,) *& contradicit ſibi quoq; R. Simeon Gamalielis filius. Atenim vero, haudquaquam ſibi contradicit R.* (Judas:) *diſtinguendum enim inter res ipſas, & earundem uſumfructum,* (de uſufructu capiendus ſermo eſt, de ipſis rebus minime.) *Quin nec R. Simeon Gamalielides, ipſe ſibi contrarius eſt, nam diſtinguendum inter ea, quæ ex jure, & ea quæ ex mero facto ſuſtinentur.* Vide, ſi volupe eſt, ibidem plura, & adde Toſephot Gemaræ noſtræ. Nos, illud unum adhuc monemus, in hoc diſſenſu, prævaluiſſe R. Simeonis Gamalielidis opinionem, atque ſecundum ipſum, eſſe deciſionem, prout in Bava Batra, diſerte indicatur. Non tamen nimis crude accipere effatum oportet, ſed obſervandæ limitationes, quas ſecundum mentem R. Achæ, in eadem Gemara Bava Batra fol. 129. b. ſneulcat Moſes Kozenſis, Præc. Affirm. LXXXII. fol. 163 col. 2. שכיב מרע שאמר נכסי לפלוני ואחריו לפלוני אין לשני אלא מה ששייר הראשון ואם היה הראשון רואי ליורשו

כגון שהיה בן מכלל הבנים אין לשני כלום שכל לשון מתנת שכיב מרע ליורש דרי היא כלשון ירושה וירושה אין לה הפסק ואעפ שאמר ואחריו לפלוני אבל חבריא שתתן מתנה על דרך זו ואמר לזו נכסי לך ואחריך לפלוני אין לשני אלא מה ששייר הראשון בין שהיה ראשון ראוי ליורשו בין שלא היה ראוי ליורשו שכיב מרע שאמר נכסי לך ואחריך לפלוני והיה הראשון ראוי ליורשו ופירש ואמר לא משום ירושה אני נותן לך שאין לה הפסק אלא מחנה והרי הפקחית השני קונה מה ששייר הראשון: Id eſt : *Si quis lethaliter decumbens, dicat* : Facultates meæ ſunto ת״ה N. & poſt eum, ſunto ת״ה N. *Ibi nihil acquirit ſecundus, niſi quod a primo relictum eſt. Quod ſi primus, cæteroquin hæres futurus erat, uti, ſi ſit unus ex filiis, ſecundo nihil quicquam debetur : Nam, Donationis verbum, a lethaliter decumbente, erga ſicum hæredem uſurpatum, ſemper vim habet conceſſionis Hæreditatis proprie ita dictæ, hæreditas vero,* (æterni juris eſt,) *nec admittit ceſſationem,* (aut translationem,) *utut maxime verba illa :* Poſt mortem vero tuam ſunto ת״ה N. *adjiciantur. Sed, ſi quis valens ſanus q. donationem hoc modo faciat, dicat q. alicui :* Facultates meæ, tuæ ſunto : & poſt mortem tuam ſunto ת״ה *N. nihil ſecundo debetur, niſi quod a primo relictum eſt, ſive primus ille, cæteroquin hæres* (Donatori) *futurus erat, ſive fuit extraneus. Si quis lethaliter decumbens, dicat* : *Facultates meæ, tuæ ſunto, poſt mortem vero tuam, ſunto* ת״ה *N. atq. ille primus,* (ſic de rebus ſuis diſponenti,) *hæres futurus erat, mentem autem ſuam explicet* (moriturus.) *addatq.* : (Heus,) *non Hæreditatis, quæ ceſſationi non ſubjicitur, ſed Donationis titulo,* (tibi bona mea affligno,) *& omnino ceſſationem,* (bonorumque in alium translationem) *inducere ego volo : Hoc quidem caſu, ſecundus id acquirit, quod a primo relinquitur.* Facile erat docere, quantum hæc a jure Romano Quiritium, quo utimur, recedant, ſed vereor ne faſtidio forem, præſertim cum nuſpiam non, iſta addiſcendi, librorum plus ſatis ſit.

14. Niſi tantum] Verbum בלבד quod in ſolis quidem Codicibus En Jacob reperi, cùm non penitus inutile ſit, retinendum eſſe arbitror.

ז VII.

אמר רב יוסף בר חמא אמר רב ששת זה המכריע אחרים באורחותיו: ר׳ וריקא אמר

RScheſcheth prodente, R. Joſeph F. Ch. illum (*Improbum aſtutum*) ajebat eſſe, qui ex ſe alios

רב הונא זרי המקל לעצמו
ומהמיר לאחרי עולא בר ל
רב אם זה שקרא ושנרי ולא
שמש תלמיד חכם דאיתמ
קרא ושנרי ולא שמש חז
ר אלעזר אמר הרי זה עם ה
הארץ ר שמואל בר נחמני
אמר הרי זה בור ר ינאי אמר
הרי זה כותי רב אחא בר יעק
אמר הרי זה אמגוש : אמר בר
נחמן בר יצחק מסתברא מו
כוותיה דרב אחא בר יעקב
דאמרי איניש רטין מנושא
ולא ידע מה רטין תני תנא
ולא ידע מה תני

alios capere jubet exemplum. R. Sereka, autore R. Huna pro (*improbo astuto*) habet, [2] qui sibi ipse (*præcepta*) allevat, aliis vero aggravat. Ula vero [1] R. Ammæ filius, pro tali, illum reputat, qui Scriptura & Mischna (*tantum*) imbutus, [4] non autem ministravit Discipulis Sapientum. Traditur enim: Qui Scripturam & Mischnam tantum didicit, nec Magistris servivit, eum R. Eleasar habet pro plebejo: R Samuel F. N. [5] pro bardo. R. Janai, pro [6] Samaritano. R. Acha F. I. pro Mago. Ait R. Nachman Isaacides: Assensum meretur (*opinio*) R. Achæ F. I. vulgo enim dicitur: [7] Secum murmurat [8] Magus, nec novit quid murmuret: Ita docet Mischnicus, ignorans quid doceat.

ANNOTATA.

1. Qui ex se alios capere jubet exemplum] Id est: Referendus quoque inter astute improbos is est, qui alios sua facta, moresque jubet imitari, magnam pietatem vultu simulans. Talis enim nullum alium finem propositum habet, quam ut vanam gloriam aucupetur, & ne cæteri mortales in vitam ejus solicite inquirant, certo certius persuasi, non posse esse nequam hominem, qui seipsum aliis exemplum disciplinæ proponit.

2. Qui sibi ipse præcepta allevat, aliis vero aggravat] Hoc gnaviter olim fecere Pharisæi & Scribæ, de quibus, apposite ad hunc locum, Servator noster, Matth. XXIII, 3. 4. Λέγουσι γὰρ, καὶ οὐ ποιοῦσι· δεσμεύουσι γὰρ φορτία βαρέα, καὶ δυσβάστακτα, καὶ ἐπιτιθέασιν ἐπὶ τοὺς ὤμους τῶν ἀνθρώπων· τῷ

Τῷ δὲ δακτύλῳ αὐτῶν ἐ θλιψει κινῆσαι αὐτά· Et iterum Luc. XI, 46. Καὶ ὑμῖν τοῖς Νομικοῖς ἐαί· ὅτι φορτίζετε τοὺς ἀνθρώπους φορτία δυσβάσακτα, κ) αὐτοὶ ἐνὶ τῶν δακτύλων ὑμῶν ἐ προσψαύετε τοῖς φορτίοις·

3. R. Ammæ filius] Tribuamus hoc, honori iſtius hominis, ut invitis Editionibus Talmudis, nomen ejus, cum Codicibus En Jacob exprimamus.

4. Non autem miniſtravit Diſcipulis Sapientum] Illud Miniſterium, ſummis ubique in Talmude deprædicatur laudibus, omnisq; doctrinæ conſtituitur prora & puppis. Quid vero per id intelligant Magiſtri, docendũ ex Annotatione, quæ eſt in En Iſraël fol. 14. col. 2.

כתב רשי בפ׳ ג׳ שאכלו שמוש תח הוא התלמוד התלוי בסברא שהיו נותנים טעם לדברי משנה והיו מתאספים יחדו ועוסקים בכך והוא הגמת הגמרא שסדרו האמוראים עכל רשי בפ׳ הנזכר ובירושלמי דנזיר דומה לענין זה: Id eſt: *R. Salomo Jarchi* (in Commentario ad tractatus Berachot) *caput 3.* (quod incipit a verbo שאכלו ſcripſiſſe deprehenditur:) *Per Miniſterium, præſtandum Diſcipulis Sapientum, innuitur ipſa doctrina*, (non qualicunque opinione, ſed) *ſcientiâ* (vera, ſolida, & immotâ) *ſubnixa. Olim enim congregati in unum Sapientes, de Miſchnæ placitis conferebant, rationesq; aſſignabant, eumq; ad modum, a Doctoribus quos Amoraim vocamus, Gemara eſt compoſita.* (Hinc igitur factum, ut qui illis Sapientibus erant a miniſterio, omnia accuratiſſime perciperent, & in intima adyta Sapientiæ penetrarent.) *Hactenus Raſchi, loco memorato, quibus ſimilia, habet in Tractatu Naſir, Talmud quoq; Jeruſchalmi.* Cur vero, pro homine ingenioſe nequam habendus ille ſit, qui ſolam Scripturam & Miſchnam didicit, nec Sapientibus miniſtravit, ejus rei cauſa redditur in Gloſſa noſtra: רשע הוא שאין תורתו על בוריה ואין למוד הימנו שעל ידי הטעמים יש חילוק באיסור ובריבי ממנו לזכו ולחייב ובטהרוש לטמא ולטהר כראמרינן בכמדת חכתי מש אמר מר הכי ומר הכי ואמרינן מאי בינייהו ואמרינן כך וכך ועדום הוא שחשומע את קולו שונה משניותיו כסבור שבקי בטעמיהן ונוהגין בו כבוד כתלמיד חכם: Id eſt: (Non ſerviens Sapientibus,) *Improbus eſt, cum ejus eruditio non ſit pura, nec ad id valeat, ut quis quid ab eo diſcere poſſit. Propter rationes enim quasdam, ſæpe diſcrimen oritur inter res conceſſas & prohibitas, item in judiciis pecuniariis, quædam ad abſolvendum, quædam ad condemnandum, nec non, cum de Purificatione agitur, quædam ad rei alicujus puritatem, quædam ad impuritatem, momentum afferunt: Unde toties* (in Gemara) *dicimus:* Cur Doctor

Clariſſimus N. ita, & cur alter Vir Clariſſimus ſecus pronunciat? *Quærimus item*: Quid intercedit diſcriminis inter opiniones horum Doctorum? Et reſpondetur: *Hoc vel iſtud intercedit.* (Hæc vero omnia, eos, qui ſolam Miſchnam didicere, penitus latent, unde larga ubique illis peccandi, & ex injuſtis juſta, vel, ex rectè geſtis, contraria faciendi, materies. Porro) *meretur quoq;* (non miniſtrans Sapientibus & ſolam Miſchnam edoctus,) *nomen Aſtuti.* (ipſe enim, pro inſigniter erudito ſe venditat,) *hinc fit ut eum audientes, Miſchnam ipſius addiſcere deſiderent, exiſtimantes tenere illum rationes, venerantesq; ipſum, tanquam virum Sapientiſſimum.*

5. Pro bardo] Commentarius noſter in Pirke Avot, qui ex variis aliorum collectus eſt, pag. 21. a. בור גרוע מעם הארץ שאינו יודע אפילו בטיב דרך ארץ ובטיב משא ומתן כמו שדרש בור שהוא נפסד ובור מכל וכל: Id eſt: בור *deterior eſt illo, qui vulgo* עם הארץ *ſive Homo Plebejus, appellatur.* (Et quadrat nomen in eum,) *qui ne quidem communem vivendi rationem, aut quomodo in quotidianis contractibus verſandum ſit, habet perſpectum, ſed eſt inſtar cujusdam agri deſerti, qui omnè re privus, & penitus incultus jacet.* Chullin fol. 91. a. המהלך לימין דבו הרי זה בור: Id eſt: *Qui dextrum latus Magiſtri ſui occupat, ecce is Bardus eſt.* Hinc habemus quoque in Talmude דברי בורות pro Verbis Ineptis, Imprudentibus, ac redolentibus quandam fatuitatem. Nidda fol. 69. b. שנים עשר דברים שאלו אנשי אלכסנדריא את רבי יהושע בן חנינא שלשה דברי חכמה שלשה דברי תורה שלשה דברי בורות שלשה דברי דרך ארץ: Id eſt: *Cives Alexandrini, XII. quæſtiones propoſuere R. Joſuæ F. Ch. quarum tres ad Philoſophiam, tres ad Philologiam, tres ad Ineptias meras, tres ad Civilitatem morum attinebant.* Sequitur fol. 70. b. שלשה דברי בורות: אשתו של לוט מהו שתטמא אמר להם מת מטמא ואין נציב מלח מטמא בן שונמית מהו שיטמא אמר להם מת מטמא ואין חי מטמא מתים לעתיד לבא צריכין הזאה שלישי ושביעי או אין צריכין אמר להן לכשיחיו נחכם לחן: Id eſt: *De tribus ineptis* (quæſtionibus, & earum reſponſis, ita ſe res habet: Quæſitum:) *Anne Uxor Lothi* (ſi tangatur,) *immundum quem reddit? Reſpondit ipſe: Cadaver immunditie fœdat: Statua Salis haudquaquam.* (Amplius quæſitum:) *Filius Sunamitidis,* (ab Eliſæo e morte ad vitam revocatus, uti 2. Reg. IV. legere eſt) *nunquid ipſe immundum quem redderet? Reſpondit ipſe: Cadaver, immundos facit; homo vivus neutiquam.* (Denique quæſitum:) *Habentne mortui, olim* (reſurgentes,) *opus purgatione tertii & ſeptimi dierum,*

(qua

(qua de Numer. XIX, 12.) *Respondit ipse: Cum sequuta erit Resurrectio, eadem re laborabimus.*

6. Samaritano] Raschi in Glossa: כותי אסור לאכול פתו ולשתות ייגו דכיון דלא שמש חכמים אינו מקפיד על דברי חכמים לרעתם ולא שנה אלא להראות עצמו בחלמוד: Id est: *Hominis Samaritani panem comedere, vinumq; ejus bibere, nefas est.* (Pariter seres habet,) *cum eo, qui non ministravit Sapientibus: Non enim verum sensum illorum, quæ ipsi tradunt, tenet, nec ob aliam causam didicit, quam ut seipsum ostentet.* Quod de Samaritanis hic ait Raschi, facit ad explicandum Samaritanæ mulieris dictum, quo Christo Servatori, apud Johannem IV, 9. ait: Πῶς σὺ Ἰουδαῖος ὢν, παρ' ἐμοῦ πεῖν αἰτεῖς, οὔσης γυναικὸς Σαμαρίτιδος; οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρίταις.

7. Secum murmurat &c.] Credo omnes prælaturos eam, quam ex En Jacob dedimus, lectionem, huic, quæ sequitur, editionum Talmudicarum: רש"ין מגושאא ולאא ידע מאי אמ' חני תנא ולאא ידע מאי אמ': Etsi enim haud magnum discrimen intercedit, est tamen nostra concinnior: eandemq; expressit Cl. Coccejus in Notis ad Sanhed. pag. 300.

8. Magus] מגושאא in Aruch majore, modo Arabicæ, modo Græce, dicitur esse originis: sed Persis nos hanc vocem debere, vulgo cognitum habetur. R. Salomo in Glossa nostra, explicat id verbi מכשף חאוחו את העינים וגונב את הלבבות: Id est: *Veneficum, qui prastringit oculos, & captat corda* (aspicientium.) Atqui, si מגושאא & מכשף iidem sunt, posset quis opinari, non recte se habere ea, quæ a R. Salomone adjiciuntur, cum in Gemara Sanhedrin cap. 7. seu p. 57. edit. Coccej. clarissime legatur: המכשף זה העושה מעשה ולא האוחו את העיני: *Veneficus is est, qui rem patrat, non qui prastringit oculos.* Verum, excusare licebit R. Salomonem, si dicamus, non speciali aliquo cum Talmudistis, sed generali sensu, ipsum vocabulum מכשף accepisse. Quippe, uti est in Schalsch. Hakkab. pag. 84.: מכשף הוא שם כולל לכל מיני הכשופים: Id est: *Vox* מכשף *generalis habetur, omnesq; veneficiorum complectitur species.* Disquirunt eruditi, quales illi Magi fuerint, qui apud Matth. II. recens natum Servatorem, peregre adventantes, dicuntur adorasse: & major pars, eò, nisi fallor, inclinat, non Veneficos, sed Astrologos, rerumq; naturalium peritos, hic innui. Novissime tamen, Cl. Lightfoo-tus Horar. Hebr. in Matthæum p. 25. contrariæ opinioni accedit, & Magos, etiam istos, *Venefices, vel malis artibus deditos*, interpretatur; *quod in hoc solum sensu, hæc vox in pagina sacra occurrat.* Eam sententiam, juvare possumus autoritate antiquæ Versionis Hebraicæ, Evangelii

Matthæi, quam Johannes Tilius edidit, in qua, capitis ſecundi, hæc ſunt primordia: ואחרי משנולד ישוע בבית לחם בעיר יהודה בימי הורודוס המלך הנה מכשפים באו ממזרח ירושלם לאמר איה פי שנולד מלך על היהודים כי ראינו כוכב במזרח ובאנו להשתחוות לו: Quæ ſi vera eſt expoſitio, inſpirando hominibus veneficis piam ſanamq; mentem, illico oſtendere voluit vix dum in lucem editus Servator, quod εἰς τοῦτο ἐφανερώθη ἵνα λύσῃ τὰ ἔργα διαβόλου, & in cunis adhuc jacens cœleſtis Alcides, τὸν ὄφιν, τὸν ἀρχαῖον, τὸν καλούμενον διάβολον, manu ſua fortiter cœpit comprimere. Sed; nos nihil definimus.

1. Joh. III, 8. Apoc. XII, 9.

ח VIII.

תנו רבנן איזהו עם הארץ כל שאינו קורא קש"ש שחרית וערבית בברכות דברי רבי אליעזר ודבי יהושע וחכמים אומרים כל שאינו מניח תפילין: בן עזאי אומר כל שאין לו ציצית בבגדו: ר' יונתן בר יוסף אומר כל מי שיש לו בנים ואינו מגדלן לתלמוד תורה אחרים אומרים אפי' קרא ושנה ולא שמש ת"ח זהו עם הארץ קרא ולא שנה הרי זה בור לא קרא ולא שנה עליו הכתוב אומר וזרעתי את בית יהודה ואת בית ישראל זרע אדם וזרע בהמה: יראו את ה' בני

1 TRaditio Magiſtrorum: Quis pro [2] Plebejo habendus? Quicunque non recitat mane & veſperi verba; *Audi Iſraël*; cum precibus (*annexis:*) Hæc [4] τῶν R. Elieſer opinio eſt. R. autem Joſua, & Sapientes dicunt: Quicunque Phylacteria ſibi non aptat. Ben Aſai ait: Qui filamina in veſtimentis non habet. R. Jochanan F. J. ait: [5] Qui filios habet, neque eos educat ſtudio Legis. Alii dicunt, ut quis maxime Scripturam & Miſchnam addidicerit, [6] ſi tamen Sapientibus non miniſtraverit, nihilo minus pro plebejo habendus. Cæterum [7] qui ſolam Scripturam ſine Miſchna didicit, bardus eſt: [8] Qui vero nec Scripturam, nec Miſchnam didicit, de eo Scriptura ait: (Jer. XXXI, 27.) *Et ſeminabo domum Iſraël, & domum Juda, ſemine hominum & ſemine*

ומלך ועם שונים אל תתערב
אמר ר' יצחק אלו ששונין על
הלבורית פשיטא מהו דתימא
מאי שונים שוני בחט וכרוב
הונא דאמר רב הונא פיקח
שעבר אדם עבירה ושנה בה
הותרה לו הותרה לו סד"א
אימא נעשית לו כהיתר קמ"ל:
תנא התנאים מכלי עולם:
מכלי עולם סד"א אמר רבא
שמורין מתוך משנתן: תניא
נמי הכי אמר ר' ישמעאל
וכי מכלי עולם הם והלא
מיושבי עולם הם שנאמר
הליכות עולם לו אלא שמורין
הלכה מתוך משנתן:

mine Jamentorum. (Legimus Prov. XXIV, 21.) *Reverere Dominum fili mi, & Regem; & cum iterantibus ne commiſceto te.* Ait R. Jſaac: (*Iterantes*) ii ſunt, qui δευτερώσεις tantum addiſcunt. Citra omne dubium (*hi intelligendi veniunt, & quid opus erat id monere?*) Ne cæteroquin dicas: Quid ſunt hoc loco Iterantes? Ii qui peccatũ iterant. Secundum illud R. Hunæ, qui dixerat: [9] Quando homo peccatum commiſit, illudque iterat, (*deinde*) illi licitum eſt. Ain tu, licitum eſſe? Quin potius dic, reddi illi quaſi licitum, Atque hæc ratio eſt, quare illud quod paulo ante diximus, monendum fuerit. Traditio: Miſchnici devaſtant Orbem. Ain tu, devaſtare eos Orbem? Affirmat Rabba, (*& cauſam reddit,*) quia controverſias ex Miſchna definiunt. Gemina prorſus extat, alia traditio: Quærit R. Jſmaël: An hi mundum deſolant? utique eum habitantibus replent. Q. S. E. [10] *Ambulationes mundi ipſi.* (*Enim vero, dubio procul illum deſolant,*) quia [11] cauſas ex Miſchna dijudicant.

ANNOTATA.

1. Traditio Magiſtrorum &c.] Idem hoc dictum, usque ad illa קרא ולא שנה verbo tenus, habemus quoque in Berachot fol. 47. b. niſi quod ibi, cæterorum opinionibus interferitur etiam iſta R. Nathanis, eſſe nimirum pro plebejo habendum כל מי שאין מזוזה על פתחו Id eſt: *Omnes illos quorum liminibus adium, ſchedaſacra non eſt affixa.* Et ſane miror, in præſenti loco hæc abeſſe: Cum enim dicatur, pro Plebejis habendos, tum qui in palliorum oris filamina non habent, tum qui

Phylacteriis haud induuntur, illud de Meluſa non erat quoque negligendum. Horum enim trium Præceptorum par eſt ratio, & fere ſemper apud Magiſtros conjunguntur. Prope igitur eſt, ut ſuſpicer, excidiſſe iſtud R. Nathanis, ex Gemara noſtra, & omnino debere ſuppleri.

2. Plebejo] עמי הארץ Judæis ſunt Homines indocti, rudes, & expertes Magiſtrorum ſubtilis Sapientiæ; Autore Maimonide, apud Cl. Pocockium in Porta, p. 102. ita dicuntur, quod ad terram colendam creati videantur, & glebæ ſint affixi. Hos, quantopere præ ſe contemſerint Phariſæi, Scribæ, & cæteri, qui ſe *τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως* poſſidere penitus perſuaſi erant, quamque eos averſati fuerint, omni ſalutis ſpe illis denegata, paſſim e Novo Teſtamento perſpicitur, ac notabilis imprimis locus eſt apud Johannem VII, 49. *Ὁ ὄχλος οὗτος ὁ μὴ γινώσκων τὸν νόμον, ἐπικατάρατοί εἰσι.* Huic nos dicto, probe illuſtrando, ſi quædam de inſanum magno illo ſuperbiſſimorum Rabbinorum, erga imperitiores odio, ex Talmude afferamus, bene utique hanc antelucanam lucubrationem collocabimus. In Peſachim, fol. 49. b. omiſſis paucis, quæ deinde allaturi ſumus, ſic propemodum continue legitur.

אמר ר' אלעזר עם הארץ מותר לנוחרו ביום הכפורים שחל להיות בשבת אמרו לו תלמידיו ר' אמור לשוחטו אמר להם זה טעון ברכת וזה אינו טעון ברכת ואמר ר' אלעזר עם הארץ אסור להתלוות עמו בדרך שנ' כי הוא חייך ואורך ימיך הוא על חייו לא חס על חיי חברו לא כל שכן אמר ר' שמואל בר נחמני אמר רבי יונתן עם הארץ מותר לקורעו כרגּ אמר רבי שמואל בר יצחק ומגבו וכו' תניא הירש ר' מאיר אומר כל המשיא בתו לעם הארץ כאלו כופתה ומנידה לפני אריה מה אריה דורס ואוכל ואין לו בושת פנים אף עם הארץ מכה ובועל ואין לו בושת פנים וכו' תני רבי חייא כל העוסק בתורה בפני עם הארץ כאלו בועל ארוסתו בפניו שני תורה צוה לנו מורשה אל תקרי מורשה אלא מאורסה וכו' תנא שנה ופירש קשה יותר מכלן חר ששה דברים נאמרו בעם הארץ אין מוסרין לו עדות ואין מקבלין עדות ממנו ואין מגלין לו סוד ואין ממנין אותו אפטרופוס על היתומים ואין ממנין אותו אפטרופוס על קופה של צדקה ואין מתלוין עמו בדרך ויש אומרים אף אין מבריזין על אבדתו ותנא קמא זמנין דנפיק ברא מעליא מיניה ואכיל לית ומיקיים * ביה מה שנ' יכין רשע וצדיק ילבש: Id eſt: Dixit R. *Eleazar*: *Hominem Idiotam, fas eſt jugulare, in* (ſolemni) *Expiationis Feſto, incidente in diem Sabbati*, (quo caſu, nullam aliam ſanctiorem diem, quaque magis ab omni opere quieſcendum ſit, ne quidem fingere licet.) *Regeſſere Diſcipuli: Ehodum bone Magiſter, dic potius, fas eſſe eum* mactare: (*Jugulandi* enim verbum duriusculum, *τῶν ὑξω*, blandior *Mactandi* vox, noſtris inſtitutis, magis convenire videtur.) *Is vero reſpondit*: (Non

* Non ſunt hæc verba in Talmude, ſed in En Iſraël fol. 89. col 3. cujus autoritatem etiam in aliis ſecuti ſumus.

(Non muto ſententiam: nihil perperam a me dictum eſt:) *Nam, cum mactandum eſt, preces conſuetæ recitantur, cum jugulandum, haud opus precibus*, (quamobrem Plebejus ut mactetur, plane indignus eſt.) *Porro dixit R. Eleaſar, haud fas eſſe inter peregrinandum comitem ſe præbere homini plebejo: Quia* (de Lege Divina) S. E. (Deut. XXX, 20.) Ipſa eſt vita tua, & longitudo dierum tuorum. *Atqui homo plebejus vitæ ſuæ non parcit*, (nec diſcendo ſeſe longævum reddere deſiderat, ſed ipſe quaſi ſtamen vitæ ſuæ præſcindit:) *quomodo igitur parceret vitæ alienæ?* (unde ſemper de cæde ſuſpectus eſt.) *Referente R. Samuele Nachmanide, dixit R. Jonathan: Fas eſt, hominem plebejum medium diffindere, uti ſolet diffindi piſcis; atq; addidit R. Samuel F. I. a dorſo* (non a ventre) *incipiendum eſſe*, (ut tanto ſæviores, tantoque magis diuturni ſint dolores.) *Fertur, dixiſſe R. Meir: Quisquis filiam ſuam, homini plebejo nuptui collocat, is videtur eam ligare, & leoni objicere. Uti enim Leo omnia* (pedibus) *obterit, & vorat, nec quicquam veretur; Ita & homo plebejus citra verecundiam* (uxorem) *percutit, & cum ea concumbit* &c. *Aſſeruit R. Chaja, quod ſi quis coram homine plebejo, ſtudiis Divinarum literarum operetur, id perinde eſſe, ac ſi Sponſam ſuam ipſo præſente vitiet*, (quod piaculare nefas eſt.) *Scriptum enim* (Deut. XXXIII, 4.) Legem præcepit nobis Moſes, hæreditariam (congregationi Jacob.) *Ubi quidem pro* מורשה *legendum videtur* מאורסה (ut Lex Divina non tam hæreditaria, quam deſponſata omnibus Judæis eſſe intelligatur.) &c. *Sed vero, conſtat, eum qui diſcere cæpit, ac ſtudiis poſtea valedixit, plane rudibus, longe eſſe deteriorem*, (is enim perſpectum habet, quam vilipendantur a Sapientibus plebeji, aliisque id renunciat.) *Ex traditione Magiſtrorum, ſena iſta de homine plebejo tenenda. Non perhibent* (caulæ ejus etiam juſtiſſimæ,) *teſtimonium: Pariter nec recipiunt ullum teſtimonium ab eo: Non revelant ei arcanum: Non faciunt eum tutorem pupillorum: Nec præficiunt eum arcæ eleemoſynarum: Denig, non ingrediuntur cum eo iter. His inſuper addunt quidam, quod cum rem quandam perdidit plebejus, non fieri de ea reſtituenda proclamationes.* (Ain tu, hoc ita ſe habere?) *Sed quare cæteri* (hunc caſum recenſere neglexerunt? Reſpondeo, id factum,) *quia ſæpe filius bonus ex homine plebejo prodit, victurus olim & ſeſe ſuſtentaturus* (re illa deperdita, ſi fuerit reſtituta:) *ſecundum id* Q. S. E. (Job XXVII, 17.) Parabit impius, & juſtus induet. Bone Deus! Quis non miretur ſupercilium, faſtumque intolerandum iſtorum hominum? Non tamen intra hæc fiſtitur, immanis amentia. Nec enim ſufficiebat, plebejos, in hoc mundo, Sicarios, ſacrosque & inteſtabiles facere, eorumque vitam, fortunasque publicare, niſi a reſurrectione futura mortuorum, illos quoque ſegregarent: Cetubot fol. 111. b. אמר ר' אלעזר עמי הארצות אינם חיים שנ' מתים בל יחיו רפאים בל יקומו התגיש

מתים

מתים לא יחיו יכול לכל תלמוד לומר רפאים בל יקימו במרפה עצמו מדברי תורה תכתוב מדבר: Id eſt : *Dixit R. Eleaſar, homines plebejos olim non reſurrecturos.* Q.S.E. (Eſ. XXVI, 14.) Morientes non vivent, רפאים non reſurgent. *Quæſitum enim aliquando, num illud,* Morientes non vivent, *de omnibus mortalibus accipi queat?* (Reſponſumque:) *additum eſſe notanter :* רפאים non reſurgent: (magno argumento,) *loqui Scripturam tantum de iis, qui remiſſos negligentesq; ſe præbent, ad diſcendas Sacras Literas.* Tali, quia loco, Plebeji habebantur, jam illud conſequens erat, ut nemo illos magis curarit quam canes, atque ſicubi egeſtate premerentur, ab omnibus deſertis & derelictis, inedia fere pereundum fuerit. Bava Batra fol. 8. b. רבי פתח אוצרותיו בשני בצורת ואמר יכנסו בעלי מקרא בעלי משנה בעלי תלמוד בעלי הלכות בעלי הגדות אבל עמי הארץ בל יכנסו דחק יונתן בן עמרם ונכנס אל ר' פרנסני אל קרי' אל לאו אל שנית אל לאו אל אב במדת אפרנסך אל פרנסני ככלב פרנסני כעורב פרנסיה בחר דנפק יתיב ה. וקא מצטער א' אוי לי שנחתי פתי לעם הארץ: Id eſt : *Cum aliquando magna annonæ eſſet caritas, aperuit Cellas penuarias ſuas Rabbi* (Jehudas, cui id honoris datum, ut Sanctus cognominaretur,) *palamq; edixit : Ingrediantur periti Sacrarum Literarum, periti Miſchnæ, periti Talmudis, periti Conſtitutionum, & periti amœnioris literaturæ,* (atq; ſeſe quantum volent, reficiant:) *Sed, indoctum vulgus, procul eſto. Ibi cum vim feciſſet Jonathan Amramides, eſſetq; ingreſſus, dixit : Da cibum, Magiſter Optime : Quærit ex eo Rabbi, num didiciſſet Scripturam? Negat id Jonathan; quærit igitur Rabbi porro, num Miſchna eſſet imbutus; quod & ipſum cum inficiaretur Jonathan, tum vero inquit Rabbi? Hæc ſi ita ſunt, quomodo obſecro te cibare poſſim? Excipit Jonathan : ciba me ut canem, ciba me ut corvum,* (quos homines ſuſtentant, etiamſi Legi non dent operam. Victus precibus iſtis Rabbi,) *cibavit hominem; ſed cum is abiiſſet, hic vero pœnitere Rabbi, & exclamare :* Væ mihi, qui panem meum homini plebejo dedi. Obiter addo, quod, quia Sapientes, tam iniquo, erga plebejos erant animo, hinc mirum non eſſe, ſi & hi contra, juratos ſuos hoſtes haud maximi faciebant, nec ferebant in oculis. Fortaſſe enim idem perſuaſi erant, quod Parmeno ſervus, apud Comicum in Hecyra, dum *eum qui amat, cui odio ipſus eſt, bis facere ſtulte ducit, cum laboremi nanem ipſius capiat, & illi adferat moleſtiam.* Hinc in Peſachim loco ſupra citato legitur : אמר רבי עקיבא כשהייתי עם הארץ אמרתי מי יתן לי תלמיד חכם ואנשכנו כחמור אמרו לו תלמידיו רבי אמור ככלב אמר להם זה גושך ושובר העצם זה נושך ואינו שובר העצם:

הנצם: Id eſt : *Dixit R. Akiba: Cum adhuc plebejus eſſem, optare ſolebam : O ſi quis mihi daret Diſcipulum Sapientum, dilaniarem eum ceu Aſinus.* (Cæterum, cum offenderet Diſcipulos, illud *Aſini* nomen,) *dicerentq; illi :* Ceu Canis, (honeſtius) *tibi loquendum erat bone Magiſter : Reſpondit ipſe :* (Imo vero ex animi mei ſententia ſic pronunciavi, ut odii gravitatem tanto melius exprimerem :) *Aſinus enim dilaniando oſſa comminuit : ſed canis idem non facit*, (oſſaque tantum arrodit; quare illum potius, quam hunc, imitari volupe erat.) Sequitur ibidem: אלמלא צריכין אנו להם למשא ופתן היו הורגין אותנו Id eſt: *Niſi* (plebeji homines) *noſtra ope, ad jus dicendum in contractibus illorum*, (& ad facienda Inſtrumenta,) *vehementer indigerent, omnes nos occiderent.* Denique, aliis interjectis : גדולה שנאה ששונאין עם הארץ את תלמידי חכמים יותר משנאה ששונאין אומות העולם את ישראל ונשותיהן יותר מהם: Id eſt : *Majus eſt odium, quo plebeji homines, Diſcipulos Sapientum perſequuntur, quam eſt illud, quod οἱ ἔξω gerunt adverſus Iſraelitas : atq; Uxores* (plebejorum hominum) *magis adhuc, ipſis maritis, Sapientes averſantur :* (quippe illecebris deditæ, non poſſunt perferre aut pati verba, quæ iſti faciunt ad caſtimoniam.)

3. Audi Iſraël, cum precibus annexis] Actum agere, quia nunquam mihi propoſitum eſt, ablego Lectorem ad Cl. Buxtorfii Synagogæ Judaicæ caput V. e quo ſatis patebit, quid per Sectionem Audi, ſive Kriſchma, & preces annexas, ſeu Schmoneſre, intelligere ipſum conveniat. Cui ea non ſatisfaciunt, conferat Maimonidem, qui librum integrũ de Kriſchma, ſuo Jad Chaſaka, inſeruit; e quo excerpenda tamen nobis in præſentia ſunt verba initialia, faciunt enim maxime ad propoſitum.

פעמים בכל יום קוראין ק"ש בערב ובבקר שנ' ובשכבך ובקומך בשעה שרוב בני אדם שוכבין וזה הוא לילה ובשעה שרוב בני אדם עומדין וזה הוא יום: Id eſt : *Kriſchma quotidie bis recitandum eſt, Veſperi nimirum & Mane*, Q.S.E. (Deut. VI, 7.) Cum Cubas, & cum Stas. (Innuitur ergo, orandum eſſe,) *tum, cum homines cubare conſueverunt, hoc eſt noctu, & tum, cum ſtare ſolent, hoc eſt die illuteſcente.*

4. ר' R. Elieſer] Caveſis credas editionibus Talmudicis, ר' *R. Meir* hanc opinionem fuiſſe, nam in Berachot, contra ſeipſas dicunt teſtimonium, & lectionem Codicum En Jacob confirmant.

5. Qui filios habet, neque eos educat &c.] Præcipuum Patris officium eſt, curare, ut filii, a teneris, quod Græci ajunt, unguiculis, in Lege Divina, & πατροπαραδόσει, imbuantur. Iis quæ ſu-

pra, hac de re disseruimus, insuper addendus etiam iste ex MS. nostro Ez Hechajim Hilch. Talm. Tora, locus est: משיתחיל הקטן לדבר אביו ילמדנו תורה צורך ופסוק ראשון מקש ואחר כך מלמדו מעט פסוקים כשיהיה בן שש שנים או שבע מושיבו אצל מלמד תינוקות ונוהג שכר בכל תורה שבכתב אבל תורה שבעל פה אסור ליקח שכר מה אני בחנם אף אתם Id est: *Cum primum infans fari occipit, docere eum debet Pater, dictum Deut. XXXIII, 4. Itemq; Comma primum, ex Kriſchma, atq; ſic porro alia dicta ſacra, docendus. Simul ac ſextum, aut ſeptimum, ætatis annum, attigit, ad Ludimagiſtrum eum deducat Pater, ſolvatq; didactrum ob diſcendas Sacras Literas; ob Talmudis vero inſtitutionem, nihil erogandum, nam iſta quidem gratis accepta, gratis communicanda ſunt.* Hunc locum quaſi παραφράζει Autor libri Lev tov fol. 85. col. 12. לעולם *allzeit ſol ein iglicher gevvarnt ſeyn, daß er ſeine Kinder läſt lernen* תורה *dervveil daß ſie noch jung ſeyn, und ſol ſie leſen lernen nach ihr Verſtand nach, und nach ſeine Jahren nach, vvie daß es kan derleiden. Wenn es noch gantz jung is, eh es hebt an zu reden, ſol zu ihn vveiſen* ספרים *und ſol es lernen die* ספרים *küſſen daß es gevvehnt die* ספרים *ehrlich zu halten. Dernach vven es anhebt zu reden, ſol er mit ihm reden* תורה צוה לנו משה דברי תורה *ſol ihm für ſagen und den erſten* פסוק *von* קריאת שמע *und vven es nun älter vvird, ſol es mit ihm anheben* אלף בית *darnach mehr je länger je mehr, darnach dingt er ihm ein* רב' *bis daß er ſich gevvehnt in die* Tora. לעולם *alzeit ſol jeglicher mit ſeinem Kind lernen in* חניפות *von erſten gibt er ihm* שוד *Obs, oder Zucker, oder Lekuch, darnach kleine Pfenning, darnach ſol er ihm Kleider zu lohn machen, immerzu nach ſeiner Verſtand nach, und nach ſeine Jahren nach. Darnach ſol er zu ihm ſagen, lern vvol, und ernſtlich, dervvarten, daß man dier ein groſe* גדוניא *vvert zum Weib geben. Darnach ſol er zu ihn ſagen, lern vvol und ernſtlich, dervvarten, daß du vverſt* סמיכות *bekomen, daß du vverſt ein* רב *ſein, daß muß er mit ihm antreiben, ſo lang bis er ſelbert gevvar vvird, daß er lernt,* לשם שמים Afferenda nunc ſunt patrum piorum, gnaviter officio ſuo fungentium exempla, e Kiddu-ſchin fol. 20. a. אמר ר' יהושע בן לוי כל המלמד את בן בנו תורה מעלה עליו הכתוב כאלו קבלה מהר סיני שנ' והודעתם לבניך ולבני בניך וסמיך ליה יום אשר עמדת לפני יי אלהיך בחורב ר' חייא בר אבא אשכחיה לר' יהושע בן לוי דשדי ריסנא ארישיה וקא ממטי ליה לינוקא לבי כנישתי אל מר כולי האי אל מי זוטרא מר והודעתם לבניך וסמיך ליה יום אשר עמדת לפני יי אלהיך בחורב מכאן ואילך רבה בר חונא לא טעים אומצא עד דמייתי ליה לינוקא לבי מדרשתי ר' חייא בר אבא לא טעים אומצא עד דמקרי לינוקא ומספיד[ת]

Id

Id eſt : *Dixit Joſua F. L. Quisquis nepotem ſuum Legem Divinam edocet, illum Scriptura in tantum prædicat, ut quaſi eam in monte Sinai accepiſſe videatur. Scriptum enim* (Deut. IV, 9.) Et nota facies hæc filiis tuis, & nepotibus tuis. *Additurq; mox* (commate 10.) Die, quo ſtetiſti coram Domino Deo tuo, in Horebo. *R. Chaja Abbæ filius, incidit in Joſuam F. L.* (carentem pileo,) *& linteolo ſolo caput tectum, deducentem filium in Scholam : Quæſivit igitur ex eo, quid tanta* (feſtinatio quæ etiam habitum convenientem ſumere prohibuiſſet, ſibi vellet?) *Reſpondit ipſe : An tu parvipendis præceptum* : Et nota facies hæc filiis tuis : *Quodq; additur* : Die quo ſtetiſti coram Domino Deo tuo in Horebo ? *Ab eo deinde tempore R. Hunæ filius, nunquam amplius conſuevit jentaculo fruitus eſt, niſi deducto prius puero in Scholam : Quin & R. Chaja non prius jentavit, quam cum puero lectionem pridianam repetiiſſet, ac aliquid addidiſſet.*

6. Si tamen Sapientibus non miniſtraverit &c.] Berachot fol. 7. b. אמר ר' יוחנן משום רשבי' גדולה שמושה של תורה יותר מלמודה שנ' היש פה אלישע בן שפט אשר יצק מים על ידי אליהו למר לא נאמר אלא יצק מלמד שגדולה שמושה מלמודה: Id eſt: *Dixit R. Jochanan, nomine R. Simeonis F. I. Præferendum eſt miniſterium quod Legi,* (aut Sapientibus) *fit, ipſi Legis ſtudio; quam in ſententiam legitur* (2. Reg. III, 11.) Eſt hic Eliſa, filius Schaphati, qui infundebat aquam manibus Eliæ. *Non dicitur didiciſſe,* (Eliſam, ſub Eliæ auſpiciis,) *ſed* (tantum, huic Eliſam) *affudiſſe aquam memoratur, claro indicio, miniſterium Legis, ſtudio ejus, anteponendum eſſe.*

7. Qui ſolam Scripturam ſine Miſchna didicit &c.] Multa huc facientia, congeſſit Cl. Buxtorfius in Recenſione Operis Talmudici, ſubjuncta Abbreviaturis Hebr. pag. 222. ſeqq. quæ apud ipſum legenda ſunt.

8. Qui vero nec Scripturam nec Miſchnam didicit &c.] Maimonides Hilch. Edut. cap. 11. §. 1. מי שאינו לא במקרא ולא במשנה ולא ברך ארץ הוא בחזקת רשע ופסול לעדות מרבריהם שכל מי שירד עד כך חזקה שהוא עובר על רוב העבירות שיבואו לידו: Id eſt : *Qui nec Scripturam, nec Miſchnam, nec bonos mores didicit, de eo ſuſpicio eſt, eſſe illum hominem*

nequam, vetantq; hunc Sapientes admittere ad dicendum teſtimonium. Quisquis enim tam abjectus eſt, eum veriſimile ſit patraturum omnia peccata, quorum commuttendorum occaſio ſeſe offert. Eſt igitur diſcendum omnibus Judæis, ſi quidem virorum bonorum nomen tueri velint. Quatenus vero hæc obligatio eos obſtringat, & quomodo officio fungendum ſit, docet aureus noſter Codex MS. Ez Hechajim Hilch. Talm. Tora. כל ישראל אפילו זקן ובעל יסורין ועני נמור חייב לקבוע זמן ללמוד עד יום מותו כי עבירה מבבה מצוה ואין עבירה מכבה תורה כראי פ נוטל אם בעל אומנות ג שעות יעסוק באומנות ו קורא בתורה שבכתב ו שבעל פה ו ידקדק להבין דבר מתוך דבר אבל אם הוא נדול בחכמה ואין צריך לעסוק יקרא בעתים מזומנים שלא ישכח ורוב ימיו ידקדק:

Id eſt: *Quisque Judæorum, etiam Senes, Calamitoſi, & omnino Pauperes, tenentur certum tempus determinare ſtudio divinarum literarum, ad diem usq; vitæ ſupremum. Peccatum enim delet quidem meritum ſervati Præcepti, ſed peccatum non delet meritum, contractum ex ſtudio Divinæ Legis, uti eſt in Gemara Sota c. 3. Si quis ſuis manibus victum parat, tres horas opificio, tres ſtudio Scripturæ ſacræ, totidem Talmudi, totidemq; meditationi ac collationi eorum quæ didicit* (quotidie) *tribuito. Quod ſi vero quis Doctor inſignis exiſtat*, (& omnia teneat memoriter, ita ut) *haud opus ſit diſcere, tamen ſtatis temporibus diſciplinas ſuas relegere debet, ne obrepat oblivio, ſed major vitæ pars, meditationibus conſecranda.*

9. Quando homo peccatum &c.] Celebre hoc Gemaræ dictum eſt, & fertur in primis: Habemus enim idem in Joma fol. 86. b. & iterum fol. 87. a. Moëd. Katon fol. 27. b. Kidduſchin fol. 40. a. Erachin fol. 30. b. Senſus eſt: Non ibi conſiſtere vitia, ubi cœperunt, ſed poſtquam ſemel a recto aberratum fuit, ad præceps perveniri, ita ut Lares & Mercurii omnes, non quem poſſint revocare jam in viam. Non abſimili ratione, de errore in Literarum ſtudiis contracto, dicitur in Peſachim fol. 112. a. שבשתא כיון דעל על Id eſt: *Error ſemel admiſſus, latiſſime progreditur.*

10. Ain tu licitum eſſe &c.] In Talmude Baſileenſi, quodque ex eo penitus expreſſum videtur, Amſtelodamenſi, deeſt totum illud והותרת לו סד אלא אימא נעשית לו כהיתר: errore inexcuſabili. Quamobrem Codices En Jacob, melius ſe habentes, merito imitatus ſum. Neſcio

Nescio quomodo factum sit, quod in his Libris plerumque sanior, quam in Talmude lectio reperiatur. Interim, quia res ita est, Talmudica allegaturus, quoties licet, Compendium hoc confero, ejusque fidem vehementer sequor. Quod, hic dictum, de omni omnino, quæ testimoniis a nobis e Gemara, in universo hoc Commentario ciatis, cum Talmudis Editionibus intercedit discrepantia, acceptum velim: Non enim operæ pretium duxi, variantes lectiones semper annotare. Atq; hujus quidem moniti, Lectorem oportet esse memorem.

11. Ambulationes mundi ipsi] Si quid judicare possum, non constat ulla ratione sensus, nisi post ista, suppleatur idem, quod in Megilla fol. 28. b. iis quoque subjicitur: Nimirum, אל תקרא הליכות אלא הלכות: Id est: *Pro* הליכות *quod* Ambulationes *notat, vox* הלכות Constitutiones *significans, reponi debet.*

12. Causas ex Mischna dijudicant] Trita Judæorum regula est: קיימא לן דאין למדין הלכה מפי משנה אלא עם מרה שבא בגמ' בפירוש: Id est: *Firmiter tenemus, non esse formandam definitionem ex iis quæ docet Mischna, sed tantum ex Gemaræ explicationibus. R. Jacobus Chagis in Darke Hammischna p. 12. b.*

ט IX.

פימקא אשה פרושה וכי
תנו רבנן בתולה צלייניתא ו
ואלמנה שובבית וקטן שלא
כלו לו חדשיו הרי אלו מכלי
עולם איני והאמר רבי יוחנן
למדנו יראת חטא מבתולה
וקיבול שכר מאלמנה יראת
חטא מבתולה דרבי יוחנן מ
שמעה להההיא בתולה דנפלה
על אפה ואמרה רבונו של ע
עולם בראת גן עדן בראת

COmmentatio. *Mulier Religiosa*, &c. Tradunt Magistri: [1] Juvencula jugiter orans, & Vidua vagatrix, [2] Puerque, cujus menses completi non sunt, ecce isti Orbem devastant. Itane? Atqui dixit R. Jochanan: Didicimus metum peccati a juvencula; & mercedis impetrationē, a vidua. Metum, (*inquam,*) peccati, a juvencula. Quippe, audivit R. Jochanan juvenculam quandam in faciem procidentem, orantemque: *Arbiter universi: creasti paradisum; creasti*

גיהנם בראת רשעים בראת
צדיקים יהי רצון מלפניך שלא
יכשלובי בני אדם קיבול שכר
מאלמנה דההיא ארמלתא
דהואי בי כנישתא בשיבבות
וכל יומא הוה אתיא ום
ומצלא בי מדרשא דר יוחנן
אמר לה בתי לא בית הכנסת
יש בשיבבותיך אמר ליה ר
ולא שכר פסיעות יש כי
קאמרינן כנון יוחני ברת ום
רטיבי

etiam gehenuam, impios creasti, creasti itidem justos: Ita velis obsecro, [5] ne in me homines impingant Mercedis impetrationem (*didicimus*) a vidua. Vidua enim quædam in cujus vicinia [4] erat Synagoga, quoquo die tamen venit, & preces in ἀκροαλησίᾳ R. Jochananis peregit; quare is ad eam: Filia mea, inquit, annon Synagoga est in vicinia tua? Respondit illa: Magister: Annon etiam [7] itioni suum repositum est præmium? (*Nempe*) supra dicta, in eam tantum quadrant, quæ similis [6] τῇ Jochani, Filiæ Retibi.

ANNOTATA.

1. Juvencula jugiter orans &c.] Ipse Christianus Gerson, qui ante Christianismi professionem, haud ultimo inter nostri seculi Rabbinos loco fuisse videtur, in libello de Talmude Judæorum, pag. 114. præsens dictum, nec satis commode, nec satis fideliter transtulit, vertendo: *Eine Jung frau im Bethause, eine Witwe in ihres Nachbarn Hause, und eine unzeitige Geburth in dieser Welt, hat der Teuffel zu einander gesellt.* Hoc volunt Magistri: Puellæ nimium religiosæ, quæque omne tempus unice precibus impendere sese simulant, & Viduæ, quæ per vicinorum ædes, tanquam opem aliquam, quod suis curis solutæ sint, aliis laturæ, assidue cursitant, generi humano magnarum cladium causæ habentur. Cum enim intus & in cute, nihil nisi Veneficæ & Meretrices sint, tamen affectatione ista pietatis efficiunt, ut fœminæ probæ & bene moratæ citra dubitationem esse credantur, unde de iis puniendis, exterminandisque ex bonorum communitate, Magistratus nunquam cognitionem suscipit: sed vero, interea loci, quod istæ peccant, omnes luere coguntur.

2. Pu-

2. Puerque cujus menſes &c.] Quis iis verbis innuatur, docet Pericope quæ ſequitur.

3. Ne in me homines impingant.] Supple: Perdantq; partem paratam iis in Paradiſo, & cum Impiis in Gehenna morari cogantur. Videtur omnino opus fuiſſe iſtis precibus, virgini formoſæ, ne cui eſſet offendiculo; nec enim fruſtra hortatur Baal Chaſidim, Num. XLV. לעולם יתפלל אדם שלא תבא חקלה על ידו: Id eſt: *Semper homini orandum, ne occaſionem ſcandalo præbeat.* Quis enim tam imperitus eſt, ut quid amor in animis hominum valeat, ignoret? Non ſoli infirmi, & qui parum in via ad virtutem & Bonam Mentem profecere, hic ſuccumbunt, ſed viros, quoque longe ſapientiſſimos, & amore arſiſſe, & prudentes, ſcientes, vivos videntesque periiſſe, nec quid agerent ſciviſſe, comperimus. Ita nempe, ſemel admiſſum,

— *Alitur, & creſcit malum,*
Et ardet intus; qualis Æthnæo vapor
Exundat antro.

Seneca in Hippol.

Omnibus nota, aut peregrina exempla, quæ pleno modio alii dabunt, miſſa facimus, & intra Talmudis noſtri pomœria nos continentes, quædam ex eo, huc ſpectantia, allegabimus. Kidduſchin, fol. 81. b. רבי חייא בר אשי הוה רגיל כל עיקר דהוה נפיל לאפיה הוה אמר הרחמן צילני מיצר הרע יומא חד שמעתינהו דביתהו אמרה מכדי האי כמה שני דפריש לידיה מינאי מט קאמר הכי יומא חדא הוה קא גריס בגינתיה קשטה נפשה חלפה ותנייה קמיה אמר לה מאן ארח אמרה אנא חרותא דהדרי מיומא תבעה אמרה ליה אייתי ניהלי להך רימונא דריש עציצא שוור אול אייתא ניהלידיה: Id eſt: *R. Chaja F. A. id in more poſitum habebat, ut quoties in faciem procidens oraret, hac quoq; inter cæteras uteretur precatione*: Benigniſſime Deus, eripe me obſecro a pravis meis cupiditatibus. (Forte accidit,) *ut die quadam ſic precantem exaudiret conjux, quare* (mirabunda,) *cum tot jam annos meo concubitu abſtinuerit, inquit, quid opus his precibus* (homini ſenecioni, qui totus friget?) *Cæterum, cum aliquando in horto ſuo ſtuderet R. Chaja, ornavit ſeſe uxor* (veſtibus ſplendidis, unguentisque exoticis corpus perfricuit,) *at q; ſic, ſemel, iterumq; eum præteribat. Ibi* (cum R. Chaja, caligante præ nimia ætate viſu, eam non noſſet) *quærere cœpit, qualis eſſet? Reſpondit ipſa, ſe eſſe Charutam* (famæ clariſſimæ fœminam quæſtuariam,) *ac hodie peregre adventaſſe. Tum vero ſolicitare eam R. Chaja; at ipſa prius exigere, malogranatum in ſumma, ex ramo exiguo dependens arbore, ſibi*

ſibi afferret. (Nec mora, decrepitus ſenex,) *proſilit,* (& magno vitæ cum diſcrimine, malogranatum) *affert,* (quem deinde uxor admiſit.) Non ad alium ſcopum collimant, quæ in eadem Gemara ibidem præcedunt:

ר מאיר הוה מחלוצץ בעוברי עבירה יומא חדא אידמי ליה
שטן כאיתתא בהך ניסא דנהרא לא הוה מברא נקט מצרא
וקא עבר ואזיל בי מטא פלגא דמצרא שבקיה אמר אי לאו
דקא מכריזין עלך ברקיעא הזהרו ברבי מאיר ותורתו נשויתיה
לדמך כתרתי מעי רבי עקיבא הוה מחלוצץ בעוברי עבירה
יומא חדא אידמי ליה שטן כאיתתא בריש דדיקלא נקטיה
לדקלא וקא סליק ואזיל בי מטא לפלגיה דדיקלא שבקיה אמר
אי לאו דמכריזי ברקיעא הזהרו ברבי עקיבא ותורתו שויתיה
לדמך חרתי מעי:

Id eſt: *R. Meir ſolebat illudere in peccatores* (iisq; exprobrare, quod tam facile affectibus ſuccumbant, cum in manu ſit, rationis fræno eas compeſcere.) *Accidit aliquando, ut Diabolus Venereus, ſeſe illi exhiberet, in perſona mulieris, ultra flumen conſtitutæ, cumq; ibi ponto ad trajiciendum non adeſſet, funem* (ex utraq; ripa ſupra amnem extenſum, & cujus attactu promovere pontonem nautæ ſolent,) *arripuit, atq; ejus beneficio transmittere flumen eſt conatus. Cum vero ad medium funis perveniſſet, miſſum eum fecit* (Diabolus, nec ad illecebras porro concitavit,) *inquiens: Niſi in cœlo de te edictum promulgaretur:* Cavete vobis ne R. Meir ejusque divina eruditio (quid detrimenti capiant:) *vitam tuam haud magis æſtimarem duobus aſſibus. R. Akiba ſolebat illudere in peccatores. Accidit aliquando, ut Diabolus Venereus, ſe illi exhiberet, in perſona fœminæ conſtitutæ in ſummitate arboris excelſæ. Quamobrem involat Akiba in arborem, eamq; conſcendere molitur. Cum vero ad medium arboris perveniſſet. &c.* Verum enim vero, quia, quantum ad hos poſtremos Rabbinos attinet, effectu res caruit, & ideo tantum ab ipſomet dæmone facta tentatio, ne nimium de ſe præſumerent, iſti quidem, neſcio annon venia aliqua, (ſi modo vera fabula eſt) digni ſint. Proinde, haud æquum facit Chriſtianus Gerſon, in pejorem partem omnia rapiens, & ipſos tanquam homines laſciviſſimos palam accuſans: ſic ait p. 405. ſui Talmudis: R. Akiba *vvelcher den* Bar Cosba *zu einen* Meſſia *geſalbet hatte, von dem zeuget der* Talmud *daß er nicht allein habe zaubern geternt, ſondern er ſey auch unkeuſch geweſen, daß er auf einen hohen Baum geſtie-*

geſtiegen ſey eine Frau die ſeinen Willen thete, herunter zu holen. Sequitur p. 407. R. Meir *war ſo unkeuſch, daß er ſich wegen einer leichtfertigen Frauen in groß Waſſers Gefahr begab.* In Talmude hæc tam diverſimode narrantur, ut alterum verum eſſe neceſſe ſit, vel non inſpexiſſe locum Gerſonem, vel, præ nimio Judæos obtrectandi ſtudio, quæ bene dicta erant, in alienam ſententiam detorſiſſe, quod ſane & alibi, eum feciſſe deprehendo.

8. Erat Synagoga, quoquo tamen die venit & preces in ἀκροατηρίῳ] Autore Elia in Tisbi, p. 22. b. בית המדרש proprie eſt הבית או החדר המיוחד ללמוד תורה Id eſt: *Domus, aut Conclave, unice dicatum ſtudio Divinarum Literarum.* At, בית הכנסת domus eſt, non tam docendi diſcendique, quam preces fundendi cauſa, condita. Majmonides Hilch. Tphil. c. 11. §. 1. כל מקום שיש בו עשרה מישראל צריך להבין לו בית שיכנסו בו לתפלה בכל עת תפלה ומקום זה נקרא בית הכנסת וכיפין בני העיר זה את זה לבנות להם בית הכנסם ולקנות להם ספר תורה נביאים וכתובים. Id eſt: *Quemcunq; locum inhabitant decem Iſraëlitæ, in eo neceſſe eſt parent ſibi domum, in qua precum tempore ad orandum convenire poſſint, atq; is locus* בית הכנסת *ſive Synagoga vocatur. Cæterum, cogunt ſeſe mutuo incolæ iſti, ad condendum Synagogam, & ad emendum Librum Legis, Prophetas quoq;, & Hagiographa.* Enim vero, etſi Synagogæ, precibus publicis, Acroateria, inſtitutioni magis inſerviebant, tamen ii, qui pondus aliquod ſupplicationibus & votis ſuis addere volebant, in Acroateriis potius, quam Synagogis ea concipiebant, omnino perſuaſi, loca in quibus Lex Divina aſſidue docetur, ſanctiora longe eſſe iis, in quibus preces tantum funduntur, & proinde Deum magis habere præſentem. Hinc in Berachot fol. 8. a. legimus: רבי אמי ורבי אסי אף על גב דהוו להו תליסר בי כנשתא בטבריא לא מצלו אלא ביני עמודי היכא דהוו גרסי: Id eſt: *Etiamſi tredecim eſſent Synagogæ in Tiberiade, tamen R. Ammi, & R. Aſſe haud unquam alibi preces fuderunt, quam inter eas columnas* (quibus Acroaterium) *in quo diſcebant*, (innitebatur.) Credo, plane eandem Turcis mentem eſſe, ut preces fuſuri, loca, in quibus Alcoranus docetur, reliquis ſuis fanis præferant; niſi quid me fallit inſcriptio Arabica Hiſpalenſis, ſive potius ejus interpretatio, quam Rodrigus Carus in Antiquitatibus ejus Urbis fol. 43. exhibet:

EN EL NOMBRE DE DIOS PODEROSO LAS
ALABANSAS DE DIOS SOBRE MAHOMAD
Y SOBRE SVS DISCIPVLOS SALVD SOBRE
ELLOS POR LA SALVD DE DIOS EN
QVI EN CONFIO Y EN MAHOMAD
MI AMPARO.

ESTE ES EL ESTVDIO DEL SEÑOR
MARVAN QVE DIOS NOS DE SV
GRACIA QVIEN ENTRARE EN SV
TEMPLO Y CAPILLA Y REZARE
QVARENTA Y SIETE VEZES LE
PERDONERA DIOS SVS PECCADOS
Y RVEGVEN POR QVIEN LO HIZO
QVE LE TENGHA DIOS DE SV MANO.

ſ. Itioni ſuum repoſitum eſt præmium.] Quaſi dicat: Poteram ſane orare in vicinia, ſed volo preces meas magis acceptas reddere, ideo fatigo me, & Scholam tuam, etſi remotiorem frequento, ut hoc quoque nomine gratiam apud Deum ineam. Hoc vero reſponſo Viduæ, ſummopere delectatus videtur R. Jochanan, ad illudque in docendo deinde ſe accommodaſſe. Sic colligo ex Bava Mezia fol. 107. a. ubi legitur : משכחינהו רבי אבא לתלמידים דרב אמר להו מאי אמר רב נהני קראי ברוך אתה בעיר ברוך אתה בשדה ברוך אתה בבואך ברוך אתה בצאתך ואמרו לירד הכי אמר רב ברוך אתה בעיר שיהא ביתך סמוך לבית הכנסת ברוך אתה בשדה שיהא נכסיך קרובים לעיר ברוך אתה בבואך שלא תמצא אשתך ספק נדה בשעת ביאתך מן הדרך ברוך אתה בצאתך שיהו צאצאי מעיך כמותך ואמר להו רבי יוחנן לא אמ' הכי אלא ברוך אתה בעיר שיהא שולחנך סמוך לבית הכסא אבל בית הכנסת לא ור' יוחנן לטעמיה דאמר שכר פסיעות ישנ

Id eſt : *Forte inciderat R. Abba in Diſcipulos* רבנן *Raſ, quærit igitur ex iis, quomodo interpretatus eſſet Raſ, dictum* (Deut. XXVIII, 3.) Benedictus eris in civitate. Benedictus eris in agro, (Itemque v. 6.) Benedictus eris in ingreſſu tuo, & benedictus eris in egreſſu tuo. *Reſponderunt : Hac noſter Raſ, uſus eſt explicatione* : Benedictus eris in civitate ; *ut domus tua futura ſit propinqua Synagogæ*, (quo longa & moleſta ad eam itione ſuperſedere queas.) Benedictus eris in agro ; *ut fundus tuus propinquus ſit futurus urbi*, (quo fructus quos ſuppeditat, maturiſſime poſſis divendere

dere.) Benedictus eris in ingreſſu tuo, *peregre enim adventans, nunquam offendes uxorem ſuſpicantem ſe e menſibus laborare,* (nedum ut vere muliebria patiatur, quo deſiderio tuo, quod in revertentibus ex diuturno itinere ardentiſſimum eſſe ſolet, indulgere, & quod amor ſuadet, facere tibi liceat.) Benedictus eris in egreſſu tuo; *nam qui e femore tuo prodibunt, tui erunt ſimiles. Tum vero inquit* (R. Abba, dixiſtis probe: nec mihi iſta diſplicent,) *Rabbi tamen Jochanan, longe aliter verba explicat: Nam ſecundum ipſum*, Benedictus eris in Urbe, (notat,) *Menſam haud procul a cloaca abfuturam*, (ut quis ante & poſt cibum ſumtum, retrimenta commode ejicere poſſit, ne illorum retentione diuturna, ſi τὸν ἀφεδρῶνα procul petere cogatur, morbum aliquem contrahat.) *Idipſum tamen, de Synagoga haud valere voluit; nam R. Jochanan ſuam ſequitur opinionem, qua aſſerit, etiam greſſibus ſuum eſſe conſtitutum præmium.*

6. יָעֵל Jochani Filiæ Retibi.] Qualis ea fuerit, docet nos Jarchi in Gloſſa. יוחני בת רטיבי אלמנה מכשפה היתה וכשמגיע עת לידת אשה היתה מיצרי רחמה במכשפות ולאחר שמצטערת הרבה היתה מזמרת אלך ואבקש רחמים אולי תשמע תפלתי והולכת ומוזרת בשפיה והולד יוצא פעם אחרת היתה לה שכיר יום בביתה והיא הלכה בבירת האשה היולדת ושמע השכיר קול הכשפים מקשקשים בכלי כמו שהולד מקשקש במעי האם ובא ופתח את מגופת הכלי והכשפים יצאו והולד נולד וידע כי בעלת כשפים היא: Id eſt: *Jochani Filia Retibi, fuit vidua venefica. Si cujus mulieris partitudinis tempus adventaret, ejus uterum ipſa incantamentis claudebat; laborante vero puerpera vehementer e dolore, Jochani abituram ſeſe ajebat, & preces fuſuram, fieri fortaſſe poſſe, ut exaudiantur. Atq; ſic diſcedens, reſacrabat ſua veneficia, ita ut infans in lucem ederetur. Habebat aliquando domi ſua mercenarium, cumq; ipſa interea loci abjiſſet ad puerperam aliquam, audit mercenarius ſonum veneficiorum ſtrepentem in vaſe quodam, uti ſtrepere ſolet infans, intra viſcera materna, acceſſit itaq;, & operimentum vaſis removit, quo ipſo cum diſparuiſſent veneficia, natus infans eſt, cognitumq; fuit,* (τὴν Jochani) *eſſe venefican.* Fuit olim frequens, inter Judæos, veneficii crimen, multique clariſſimorum Rabbinorum, de eo graviter ſunt ſuſpecti, id quod Chriſtianus Gerſon cap. 17. ſui Talmudis, pridem oſtendere laboravit. Pariter ii, quos noſtra hæc ætas fert, non penitus immunes ſunt ab illa ſuſpicione, ac plurima iis exprobrat, Fridericus Franciſcus Ottingenſis, ex Judæo Chriſtianus, in libro *Schlangenbalg*, quem adverſus populares veteres edidit. Sane, diluere omnem culpam, ex ſua gente, ſa-

tagit Salomon צבי in confutatione illi ſcripto oppoſita, ſed, ſæpe meram frigidam affundit, adeo quidem, ut vera locutum eſſe adverſarium, magis nonnunquam occaſionem credendi præbeat .Nam, dum multa per Cabbalam excuſare conatur, in eo fruſtra eſt, cum nemo ignoret, quod קבלה מעשית ſive Cabbala Practica, puram putam Magiam ſapiat. Interim exiſtimo, operæ pretium eſſe, cauſam hanc totam, prout litigata eſt, cognitam habere, &, quia Salomoniis liber, *der jüdiſche Tiriack* dictus, (alterum enim Friderici Franciſci, ne vidi quidem) tam a raris poſſidetur, ut eum eruditiſſimus quondam Præceptor noſter, *Sebaldus Schnellius*, dignum judicaverit, quem ſua manu deſcriberet, non pigebit me, quæ ad inſtitutum pertinent, recenſere ex illo pleraque omnia. *Ferner ſchreibt* Mumar, *mier machen mit* Kiſchuph *den Tiſch aufgehn in frolichen Zeiten, und liſpern anander* ſchemot ſchel ſchedim *in die Ohren ſo geh der Tiſch ſo mit viel Centnern beladen in die höh* : Beſeh heerachti beſepher alcher hachinoti lenozrim, *und vvird nicht allein mit unſern* ſepharim *bevvieſen, daß die* Kabbala *durch* ſchemot Kedoſchim *zugeht, und nit* maaſeh ſchedim *is, ſondern es ſchreiben es auch ihre* Chachamim *und* Philoſophim. *Es ſchreibt* Agripino, *auch* Theophraſto, *auch* Don Pico de Murandelo, *und Herr* D. Reuchli *und noch viel andre, die ich hie lenz halben nit bringen vvill, vvelche alle die* Kabbala *erfahren haben, daß die* Kabbala *kein* Nigromanti *oder ſchvvartze Kunſt ſey, ſondern ſie kom von GOttes Vollmacht her, und gar nit mit dem Teufel Gemeinſchafft hab. So kan zu dieſen Tiſch aufgehn kein* maaſeh ſchedim *gebraucht vverden, den vvir ſingen koſtliche* mismorim *dazu, als* Adon olam jigdal : *So kan kein Teufels Werck leiden, vvann man Gtotes gedenckt, ſie richten auch nichts aus, dann alles Bös. Fürnemlich is uns Juden allerley* Kiſchuph *klein und gros bey* קנס מיתה *verboten* : Mecaſchepha lo tichjeh. Lo tenachaſchu. Lo teonenu : vegom. Soph dafar, *mier haben* Torah, Nevijim *Befehl, daß mier mit keinerley* Kiſchuph *dorffen umgehn, vvann es ſchon ohn* heſek *deß Menſchen zugeht, den das* maaſeh Kiſchuph *is an ihr ſelbert verboten* : *vvas aber durch die* Kabbala, *und* ſchemot ſchel הקבה umalachav *zugeht, das iſt erlaubt den dadurch ſieht man die Krafft Gottes* : veſehu Kabbala maaſit : *und alſo geſchicht das Tiſch aufgehn auch* : *es vvird kein* Kischuph *hieher gebraucht. Wer* Kiſchuph *treibt, is* chaijab mita. *Den* chilluk *zvviſchen* Kiſchuph *und* Kabbala *finſtu in* Sanhedrin daf. 67.

Weiter ſchreibt Mumar, *mier brengen auch die* מלכא שבא *mit viel Frauenzimmer, tanzen und ſpringen mit ihnen, und ſein luſtig, und vvans in unſerm Will is, fertigen mir ſie vvieder ab. So ſag ich dazu, daß ichs nit kan, habs auch nit geſehen. Solt es aber die* מלכה *ſein von der in* melachim *geſchrieben ſteht, daß ſie König* Schlomo *viel Geſchenck und* beſa-

mim

mim *gebracht hat, und könt ſie bringen, vveis ich nit, vvas ich thet. Zvvar halt ichs für ein* Kischuph, *darum laß ichs gegen* השוי *und der Welt vertheidigen, den, der die* מלכא שבא *bringt. Es is kein Wunder, daß man unter uns Leut findet, die vvider die* Tora *handeln, die gemein is darum nit mit* intereſſirt.

Mumar *ſchreibt vveiter, in ſeinen Buch Schlangenbalg, es vverden unter den Juden Leut gefunden, die einen Leimklozen nehmen, formiren, und machen ihn einen Menſchen gleich, darnach lispert man ihm* השבועות *oder Beſchvverung ein, darvon das Bild lebt und geht.* Beſepher aſcher hachinoti lenozrim laagti al hammumar *und ſag, daß er gevviß von ſolchen zuſamm gekneteten gaſſen Koth und Leymen gemacht vvorden, daß er gehen kan, aber kein* Sechel *hat, und mag ſein Vatter ein ſolcher* baal ſchem *gevveſen ſeyn. Daß er ſchreibt, mier heiſſen das Bild und gemachts* chamor golem, *das is ein unausgezimmerter Eſel;* aſcher omer Ki hu ſeh, *Ich hab nie kein ſolch Werck geſehen, aber* bime chachme hattalmud *haben mier ſolche Leut gefunden, die mit der* Kabbala al jede ſepher jezira *ein ſolch ding beſchaffen haben. Das* ſepher *hat* Abraham avinu ע"ה *mechabber gevveſen: einen Theil von dieſen* ſepher *ſind man noch bey unſern Juden, und vvird dorten in* Sanhedrin *bevvieſen, daß ſolch Werck durch* ſchemot Kedoſchim *und nit durch* maaſeh Schedim *zugeht. Solche* mekubbalim *haben ſich* mitboded *gevveſen, und ſeyn den* Nevijim *zu vergleichen, vvie auch* Joſippon *in den* Sepher Romijim, *daß er von der* Peruſchim, Zaddukim *und* Eſſeer *ſchreibt, daß die Eſſeer durch ihr* hitbodedut, taanit, vekidduſcha, maggid atidot *gevveſen ſeyn: Aber uns Teutſchen Juden is ſolche* Kabbala *verborgen. In* Erez Iſraël *aber, ſol es noch ſolche Leut haben, die durch die* Kabbala *viel thun konnen: aber unſre* golemim *machen mier in dieſen Landen nit aus Leymen, ſondern aus Mutterleib vverden ſie gebohren.*

Ferner ſchreibt Mumar, *die Juden geben den todten Leuten einen Apffel in die Hand, und ſchreiben Teuffelsnahmen drauf, und vven derſelbig Apffel erfault, ſo dort und ſtirbt der jenig auch, der vvieder ſie ſchvvazt.* Heerachti beſepher aſcher hachinoti lenozrim, *und ich ſchelte* Mumar Samuel *Friedrich vor einen Schelmen, Dieb, und Böſsvvicht, biß ſo lang er ſolches auf die Juden bevveiſt, &c.*

Der Mumar, *der ehrvergeſſen Vogel, ſchreibt vveiter in ſeinem Buch, den Schlangenbalg, und Lügen* ſepher: *Wann ein Jud oder Judin in ein Chriſten Haus kommt, darinnen ein Kindbetterin ligt, ſo nehmen ſie ein Malſchloß, ſchreiben Teuffelsnahmen drauf, ſchlagens ein, und vverffens in Bronnen, davon die Kindbetterin und das Kind ausdorren, und müſſens mit der Haut bezahlen. Drauf ſag ich, daß ein ſolcher, der das thut, ein* mekaſcheph *is, den ſol man verbrennen, dieß maleſiziſch Laſter, vver-*

den vvier Juden בה׳ *vveniger den alle* nation *und Völcker bezüchtiget, auch der Erz-*mekaſcheph Bilam *unſer groſter Feind, der uns hat verfluchen ſollen, gut* edut *gibt, da er ſagt*, Num. 23. Ki lo nachaſch bejaakob וגו׳ *denn es is kein Zauberer unter* Jacob, *und kein Weiſſager unter* Iſraël. *Dieſe mordthat iſt nit erhört, daß mier doch täglich in der Chriſten Häuſer gehn, da Kindbetterin ſeyn, unſre Weiber vverden auch zu ihnen geholt in Kindesnöthen, mier ſeyn bey ihnen zu Haus, und geſchicht, Gott ſey lob, ihnen nichts. Ich vor mich, heiß ihn* Mumar Samael *Friedrich Franzen lügen, vvie einen* mekaſcheph, *Schelm, Dieb, Boßvvicht, und Mörder, ſo lang, bis er ſölches auf uns Juden bevveiſt, &c.*

Ferner ſchreibt Schlangenbalg, vvenn unſre Weiber in Kindesnöthen ſtecken, ſo ſchreiben mier heimliche Zettel, gebens ihnen in den Mund, und Hand, darvon ſie geliegen: und deut an, es ſey von Chriſten Blut geſchrieben. Hierüber laß ich alle Hebammen in Deutſch und Welſchen, auch in Behem, Poln, und Reuſſen, und andern Landen Zeugnus geben, dann gemeiniglich Chriſten Weiber, unſrer Weiber Hebammen ſeyn. Kommt unter tauſendmal darzu, daß eine in ſölcher Kindesnoth ſteckt, geht man mit der ſepher tora *zu ihnen, und ſein Mit*pallel *ein ſonderlich* tephilla, *die dazu* mejuſad *is, und ſeyn* zdaka menadder *von ihrent vvegen. Man ſchreibt auch vvol den* Miſmor Tehillim XIX. Jaaneh יי bejom zara, *oder ſonſt ein* Poſuk *aus der* Tora, *das geben mier Juden auch den Chriſten, vvann ſie uns drum anſprechen, und ihre Weiber in Nöthen ſtecken.* Heerachti beſeh beſepher aſcher hachinoti lenozrim. *Es vvird ja zu Rom, Venedig, Prag, Mantua, Franckfurth, Worms, und andern Orten, vvo viel hundert Juden ſeyn, und Hebammen von den Chriſten nehmen, eine darunter ſolche Zauberey geſehen haben, vvelches doch* בה׳ *nit erhört vvorden iſt, es haben ſich der Orten viel Juden getauft, und dergleichen nit geſagt, viel vveniger geſchrieben: darum ſteck ich ihm* עוו׳ *dieſen Schelmen auch in Buſen, vvie die vorigen Punckten.*

Ceu jam præmonui, quicquid dicat, quicquid convitietur Salomo noſter, non tamen æquis rerum æſtimatoribus unquam perſuadebit, carere omni penitus culpa ſuos homines. Sane nec ipſe credo, eſſe vera, quæ objiciuntur, omnia: atque imprimis illud apud me certum & indubitatum eſt, magnam, & olim Judæis factam eſſe injuriam, & hodienum fieri, dum accuſantur, quaſi Chriſtianorum ſanguine, crebro, vulgoque faciant myſteria. Quamobrem, veritatis amore, & miſeratione, omnium mortalium infeliciſſimorum, capto mihi, propoſitum eſt, ſi ita Deus volet, prolixam Apologiam, pro iis ſcribere, atque hujus, mendacii ingentis, quodque hominum myriades multas, ex iis immiſericorditer trucidandi, occaſionem hactenus immerito præbuit, quin & alterius connexi, quo

Caput

Caput Asini adorare, dicti sunt, primum indicare fontem, (videor enim hunc mihi indagasse) atque originem. Interim tamen, hærent quædam ex iis, quæ Fridericus Franciscus objecerat, nec sufficit dicere, quod parcant male ominatis, dirisque vocibus. Scilicet, illa quæ adhibentur, in re ejusmodi, Divina nomina, veneficii crimen non impediunt, sed augent: cumbis facere male dicendus sit, qui sacro sancta nomina ad alios quam quos Deus voluit, usus transfert, profanatque ausu nefandissimo. Quin, adeo verum est, esse inter Judæos, qui veneficiis dediti sunt, ut hanc artem, inter pauciſſima, quæ Sabbato die, (ne de profestis quid dicam) tractare licet, ipsi referant. Non allegabo testimonium transfugæ cujusdam, sed ipsum librum לב טוב decantatæ inter nostræ regionis Judæos bonitatis, in cujus fol. 64. col. 2. quod non sine horrore legi, aliis ut similiter obstupescant, hic repeto. *Was anbelangen is* שרי צלוחית *oder* שרי כף *das is, vvann ein* גניבה *vver geschehen, da können etliche machen den* גנב *brengen in ein Glaß, oder in der Hand, thar man vvol machen* אפילו *am* שבת *dann vvas solche Sachen* מותר *is in der Wochen, das is am* שבת *ach* מותר Neque est, ut quis existimet, ita privatim insaniisse ejus libri autorem, nam in ipso Talmude fundatur assertio, eo quod in Sanhedrin fol. 101. a. dicitur: שרי שמן ושרי ביצת מותרין לשואל בהן Id est: *Fas est consulere Principes Olei & Principes Ovorum*; Quæ verba, mihi quidem non plane intellecta, ex iis, quæ præmisimus, tamen lucem aliquam accipiunt. Præcesserat in eodem Talmudis loco: חנו רבנן סכין וממשמשין בבני מעיין בשבת ולוחשין לחישת נחשים ועקרבין בשבת ומעבירין כלי על גב העין בשבת: Id est: *Tradunt Magistri, fas esse ungere, & contrectare ventrem* (hominis ægroti,) *in die sabbato, item fas esse serpentes & scorpiones incantare die sabbato, eodemq; die licere instrumento aliquo, oculum* (hominis ægri) *attingere.* Quanquam, quid verbis opus? ultro fatentur Judæi, sese ineptis, ac Magiam quandam redolentibus, vanissimis superstitionibus, sumopere esse deditos. Baal Chasidim Num. LIX. עונו צורינו לא תנחשו ובעונותינו שרבו ביום הזה מנחשים בישראל בודקים בעונות אומרים במוצאי שבת שלא לאכול בצים או שלא לקחת אש שתי פעמי כשיש חולה בבית או יולדת תוך תשעה ימים וכמה דברים שאין הפה יכול לדבר ועוברי על מצות מלבנו ועוד יש ניחוש ורב הוא ונוחג ביד בני אדם רואין אש גוחלת בוערת מעומד אומרים יהיה לנו אורח אם תכבהו במים האורח יפול במים

במים ואין לך ניחוש גדול מזה ואמת ויציב הדבר כמה בני
אדם ניסוהו אך הוא השטן המטעה אותם כשרואה השטן
שזה מנחש ואומר יפול האורח במים או אומר השטן אלך
ואפיל האורח במים להטעו זה להיות לסימן זה בידו לנחש
לעולם ואוי להם לעושים כך כי עוברין על כמה לאוין
לא תנחשו לא ימצא בך מנחש ובחקותיהם לא תלכו ועוד
שעושים עדות התור שקד כי לא נחש ביעקב ואותם הנודרים
כשיש מיחוש ראש שלא יאכלו עוד מראש של בהמה או
כשהם חולי מבני מעי אינם אוכלים בני מעיי הרי זה מדרכי
האמורי: Id eſt: *Imperat nobis Creator noſter* (Levit. XIX, 26.) Ne utamini auguriis: *At hac ætate, ob peccatorum noſtrorum multitudinem, augures inter Judæos, præter fas captant auſpicia, dicunt q; ſub veſperam Sabbati non eſſe comedenda ova, item non eſſe bis petendum ignem e domo in qua æger aliquis decumbit, aut intra nonum diem, ſi ſit ibi puerpera, his q; ſimilia multa, quæ nemo ore ſuo poteſt eloqui, quibus Regis ſupremi præcepta violantur. Eſt & aliud augurandi genus, admodum hominibus frequens: Cum vident prunarum ignem flammam porrectam habere, dicunt: Adventurus eſt Hoſpes; & perſuaſi ſunt, quod ſi aqua ignem illum exſtinguant, Hoſpitem in aquam incidere. Hoc augurio, nullum aliud gravius eſt, totiesq; eventus reſpondit, quoties ejus factum periculum. At Diabolus ſeducit homines, & quando videt quem augurium agere, & dicere*: In aquas cadito Hoſpes: *tum ipſe, vadam inquit, & Hoſpitem in aquam præcipitem dabo, quo hunc augurem eo redigam, iſto augurandi modo, ut æternum utatur. At, væ illis, qui hæc actitant!* (eadem enim opera,) *multa præcepta ſimul violant*, (qualia ſunt, id, cujus jam facta mentio:) Ne utamini auguriis. (Item Deut. XIIX, 20.) Ne invenitor in te Augur. (Nec non Lev. XIIX, 3.) In ſtatutis eorum ne ambulatote. *Adde, quod ſanctiſſimam Scripturam, mendacii coarguunt*, (hæc enim teſtatur Num. XXIII, 23.) Non eſt augurium in Jacob. (Huc refer,) *illos devoventes ſeſe: Uti, cum capite laborant*, (votum faciunt,) *nunquam ſe amplius quicquam deguſtaturos ex capite animalis. Aut, cum viſcera dolent*, (jurant) *non ſe comeſturos amplius viſcera animalium: Iſta Amorrhæis debent originem.* Hujus loci bene multa, in ſuum libellum tranſtulit Rabbina Rebecca,

ca, Porta 4. verbis ſequentibus: *Schreibt* ספר חסידים *man thar nit reden, noch glauben ſölche Sachen, man ſöl kein Feur geben von ein Kindbetterin, oder den Tag thar man nit zu ſchneiden, oder der Agelſter ſchreit, mier vvern Gäſt haben: oder, der Brant hat ſich angeſtelt, nit löſcht ihm ab, der Gaſt der da kommt vvert dertrincken, etliche die da ſölche Sachen glauben, die verſuchen, ob es vvar is, der* השם ימרנו שש *is bald da,* מכח *daß es geſchiecht, der vvarten, daß er ein ander mal vvieder an ihn ſöl glauben.* Oportet quoq; cognoſcere, quæ Autor libri *Brandſpiegel*, cap. 68. memoriæ conſignavit. R. Chaja *ſagt: vvelches heiſt* כשוף *So eins ſpricht, der Stecken is mier aus der Hand gefallen: der biſſen brod is mier aus den mund gefallen: die Hund heulen: imand ruft: der Fuchs lauft auf der rechten hand: ein Schlang lauft auf der lincke ſeit: ein Hirſch, is über den vveg geloffen: ein theil ſagen: ein Has is über den vveg geloffen: oder, es kommt imands zu Morgens früh nach Geld, da entfert er, ich vvil nit nüchter Geld ausgeben: oder nimt im* ראש חדש *Geit ein, da ſpricht er, ich vverd den gantzen* חדש *Geld einnehmen: bringt man Geld am* ראש *ſpricht er, ich vverd das gantz Jahr Geld einnehmen: bringt man ihn am* שבת *zu nacht, da ſpricht er, ich vverd die gantze vvoche Geld einnehmen. Es begegnt ihm ein ſcheuzlich Menſch, oder ein Vih, oder ein Thier, oder ein Vogel, oder hört ein ſchändlich Weib, oder ein* קללה *ſpricht er, das iſt ein böſer* סימן *Stündeln, in der* שעדה *is das, gut. Er nimt ſich für, die Sonn ſcheint nit, vvie ſie pflegt zu ſcheinen: oder ſie knüpft dem Kind ein rot Tüchlein um die hand: oder tanzt und ſpringt, daß das feur ſöll hell brennen: die Kohlen ſtehen auf, ſprechen ſie, es vverden Gäſt kommen, die Kaz muzt ſich. Wen ſie ein Erbet anheben, ſprechen ſie, laß ein Menſch vorlauffen das gering is, und laß mit gringer hand anheben, und daß niemand die händ hinter ſich helt, die erbet vvird nit beglücken. Kreht ein Henn vvie ein Han, da vvollen ſie ſchechten, und den Kopf auf der Schvvelle abhacken, oder ein Henn legt zvvey Eyr auf einmal, das ſeyn alle Sachen die man nit ſöl thun. Nit zu beheften an einen* ארון *von einem Todten, damit daß der Tod ſöl ihm bey der Nacht ſagen Sachen, vvas er begert. Man ſöl kein Glas legen in Topf, damit daß es ſöl bald ſieden, es is ein* סכנה *Wann man kocht Linſen, ſeyn Leut die ſchvveigen, und vven ſie Grüz kochen, da ſchreien ſie, es kocht ſich bebend. Seyn Leut, die legen den Hüner Eyer unter, mit der lincken Hand: oder legen ein Eiſen zvvi-ſchen die Eyer, daß die jungen Hünlichen nit ſöln derſticken, oder ſöln nit derſchrecken, vvann es donnert oder blizt. Seyn Leut, die fragen an einen Stecken mit den Fäuſten, und redt, heut vvil ich gehn, heut vvil ich nit gehn, und vvie es ausgeht, ſo halt er ſich darnach. Das is eitel Sünd, und is gerechnt für* כשוף *Unſre* חכמים *ſchreiben viel ſölche Sachen, die ſeyn,* מרבי אמורי *und Gott* 'ית *der zürnt auf dieſelbigen Leut, die ſölche Sa-*

chen nachgehnen. Post alia interjecta, additur: *die* Tora *schreibt* מכשפה לא תחיה *es meint einen Mann auch, neiert die Weiber izund seyn furwizig, und glauben, was man ihn sagt, das nit gut ist, und as eine sicht von der andern, sô thun sie nach.* Sed, illæ, hisque similes aniles ineptiæ, fortasse tantum nefas non continent, & contemni possunt, præ iis quæ τῶν μιαυημένων קבלה מעשית suppeditat, & ad quam, abominabilem librum שמוש תלים qui vulgo inter Judæos profstat, & quanti vis pretii habetur, revoco. Adeo, nondum dedidicere homines malefani, διυλίζειν τὸν κώνωπα, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνειν.

Matth. XXIII 24.

ר

מאי קטן שלא כלו לו חדשיו
הכא תרגימו זה תח המבעט
ברבותיו ר׳ אבא אמר זו
תלמיד שלא הגיע להוראה
ומורה דאמר ר׳ אבא אמר
רב מר כי רבים חללים
הפילה ועצומים כל הרוגיה׃
כי רבי חללים הפילה זה
תלמיד חכם שלא הגיע
להוראה ומורה ועצומים כל
הרוגיה זה תלמיד הכם שהגיע
להוראה ואינו מורה ׃ ועד
כמה עד ארבעים שנה איני
והא רבה דאורי בשוין׃

X.

QUis est Puer, cujus menses[1] completi non sunt? [2] Hic loci, interpretantur de Discipulo Sapientum, qui [3] magistris[4] suis, refractarium se præbet. R. Abba censet: Esse Discipuln̄, qui nondum (*facultate alios*) docendi pollet, & tamen docet. [5] Ait enim R. Abba, nomine Raf. [6] Quis sensus loci: (Prov. VII, 26.) *Multos enim vulneratos dejecit, & obstipati sunt, interfecti ab ea.* Verbis: [7] *Multos vulneratos*[8] *dejecit*: Significatur Discipulus Sapientum, qui nondum aptus est ad docendum: & docet. (*Illis vero:*) *Et*[7] *obstipati sunt interfecti ab ea:* Innuitur Discipulus Sapientum, qui facultate docendi pollet, nec alios docet. Quamdiu vero exspectandum? [8] Ad quadragesimum usque annum. Atqui [9] Rabba docuit (*ante hanc ætatem. Respondeo:*) [10] De æqualibus (*sermonem esse.*)

ANNO-

ANNOTATA.

1. Hic loci] Magno vitio abeſt vox הכא in Talmudis Editionibus, & paſſim in Gemara occurrit hæc loquendi formula, cum Doctores Babylonii, Palæſtinis opponuntur.

2. Magiſtris ſuis refractarium ſe præbet.] Talis homo, brevis ævi futurus eſt, & ideo, non male, cum puero, qui menſes non complevit, ſive cum abortu, comparatur. Manet enim eos certiſſimum exitium qui Præceptores vilipendunt, quare qui longævi eſſe deſiderant, reverentiam erga illos ſibi debent habere commendatiſſimam. Maimonides Hilch. Talm. Tora c. 5. כשם שאדם מצווה בכבוד אביו ובויראתו כך הוא חייב בכבוד רבו ויראתו יתר מאביו שאביו מביאו לחיי העולם הזה ורבו שלמדו חכמה מביאו לחיי העולם הבא ראה אבידת אביו ואבידת רבו של רבו קודמת לשל אביו אביו ורבו נשואים במשא מניח את של רבו ואחר כך של אביו אביו ורבו שבויים בשבייה פודה את רבו ואחר כך פודה את אביו ואם היה אביו תלמיד חכם פודה את אביו תחלה וכן אם היה אביו תלמיד חכם אף על פי שאינו שקול כנגד רבו משיב אבידתו ואחר כך משיב אבידת רבו ואין לך בכבוד גדול מכבוד הרב ולא מורא ממורא הרב אמרו חכמים מורא רבך כמורא שמים לפיכך אמרו כל החולק על רבו כחולק על שכינה שנ בהצותם על יי וכל העושה מריבה עם רבו כעושה מריבה עם השכינה שנ אשר רבו בני ישראל את יי ויקדש בם וכל המתרעם. על רבו כמתרעם על יי שנ לא עלינו תלונותיכם כי על יי וכל המהרר אחר רבו באילו מהרהר אחר שכינה שנ וידבר העם באלהים ובמשה: Id eſt: *Quemadmodum homo tenetur colere & revereri Patrem ſuum, ita tenetur quoque colere, & revereri Præceptorem: Imo, & amplior huic, quam illi, debetur reverentia, nam Pater, ipſi, ut*

hac vita præsenti, Præceptor vero, qui eum sapientia erudivit, ut futura æterna fruatur, causa sunt. Quamobrem, si simul & Patrem, & Præceptorem, quid amissse deprehendat, Præceptoris rem amissam, prius perveſtigare oportet. Si Pater & Præceptor, simul onere graventur, Præceptorem prius relevare convenit, deinde Parentem. Si Pater & Præceptor, juxta captivi detineantur; primum redimendus Præceptor est, Pater postea. At, si Pater sit eruditus, tum quidem ipsum principio redimere convenit, quod idem in rei amissæ inquisitione tenendum, idq; etiamsi Pater, doctrina sua, Præceptorem non æquiparet. (Verbo;) *nemini major honor, quam Præceptori, neminiq; major, quam eidem, debetur reverentia. Imo dicunt Sapientes, Præceptorem eadem, qua supremum Numen, reverentia prosequendum esse: Unde iidem porro asseverant: Quisquis a Præceptore dissentit, is quasi a Deo dissentit* Q. S E. (Num. XXVI, 9. Dathan & Abiram convocati e cœtu, qui moverunt rixas contra Mosen, & Aaronem, per cœtum Korachi,) quando motæ sunt rixæ contra Dominum. *Item: Quisquis litigat cum Præceptore, videtur litigare cum ipso Deo.* Q. S. E. (Num. XX, 13.) Ubi contenderunt filii Israëlis contra Dominum; & sanctificavit sese inter illos. *Porro: Quisquis obloquitur Præceptori, is Deo obloquitur.* Q. S. E. (Ex. XVI, 8.) Non sunt contra nos murmurationes vestræ, sed contra Dominum. *Deniq; : Quisquis prave suspicatur de Præceptore, suspicatur prave de Deo :* Q. S. E. (Num. XXI, 5.) Locutus Populus contra Deum, & contra Mosen. Istis generalibus præmissis, speciatim deinde exponit Maimonides, in quibus cultus, Præceptori debitus, consistit, & quid reverentia, a Discipulo exigat. Ea, quia prolixiora paulo sunt, magis juvat, audire Codicem nostrum MS. Ez Hechajim, qui, more solito, Maimonidem argute contrahit, & quæ ibi verbosius leguntur, enunciat paucioribus, ita tamen ut nihil eorum, quæ scire nostra interest, omittat. כל החולק על רבו לקבוע לו מרש ולדרוש ולהורות בתוך יב מילין מרבו אם לא להפריש מן האיסור כל זמן שרבו בפניו קיים ולא נתן לו רשות אפ מהרהר עליו או עושה מריבה עליו כעל השכינה וכו ואו רי אפילו נטל רשות ממנו אסור להורות בתוך יב מילין מרבו ואי לא נטל רשות אפילו חוץ ליב נמי אסור כדאי פ הדר ואסור לקרות רבו בשמו הניכר שהוא הוא אפילו שלא בפניו ולא יזכיר שמו אפילו לקדות אחר ששמו כשמו בפניו ולא יתן

יתן לו ולא יחזיר לו שלום אם לא מזכיר רבי ומורי ולא
יחלוץ תפילין ולא יסב בפני רבו ולא יתפלל בפני ואחורי
רבו ואסור להלוך בצדו אלא יתרחק ממנו ולא ממש
נגד אחוריו ויתפלל ולא יכנס עם רבו למרחץ לא ישב במקומו
ולא יכריע דבריו בפניו ולא יסוור דבריו לא יעמוד ולא
ילך עד שיתן לו רשות ולא יפטר ממנו אלא דרך אחוריו
ופניו כנגד פניו ויעמד מפניו משיראנו מלא עיניו עד שיתכסה
ולא יראנו עבר רבו על דברי תורה או לא כך למדתנו רבינו
ולא יאמר דבר שלא שמע מרבו עד שיזכיר שם אומרו
וכשימות רבו קורע כל בגדיו עד שיגלה לבו ואינו מאחה
לעולם לא יחלוק כבוד לתלמיד בפני רבו אם לא היה דרך
רבו לחלוק לו כבוד כל מלאכת עושה לרבו אם לא
הוא במקום שאין מכירין שמא יאמרו שהוא עבד כל
המונע תלמיד לשמשו מונע ממנו חסד ופורק ממנו יראת
שמים וכל המזלזל בכבוד רבו גורם שתסתלק שכינה מישראל:

Id eſt : *Quisquis diſſentit a Præceptore*, (qualis vocatur,) *qui haud XII. milliaria a Præceptore remotus, eo vivo, & veniam non indulgente, Academiam aperire, & in ea docere, ac conſulentibus de jure* [*niſi id fiat* (obiter, & pro re nata) *ut quem ex errore in quem cæteroquin prolapſurus erat, liberet,*] *reſpondere cœptat* : *Item, quisquis prave de Præceptore ſuſpicatur, vel cum eo litigat, is hac injuria ipſum Numen afficere videtur. &c. Atq; ait R. Jochanan, etiam impetrata venia a Præceptore, nefas eſſe, docere intra terminum XII. milliarium, venia vero non impetrata, ne quidem extra illos limites,* (ullo unquam loco) *docendum, ceu patet ex Erubin c. 6. Porro, religioni eſſe debet, nominare Magiſtrum, proprio ſuo nomine, etiam illo non præſente : imo, nec alterius, qui eodem nomine gaudet, ipſo præſente injicienda mentio,* (ne Præceptor ſe nominari exiſtimet.) *Non ſalutandus Præceptor, aut ſalutanti reſpondendum, niſi additis ſemper verbis* : Mi Magiſter, mi Præceptor. *Non exuenda, coram Præceptore Phylacteria; non cum eo accumbendum* : *Non orandum, nec ante*

Præceptorem, nec ab ejus tergo, aut ad latus; prorsus, uti nec ad latus ejus incedendum, sed paulo declinandum est : Imo, nec ita orandum, ut quis etsi remotior, plane e regione tergi ejus, sit constitutus. Non intrandum simul cum Præceptore balneum ; Non sedendum in loco ejus proprio : Non disquirendum de ejus dictis, ipso præsente : Non impugnanda ejus opiniones : Non surgendum, nec abeundum citra Præceptoris veniam : Discessurus ab eo, ita retrogredi debet, ut vultum vultui Præceptoris semper obvertat. Surgendum Discipulo, simul ac Præceptorem e longinquo tueri potest, nec prius considendum, nisi ita remoto Præceptore, ut amplius conspici nequeat. Si præceptor mandatum aliquod Legis violet, dicendum: Non sic nos docueras, bone Præceptor. *Nihil a Præceptore non acceptum, coram eo proferendum, nisi addito semper Autore,* (ne sibi quis videatur arrogare docendi facultatem.) *Cum moritur Præceptor, omnes vestes Discipulus lacerare debet, ad denudationem usq; pectoris, haud unquam resarciendas. Præsente Præceptore, nullo honore Discipulus afficiendus est, nisi quidem ipse Præceptor, Discipulum honore prosequi soleat. Quicquid Servus Domino, id præstat Discipulus Præceptori, quod tamen ad loca in quibus haud notus est Discipulus, se non porrigit, ne cæteroquin credatur servus esse. Quisquis prohibet Discipulum servire Magistro suo, is privat eum benedictione, Deiq; timore illum spoliat. Postremo, quisquis insuper habet, reverentiam Præceptori debitam, is ut Divina Majestas a Judæis recedat, efficit.* Hæc, si ita observant Judæi, profecto apud solos ipsos, expedit Præceptorem esse: Imprimis, quia non viros tantum eximios, multaque eruditione, & magno rerum usu præditos, sed & qualescunque, & qui vel in ulla re, aliquem docere possunt, quod nesciat, honore suo non defraudant. Pirke Avot c. 6.

הלומד מחבירו פרק אחד או הלכה אחת או פסוק אחד או דבור אחד
או אפילו אות אחת צריך לנהוג בו כבוד שכן מצינו בדוד מלך ישראל
שלא למד מאחיתופל אלא שני דברים בלבד קראו רבו אלופו ומיודעו שני
ואתה אנוש כערכי אלופי ומיודעי והלא דברים קל וחומר ומה דוד מלך
ישראל שלא למד מאחיתופל אלא שני דברי בלבד קראו רבו אלופו ומיודעו
הלומד מחבירו פרק אחד או הלכה אחת או פסוק אחד או דבור
אחד או אפילו אות אחת על אחת כמה וכמה שצריך לנהוג בו כבוד:

Id est : *Quisquis discit a Socio caput unum, aut Constitutionem unam, aut Dicti Scripturæ unius explicationem, aut verbum unum, aut vel adeo literulam unicam, is tenetur eum honore prosequi. Sic enim deprehendimus, Davidem Regem Israëlis ab Achitophele non nisi res duas didicisse.* (Nam, ut est in Taanit: Accidit aliquando, ut David solus Synagogam peteret, ibi occurrens illi Achitophel, quid tu agis, inquit? an ignoras

scriptum

ſcriptum eſſe, Prov. XIV, 28. *In multitudine populi, decor eſt Regis.* Itemque, ſcriptum eſſe Pſal. LV, 15. *In Domum Dei ibimus cum frequentia.* Quamobrem, utramque hanc ob rationem, nullo modo ſoli tibi, ad Synagogam ſic procedendum erat. Hæc ſola inquam ſunt, quæ David ab Achitophele didicit,) *& tamen eum vocat Magiſtrum ſuum, Ducem ſuum, & Familiarem ſuum, prout* S. E. (Pſalm. LV, 14.) Sed tu mortalis, par mihi, Dux meus, & familiaris meus. *Annon igitur, hinc formari poteſt argumentum, a minori, ad majorem veriſimilitudinem? Nam, ſi David, Rex Iſraëlis, qui duas res ſolas, ab Achitophele didicerat, eum Magiſtrum ſuum, Ducem ſuum, & Familiarem ſuum appellavit: quanto magis neceſſe eſt, ut is, qui a Socio didicit caput unum, aut conſtitutionem unam, aut Dicti Scripturæ unius explicationem, aut verbum unum, aut vel adeo literulam unicam, eundem honore proſequatur?* Nemo facile dicet, iſta ſpernenda eſſe, & vincunt utique Judæorum priſci Sapientes, prudentia ſua, illum Romanum, ſic ſatis frigide de honore, etiam vero Præceptori debito, l. 6. de Benef. c. 16. differentem. *Quid ergo? quare Medico & Præceptori plus quiddam debeo, nec adverſus illos mercede defungor? Quia ex Medico, ac Præceptore, in amicum tranſeunt, & nos, non arte quam vendunt obligant, ſed benigna ac familiari voluntate. Itaq; Medico, qui nihil amplius quam manum tangit, & me inter eos, quos perambulat, ponit, ſine ullo affectu faciendæ vitandæve præcipiens, nihil amplius debeo: quia me, non tanquam amicus vidit, ſed tanquam Imperator. Ne Præceptorem quidem habeo cur venerer, ſi me in grege Diſcipulorum habuit, ſi non putavit dignum propria & peculiari cura, ſi nunquam in me direxit animum: & cum in medium effunderet quæ ſciebat, non didici, ſed excepi.*

3. Ait enim R. Abba] Noſtræ Talmudis Editiones, habent דאר׳ אבוה errore manifeſto; eo quod in ipſis illis, cum in Avod. Sar. fol. 19. b. dictum hoc, iisdem verbis iteratur, etiam earum lectio, cum Codicibus En Jacob, quos hic loci ſecuti ſumus, convenit. Illud interim non diſſimulo, inter R. Abbam, & Raf, medium R. Hunam inſerendum eſſe, cum ejus utrobique in Talmude fiat mentio. Legendum proinde דאמר רבי אבא אמר רב הונא אמר רב iis, qui ἀκριβοδίκαιον in talibus conſectantur.

4. Quis ſenſus loci &c.] Suam fecit hanc explicationem Maimonides, in ſupra laudatis Hilch. Talm. Tor. c. 5. §. 4. ita tamen, ut clarioribus magis verbis, eam extulerit: כל תלמיד שלא הגיע להוראה ומורין הרי זה רשע שוטה וגס הרוח ועליו נאמר כי רבים חללים הפילה וגו׳ וכן חכם שהגיע להוראה ואינו מורה הרי זה מונע תורה ונותן מכשולות

מכשולות לפני עורים ועליו נאמר ועצומי כל הריגה Id eſt: *Quicunq; Diſcipulus nondum facultate docendi pollet, & tamen docet, is eſt nequam homo, ſtultus, & ſuperbus: Atq; de eo dictum,* (Prov. VII, 26.) Multos vulneratos dejecit. *Contra, Sapiens, qui facultate docendi pollet, nec docet, is obicem ponit Legi Divinæ, cæcis objicit offendicula, deq; eo dictum:* Et obſtipati ſunt interfecti ab ea.

5. Multos enim vulneratos &c.] Verba illius dicti, proprie loquuntur de muliere adultera; ſed, cum hac, comparare ſolent Rabbini, Diſcipulos incongruos, vitium enim quaſi inferunt Legi Divinæ.

6. Dejecit] Vox הפילה ex nomine נפל quod *abortum* ſignificat, explicanda eſt, ut ita in puerum, qui menſes nondum complevit, quadret.

7. Obſtipati ſunt] Obſtipati dicuntur, quia os claudunt, nec ad docendum illud aperiunt.

8. Ad quadrageſimum usque annum] Jure bono, ætas ad docendum apta, definitur anno quadrageſimo. Nam, ut eſt in Pirke Avot cap. 5. בן ארבעים לבינה Id eſt: *Anno quadrageſimo, vere homines ſapiunt.* Commentatores addidere: דכתיב ולא נתן יי לכם לב לדעת ועינים לראות ואזנים לשמוע עד היום הזה ומוה הפסוק אנו לומדין שאין התלמיד עומד על דעת רבו עד שיהא בן מ' שנה Id eſt: *Legimus* (Deuteron. XXIX, 4. Moſen fato proximum, cumque jam quadraginta annos exegiſſent Iſraëlitæ in deſerto, dixiſſe ipſis:) Non dedit vobis Dominus cor ad cognoſcendum, & oculos ad videndum, & aures ad audiendum, usque in diem hunc. *Hinc ergo inferimus, Diſcipulum non plene aſſequi mentem Magiſtri ſui, ante annum quadrageſimum.*

9. Rabba docuit] Senſus eſt: Ex Talmudis locis innumeris pateſcit, Rabbam docuiſſe, conſulentibus reſpondiſſe, lites & controverſias diremiſſe, cæteraque ſummi Doctoris officia peregiſſe omnia. His vero muneribus neceſſe eſt functus ſit, ante annum vitæ quadrageſimum, hunc enim fatalem habuiſſe deprehenditur. Roſch Haſſcha. fol. 18. a. מנין לגזר דין שיש עמו שבועה שאינו נקרע שנ' לכן נשבעתי לבית עלי אם יתכפר עון בית עלי בזבח ובמנחה אמר רבא בזבח ומנחה אינו מתכפר אבל מתכפר בתורה אביי אמר בזבח ומנחה אינו מתכפר אבל מתכפר בתורה ובגמילות חסדים רבה ואביי מדבית עלי קאתו רבה דעסק בתורה

בתורת חיה ארבעין שנין אביי דעסק בתורה ובגמילות חסדים חיה שיתין שנין :

Id eſt : *Unde probabitur, Decretum Divinum, cui jusjurandum additum eſt, non reddi poſſe irritum? Ex loco* (1. Sam. III, 14.) Ideo juravi domui Eli, ſi expiabitur iniquitas domus Eli, ſacrificio aut munere. *Ait Rabba: Sacrificio & munere, non expiatur, at expiatur ſtudio Legis. Abai dixit: Non expiatur quidem ſacrificio, & munere; ſed tamen, expiatur ſtudio Legis, & Beneficentia. Rabba, & Abai fuere ex poſteris Eli: atq; Rabba, qui Legi Divinæ operam navavit, vixit annis quadraginta. Abai, qui ſtudio Legis, Beneficentiam addiderat, annum attigit ſexageſimum.*

10. Deæqualibus] Id eſt: Si jam ſit in urbe vir doctus & ſapiens, cui docendi munus commiſſum, non licet alii, in pari doctrinæ gradu conſtituto, in eadem docere, ante ætatis annum quadrageſimum, at, licebit idem, ſi ille, altero, longe doctior & ſapientior exiſtat. Nam, cum Sapientia ætatem ſuperat, illam, non hanc attendimus.

יא

תנו רבנן ז׳ פרושים הם:
פרוש שכמי פרוש נקפי פרוש
קיזאי : פרוש מרוכך : פרוש
מך חובתי ואעשך : פרוש
מאהבה : פרוש מיראה : פרוש
שכמי זה העושה מעשה שכם :
פרוש נקפי זה המנקף את
רגליו : פרוש קיזאי אמר רב
נחמן בר יצחק זה המקיז דם
בכותלי׳ פרוש מרוכה אמר ר
רבה בר שילא דמשפע אם
כמרוכך : פרוש מה חובתי
ואעשנה הא מעליתא היא
אלא דאמר מה חובתי תו

XI.

1. TRadunt Magiſtri : Septem genera, ſunt Phariſæorum, Phariſæus Sichemita: Phariſæus allidens, Phariſæus venæſector, Phariſæus piſtilli, Phariſæus (*quærens*) quid teneatur, & ſe id facturum (*pollicens.*) Phariſæus ex amore: Denique, Phariſæus ex metu. Phariſæus Sichemita eſt, qui imitatur factum Sichemi. Phariſæus allidens eſt, qui pedes allidit. Phariſæus venæſector, ex mente R. Nachmanis F. I. eſt, qui ſanguine parietem conſpergit. Phariſæus piſtilli, ita cenſente Rabba F. S. eſt, qui capite demiſſo incedit, inſtar piſtilli. Phariſæus (*quærens,*) quid teneatur, & ſe id facturū (*pollicens;*) hoc utique bonum eſt. Nempe,

ואעשנה: פרוש מאהבה פרוש
מיראה אל״ אבי״ ורבא לתנא
לא תתני פרוש מאהבה פרוש
מיראה: דאמר רב יהודה אמר
רב לעול יעסוק אדם בתור
ובמצות אף על פי שלא
לשמה שמתוך שלא לשמה בא
לשמה אמ׳ רב נחמן בר יצחק
דמטמרא מטמרא דמגליא
מגליא ודמטמרא דבי דינא
רבה ליתפרע מהני דחופי זג
גונדי אמר לר״ ינאי מלכא
לרביהו לא תתיראי לא מן
הפרושים ולא ממי שאינן
פרושין אלא מן הצבועים ת
שדומין לפרושים שמעשיהן כ
כמעשרה זמרי ומבקשין שכר
בפנחס:

(de eo sermo, qui arroganter) ad quid præterea teneor? inquit, & faciam illud. Pharisæus ex amore; Pharisæus ex metu. Dixere Abai, & Raba, ad Mischnæ autorem: Non huc referendi erant, Pharisæus ex amore, & Pharisæus ex metu. Ait enim Raf, prodente id R. Juda: [6] Æternum tradat se homo, Legi, & Præceptis, si maxime [7] non propter seipsa (*ist hæc colat:*) Quippe, occasione, dum propter aliud (*ea colit, tandem eò deveniet,*) [8] ut sui ipsorum gratia (*deinde a sese impleantur.*) R. Nachman F. I. ait: [9] Quod occultum est, occultum manet: & quod manifestum est, ejus habetur notitia: [10] De occultis vero, Judices magni, (*cælestiq;*) Senatus, pœnas sument, de [11] obvelantibus (*peccata*) palliis. [12] Rex Jannai [13] dixit uxori suæ: Nec Pharisæos, nec eos qui minime tales sunt, extimescas: sed, [14] ab illis fucatis, (*tibi cavero:*) qui similes Pharisæis: quorumque opera, cum sint paria operibus Simri, poscunt tamen mercedem, qualis obtigit Pinchaso.

ANNOTATA.

1. Tradunt] Propemodum affirmaverim, hac præsenti, nullam aliam, in omni Gemara, Pericopen, magis Christianis Doctoribus allegatam esse.. Cum enim Pharisæorum, in Novo Testamento, toties fiat mentio, ad illorum differentiam, ingenium, & mores explicandos, hic locus vi-

cus viſus eſt aptisſimus,ac proinde cum interpretatione allatus,a viris Doctisſimis, Buxtorfio in Lex. Talm. p. 1852. Druſio, apud Walæum,ad Lucæ cap. XI, 37. Ligthfooto,ad Matthæi c. 3. v. 7. Hottingero Theſaur. Philolog. p. 28. Dilherro in Atrio Linguæ Sanctæ p. 192, Chriſtiano Gerſone quoque,in Talmude p. 20. & aliis.

2. Septem] Obſervo,in Maſſechet Avot R. Nathanis, quæ Talmudi ſubjecta eſt,fol. 9. col. 4. addi aliud genus Phariſæorum, ita ut octupli fiant : ח' פרושין הן פרוש שכמו : פרוש נכפאי : פרוש מקי[illegible]פרוש מכובאי : פרוש מלאכה היתה לו : פרוש מחופתו נשאי ופורש מן היצרא ופורש מן היראה : Sed,ego hunc locum,quantus quantus eſt, exiſtimo eſſe mendoſiſſimum, atque ita reſtituendum : ח' פרושין הן פרוש שכמי פרוש נקפי פרוש הקיזאי פרוש מרוכיא פרוש מלאכה היתה לו פרוש מה חובתי ואעשנה ופרוש מן האהבה ופרוש מן היראה Quid vero, obſecro, faciemus illi, פרוש מלאכה היתה לו qui cæteris Gemaræ noſtræ,hic ſuperadditur? An dicendum,eſſe eum, qui officioſam ſedulitatem ſimulat? aut eum,qui πολυπράγμων eſt,& omnibus rebus ſeſe ingerit? vel denique, eum,qui gratis miniſterium ſuum aliis addicit? Fortaſſe aliquid horum, non nimis aberrat a ſcopo : Si tamen iſta non placent,doceant me eruditiores meliora, fateor enim ignorantiam, Janum Druſium, eximium virum ſecutus,quem non piguit,circa Phariſæum Piſtilli,hæſitationem ſuam prodere.

3. Imitatur factum Sichemi] Nam, ut eſt in Gloſſa: שמל שלא לשם שמים אף זה מעשיו להנאתו שיכבדוהו בני אדם ולא לשמים : Id eſt : *Sicut iſte circumciſionem admiſit,non amore Numinis,* (ſed ut nuptiis potiretur,Dinæ formoſiſſimæ,Gen. XXXIV.) *Ita Phariſæorum hoc genus,omnia ad gloriam refert, ut ab hominibus honore afficiatur,de Deo nihil ſolicitum.* Enim vero,de hac,& aliis Phariſæorum ſpeciebus,plura non addimus, quando modo laudatorum virorum, imprimis vero Buxtorfii,& Lightfooti diligentia,nihil quod explicatione egeat, reſidui nobis reliquit.

4. Venæſector] De Phariſæo venæſectore, cum ob cauſam allatam,dicere nihil libeat,afferam aliquid, de ipſa venæſectione,ex vere aureo Codice MS. noſtro,Ez Hechaiim,Hilch. Derech Erez c. 3. ne quaſi ſicco, quod ajunt, pede, vadum hujus Pericopes tranſilire cogar. לא ירגיל עצמו להקיז דם תמיד אלא אם כן צריך ביותר לא יקיז רק בימי ניסן ומעט בימי חשרי ואחר חמשים שנה לא יקיז כלל ולא יקיז ביום שיכנס למרחץ ולא ביום שיצא לדרך ולא ביום שבא מן

הדרך ויאכל וישתה ביום הקורת פחורת ממרת שהיה רגיל וינוח ביום הקוה ולא יתעמל: Id eſt: (Homo Sapiens,) *ne aſſuefaciat ſe, crebræ miſſioni ſanguinis, ſed, eo remedio, non utatur, niſi cum ſumma neceſſitas id efflagitat. Cæterum, tantum ſecanda vena eſt, menſe Martio, & parce menſe Septembri: poſt annum autem vitæ quinquageſimum, venæſectione penitus abſtinendum. Porro, non ſecanda vena eſt, die, quo quis lavat, aut quo quis iter facturus eſt, aut, quo quis peregre revertitur: quæ vero die ſit venæſectio, minus ſolito edendum, ac bibendum eſt, nec minus laborecеſſandum.* Sed, & illud notandũ, non ſecandam venam eſſe, niſi præmiſſis prius precibus: Harum formulam, dictavit R. Acha in Berachot fol. 60. a. יהי רצון מלפניך יי אלהי שיהא עסק זה לי לרפואה ותרפאני כי אל רופא נאמן אתה ורפואתך אמת לפי שאין דרכן של בני אדם לרפאת אלא שנהגו: Id eſt: *Ita velis Domine, Deus meus, ut hoc cœptum, ad ſanitatem conferat, & ſana me quæſo, tu enim, ſupremus, verusq; medicus es, tuaq; medicina optima. Homines vero, haud ultra in medendo valent, quam ſunt edocti.*

5. Phariſæus quærens quid teneatur] Talis fere fuit R. Eleaſar, ſecundum ea, quæ traduntur in Sanhedrin p. 401. edit. Coccejanæ.

6. Æternum tradat ſe homo &c.] Admodum delectati ſunt Talmudiſtæ, hoc dicto, ita crebro in ore illud habent, & paſſim inculcant. Non temere me ita pronunciaſſe, patebit, conſulentibus Peſachim fol. 50. b. Erachin fol. 16. b. Naſir fol. 23. b. Sanhedrin p. 410. edit. Coccej. & Excerpta Berachot in En Iſraël fol. 25. col. 2. nam in Talmudis editionibus, loco proprio, neſcio quam ob cauſam, hîc quidem excidit.

7. Non propter ſeipſa] Quid ſit diſcere Legem, non propter ſeipſam, prolixe exponit Maimonides, in Præfatione ad Perek Chelek, cujus Latinam interpretationem, quia dedit Cl. Pocockius, in Porta Moſis, nihil eorum adſcribimus, ſed Lectorem, præcipue ad paginas ibi 140. 142, & 143. ablegamus. Breviter: Diſcere Legem non propter ſeipſam, dicitur, qui alterius rei magis, quam Legis Divinæ amore impulſus, hujus ſtudio ſe mancipat. Uti, ſi quis dicat, prout eſt in Nedarim fol. 62. a. אקרא שיקראוני חכם אשנה שיקראוני ר' אשנת שאהיה זקן ואשב בישיבה: Id eſt: *Scripturam Sacram addiſcam, ut Sapiens audiam: Talmudis ſtudia tractabo, ut Doctoris nomen merear, aut, ut Rectoris Academi-*

ademici munus obtineam. Exemplum, hominis ejusmodi, præbet Reſch Lakiſch, vir celeberrimus, de quo in Schalſch. Hak. p. 33. a.

ריש לקיש הוה לסטים ובליעל ויאהב אחותו של ר' יוחנן ויאשר לו ר' יוחנן שאם ישוב בתשובה יתנה לו לאשה וכן עשה:

Id eſt: *Reſch Lakiſch, fuit latro, & homo nequiſſimus, cumq; captus eſſet amore ſororis R. Jochananis,* (mortalium iſtius longe formoſiſſimi,) *promiſit R. Jochanan, ſe illam et deſponſaturum, ſi pœnitentiam agere vellet: Atq; hoc factum eſt.* Cæterum, quia imperfectione magna laborat, qui Legem non mero ejus amore impulſus, addiſcere ſuſcipit, ideo laudandus R. Saphra, qui, ceu in Berachot fol. 16. b. in f. traditum eſt, ſemper precibus ordinariis, hanc ſubjungere ſolebat rogatiunculam:

יהי רצון מלפניך יי אלהינו שתשים שלום בפמליא של מעלה ובפמליא של מטה ובין התלמידים העוסקין בתורתך בין עוסקין לשמה ובין עוסקין שלא לשמה וכל העוסקין שלא לשמה יהי רצון מלפניך שיהיו עוסקין לשמה:

Id eſt: *Ita tibi placeat quæſo, Domine Deus noſter, ut pacifice degere jubeas, & ſupernam & infernam tuam familiam, quin & Diſcipulos, qui Legi tuæ operam dant, tam qui ipſius, quam, qui alterius rei cupidine, id faciunt: omnes vero hos poſtremos, lubens volens eo perducito, ut Legi propter ſeipſam, ſe totos addicant.*

8. Ut ſuiipſorum gratia &c.] Diſcere Legem, propter ſeipſam, breviter & argute ita exponente Baal Chaſidim, Num. XVII. eſt diſcere על מנת ללמד לשמור ולעשות Id eſt: *Eo fine, ut quis porro alios erudire, quæq; didicit animo ſervare, & factis exprimere, propoſitum habeat.* De Legem propter ſe diſcentium Dignitate, & commodis, ſic eſt in Pirkec. 6. רבי מאיר אומר כל העוסק בתורה לשמה זוכה לדברים הרבה ולא עוד אלא שכל העולם כולו כדי הוא לו נקרא רע אהוב אוהב את המקום אוהב את הבריות משמח את המקום משמח את הבריות ומלבשתו ענוה ויראה ומכשרתו להיות צדיק וחסיד ישר ונאמן ומרחקתו מן החטא ומקרבתו לידי זכות ונהנין ממנו עצה ותושיה בינה וגבורה שנאמר לי עצה ותושיה אני בינה לי גבורה ונותנת לו מלכות וממשלה וחקור דין ומגלין לו רזי תורה ונעשה כמעין המתגבר והולך וכנהר שאינו פוסק והוי צנוע ואורך רוח ומוחל על עלבונו ומגדלתו ומרוממתו על כל המעשים: Id eſt: *R. Meir dixit: Quisquis Legi propter ſeipſam operam dat, multa refert præmia, neq; hoc tantum, ſed & orbem univerſum exequare videtur. Vocatur Socius, Dilectus, & Amicus Numinis, amat*

res creatas, lætificat Creatorem, ejusq; opera. Lex illum vestit Modestia, & Timore; parat ipsum, ut sit Justus, Pius, Rectus, Fidelis; Avocat eum a peccato, deducitq; ad sanctimoniam: Petunt ab eo consilium, opem, sapientiam, roburq; : nam S. E. (Prov. VIII, 14.) Meum est consilium, & auxilium, ego Sapientia, meum est robur. *Dat* (præterea Lex,) *illi Regnum & Dominatum, judiciiq; profunditatem : revelantur ei sacrosancta mysteria, fit similis fonti crescenti & valide fluenti, amnique qui defectum non patitur. Est verecundus, longanimus, patiens injuriarum. In tantum effert & extollit eum Lex, super omnes hujus mundi res reliquas.*

9. Quod occultum est &c.] Sic accipe, quasi dicerent: Quæ palam fiunt, ea quidem homines cæteri nosse, deq; iis, ferre possunt judicium. At, quæ clam patrantur, & multis simulationum, ac dissimulationum quasi velis, (cui rei imprimis Pharisæi studebant) obtegi solent, hæc mortalium sane notitiam effugiunt, interim tamen, omnituentem Dei oculum, non latent, cui pœnas olim dabunt gravissimas.

10. De occultis vero] Vocem ודמטמרא nec Amstelodamense, nec Basileense Talmud agnoscunt. Sed ego, cum Codicibus En Jacob, qui eam admisere, facio.

11. Obvelantibus peccata palliis] Aut; fortasse, verba intelligenda de iis, qui seipsos palliis sacris, memorialia fila sacræ Legis alligata habentibus, assidue tegunt, & sanctitatem meram simulant. Hoc est, de iis sermo, ad quos pertinet illud Servatoris, Matth. XXIII, 5. Πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν ποιοῦσι πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις. Πλατύνουσι τὰ φυλακτήρια αὐτῶν, καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν.

12. Rex Jannai &c.] Sic Germanice hunc locum effert Autor libri *Brandspiegel c. 52.* Janai *sprach zu seinen Weib, nit förcht dich für den fromen Leuten, auch nit für den bösen Leuten, neiert für den Schmeichlern, die sich vveisen, als vvan sie frum vveren, und ihre Werck sind as* זמרי בן סלוא *hat gethon, is gelegen for* כל ישראל *bey* כזבי *Tochter König* צור *und sie vvoln haben man sol sie* מכבד *sein, as* אליזור בן פנחס הכהן:

13. Dixit uxori suæ] In Kidduschin traditur, Regem Jannai multos occidisse Sapientes, & ad Sadducæorum partes concessisse. Cum igitur lethaliter decumberet, conjux vehementer metuebat, ne illo e vivis sublato, ipsa nunc pœnas dare cogeretur, ac soboles, potestate regia excideret

cideret. Quamobrem, ut hujus ægritudinem ex animo, aliquo modo depelleret,& ſimul in medium conſuleret Jannai,dixiſſe fertur:Haud timendi tibi ſunt Phariſæi veri, & ſerii cultores Numinis, illi enim minime vindictæ cupiditate tanguntur,verum,injurias perferunt. Porro,nec profanos,irreligioſosque ardeliones,metuere tibi convenit, his enim ego amicis uſus ſum,eosque beneficiis,familiæ meæ obnoxios reddidi. A ſolis igitur illis,etiam atque etiam,tibi cavere oportet, qui pietatem,vultu,geſtu, habitu,præ ſe ferentes,

Aſtutam vapido geſtant ſub pectore Vulpem.

14. Ab illis fucatis] Recte Tisbi p. 76. b. נקראו אנשים החנפים רוצה לומר שאין תוכם כברם צבועי פירוש שמראים צבע אחר ממה שהם: Id eſt: *Homines hypocritæ, ſive quorum animus externis geſtibus non reſpondet, vocantur* צבועים *aut* Fucati, *alium enim colorem monſtrant, quam quo vere ſunt imbuti.* Cæterum, ad Jannæi Regis,quod uxori dederat monitum, nihil magis appoſitum fingi poteſt, quam quod cariſſimæ ſuæ Euſtochio,inculcat S. Hieronymus ep. 22. de cuſtodienda virginit. *Viros fuge,quos videris catenatos,quibus fœminei contra Apoſtolum crines, hircorum barba, nigrum pallium, & nudi,in patientia frigoris, pedes.Hæc omnia argumenta ſunt Diaboli,talem olim Antymum, talem nuper Sophronium Roma congemuit; qui poſtquam Nobilium introierunt domos,& deceperunt mulierculas oneratas peccatis, ſemper diſcentes,& nunquam ad ſcientiam veritatis pervenientes,triſtitiam ſimulant, & quaſi longa jejunia, furtivis noctium cibis protrahunt, pudet dicere reliqua,ne videar potius invehi,quam monere,* Atque hoc pii Patris dictum, Annotatorum hujus Capitis, eſto corolla.

פרק ד׳ CAPUT IV.

משנה MISCHNA

א I.

ארוסה ושומרת יבם לא שותות ולא נוטלות כתובה שנאמר אשר תשטה אשה תחת אישה פרט לאו לארוסה ושומרת יבם אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה לכהן הדיוט ממזרת ונתינה לישראל ובת ישראל לממזר ולנתין לא שותות ולא נוטלות כתובה׃

[1] DEsponsata, aut Levirum exspectans, (*si contra Sponsi, vel Leviri præceptum, cum eo, cujus familiaritate interdicebantur, quid clandestini negotii habuisse, deprehensa sint*;) nec bibunt (*aquas amaras*,) nec[2] dotem accipiunt. Q. S. E. (Num. V, 29.) *Cum declinaverit mulier, a viro suo.* (*Esto*) Regula: Desponsata, Levirum exspectans, [3] Vidua (*nupta*) Summo Pontifici; [4] repudium aut exhibitionem calcei passa, (*nupta*) Sacerdoti gregario; [5] Notha mulier, aut [6] Nethinæa, (*nupta*) Judæo; filia denique Judæi, nupta homini notho, vel Nethinæo; [7] neque (*aquas*) bibunt, [8] neque dotem accipiunt.

ANNOTATA.

1. Desponsata] Quare Desponsata, quæ se cum alio, contra Sponsi interdictum, suspectam reddidit, ad aquas amaras bibendas, adigi haud possit, ratio redditur in Jebamot fol. 58. a. מבלעדי אישך מי שקרמה שכיבי בעל לבועל ולא שקרמה שכיבה בועל לבעל Id est: (Sacerdos imprecando Sotæ, signanter usus est verbis: Si indiderit in te concubitum suum) præter virum tuum. (Exinde colligimus, ad potionandam

nandam Sotam, requiri) *ut præcesserit concubitus mariti, adulteri concubitum, quodq; si contrarium fiat* (aquis amaris nullus locus sit.) At, dicat quis: Quorsum igitur interdicto opus, si ejus violationem, aquarum amarum potatio non consequitur? Respondet R. Papa in Gemara nostra. להשקותה כשהיא נשואה Id est: (Hoc conferre interdictum) *ut olim post contractas nuptias,* (iterum suspectam redditam,) *potionare maritus,*) (& casum eorum, quæ conjugium præcessere, involvere possit.) Vide supra Mischnam c. 2. §. 5. Sed & jacturam dotis inferebat, interdicti transgressio, cæteroquin a Sponso, si repudium Sponsæ dare vellet, numerandam. Quæ vero de Desponsata a nobis dicta sunt, eadem, ad illam, quæ Levirum præstolatur, ob juris paritatem, producere oportet.

2. Dotem] Aliter, Dotis vocabulum, accipiendum est, cum de Romanorum, aliter, cum de Hebræorum Civili jure, loquimur. Populi Romani Quiritium leges, dotem Sponsæ imperant, afferendam marito, ut onera matrimonii, tanto æquius sustineat: tot. tit. D. de jure Dot. & aliis locis innumeris. At, apud Judæos, Dotem, in Scriptura מוהר Magistris כתובה dictam, Sponsus ut constitueret, necesse erat, nihil in vicem rependente Sponsa. Unde Sichem Gen. XXXIV, 12. petit sibi quamvis imponi dotem, modo, ut amata Dina potiatur: & David pauperior, centum præputia Philistæorum, Sauli sic pollulanti, pro dote filiæ obtulisse legitur 1. Sam. XVIII. Si quas vero facultates Sponsa secum, in mariti domum afferret, eas tenebat ut peculium, hisque Magistri, nomen נדניא imposuerunt. Majorum institutis, etiamnum insistunt Judæi, atq; quia ex Deut. XXII, 29. colligunt, dotem antiquam virginum, fuisse Siclos quinquaginta, sive denarios ducentos, ne in eo quidem, vel hilum ab antiquorum consuetudine recedunt, sed cuivis virgini, tantundem quisque Sponsus, in dotali instrumento, pro Dotis, ut ita loquar, Sorte, polliceatur, ita tamen, ut auctarii loco, pro divitiarum modo, quidvis ei superaddere liceat. Ex qua re, illud præter cætera, commodum, promanare Judæi vulgo dictitant, ut omnium virginum suarum, æqua sit conditio, nec ulla magis se, quam alias, dotatam fuisse, jactare queat. Sed, de his, porro quædam exactius docenda, ex optimi Codicis nostri MS. Ez Hechajim Hilchot Clubba, e quibus, hinc inde, quædam, quæ ad propositum maxime faciunt, excerpemus. אסור לשהות עם אשתו שעה אחת בלא כתבה שלא תהא קלא בעיניו להוציאה וכל הפוחת ממאתים דינר וממנה לאלמנה ממטבע שיש שבערי חלקים נהשרי וחלק אחד כסף שיש בסלע חצי זוז כסף שכל המאתים עולי לעשרי וחמשי דינרי כסף שמשקל כל דינר כ" שעורים והמנה עולה לשנים * דינרי כסף ומחצה בעילתו בעילת זנות וזה נקרא עיקר כתבה ואם ירצה יוסיף אפי' עד אלף ודין התוספת

* Male hic omittitur vox עשרי quam suppleo ex Maimonidis Hilch. Ishut c. 10. §. 8.

תחוספת והעיקר שזין לרוב דברים וכל מקום שני כתבה סתם הוא עיקר:

Id eſt : *Neſas eſt, morari cum uxore, vel horam unicam, nondum conſtituta dote, ne contemta ſit, & repudio cauſa præbeatur: atq; qui* (virgini,) *minus ducentis denariis, vidua, minus Minâ* (ſive denariis centum) *conſtituit, is ſtuprum committere videtur.* (Cæterum, Denarii iſti, non accipi debent, de moneta plane argentea, ſed de communi, cujusque temporis locique,) *& quidem tali, qua habeat ſeptem partes æris, & unam argenti, valentem dimidium Zuſæ,* (ſive Taleri partem decimam ſextam,) *ut ita ducenti iſti denarii, efficiant omnino XXV. denarios argenteos, quorum cujusq; pondus XXVI. grana hordeacea. Mina vero, efficit denarios XII. cum dimidio, hujus generis. Summa, quam expreſſimus, vocatur Sors Dotis, cui, ſi quis velit, etiam mille ſupperaddere poteſt; eſtq; hujus auctarii, & ipſius ſortis, plurimum æqualis ratio, ſed quoties Dotem ſimpliciter dicimus, Sors intelligi debet.* Porro : הנושא בתולה שנתארמלה ונתגרשה ונחלצה מן הארוסין כתבתה מאתים מן הנשואין כתבתה מנה שנשואה כבעולה נשא בתולה משוחררת ג׳ית שבויה שנשתחררה ונפדית ונתגיירה פחות מבת שלש שנים ויום אחד כתבתן מאתים בנות ג׳ שנים ומעלה אעפ שהן בתולות יען שחזקת שפחה ונכרית ושבויה ליבעל כתבתו מנה אפילו ידוע שהן בתולות: Id eſt : *Ducens virginem, cujus Sponſus diem obiit, aut, quæ repudium paſſa eſt, aut, quæ jure Leviratus calceum accepit, ſi quidem caſuum illorum quis, poſt nuda accidit ſponſalia, ducenti Denarii in dotem conſtituendi ſunt: ſed, ſi poſt deductionem in thalamum,* (etiam nullo inſequente concubitu, caſus ſucceſſerit, tum, ex prædictis aliquam ducenti,) *ſolam Minam conſtituere licet: nam conſecrata, pro vere conjugatis habentur. Qui ducit virginem libertam, proſelytam, aut olim ab hoſtibus captam, ſi quidem illa ſive liberta, ſive ex captivitate redemta, ſive ad judaicam religionem converſa, minor ſit annis tribus, & die uno, Denarios ducentos in dotem accipit: verum, ſi hanc ætatem impleſſe, aut etiam exceſſiſſe deprehenditur, etiamſi virginitatis ſit incorruptæ, tamen quia ancilla, filia* τῶν ἐξ, *& captiva, vitiata eſſe præſumitur, non niſi Minam accipit, ſi maxime virginem illam eſſe, omnibus ſit notiſſimum.* Amplius: אין הכתבה נגבית עד לאחר מית הבעל או אם נרשה ותקנת חכמי שנגבית מבורית שדותיו ולא תגבה משבח ששבחו נכסים

נכסים לאחר מיתת הבעל ולא משבח שהשביח הלוקח אע"פ
שבעל חוב גובה השבח ואם בכתבתה מעות סתם נוטלת
מפחות שבמטבעות שאם נשאה במקום אחר וגירשה במקום
אחר ומעורת מקום נשואין טובים יותר נותן מעות מקום
גירושין מקום גירושין טובים נותן במקום נשואין אבל אם
פירש בכתבתה מטבע ידוע בין בעיקר בין בתוספת הרי
כדין המלוה חבירו ממטבע ידוע שנותן לו כמה שהלוהו:

Id est: *Dos non exigitur, nisi post mortem mariti, aut post divortium; atq; constituere Sapientes, ut* (mulier de dote agens,) *satisfactionem tantum petere possit ex fundis, & iis quidem deterrimis, nec petere possit id, quod ex facultatibus mariti, post mortem ejus, fundo adjectum, ut melior redderetur, aut, quod emtor bonitatis adjecit, etsi debitores alii, etiam augmenta,* (vulgo meliorationes dicuntur,) *vindicant. Quod si in instrumento dotali, simpliciter fiat mentio pecuniæ, deteriore contenta esse cogitur: Itaq; si alio loco Nuptiæ factæ sint, alio fiat repudium, atq; moneta loci nuptiarum, sit probior, solvitur dos, nummis valentibus in loco divortii. Contra, si probior sit moneta loci, in quo repudium patitur fœmina, ex moneta loci nuptiarum fit solutio. At, si in instrumento, quantum sive ad sortem, sive ad auctarium dotis attinet, certa nummorum sit expressa species, tum idem hic quod in mutuo obtinet, tantum enim illum, qui mutuum accepit, reddere, quantum alter dedit, inter omnes manifesti juris est.* Oportet, quid addamus, de mulieris peculio. כל נכסים קרקע ומטלטלים ועבדים שמכנסת
אשה לבעלה אע"פ שנכתבים בכתבה אין נקראין כתבה
אלא נדוניא ואם קבלם הבעל באחריות ואם פחתו לו
והותירו הותירו לו נקראין נכסי צאן ברזל ואם לא קבלם
באחריות או שלא הכניסתם לו או נפלו לה בירושה
משנתארסה אם פחתו והותירו פחתו והותירו לה הכל נקראין
נכסי מלוג וכל נכסים אלו בין נכסי צאן ברזל בין נכסי
מלוג הבעל אוכל פירותיה בחייה ומוציאם מיד חלקוחות
אפילו מנכסים שנפלו לה קודם אירוסין כשמברתם אחר
שנשא

שנשא אבל לא גוף נכסי מלוג ואכם מתה בחיי בעלה יורש
הבל ומוציא גוף הקרקע מן הלקוחות בלא דמים ואם הדמים
שלקחה בעבור קיימים יחזיר ללקוחות ולא יכול לומר שמא
מציאה הם וכל זה בנכסים הידועים לבעל אבל נפלו לה
נכסים במרינה אחרת ולא ידע שהם לבעל ומכרה אותן
מכרה קיים וכן ארוסה שמכרה קודם נשואין מכרה קיים שאין

לבעל בנכסי ארוסתו בלום: Id eſt : *Omnes facultates, quas uxor ad maritum ſecum affert, ſive ea res immobiles, ſive mobiles, aut ſervi ſint, etiamſi eorum in dotali inſtrumento fiat mentio, tamen non* כתבה *ſive Dos ſed* נדוניא *id eſt* res dotales *vocantur. Quod ſi maritus, illorum bonorum evictionem receperit, tum omne illorum ſive damnum, ſive lucrum, ejus eſt commodo & incommodo,* (atq; hic caſus, voce noſtra forenſi,) *dicitur eſſe, Bonorum Ovium Ferrearum. Si vero evictionem non recipiat maritus, aut ſi bona illata non ſint, aut ſi hæres fiat mulier poſt contracta ſponſalia, tum damnum & lucrum, uxoris periculo ſunt, aut emolumento, atq; hæc, Bona Depilationis vocantur. Utrorumq; autem horum bonorum, ſive Ovium Ferrearum, ſive Depilationis ea ſint, uſumfructum habet maritus, quoad ſiperſtes eſt, & vindicat illa ex manu emtorum, etiamſi, uxori ante Sponſalia obtigére, modo poſt celebratas nuptias, facta venditio : ipſa vero Bonorum Depilationis ſubſtantia, dominio ejus non ſubjicitur. Interim morientе muliere, marito ſuperſtite, ipſe omnium hæres fit, & fundos ab emtoribus vindicat, nullo reddito pretio, eo ſolo caſu excepto, quo nummi perſoluti adhuc ſuperſint, nec valebit excuſatio, fieri poſſe* (ut iſti nummi non ex venditione mulieris ſuperſint,) *ſed ab ea reperti fuerint. Hæc vero omnia, capienda tantum de bonis marito cognitis, at ſi in regione alia, uxor quid bonorum nanciſcatur, tum emtore neſciente illas res ad maritum pertinere, ſi a muliere fiat venditio, ea rata habetur, quod idem ſentiendum, de rebus a deſponſata venditis, viro enim in eas, quas Sponſa habuit facultates, nullum jus eſt.* Addo, coronidis loco, quod eſt in eodem Codice Hilch. Kiduſchin cap. ult. הכתבה אין עושה נשואין שאם כתב לה ולא נכנסה
לחפה עדין ארוסה היא מת או גירשה גובה עיקר כת בתה ולא
תוספת כלל כיון שלא כנסה אינס ולא כתב לה ומת או
גירשה ותיא ארוסה אפילו עיקר אין לה; Id eſt: *Inſtrumentum dotale, non facit matrimonium, quamobrem, licet illud ſit confectum, ſi tamen* (ea, quam quis conjugem ſibi expetit,) *in thalamum non ſit deducta, pro Sponſa tantum habetur, ac proinde ſi moriatur* (Sponſus,) *aut eam repudiet, ſortem Dotis ipſa exigit, minime vero auctarium, quia matrimonium haud*

eſt

eſt perfectam. Si quam deſponderat quis ſibi, non ſcripto inſtrumento dotali, ac moriatur deinde, aut illam repudiet, ante nuptiarum celebrationem, tum ne ſortem quidem Dotis flagitare, ſponſæ permittitur.

3. Vidua nupta ſummo Pontifici] Magnum Pontificem apud Hebræos, id proprium & peculiare habuiſſe, ut præter fœminas, quas Sacerdotibus quibuscunque ducere nefas erat, &, de quibus continuo agemus, ipſe ſolus, Viduam in matrimonio habere non poſſet, ex Lev. XXI, 14. concordiſſime, quantum mihi compertum, non tantum Judæi, ſed & Chriſtiani colligunt Interpretes. Nec profecto in verbis difficultas eſt, eumq; ſenſum in omnium legentium animis ultro progenerant. Atq; ad Judæos quidem quod attinet, ſexcentis amplius e Talmude oſtendere poſſem teſtimoniis, nunquam de eo fuiſſe dubitatum, ſed pro tam certa, tamque vera, hanc opinionem habitam, ut de nulla re magis, priſci Sapientes perſuaſi fuerint. Sufficiat Lectorem relegare ad Miſchnæ noſtræ infra c. 8. §. 5. Miſchnæ Sanhedrin c. 2. §. 1. itemque Miſchnæ Maccoth c. 3. §. 1. porro, ad Gemaram Jebamot fol. 92. a. & præcipue Kidduſchin fol. 77. ſeqq. quæ loca ſi conſulet, vera nos dixiſſe, haud vocabit in controverſiam. Jam, nec inter Recentiores quisquam eſt, qui diſſentiat, & pro omnibus ſatis clare, ſatis verboſe, loquitur Maimonides, in More Nev. p. 507. edit. Buxtorf. Hilch. Iſchut c. 1. §. 7. Hilch. Iſſure Bia c. 17. §. 1. ſeqq. Illi addimus Moſen Kozenſem Præc. Neg. CXXIV. hujusque verba, quia ſua brevitate placent, & ut eis quoq; quibus ad manus libri non ſunt, conſulamus, afferre non pigrabimur: שלא יקח כהן גדול אלמנה שני בפרשת אמר אלמנה וגרושה וחללה זונה את אלה לא יקח ושנינו בפרק הבא על יבמתו כהן גדול לא ישא את האלמנה בין מן הארוסין בין מן הנשואין וכהן גדול הוא בין נמשח בשמן המשחה בין מרובה בגדי ואת משוח מלחמת כרתניא בהוריות פרק אחרון והכהן הגדול מאחיו זה כהן גדול שנמשח אשר יוצק על ראשו בשמן המשחה זה משוח מלחמה ומלא את ידיו ללבוש את הבגדים זו מרובה בגדים על כלם הוא אומר אחר כך את ראשו לו יפרע וגו' ואלמנה וגרושה וחללה זונה את אלה לא יקח; Id eſt: (E Præceptorum Negantium numero, eſt illud,) *quo Summus Pontifex prohibetur ducere Viduam: Scriptum enim Lev. XXI. 14.* Viduam, aut repudiatam, aut profanatam meretricem, iſtiusmodi ne ducito. *Atq; docetur in Jebamot, Viduam hic loci accipiendam, tam eam, cujus maritus, quam, cujus Sponſus,* (ſato conceſſit.) *Summum quoq; Sacerdotem intelligere oportet eum, tum qui oleo ſacro,* (cujus templo primo adhuc ſtante, copia erat,) *unctus, tum, qui ſolis veſtibus pontificalibus,* (quod poſt deſolationem primi templi, cum jam oleum ſacrum non amplius ſuppeteret, fieri neceſſe erat,) *inauguratur; tum quoq; eum, qui bello eſt initiatus. Namſic,*

in cap. ult. Horajot docent: (Verba Levit. XXI, 10.) Sacerdos autem ille, qui maximus est fratrum suorum: *respiciunt Pontificem, qui oleo sacro unctus: quæ succedunt*: Cujus capiti infusum est oleum illud unctionis: *pertinent ad Sacerdotem unctum bello: postremo*: qui consecravit manus suas, ut induat vestes illas: *hæc innuunt eum, qui solis vestibus sacris inauguratur. De his omnibus sequitur deinde*, quod caput non debeant retegere; *pauciq; interjectis*: Quod viduam, aut repudiatam, aut profanatam meretricem, ducere non debeant. His addas licet, Præceptum mox sequens CXXV. ubi de pœna Pontificis, ducentis, aut comprimentis viduam, instituitur disquisitio, itemq; Præceptorum Ajentium LVII. quod ego attulissem, nisi pudor vetaret. Cæterum, de causa, cur Pontifici Vidua prohibita fuerit, sic ratiocinatur Abarbenel Comm. in Leg. fol. 259. col. 4. ותאוהרה רז' שתדש כאן בכהן גדול היא שלא די שלא ישא אשת זונה וחללה וגרושה אבל גם אלמנה לא יקח אלה בתולה. מעמיו והיה זה לפי שהבתולדת אינה יודעת איש ולכך נסתפק ברוב ובמעט מהמשגל והתזונות וינהיגנו כפי רצונו מה שלא יוכל לעשות באשה אלמנה שאולי בעלה הראשון הרגילה באופן אחר ובא בקבלה אלמנה וגרושה אפילו כן הארסין: Horum interpretatio, nullo negotio colligi potest, ex istis vernaculæ nostræ, quæ in Zenna Renna fol. 86. col. 2. habentur: *Der* כהן גדול *muß sich viel mehr halten* קדוש *as der* כהן תדיוט *er darf sich zu kein* פוח אלמנה *sein,* אפילו *zu Vatter und Mutter, und darf nit nehmen ein* מטמא *oder* גרושה *neiert ein* בתולה *Der* פשט *is darum: er sol nit nehmen ein* אלמנה *oder* גרושה *der vvarten, er sol gevvehnen die* בתולה *mit beyschlaffen, bey ihr, vvie es billig is zu einen* כהן גדול *er muß sich* בקרושה *halten mit sein Weib, und vvie er die* בתולה *gevvehnt, da leßt sie es bleiben dabey, und leßt sich begnügen: aber vvert er ein* אלמנה *oder* גרושה *nehmen, die seyn lang gevvohnt beythren ersten Mann, mit viel beyligen alzeit, und jzundert vverdt sie den* כהן גדול *anreden, zu beheften zu ihr allzeit, dardurch vvert kommen der* כהן גדול *zur* עבירה Sic pariter Lipmannus in Nizach. Num. XCIV. כהן גדול שמקודש ביותר נאסר אף באלמנה שיש לה הרהורים על בעלה הראשון ואין טבעה שלם: Id est: *Summus Pontifex, a quo maxima exigitur sanctitas, prohibetur etiam Viduam ducere, nam hac cogitatione subinde priorem maritum revolvit, nec omni ex parte pura esse creditur.* Judæorum, de Vidua soli Pontifici non ducenda, sententiæ, accedunt Christiani Doctores communiter, e quibus tantum nominamus Seldenum in Ux. Hebr. l. 1. c. 7. & de Succession. l. 2. c. 2. Calixtum de Conj. Cleric. p. 58. Enim vero, veteri huic, & perpetuo Interpretum consensu confirmatæ opinioni, unus, nisi fallor, contradixit Hugo Grotius, in iis quæ ad l. 2. de Jure Belli & Pacis cap. 5. §. 9. annotavit

tavit, inquiens: *Viduam non ducendam, de Principe Sacerdote intellexit Philo, & plerique hodie Interpretes, ob ea quæ præcedunt commate 10. & de inceps. Sed, quemvis Sacerdotem intelligi debere, ostendit Ezechiel XLIV 22. & in explicatione Legis, ut & contra Appionem primo, Josephus. Connectenda ergo Lex cum initio capitis, ut illa de Pontifice maximo, obiter sint interposita.* Sed, si quod sentimus, dicere licet, hæc sententia non tantú nova est, verum & improbabilis. Atq; principio, non injuria miretur quis, quomodo fieri potuerit, ut in ipsa illa sectione, contextus sui operis, ad quam hæc annotavit vir Magnus, Judæorum traditioni, qua Regi suo non nisi octodecim sive uxores, sive concubinas, sibi sumendi potestatem concessam fuisse perhibent, fere accesserit, de Pontifice autem Summo, mox alia omnia, quam ipsi statuunt, tradere sustineat. Atqui ea, quæ de Regis connubiorum jure feruntur, non solum sacrarum literarú autoritate haud subnixa sunt, sed &, si recte memini, vix alibi in Talmude, quam in Sanhedrin fol. 21. a. leguntur, & leguntur ita, ut magna adhuc, de veritate traditionis, sit inter Magistros altercatio. At vero, neutrum, de traditione, qua soli Pontifici, Viduam in matrimonio habere, prohibitum fuisse ajunt, prædicare licet: Quippe, quæ & Scripturæ fundamento superstructa est, & millies in Talmude repetita, neminem invenit contradictorem. Enim, fortasse, posterius non æque perspectú habuit Vir Magnus, ac prius; quippe, hoc ex Schickardi Mischpat didicerat, e quo libro, pleraq;, quæ in istis Commentariis, de Judæorum doctrinis affert, hausisse deprehenditur. Cæterum, ista leviora sunt, & magis est, ut de rationibus quas Vir laudatus, pro sententia sua confirmanda attulit, dispiciamus. Hic vero, quantum ad ea, quæ ad locum Levitici XXI, 14. attinent, respondit, ingenue fateor, non me mentem illius assequi, nec me comma 14. cum initio capitis, posse connectere. Tradit in eo Capite, supremus Legislator, quasdam leges, de Sacerdotibus promiscue, quasdam de solo Pontifice; illæ præcedunt, hæ sequuntur, ibi multitudinis numerum, hic singularem adhibet; agitur distinctissime de Sacerdotum & Pontificis matrimonio, atque cum de illis sermo est, altum de vidua silentium, ad Pontificem vero cum deventum, iste solus virginem thori sociam habere jubetur, vidua ei interdicitur, non igitur aliud ex isto loco colligo, quam quod omnis collegit antiquitas, & recentiorum quoque interpretum cohors. Sane, parit aliquam *ἀντινομίαν* locus Ezech. XLIV, 22. non tamen magnam, & insolubilem: sic habent verba: ויין לא ישתו כל כהן בבואם אל החצר הפנימית ואלמנה וגרושה לא יקחו להם לנשים כי אם בתלות מזרע בית ישראל והאלמנה אשר תהיה אלמנה מכהן יקחו: Vetus Interpres transtulit: *Et vinum non bibet omnis Sacerdos, quando ingressurus est atrium interius. Et viduam, & repudiatam, non accipient uxores, sed virgines de semine domus Israël: sed & viduam, quæ fuerit vidua a Sacerdote, accipient.*

Tantum

Tantum vero abeſt, ut admiſſa etiam vulgari hac interpretatione, Grotius ex iſto loco ſimpliciter inferre poſſit, omnibus Sacerdotibus nefas fuiſſe viduam ducere, ut potius verba poſtrema plane doceant contrarium, & ſaltem id comprobent, licuiſſe illis, cum Sacerdotum viduis, connubia contrahere, ut vel ſic etiam, inter gregarium Sacerdotem, & Pontificem, cui omne, cum vidua, connubii commercium interdictum eſt, ſatis magnum diſcrimen ſuperſit. Sed, ad univerſam difficultatem tollendam, placet illa Kimchii, & Abarbenelis reſponſio, qua meminiſſe nos jubent, non de templo quale conditū erat, ejusq; inſtitutis, Ezechieli ſermonem eſſe, ſed novo aliquo, cujus figuram Deus oſtenderat, & cujus præ altero, majorem ſanctitatem futuram, eſt pollicitus. Chriſtiani diceremus, myſtice totum illud explicandum eſſe, ceu etiam explicavit Hieronymus. Ipſe Kimchius audiendus eſt: אם אמר זה על כל כתן יהיה זה לתוספת קדושה לעתיד Id eſt: *Si comma 22. de Sacerdote quocunq; accipiendum, pertinet id, ad futuri templi majorem ſanctitatem.* Quin & Abarbenel: לעתיד לבוא שיתוסף קדושת' כל כך שלא יקחו להם לנשים אלמנה וגרושה אלא בתולות מזרע בית ישראל האמנם האלמנה שתהיה אלמנת מכהן יוכלו הכהנים לקחתה לאשה ולהיותן אלמנו' כהן תהיינה בקדשתן שמורות וטהורות Id eſt: *Futuri,* (quod, tempore Meſſiæ, reſtat ædificandum, templi,) *tantopere augebitur ſanctitas, ut Sacerdotes non ducturi ſint Viduas, aut repudium paſſas, ſed* (propemodum ſolas) *virgines, ex gente Iſraëlitica. Nihilo minus, licebit iis ducere, viduas Sacerdotum defunctorum, hæ enim, quia Sacerdotibus nuptæ fuerunt, ſanctimoniæ, & puritatis ſunt obſervantiſſimæ.* Extat & alia, apud Kimchium ſalvandi locum ratio, ſed meo judicio, paulo contortior: ואם נאמר בי על כהן גדול דבר יהיה שירשו טכהן יקחו מקצת כהנים יקחו כמו שפירשו רבותינו ז"ל וכמו שתרגם יונתן שאר כהניא יסבון: id eſt: *Quod ſi quis contendat,* (in principio commatis,) *de Summo Pontifice, Prophetæ ſermonem eſſe, ſenſus verborum poſtremorum*, a Sacerdote accipient, *erit,* (quaſi dicatur:) Quidam Sacerdotum, (ſive, aliqui ex ordine Sacerdotali,) *accipient viduam,* (vere talem, & quæ repudium aut exhibitionem calcei non ſit paſſa.) *Atq; ſic exponunt Magiſtri noſtri; hæc verba: f. m.* (Talmudiſtas intelligit, & niſi fallor locum in Kidduſchin fol. 78. b.) *Quin, & hunc ſenſum, omnino expreſſit Jonathan, in paraphraſi Chaldaica, dum,* cæteri Sacerdotes ducent, *reddidit.* At, urget nos inſuper Grotius, Joſephi autoritate, & ad hunc, tanquam cauſæ ſuæ Patronum provocat. Equidem fateor, non levis ponderis Joſephi in hoc negotio eſſe teſtimonium, & Sacerdoti, quando de re concernente officium ac munus ſuum, loquitur, fidē temere derogare, utiq; nemo ſuſtinebit. Quod vero, ſalva Viri eximii exiſti-

existimatione dictum velim, nihil in Josepho ei præsidii est, & frustra eum defensorem paravit. Nam, in primo contra Apionem libro, id nos docet Josephus, Sacerdotale genus, apud populares suos, semper fuisse ἄμικτον καὶ καθαρὸν *Sine permixtione & purum.* Quare inquit: δεῖ τὸν μετέχοντα τῆς ἱερωσύνης ἐξ ὁμοεθνοῦς γυναικὸς παιδοποιεῖσθαι, καὶ μὴ πρὸς χρήματα μηδὲ τὰς ἄλλας ἀποβλέπειν τιμὰς, ἀλλὰ τὸ γένος ἐξετάζειν ἐκ τῶν ἀρχαίων λαμβάνοντα τὴν διαδοχὴν, καὶ πολλοὺς παραχόμενον μάρτυρας. Καὶ τοῦτο πράττομεν οὐ μόνον ἐν αὐτῇ Ἰουδαίᾳ, ἀλλ' ὅπου ποτὲ σύνεσμα τῷ γένει ἐστὶν ἡμῶν, καὶ κεῖ τὸ ἀκριβὲς ἀποσώζεται τοῖς ἱερεῦσι περὶ τοὺς γάμους. λέγω δὲ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Βαβυλῶνι, καὶ εἴπου τῆς ἄλλης οἰκουμένης τῷ γένει τῶν ἱερέων εἰσί τινες διεσπαρμένοι. Πέμπουσι γὰρ εἰς Ἱεροσόλυμα συγγράψαντες παρ' ἑαυτῶν τὸ γένος, τῶν γεγαμένων, καὶ τῶν ἐπὶ πάνυ ἀρχαίου, καὶ τίνες οἱ μαρτυροῦντες. Πόλεμος δ' εἰ κατάσχοι, καθάπερ ἤδη γεγόνει πολλάκις, Ἀντίοχος τε ὁ Ἐπιφανὴς εἰς τὴν χώραν ἐμβαλόντος, καὶ Πομπήιος μέγας, καὶ Κοιντίλιος Οὐάρος, μάλιστα δὲ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις, οἱ περιλειπόμενοι τῶν ἱερέων, κατὰ πάλιν ἐκ τῶν ἀρχαίων γραμμάτων συνίασιτα. καὶ δοκιμάζουσι τὰς ὑπολειφθείσας γυναῖκας. Οὐ γὰρ ἔτι τὰς αἰχμαλώτους γενομένας φεύγουσι, πολλάκις γεγονυῖαν αὐταῖς τὴν πρὸς ἀλλόφυλον πειρωνίαν ὑφορώμενοι· τεκμήριον δὲ μέγιστον τῆς ἀκριβείας· οἱ γὰρ ἀρχιερεῖς εἰ παρ' ἡμῖν ἀπὸ δισχιλίων ἐτῶν ὀνόματα παῖδες ἐκ παντὸς οἴδεν ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς. Τοῖς δὲ τῶν εἰρημένων ὅτι ὧν γένοιτο εἰς παράβασιν, ἀπαγόρευται μήτε βωμοῦ παρεῖσθαι, μήτε μετέχειν τῆς ἄλλης ἁγιστείας. *Oportet eum, qui Sacerdotium habiturus est, ex ejusdem gentis nasci muliere: & neq; ad pecunias, neq; ad honores inspicere, & genus per antiquam lineam, & multis testibus approbare. Quod scilicet animus, non solum in ipsa Judæa, sed ubicunq; nostri generis constitutio reperitur, etiam ibi integritas ista servatur, circa nuptias Sacerdotum: hoc est, in Ægypto, & Babylonia, & quocunq; terrarum orbe, quilibet de Sacerdotum genere sunt dispersi. Mittunt enim in Hierosolymam, conscribentes a patre nomen nuptæ, & antiquorum progenitorum, quicunq; hujus rei testimonia præbuere. Si autem bella proveniant, sicut jam crebro factum est, dum Antiochus Epiphanes ad nostram venisset regionem, & Pompejus Magnus, & Quintilius Varus, & præcipue nostris gesta temporibus, tunc hi qui de Sacerdotibus supersunt, ex antiquis literis iterum novas conficiunt, & probant mulieres, quæ relinquuntur. Non enim ad captivas accedunt, alienigenarum consortia formidantes. Indicium vero integritatis hoc maximum est, quia Pontifices apud nos, a duobus millibus annis denominati filii a patre conscripti sunt. His autem, qui prædicti sunt, si quid prævaricentur, interdicitur ne vel ad altare accedant, vel alia sanctificatione fungantur.* Optime, se habent hæc omnia, & iis quæ Talmudistæ, de summa circumspectione, quam Sacerdotes in matrimoniis ineundis adhibuerunt, vehementer consonant. Interim, nunquam mihi quis ex iis exsculpet, cum suæ gentis Viduis, conjugium illis contrahere non li-

cuisse, sed potius contraria omnia. Nihil enim ultra attendisse Sacerdotes Iosephus docet, quam ne captivam aut alienigenam ducerent, sed suæ gentis genuinam mulierem; per quæ viduam non excludi, est in confesso. Nec dubitandum, si tanta fuisset matrimoniorum Sacerdotalium sinceritas, ut non nisi virgines conjuges habere possent, non id eo loco omissurum fuisse Josephum, cui unice erat propositum, eam evehere, & exinde autoritatem Historiæ judaicæ, a Sacerdotibus conscriptæ, conciliare. Quanquam, num Josephus, Sacerdotes, viduas ducendi facultatē habuisse concesserit, nulla eget ratiocinatione, nam III. Antiquit. c. 10. Solis quasi radiis scripta leguntur, quæ subjicimus. Νόμους αὐτῶν τοιούτους ἔθετο· μιγῆναι μὲν εἰς τὸ παντελὲς ἀπεῖπε, νομίσας εὐδαίμονα τὸ περὶ τοὺς γάμους ὑγιαίνειν τοὺς ἄνδρας, καὶ ταῖς τε πόλεσι καὶ τοῖς ἔθνεσι συμφέρειν τὸ τοὺς παῖδας εἶναι γνησίους· καὶ τὸ μίσγεσθαι δὲ μητρὶ, ἢ μητρῴᾳ, ἢ θυγατρὶ, ἢ ἀρρενομανεῖν, ἢ ἀρσενοκοιτεῖν, ἢ ἀνθρώπου ἐπιθυμεῖν, ἢ θηλείᾳ συνεῖναι γαμετῇ, καὶ τέτθαις, καὶ ἀδελφαῖς, καὶ παίδων γυναιξὶν, ὡς ἄφαυλον ἔχειν τὴν ἀδικίαν, μεμίσηκεν· ἐκέλευσε δὲ γυναικὶ μιαιφονίᾳ τοῖς κτῆνεσι χρῆσθαι· μηδὲ κτήσεσθαι εἰς συνουσίαν φυτὰν· μὴ δὲ τὸν πρὸς τὰ ἄρρενα μίξιν τιμᾶν, διὰ τὴν ἐπ' αὐτοῖς ὄρνιν ἡδονὴν θηρεύοντες παράνομον, καὶ δὴ τῶν εἰς ταῦτ' ἐξυβρισάντων, θάνατον ὥρισε τὴν τιμωρίαν· τῶν δ' ἱερέων καὶ διπλασίονα τὴν ἀγνείαν ἐπέσπευ· τούτων γὰρ αὐτὸς ὁμοίως τοῖς ἄλλοις εἴργει, καὶ περιόντι γαμεῖν τὰς ἐπιπεπλεγμένας ἐκώλυσε, μήτε δίλιν μήτ' αἰχμάλωτον γαμεῖν αὐτὸς κεκώλυκε, καὶ τὰς ἐκ πορνείας, καὶ τῆ παιδοκτόνῳ πεπορισμένας τὸν βίον, μήτε τὰς τῶν ἑταίρων ἀνδρῶν, ἐφ' οἷς δηποτοῦν αἰτίαις ἀπολλαγμένας· τὴν δ' ἀρχιερέα μίαν τε, καὶ τεθνεότος ἀνδρὸς ἠξίωσε γαμεῖν γυναῖκα, τοῦτο τοῖς ἄλλοις ἱερεῦσι συγχωρῶν· μόνην δὲ αὐτῷ δίδωσι γαμεῖν παρθένον καὶ τάυτην σωλάσειν. Id est: *Leges tulit (Moses) tales. Adulterium in universum prohibuit, ratus conjugum summam felicitatem, si fides ac pudicitia servetur, & Reipublicæ quoq; interesse, ut liberi legitimi proveniant. Item incestum cum matre, aut noverca, cum amita, aut matertera, cum sorore nuruve, omnesq; tales coitus ut nefarios damnavit. Vetuit & cum muliere menstruum fluxum patiente congredi, & cum brutis: damnavit etiam eos, qui ex formosis maribus turpem voluptatem captarent: & qui contra fecisset, capitalem pœnam inflixit. Sacerdotes autem, duplo castiores esse voluit. Hos enim non solum prædictis legibus, sicut reliquos teneri jussit, sed etiam nonquamvis fœminam in conjugalem thorum admittere, non quæ corpore quæstum fecisset, non servam, aut captivam, neq; cauponariam, aut stabulariam, neq; a priore marito quacunq; de causa repudiatam. Pontifici vero ne viduam quidem permisit, quod tamen cæteris Sacerdotibus liberum reliquit: sed solum virginem ducere concessit, eamq; servare.* Quin igitur, citra hæsitationem credimus, credentque nepotes, solum apud Hebræos Summum Pontificem, non nisi virginem, Sacerdotes reliquos, si ita volupe esset, præter virgines, etiam viduas, legitime ducere potuisse.

Atque

Atque istam quidem, de Sacerdotum conjugio dissertationem, huc transcripsimus, ex Notis nostris, quas pridem hortatu Summi Viri, & eruditorum Germaniæ nostræ, facile principis, JOH. HENRICI BOECLERI, ad Hugonis Grotii de Jure Belli & Pacis Libros, quatenus Judæorum instituta in iisdem attinguntur, meditari cœpimus. Illum laborem, etsi deinde diutina mea peregrinatio, & nunc post reditum in patriam, aliæ curæ, perficere me impediverunt, ac fortasse impedient quoque imposterum: Tamen, non piget me olei, quod ante hos annos tredecim, una cum incomparabili, & jam tum, quantum humana patitur conditio, nunc autem, post fata nimium matura, vere Divino, AUGUSTO HARTECKIO COMITE, Argentorati degens, ad bene merendum, de eximio, & eruditissimo libro, insumsi. Saltem enim hoc amplissimum operæ retuli præmium, ut specimen quod exhibueram, ille quem laudavi, sed omni nostra laude longissime major, Bœclerus illustris, non plane spernendum, imo vero dignum judicaverit, quod palam, in suis ad eosdem Grotianos commentarios, Annotationibus, commendaret. Quamobrem, quia sic occasio fert, & quia necesse est, pietasque mea, erga optimum Fautorem id flagitat, hic equidem, tum pro illa commendatione, qua me apud omnes gratiosum facere serio annixus est, tum pro aliis quæ privatim in me contulit, atque etiamnum assidue confert beneficiis, & quæ ego nec complecti oratione, nec percensere numerando possum, hanc publicam, hanc quantam maximam animus capere potest, eidem ago, habeoque gratiam.

Sic testatus fueram, ex animi mei sententia: Et ecce, proh! eheu! tristis nuncius, de morte Illustris Bœcleri, haud multo post supervenit. Quem, Reip. literariæ, &, si hoc addere conceditur, mihi pariter, lacrymabilem obitum, uti pro immenso, erga optimum virum amore, luxi, lugeboque, quoad meæ vitæ, Cœlesti Providentiæ, parcere visum erit: Ita, nefas duxissem, quicquam ex iis, quæ ante scripseram, demere nunc, aut immutare. Debet enim valere apud nos, bene de nobis meritorum memoria, etiam mortuorum. Atque utinam, tantum

carmine, aut eloquio pollerem, ferrem ſane ad aſtra magnum Daphnim, nam,

Amavit nos quoq; Daphnis.

Enim vero, mea, profani hominis, &, qui nec caballino fonte unquam prolui labra, nec in exercitatione, dicendi, vel mediocriter verſatus ſum, conſecratione, nihil opus eſt. Quicquid ex Bœclero omnes Boni amarunt, quicquid ſunt mirati, id manet, manſurumque eſt, in animis hominum, in rerum fama, in temporum æternitate.

4. Repudium] Conjugium, cum repudiata Sacerdotem inire, prohibet ipſe Deus Levit. XX, 7. Rationem rei, non male dicit Abarbenel Comment. in legem fol. 259. col. 3. לפי שבלי ספק אותו האיש שגרשה קדוש הוא לאלהיו ולא גרשה מפני פחיתות ורוע לבו אלא כי מצא בה ערות דבר: Id eſt: *Quia citra dubium, Vir, qui fœminam repudiavit, Dei timens fuiſſe, nec temere, aut malitioſe, ſed quia turpe aliquid in ipſa deprehendit, eam ſegregaſſe a ſe præſumitur,* Atque, ne qua mulier Sacerdoti, porro nubere poſſet, ſufficiebat repudium, quoquo modo factum. Nam, ut eſt in Jebamot fol. 52. a. & fol. 49. a. fere iisdem verbis, אפילו לא נתגרשת אלא מאיש פסולה לכהונה והיינו ריח הגט שפיסל בכהונה: Id eſt: *Etiamſi ſolus maritus a fœmina divortium faciat,* (in inſtrumento Repudii, tantum ſeparationis a ſeſe mentionem injiciens, non vero, prout, vulgo fieri ſolet, poteſtatem cuicunque mortalium nubendi ei faciens,) *tamen* (ſi mori iſtum virum contingat, atque ſic libertati reſtituta mulier, ad nova vota tranſire omnino poſſit,) *Sacerdoti eam ducere non licet: Sic enim, tantum odor quaſi iſte libelli repudii, fœminam ad ineundum cum Sacerdote conjugium, reddit inhabilem.* Notanda interim exceptio quam ex Gemara repetit Chaskuni ad cap. XXI. Levit. ולא גרושה מאיש

* Sic referip pro מרת quod manifeſte eſt erroneum.

מאיש שאינו איש זו דרש ר' אלעזר בן מתיא תדי שתלך בעלה למדינת הים ואמרו לה מת בעלך ונתקדשה לאחר ואחכ בא * בעלה הראשון מניין שהיא מותרת לחזור לראשו שאף על פי שהאחרון נתן לה גט לא פסלה מן הכהונה: Id eſt: (Vetat Scriptura commate 7.) *Repudiatam a viro ſuo* (inire cum Sacerdote matrimonium, excluditur igitur,) *Repudiata, a viro non ſuo. Hinc docuit R. Eleaſer F. M. ſi cujus mulieris maritus trans mare proficiſcatur, atq; afferatur mulieri nuncius, fato ſun-*

ctum

tum esse maritum, ipsamq; alius sibi desponsat, tum revertente priore marito, mulier huic se denuo associare potest, nam & a posteriore repudium si accepisset, tamen per illud non futura erat inepta ad Sacerdotale conjugium.

5. Aut exhibitionem calcei passa] Cum tali, matrimonium inire, ipsa Scriptura quidem, Sacerdotem haud prohibuit, sed hæc Sapientum, Legis Divinæ est adjectio. Maimonides Hilch. Issure Bia c. 17. §. 7. אסורה לכהן מדברי סופרים מפני שהיא כגרושה ומכין אותו מכת מרדות מדבריהם כהן שנשא ספק חלוצה אין מוציאין אותה מתחתיו והיא כשרה וולדה כשר מפני שלא גזרו על ספק חלוצה אלא על חלוצה ודאית וכן מי שהיתה ספק גרושה או ספק אלמנה או ספק זונה וספק חללה מכין אותו מכת מרדות ומוציא בגט: Id est: *Exhibitionem calcei passam, ducere prohibetur Sacerdoti, ex constitutione Scribarum, est enim hæc repudiatæ similis,* (atque interdictum illud violans) *ita præcipientibus iisdem, plagis rebellionis afficiendus est. Si vero dubium sit calceum mulieri cuidam esse exhibitum, eaq; Sacerdoti nupta fuerit, non illam deserere cogitur, sed est legitima ei conjux, quin & proles quæ nascitur, est legitima: non enim de dubia exhibitione calcei, sed de manifesta lex lata est. Cæterum, in Repudiata, Vidua, Meretrice, & Profanata, casus dubius non attenditur, sed cum tali contra præceptum Divinum matrimonium ineuntes, plagis rebellionis castigantur, & facere debent divortium.* Constitutio hæc Scribarum, affertur, & de ea disquiritur, in Iebamot. c. 2.

6. Notha] Quis pro Notho, aut Notha, ex mente Magistrorum habendus sit, fuse explicat Moses Kozensis Præc. Neg. CXVII. & CXXI. itemque Maimonides, Hilch. Issure Bia c. 15. neutrius tamen verbis Lectores eam rem docebo, sed potius iis, quæ habentur in pretiosissimo Codice nostro MS. Ez Hechaiim Hilch. Nidda c. 11.

ישראל שנשא ממזרת או מ

ישראלית שנשאת לממזר כיון שבעלו אחר הקדושין לוקין ם משום לא יבא ממזר בקהל ״ אסרו הכתוב זכר ונקבה ולעולם שנ גם דור עשירי כלום לעולם בעלו בלא קדושין או קדשו בלא בעילה

Israëlita, ducens mulierem notham, aut Israëlitis, nupta homini notho, si post Sponsalia, simul thorum ingressi deprehendantur, flagris cædendi sunt, ob violatum interdictum (Deut. XXIII. 2.) Nothus homo ne venito in congregationem Domini. *Atq; tam marem, quam fœminam Scriptura æternum* (a congregatione Domini, sive connubiorum, cum genuinis Judæis jure,) *arcet, quia additur*: Etiam decima

אין לוקין משום ממורות ואין
בכל חייבי לאוין שלוקין ם"ם
בבעילה בלא קדושין רק כ"נ
באלמנה ועתה אפרש איזהו
ממזר הבא על אחת מהעריות
אפי חייבי כרת באונס או ס
ברצון בשוגג או במזיד הולד
ממזר אבל הבא על הנדה
הולד פגום ואינו ממזר גוי
ועבד הבא על בת ישראל
פנויה או אשת איש שוגג או
מזיד והמחזיר גרושתו ם"ם
משנשאת וכן כל חייבי לאוין
הואיל ואינה ערוה הולד כשר
גוי ועבד הבא על הממזרת
הולד ממזר ממזר חבא על
הגויה הולד גוי נתגייר כשר
כשאר גרים ואם בא על ש"ם
השפחה הולד עבד שחררו ש
הולד כשר כשאר משוחררין
ומותרין בבת ישראל זה הכלל
ולד עבד או שפחה גוי גויה
חרי הוא באמו ואין משניחין
על האב תקנו חכמים שמותר
ממזר לישא שפחה לטהר בניו

cima generatio illorum &c. *quod idē est ac si dicatur*; Nunquam. *Quod si citra Sponsalia concumbant, aut si fiant Sponsalia, citra concubitum, pœna flagrorum, connubio spurio irrogata, locum non habet, nec enim illa pœna, unquam de illegitimis commixtionibus sumitur, nisi præcesserint Sponsalia, excepto solo casu, quo Pontifex cum vidua consuevit. Nunc vero explicabo, quis homo nothus censeatur. Si quis ullam fœminam, quarum concubitus lege prohibetur, inclusō etiam eo, qui exterminii reatum adjunctum habet concubitu, sive per violentiam, sive per consensum, sive per errorem, sive consulto id fiat, compresserit, tum proles quæ nascitur, notha est: Sed, cum menstruata si quis concumbat, inhonesta proles est, notha vero non item. Cum quis τῶν ἐξω, aut Servus, cum Israëlitide concumbit, sive innupta, sive nupta ea sit, sive item per errorem, aut consulto id fiat, nec non, cum quis repudiatam, post contractas cum alio nuptias, reducit, similiter, cum quod aliorum præceptorum ad rem maritalem attinentium, violatum est, quia consanguinitatis respectus cessat, proles est legitima. Si quis τῶν ἐξω, aut si quis Servus, cum muliere notha concumbat, proles notha est. Nothus ex τῶν ἐξω, fœminam comprimens, proles τῶν ἐξω numero est, quod si vero Judæorum sacris adhærant, æque legitima, ac proselyti reliqui reputatur. At, si idem mulierem servam comprimat, proles servilis conditionis est, ea tamen manumissa, legitima evadit, cæterorum liber-*

שהרי ישחררם ויחיו בני חורין
חציו עבד וחציו בן חורין הבא
על אשת איש הבן אין לו
תקנה שממזרות ועבדות
מעורבין בן גוי הבא על
שפחה שטבלה הולד עבד
ועבד שטבל שבא על הנויה
הולד גוי אבל גוי הבא על
שפחה נויה או עבד גוי שבא
על נויה בת חורין הלך אחר
הזכר ממזר מותר לישא גיורת
וממורת מותר לגר ובני
שניהם ממזרים שהולד הולך
אחר הפגום שנ בקהל לי׳
וקהל נוים אינו קרוי קהל ׳׳
גיורת שנשאת לגר והוליד בן
אעפ׳׳ שהורתו ולירתו בקדושה
מותר בממזר וכן בן בנו עד
שישתקעו שם גיותו ממנו ולא
יודע שהוא גר ואז אסור
בממורת וכן הדין בעבד
משוחרר וולד הבא מגר
וישראלית או מגיורת וישראל
אסור בממורת שהוא כישראל
לכל דבר ׳ ספק ממזר אעפ׳׳

libertarum ad inſtar, ac tam proſelytus, quam libertus iſti, licite cum Iſraelitide connubia contrahunt. Eſto regula: Proles Servituris, aut a ſacris peregrinitatis reſpectu, matrem ſequitur, neque patris ulla habetur ratio. *Conceſſere Sapientes, homini notho facultatem, ducendi Servam, ut proles poſſit reddi legitima, nam ſi manumittatur, conſequitur ingenuitatem. Si quis ex parte ſervus, ex parte ingenuus, cum aliena conjuge concumbat, vitium prolis nulla ratione corrigi poteſt, nam nothum eſſe, & ſervum eſſe, hic commiſcentur. Si quis τῶν ἐξω cum ſerva, quæ aquarum luſtratione judæorum ſacris initiata eſt, concumbat, proles ſervilis eſt conditionis. Si ſervus luſtratione aqua, judæorum ſacris initiatus, cum τῶν ἐξω muliere concumbat, proles ejusdem cum matre cenſetur eſſe peregrinitatis. At, ſi quis τῶν ἐξω cum ſerva pagana concumbat, aut ſi τῶν ἐξω ſervus, cum pagana muliere libera concumbat, proles patrem ſequitur. Homini notho licet ducere Proſelytam, & Proſelytæ, licet nubere homini notho, ſed proles quæ naſcitur notha eſt, nam ea ſemper conditionem ejus, qui inter parentes loco deteriore eſt, induit:* (Interim, illud conjugium, non eſſe illicitum, probatur,) *quia ſcriptum* (loco ſupra allegato:) In congregationem Domini. *Atqui, congregatio τῶν ἐξω, non vocatur congregatio Domini. Proſelyta, cum nupſit proſelyto, filiumq; peperit, etiamſi hujus conceptio & nativitas*

שמן התורה מותר לבא בקהל
שנ לא יבא ממזר דווק ממזר
ודאי ולא ספק ממ חכמי עשו
מעלה ביחסין ואסרו כל שם
הספקות לבא בקהל ועתה א
אפרש מהו ספק ממזר הבא
מספק ערוה כגון שבא על א
אשה ספק מקדשת או ספק
מגרשת ובן שתוקי שמכיר אמו
ולא מכיר אביו ודאי בן פנויה
שלא נבדקה אמו עד שמחת
או שהיתה חורשת או אלמת
או שוטה או שאמרה לפלוני
הממזר נבעלתי או לפלוני
הנתין אפי אותו פלו מודה
שהוא ממנו והוי הילד ספק
ממזר כשם שזנתה עם זה שם
שהודה כך זנתה עם אחר
וכן האסופי והוא בן הנמצא
בשוק ואין אנו יודעין מי הוא
הוי ספק ממזר נאסף מן שם
השוק ואביו ואמו באו ואמרו
בננו הוא אין נאמנין הואיל
ויצא עליו שם אסופי ובשני
רעבון נאמנין שמפני הרעב

vitas in judaicæ religionis ſanctimonia accidiſſe deprehendantur, tamen adhuc ei fœminam notham matrimonio ſibi jungere licet, quod idem de nepote quoq; ejus verum eſt, usq; dum peregrinitatis nomen evaneſcat, nec de proſelytismo amplius conſtet, tum enim conjugium cum muliere notha, porro nefas habetur. Eadem ratio eſt ſervi manumiſſi, & prolis quæ nata ex Proſelyto, & Iſraelitide; aut ex Proſelyta, & homine judæo, nam & hi cum nothis nuptias facere non poſſunt, cum per omnia judæis ingenuis ſimiles ſint. Qui dubie nothus eſt, etſi ex lege Divina non prohibetur cum judæa ingenua matrimonium contrahere, ſcriptum enim eſt: Nothus homo venito: *quod de Homine certo, non vero dubie notho capere oportet; nihilo minus Sapientes, ſinceritatis familiarum ſtudioſiſſimi, vetarunt etiam dubie nothos, cum ingenuis conjugia inire. Iã vero exponam, quis dubie nothus dicatur. Quisquis init fœminam, de qua dubitatio eſt, eſſe ejus commercium prohibitum, uti cum quis concumbit cum ea, quam maritatam vel non maritatam, repudiatam, vel non repudiatam eſſe, incertum eſt,* (proles dubie notha naſcitur.) *Sic, vulgo quæſitus qui matrem quidem ſuam novit, ſed patrem vere non habet cognitum,* (dubie nothus eſt.) *Tales item ſunt, nati ex innupta, in cujus conditionem nunquam fuit inquiſitum: Similiter, nati ex matribus ſurdis, mutis, phreneticis,* (dubie nothi ſunt:) *Quin & ii, quorum mater dixerit.* Iſte N. qui nothus homo eſt, vel iſte N. Nethi-

naeus

השליכוהו ולפיכך שתקו עד
שנאסף נמצא מהול או הוחתל
או הומלח או כחול בעיניו
או קמיע בצווארו או נמצא
תחת האילן מסובך או נמצא
בבית הכנסת הסמוך או בצדי
רשות הרבים בחזקת כשר
הוא אבל נמצא מושלך בא
באמצע הדרך או רחוק מן גו
העיר אפילו תחת אילן או
בבית הכנסת או נמצא חלוי
באילן מקום שחיה מגעת לו
הרי אסופי אעפ שממזר ודאי
מותר בממזרת ממזר ספק או
שתוקי או אסופי אסור לישא
בת ישר וממזרת ואפי ספק
ממזרת שמא אחד אינו ממזר
והאחר ממזר וכן שתוקי וא
ואסופי וספק ממזרים אם
נשאו זה לזה יוציאו בגט וג
והולד ספק באבותיו ואין ל
לספקות תקנה רק לישא מן
הגוים והולד הולך אחר שם
הפגום בגון שתוקי או אסופי
שנשא גיורת או משוחררת או

næus me compreſſit, *iis etiam ipſis qui patres perhibentur, prolem agnoſcentibus, tamen adhuc dubie nothi ſunt, uti enim cum iſto, mater ſeſe commiſcuit, ita & cum aliis ſcortatam eſſe, ſuſpicio eſt. Sic, partus expoſitus, id eſt repertus in platea, cujusq; pater & mater ignorantur, pro dubie notho habetur. Si partus ejusmodi tollatur, acq; veniant qui parentes ſeſe venditantes, hanc prolem ſuam eſſe dicant; non eis fides habetur, poſtquam de ejus expoſitione fama innotuit. Sed, ſi annonæ caritas fuerit, habenda fides eſt, nam ex penuria, infantem expoſuiſſe videntur, & ſiluiſſe quoad tolleretur. Si infans expoſitus, reperiatur circumciſus, aut faſciis involutus, aut ſale conſperſus, aut oculos fucatus, aut amuleto collum ornatus, aut ſi ſub arbore reperiatur opertus, aut in Synagoga vicina, aut in platearum lateribus, ſuſpicio eſt eſſe legitimum. At ſi reperiatur infans in media via, aut procul ab urbe, etiamſi jacuerit ſub arbore, aut in Synagoga, item ſi reperiatur ſuſpenſus ex arbore, ita ut fera ad illum pertingere poſſint, pro illegitimo habendus. De reliquo, vere notho, cum muliere notha, matrimonium contrahere fas eſt, at dubie notho, & vulgo quæſito, nec ingenuam judeam, nec vere aut dubie notham ducere licet, metus enim, ne alteruter horum contrahentium ſit nothus, alter non ſit, (atque ſic Lege divina prohibitum ineatur conjugium.) Pariter, expoſiti, vulgo quæſiti, & dubie nothi, ſi inter ſe matrimonium*

גר או משוחרר שנשא שתוקית או אסופית הולד שתוקי או אסופי :

contrahant, per divortium ſeparantur, atq; proles, plane uti parentes, dubia eſt. Hujus vero ſortis proli, aliter conſuli non poteſt, quam ut cum τῶις ἔξω affinitatem contrahat, atq; tum proles, conditionem ejus, qui inter parentes deteriore loco eſt, ſequitur. Nimirum, ſi vulgo quæſitus, aut expoſitus, ducat proſelytam, aut libertam; aut, ſi Proſelytus, vel libertus, ducant vulgo quæſitam, aut expoſitam, ibi proles, ſive vulgo quæſitorum, ſive expoſitorum naturam induit.

Atq; hæc, de maribus, fœminisque nothis, dicta ſunto. Habentur plura in Codice noſtro, de eodem argumento, quæ prætergredimur; quando nunc ſatis ſuperque tenemus, quid ſibi velit Miſchna, cum conjugium Judæi ingenui, cum muliere notha, aut Iſraëlitidis ingenuæ, cum notho homine, nefarium aſſerit, ac quoque exploratiſſimum habemus, quales ſint, qui his nominibus cenſeantur.

Iof IX. 6. Nethinæa] Gibeonitæ, pars Hivæorum, a Joſua in fœderis ac ſacrorum ſocietatem admiſſi, & miniſteriis quibusdam ſacris, ſed humilioribus addicti, נתינים *Nethinæi*, ſive *Dediticii* dicti ſunt, ob illum, iſti ſervitio mancipatum. De his, a conjugiis verorum Iſraëlitarum arcendis, bina Magiſtri facta eſſe ajunt decreta. Alterum ab ipſomet Joſua, quod quidem temporarium tantum fuerit; alterum, deinde a Davide, ſed quod ſemper obſervari debebat, ob illam Gibeonitarum crudelitatem, qua haud alia ratione quam ſuſpendio ſeptem filiorum Saulis, placari poterant. Vide Jebamot fol. 78. b. & maxime quæ ſupra pag. 143. ſeq. ex MS. Ez Hechajim adduximus. Etſi vero Nothi, & Nethinæi, ita hic conjunguntur, ut ratione connubiorum, cum ingenuis Judæis non contrahendorum, æqua utrorumque fuerit ratio, tamen cæteroquin differebant nonnihil dignitate inter ſeſe, & Nethinæis, Nothi, ſecus quam quis fortaſſe opinaretur, antiſtabant. Juvat noſſe, omnem graduum honoris, quam Judæi faciunt, diſtinctionem, ex Horajoth Jeruſchalmi fol. 48. col. 2.

2 Sam. XXI.

חכם קודם למלך מלך קודם לכהן גדול כהן גדול קודם לנביא נביא קודם למשוח מלחמה משוח מלחמה קודם לראש משמר ראש משמר קודם לבירת אב בירת אב קודם למרכל והמרכל קודם לגזבר גזבר קודם לכהן הדיוט כהן הדיוט קודם ללוי לוי לישראל ישראל לממזר ממזר לנתין נתין לגר וגר לעבד משוחרר אימתי בזמן שכולן שוין אבל אם תורת ממזר תלמיד חכם וכהן גדול עם הארץ ממזר תלמיד חכם קודם לכהן גדול עם הארץ חכם קודם למלך חכם שמרת אין לנו ביוגא בו מלך שמת כל ישראל ראוין למלכות

Id eſt,

Id eſt, vertente Cl. Ligthfooto Hor. Hebr. in Evang. Matth. cap. 23. pag. 248. *Sapiens præferendus Regi: Rex, Summo Pontifici: Summus Pontifex, Propheta: Propheta, Uncto in bellum: Unctus in bellum, Præfecto Ephemeriæ: Præfectus Ephemeriæ, Capiti familiæ: Caput familiæ, Conſiliario: Conſiliarius, Theſaurario: Theſaurarius, Sacerdoti privato: Sacerdos privatus, Levitæ: Levita, Iſraëlitæ: Iſraëlita, Notho: Nothus, Nethineo: Nethineus, Proſelyto: Proſelytus, Servo manumiſſo. At, quando hoc? Nempe, cum cætera ſunt paria: at vero, ſi Nothus ſit Diſcipulus ſapiens, & Sacerdos ſummus ſit indoctus, Nothus ei præferendus. Sapiens eſt præferendus Regi: nam, ſi moritur Sapiens, non eſt ei par; at, ſi moriatur Rex, quivis Iſraëlita eſt idoneus Regno.*

7. Neque aquas bibunt] Quippe, fruſtra eas aquas potarent, cum tales fœminæ ſint illegitimæ, divinum autem explorationis beneficium, ſolum ad mulieres attinet, quæ rite & ſecundum legem Moſaicam connubium contraxerunt: Nimirum, Num. V, 12. כי תשטה אשתו legitur: Eſt vero illud אשתו Uxor ejus, ἰμφατικώτερον eas, quæ uxores eſſe non debebant, ſegregans.

8. Neque dotem accipiunt] Etiam fœminis, cum quibus contra Divinam Legem matrimonium initur, dos conſtituenda eſt. Sed, hujus deinde jacturam, merito ferunt, & inanes, accepto libello repudii, ædibus exturbantur, quando contra ſerium mariti interdictum, cum alio clandeſtinum negotium habere non ceſſant.

ב

ואלו לא שותות ולא
נוטלות כתובה האומר טמא
אני לך ושבאו לה עדים
שהיא טמאה והאומרת איני
שותה ושבעלה איט רוצה
להשקותה ושבעלה בא עליה
ברך נוטלת כתובתה ולא
שותה מתו בעליהן עד שלא
שתו בית שמאי אומרים

II.

QUin, & iſtæ, neque bibunt, neque dotem accipiunt: [1] Quæ ſe pollutam fatetur; [2] Quam teſtes ab alio ſubactam aſſeverant; & quæ ſe aquas amaras [3] potaturam negat. Cæterum, illa, [3] quam maritus aquas amaras bibere vetat: aut cum qua maritus concubuit in itinere; [4] dotem accipiunt, ſed non bibunt. Si mariti e vivis prius exceſſiſſent, quã bibiſſent

נוטלות כתובתן ולא שותות
ובית הלל אומרים לא שותות
ולא נוטלות כתובה׃

mulieres, eo caſu, ſecta Schamai pronunciat, quod uxores dotem accipiant, non vero bibant: Contra, Hillelis ſecta, nec bibere eas, nec dotem accipere contendit.

ANNOTATA.

1. Quæ ſe pollutam fatetur] האומרת טמאה אני לך ſignificantior phraſis eſt, quam ſi לך omittatur, ceu ſit in aliis Codicibus.

2. Potaturam negat] Non bibunt omnes hæ mulieres, quia habentur pro manifeſte ſontibus; at, aquarum uſus, locum tantum habet, in caſibus dubiis, & cum aliunde de veritate non conſtat. Cæterum, fidei conjugalis violationem, dotis conſequitur privatio.

3. Quam maritus aquas &c.] Legendo אינו ושבעלה רוצה להשקותה Miſchnæ editiones ſequimur: Talmud Amſtelod. & Baſileenſe, habent אומר בעלה איני משקה nullo ſenſus, ſed nudo verborum diſcrimine.

4. Dotem accipiunt, ſed non bibunt] Sibi imputet maritus, quod fœminam ſatisfacere volentem, in itinere miſſam non fecit, aut, quod deſtinata eam exequi prohibuit, ideo talem repudiaturus, dotem ſolvito.

5. Nec bibere eas &c.] Magna hic lectionis occurrit varietas. Eam, quam nos exhibemus, habent Miſchnæ Editiones Amſtelodamenſes, quin & Lublinenſis cum Bartenora, quam, poſt partem hujus libri jam excuſam, demum nacti ſumus: nec aliter eſt in Jeruſchalmi. Sed Baſileenſes, & Amſtel. Gemaræ Babylonicæ Codices, legunt, ובת אומרים שותות או לא נוטלות כתובתן׃ prorſus, quaſi cum mariti ante plenam cauſæ cognitionem diem obierunt, ſuperſtitibus mulieribus ſuſpectis, aut bibendum fuerit, aut dote carendum. Cæterum, uti plerunque poſteriorum librorum autoritatem non magni facimus, ita nec quid cauſæ eſt, cur eam hic moremur, imo vero, dicam impingimus illis grandem, tanquam qui manifeſte falſum contineant. Scilicet, infra ex §. V. hujus capitis conſtat, non niſi ſolum maritum, mulierem ad bibendum adigere potuiſſe: Ergo, ſublato eo e vivis, ceſſavit utique omnis exploratio, neque potuit hac de re, quam ipſa Scriptura confirmare videtur,

detur, inter Academiam Schamai, & Hillelis, esse disputatio. Solum de Dotis solutione litigatum est, atque ad hanc attinet cardo controversiæ. Fundamentum utriusque opinionis paucis verbis eleganter enunciat Gemara : בירת שמאי סברי שטר העומד לגבות כגבוי דמי וביח הלל סברי שטר העומר ליגבו לאו כגבוי דמי Id est : *Secta Schamai opinabatur, instrumenti dotalis, eandem, quæ alterius cujuscung, instrumenti, quo quis debitum fatetur*, (& quod actionem semper parit,) *vim esse : At, Hillelis Secta, existimabat diversam militare rationem.* Enim vero, nota regula est : בש ובה הלכה כבה Id est : *Quottescung, inter se disceptant Schamai & Hillelis Secta, posteriorum amplectenda sententia.* Excipiuntur soli casus sex, de quibus videri potest Halichot Olam tract. 5. cap. 1. sed noster præsens, locum inter illos haud reperit, proinde secundum Hillelem in foro judicandum.

ג III.

מעוברת חבירו ומינקת חבירו לא שותה ולא נוטלת כתובה דברי רבי מאיר וחכמים אומרים יכול הוא להפרישה ולהחזירה לאחר זמן אילונית וקטנה ושאינה ראויה לילד לא שותות ולא נוטלות כתובה רבי אליעזר אומר יכול הוא לישא אשה אחרת ולפרוע ולרבות הימנה ושאר כל הנשים או שותות או לא נוטלות כתובה:

PRægnans (*nupta*) alii, aut lactans, (*nupta*) alii, nec bibit, nec dotem accipit; [1] Ita quidem opinante R. Meir; Sed, Sapientibus (*contrarium*) placet, quia, nimirum eam repudiare, & ex intervallo rursus ducere potest. [2] Infœcunda, [3] vetula, & [4] quæ ad pariendum inepta, [5] nec dotem accipiunt, nec bibunt. [6] R. Elieser (*diversum statuit:*) Nam, inquit, aliam insuper uxorem, (*quis*) ducere potest, ex qua sobolem suscipiat; reliquæ igitur fœminæ, (*jam memorata,*) aut bibant, aut dotis, jacturam patiantur.

ANNOTATA.

1. Ita quidem opinante R. Meir] Sequenti argumento inductus est R. Meir in hanc sententiam : Constituerunt, ajebat ipse,

Sapientes, ut mulier prægnans aut lactans, ad viduitatem redacta, vel repudium passa, non prius ad secunda vota transeat quam infans bimus sit, tunc enim demum ablactandum, & novum ineundum esse conjugium. Ergo, inferebat, qui cum prægnante, aut lactante, matrimonium contrahit, tam illicitas facit nuptias, quam ii de quibus §. 1. sermo fuit, & eapropter idem de illis, quod de his valere debet, ut nimirum uxores ipsorum, cum de adulterio suspectæ redditæ sunt, nec bibant aquas amaras, nec dotem accipiant.

2. Sapientibus contrarium placet &c.] Id est: Sapientes contra reputando, non valere collectionem רבי R. Meir, pronunciant, sic formando ratiocinium: Quod si quis prægnantem, aut lactantem, vitio ductam, tantisper dimittat, quoad XXIV. menses, infanti lactando definiti, elabantur, jam deinde, nulla lege prohibente, mulierem istam repetere, & in conjugio habere potest. At vero, quia idem de mulieribus §. 1. nominatis, asserere non licet, sed illa matrimonia, citra omnem temporis, aliamque conditionem, æternum prohibita censentur: quamobrem sequitur, omnino magnam, inter utrasque mulieres, esse disparitatem, nec firmum esse argumentum, quod ad has §. 3. ab illis §. 1. recensitis, nectitur. Et sane, tantum effectum hac probatione, ut רבי R. Meir audiendum, Sapientibus, auscultandum esse, Magistri præcipiant: Id est: אין הלכה כרבי מאיר uti ipsis solitum est loqui.

3. Infœcunda] Quæ proprie Judæis sit איילונית docetur in Nidda fol. 47. b. in Hilchot Isch ut Maimonidis c. 2. §. 1. seqq & in Codice quoq; nostro MS. Ez. Hechajim Hilch. Kidduschin. c. 3. cujus verba repræsentamus.

מיום לידת הבת עד שתהיה בת יב שנה גמורה נקראת קטנה ותינקת
וכל שעורות שתביא תוך כך הוי שומא מברת יב שנה ויום ומעלה
והביאה שתי שערות למטה בגוף במקום חידוע לתביא שנקרא סימן
התחתון נקראת נערה עד ו' חדשים ומתחלת יום חשלום חו' חדשים
ומעלה נקראת בוגרת ואין בין נערות לבגרות רק ו' חדשים בלבר בא יב
שנה ולא הביאה שתי שערות אעפ שנראה בה סימני איילונית כגון שאין
לה דדין ומתקשה בשעת תשמיש ואין לה שיפולי מעים כנשים וקולה עבה
ואינה נברת מן האשה לאיש עדיין קטנה היא עד עשרים שנה הביאה
שתי שערות ואפילו שנת חשע עשרת תחית נערה ואחר תחיה בגרת בת
עשרים שנה פחות ל' יום ולא הביאה שתי שערות אם נראה בה
סימני איילונית הוי איילונית לא נראה בה כל סימני איילונית קטנה היא
עד שתביא שערות או שתהיה בת חמש ושלושים שנה ויום אחד
בא זמן זה ולא הביאה היא איילונית אפילו לא נראו בה סימני
איילונית

איילונית אב איילונית אין לה ימי נערות אך מקטנותה יצא לבגרות׃

Sunt hæc, nonnihil ab honeſtate remota, ideo verſionem non ſubjicerem, niſi viderem, jam aliquatenus præviſſe Buxtorfium, graviſſimum virum, & Theologum, in Lex. Talm. p. 72. quo exemplo, licere mihi, quod ille fecit facere, exiſtimo : Sic igitur interpretor : *A die nativitatis puellæ, usq; dum complevit annos XII. vocatur* Minorennis, *vel* Parvula, *omnesq; pili quos interea temporis producit, vitio* (creviſſe cenſentur.) | *Cum annorum XII. uniusquisq; diei, aut major facta eſt, produxitq; pilos duos, ſubtus in corpore, loco noto, quod* (ad aliorum, quæ ſupra in uberibus obſervantur, diſcrimen,) *inferius ſignum vocari ſolet, nomen* Virgunculæ *nanciſcitur, ad ſextum usq; menſem. Poſtridie impleti ſexti menſis, & porro deinde, vocatur* Adulta, *ſive* Nubilis, *ut ita inter ætatem qua Virguncula, & qua Adulta habetur, ſolorum menſium ſex ſit intervallum. Si impleverit illa annos XII. nec produxerit pilos duos, etiamſi appareant in ea nota infœcundarum, quæ ſunt, carere mammis, ſentire dolorem in re venerea, non habere declivitatem in pube, more aliarum fœminarum; vox item ſonora, ita ut an viri, an vero fœminæ illa ſit, dignoſci nequeat, habetur adhuc pro Minorenni ad annum usq; ætatis XX. Quod ſi igitur vel anno XIX. pilos duos producat, jam vocatur Virguncula, & deinde Adulta. Quæ annos XX. minus diebus XXX. nata eſt, nec produxit pilos duos, ſi habeat ſigna infœcundarum, infœcunda pronunciatur, ſed ſi omnia illa ſigna non compareant, Minorennis adhuc eſſe judicatur usq; dum pilos producit, aut facta eſt annorum XXXV. & diei unius. Eam ætatem cum attigit, nec pilis inſtructa eſt, infœcunda declaratur, utut quædam ſigna, quæ infœcundas comitari ſolent, deficiant. Quæ cum ita ſint, non cadit in infœcundas ea ætatis denominatio, quæ inter pueritiam & nubilem maturitatem media eſt, ſed ſtatim, poſtquam puellæ vocari deſinunt, vocantur deinde adultæ.* Atque ſic, præclaram dedimus deſcriptionem mulieris איילונית nunc vero, ejus quoque dandum exemplum. Legitur in Jebamot fol. 64. b.

אמר רב נחמן אמר רבית בר אבתו שרית אמנו איילונית היתה שנ׳ ותהי שרי עקרת אין לה ולד אפילו בירך ולד אין לה׃

Id eſt : *R. Nachman, autore Rabba F. A. dixit : Sara mater noſter fuit* איילונית *ſcriptum enim* (Gen. XI, 30.) Et fuit Sarai ſterilis, nec erat ei proles. (in quibus verbis, niſi ſuperfluitatem admittas, fatendum, innui poſtremis,) *caruiſſe adeo Saram, muliebri utero.*

4. Vetula] Exiſtimo, intelligi eam, quæ ſexagenaria major eſt; nam ſic legitur in Pirke cap. 5. בן ששים לזקנה Id eſt : *Agens annos ſexaginta, ſenex habetur.* Commentatores addunt : דכתיב חבא בבלה עלי קבר בבלה בגימטריא ששים נועל כן נהגין לעשות סעודת כשיצא

כשיצא מכלל ששים שלא נכרתו ימיו : Id eſt : *Dicitur* (Job. V, 26.) Pervenies cum ſenio ad ſepulchrum. *Hic, vocem* בכלה *ſi ad numeros redigas, emergunt LX. Atq; ideo more inter nos receptum eſt, ut ſexageſimum annum egreſſi, epulum faciant, quod morte præmatura non fuere abrepti.* Non alienum a propoſito eſt, quod S. Paulus 1. Tim. V, 9. miniſteriis ſacris vacaturam viduam, non minorem eſſe jubet annis LX. ut ita ætas grandior, venerationem illi apud alios concilicet, & rerum quoque profanarum in ipſa pariat contemtum : χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα· De cætero, ſi ineptias Judæorum ſequimur, prima fœminarum Sara, Vetulæ nomen, habitumque, tuliſſe videtur: Docetur enim in Sanhedrin fol. 170. b. עד אברהם לא היה זקנה כל רואי אברהם אמר האי יצחק כל דחזי ליצחק אמר האי אברהם בעא אברהם רחמי דליהוי ליה זקנה שני ואברהם זקן בא בימים : Id eſt : *Ad Abrahami ætatem usq;, nondum erat ſenectus: quisquis intuebatur Abrahamum, credebat ſe videre Iſaacum, nec minus, quisquis videbat Iſaacum, credebat ſe intueri Abrahamum : Quamobrem, Deum precabatur Abrahamus ſenium ſibi obtingeret : ideoq; ſcriptum eſt :* (Gen. XXIV, 1.) Abraham autem erat ſenex vergens ætate. Quod de Abrahamo, hic dicitur, idem, niſi omnia me fallunt, ad Saram quoque producendum, de ambobus enim eodem ſermone cap. XVIII, 1. enunciatur : ואברהם ושרה זקנים באים בימים Id eſt : *Araham autem & Sara ſenes erant, vergentes ætate.* Et vero, quia animũ inducere potuerunt Judæi, ut crederent, primos mortalium Abrahamum, & Saram conſenuiſſe, hinc eveniſſe arbitror, ut ejus rei memoriam, etiam nummis ab Abrahamo fuiſſe inſculptam, tradiderint. Bava. Kama fol. 97. b. תנו רבנן איזהו מטבע של ירושלם דוד ושלמה מצד אחד וירושלם מצד אחד ואיזהו מטבע של אברהם זקן וזקנה מצד אחד ובחור ובתולה מצד אחד : Id eſt : *Traditio extat : Quæſitum eſt, qua fuerit Moneta Hieroſolymita ?* (Reſponſum :) DAVID ET SALOMO, *ſcriptum erat, in parte una, in altera vero* HIEROSOLYMÆ. *Porro quæſitum, qua fuerit Moneta Abrahami ?* (Reſponſum :) *Unam partem* (exhibuiſſe verba :) SENECIO ET ANUS. *Alteram :* ADOLESCENS ET ADOLESCENTULA. Equidem, poſſideo nummos duos, plane tales, quales in Talmude antiqui fuiſſe memorantur : Et quorum priorem, a Judæo quodam Viennenſi redemi, poſteriore, me nuper donavit, Vir Nobilis, & integerri-

tegerrimus, *Andreas Viatis*, pro insignibus suis in me amicitiæ officiis. Ecce, figuram utriusque, subjicimus:

Meminit nummi postremi, etiam, pius quondam in Joachimica valle Præsul, Mathesius, in Sarepta p. 148. a. cujus verba adducere convenit. *Ich habe zwo alte jüdische Müntz bekommen, bey den löblichen Herrn von Hassenstein, die hat der weitberühmte Herr, Herr Boslaf von Hassenstein, der aufm Schlos Hassenstein, als ein hochgelehrter Herr, sehr eine schöne Liberey hat angerichtet, und zum heyligen Landgewesen, mit sich aus dem gelobten Land bracht, wie sie in ein Pergament eingewickelt, darauf mit wolgedachten Herrns Handgeschrieben*: HÆC MONETA MINOR ARGENTEA EST IPSIUS ABRAHAMI. *Dieselbige kleine Müntz, wigt ein halb Loth Silber, eben wie ein Landseckel, und ist rund, ungefehrlich eines halben Batzen breit. Am Korn ist sie fein, darauf sind jüdische Buchstaben gepreget, auf einer Seiten steht mitten auf der Müntz*: DER ALT UND DIE ALTE. *Damit man aber wisse, wen man hiemit meine, steht über, und unter den Wort* ZEKAN, *ein jüdisch* A, *mit dem Titel. Und über den wort* ZEKONAH, *ein jüdisch* S. *daraus man leichtlich abnehmen kan, daß* ABRAHAM *der Alte, und* SARA *die Alte, genennet sey. Auf der andern Seiten steht auch ein Hebreische Schrifft, mitten übern Groschen* BACHVR VBETHVLA: *übern und untern Wort* Bachur, *steht ein Jod, über und untern Wort* Bethula, *ein Hebreisch* R. *dann weil die alten Eltern* Abraham *und* Sara *auf der andern Seiten stehn, und* Bachur *heist ein Juncker, und ausserwehlter junger Gesell, und* Bethula *heist bein Juden ein Jungfrau, die keinen Mann erkannt, wie* Gen. XXIV. *Jungfrau* Rebecca *genannt ist, so hat* Abraham *seines Sohns* Isaac *und Schnur* Rebecca *nahmen, auf seinen Seckel wollen prægen lassen.* At vero, si quis, istis non contentus, amplius nostram, de Nummis, quos exhibuimus, sententiam perquirat, illud principio prodere non verebimur, ita nobis verisimile videri, non extare ullam amplius, veræ antiquitatis, Hebræo-

rum Monetam, usquam gentium, sed omnem omnino pridem periisse funditus. Provocamus ad judicium universorum, qui veterem & genuinam pecuniam, a nova, atque ad similitudinem ejus efficta, valent distinguere, & multis evidentissimisque signis probatum dabunt, omnes qui vulgo circumferuntur, sive Siclos, sive alterius notæ, nummos Judaicos, opus recens & χακῦ κόμματος esse. Sufficit, unum hic, cum omnibus aliis, in eo eruditionis genere, palmam facile præripiat, laudare præstantissimum, clarissimumque virorum, CAROLUM PATINUM, cum quo, ante hos paucos dies, cum ad Academiam nostram lustrandam excurrisset, suavem exoptatamque familiaritatem contraximus. Is enim, qui tractavit, & ad trutinam appendit, quicquid nummorum veterum, Imperator, Reges, Principes Europæ propemodum universi, in thesauris habent, & ab iis ob ingenium & doctrinam, quæ mirati sunt, honore, ac congiariis maximis cumulatus recessit, longe majore usus felicitate, quam Marius olim Gratidianus, qui Plinio l. 33. Hist. Nat. c. 9. & Cicerone l. 3. Offic. testibus, cum primus artem reperisset Denarios probandi, multitudini tam charus fuit, ut omnibus vicis statuas, & ad eas thus & cereos illi dicarent: Hic inquam, vir eximius, & Antiquitatum promus condus, istud magna asseveratione nobis confirmavit, non reperisse se in omnibus illis gazis, Nusnum Hebræum, qui fidem male ambulantē potuisset obtegere. Solum ajebat, famam esse, in Scorialiensi Basilica, superfuisse aliquem vere antiquum, a Carolo V. Imperatore, olim in cimeliis habitum, at non constare sibi, num incendium, quo anno præterito stupenda fabrica conflagravit, evaserit. Enim vero, fortasse, si & hunc, vir solertissimus, oculis usurpasset, continuo deprehensurus erat, ejusdem, ac cæteros, illum valoris esse. Nam, & Regibus frequenter accidere potest, ut, quod ait ille, pluribus veris denariis, unus adulterinus ipsis ematur. Ne quid tamen dissimulem, mihi sane contigit, lustrare toto orbe celebrem Basilicam Scorialiensem, & quicquid rari aut pretiosi ibidem asservabatur. Quia tamen, ille nummus ostensus non est, propemodum dubitare occipio, an aliquis, cujusdam momenti, adfuerit, imprimis cum cogito, quod in Bibliotheca Manuscriptorum, ibidem mihi accidit. Percurrebam curioso oculo, librorum pluteos, nomina Codicum, quæ retro affixa erant, sedulo rimatus. Cum vero, inter cæteros, notassem unum præcipuæ magnitudinis, cui TROGUS POMPEIUS inscriptum, hic ego exilui totus gaudio, & ô me fortunatum, inquam, cui Scriptor, quem quicquid est eruditorum, dudum intercidisse credidit, conspiciendus objicitur! quam ego læto nuncio exhilarabo viros doctos! quot & quanta mihi dabunt evangelia! At, vix aperueram librum, & statim illi, ob mendacem titulum, mihi quoque pæne, ob nimiam credulitatem, irasci cœpi, nam pro Trogo, nihil nisi qui ejus epitomen fecit, *Justinum* reperi, atque sic tur-

ſic turpiſſime me deluſum fuiſſe, ſum expertus. Nunc, ut ad noſtros nummos, propius accedam, hos quidem ſuppoſititios eſſe, liquido juraverim: ita nihil in iis reperitur, quod antiquitatem redoleat, ſed omnia produnt facturam eſſe noviſſimam. Ne autem quis dicat, ex eo quod noſtri adulterini ſunt, haudquaquam inferri, non extare alios antiquos & genuinos, quorum hi exemplar referant; illud inſuper addo, non credere me poſſe, ut aut Abrahamus, aut David, tam ineptos nummos procuderint. Quod enim ad Abrahami illum attinet, quæſo, quam futilitatis pleniſſima eſt inſcriptio, quæ Autoris, familiæque ejus nomina, ſolis initialibus literis, & quidem ridicule, geminis vicibus, ætatis autem cujusq; ingraveſcentiam, vel juventam, exprimit verbis pleniſſimis, &, anne dari poteſt ſignaturæ ſimilis, apud ullas gentes exemplum? Rabbinorum enim commentum, de Abrahamo & Sara, primis in orbe ſenibus, nemo ſapiens magni fecerit. Jam, nummi parvitas illa, Abrahami ævo neutiquam convenit, quo citra dubium, admodum recepta adhuc erat rerum commutatio, ſi quis vero pecuniæ uſus fuit, e grandiore maſſa formabatur, ſic, ut ob magnitudinem appenderetur potius, quam numeraretur, habemusque de ipſomet Abrahamo teſtimonium clarum Gen. XXIII, 16. Dehinc, quomodo in nummis, Rebeccæ tanquam virginis intactæ illibataque, (hoc enim eſt בתולה) Abrahamus facere poterat mentionem, quam niſi nurum, & filio ſuo, idque adeo poſt Saræ obitum, nuptam, nunquam noverat? Adde, quod ſi maxime Abrahamum monetam cudiſſe concedamus, nunquam tamen ad hoc ævum perduraſſet, quippe, cum ne potentiſſimarum gentium, & nationum quidem, aut illius, aut longe poſteriorum ſeculorum nummi, ab his utique, ſupra quam dici poteſt majore, quam ab Abrahamo fieri poterat, copia cuſi, tam ſeram ætatem tulerint, nec forſitan Daricis & Alexandrinis nummis, ulli extent antiquiores. Atque hoc idem argumentum, valet quoque, ad alterum nummum, qui Davidis & Salomonis nominibus notatur, & de quo, verbo dicendum eſt, rejiciendum ſimiliter, cum & iſti Reges, multis ante Darium, & Alexandrum vixerint ſeculis. Amplius, & horum inſcriptio, non ſatis ſe mihi probat. Scilicet, quæ ratio erat, ut David cuſurus nummos, in iis filii, quem in adminiſtrationis ſocietatem nunquam adſciverat, nomen exprimeret, & Regem illum ſalutaret? Sane conſtat ex 1. Reg. I. Salomonem, vivo adhuc patre inauguratum eſſe, ſed id factum, non ut ſceptra ſimul cum Davide, capeſſeret, ſed, uti eſt in Jeruſchalmi Horajot fol. 47. col. 3. נמשח שלמה מפני מחלוקתו של אדוניהו *Unctus eſt Salomo quia controverſiam de ſucceſſione ei movebat Adonia.* Scimus, etiam Davidem, vivo Saule unctum fuiſſe, nemo tamen unquam dicet, Saulis ipſum fuiſſe collegam. Nam, alioqui, אין מלכות נוגעה בחברתה אפילו כמלא נימא Id eſt: *Non attingit unum*

num regnum alterum, vel quantum pili latitudo esse potest : Uti in Taanit fol. 5. b. inter medios de Davide sermones, dicitur. Eadem hæc, indicio esse debent, neque Salomonem, neque quem posteriorum Regum, aut dominatu utentium, similem monetam procudere potuisse, quin & semper, omnium ætatum, gentiumq; Principes, solemne habuerunt sua maxime in nummis consecrare nomina, non aliena. Obiter adjicio, in nummi Davidici aversæ partis inscriptione, nihil posse desiderari, nudam verborum conceptionem si spectemus; eamq; ex Es. LII, 1. esse desumtam. De reliquo, conjectura nunc afferenda est, de horum numorum origine. Nimirû, sic conjicio: Apud secula priora, pietatis, aut curiositatis impulsu, Christianorû multi, Palæstinam petebant, loca quæ præsentia Servatoris sacravit, suis contemplaturi oculis, veneraturi affectu. Uti autem peregrinantium omnium, ita & ipsorum hoc fuit studium, ut quædam, pro itineris memoria, domum secum referrent, & imprimis λείψανα Sanctorum, nummique sacri desiderabantur. Prorsus uti hoc ævo quoque, qui ad ædem Lauretanam, Romam, Assisios, aut Compostellam se conferunt, conchis, crucibus, cingulis, & sacratis nummis onusti, redire solent. Occasionem hinc sumsere Judæi, qui in iis partibus degunt, secundum locum quem adduximus Talmudis, fingendi numos ejusmodi, & ex illorû venditione, faciendi quæstum. Allati in Germaniam, facile repererunt amatores, qui ad aliorum similitudinem, novos flare ferire jusserunt, & hinc illa, quam habemus copia. Ergo nobis Abrahami numi, eodem loco sunt, quo Hepidanni in Annalibus, sequens narratio : *Anno MCLXXX. Comes Rudolfus de Fulndorf Hierosolymam petiit, & se perpetualiter S. Sepulchri servitio dicavit. Quem Abbas S. Galli rogavit, ut sibi reliquias transmitteret. Is autem petitioni volens satisfacere, ad quoddam cœnobium perrexit, quod ad S. Abraham nominatur, illicq; X. marcas auri obtulit. Deinde pro caritate Reliquias petiit. Illi honorifice eum tractare volentes, duxerunt eum ad altare publicum, quod in honorem Patriarcharum erat consecratum, & altare aperientes, devote sibi reliquias Abrahæ, & Isaac, & Jacob ostenderunt, & quia horum reliquias supra modum petiit, licet renitendo, tamen ei particulas ex iis dederunt. Comes vero capsulam pretiosi operis comparavit, ac Reliquias in illa, sub proprio sigillo condidit, & sic sigillata Abbati S. Galli amicissimo Domino suo transmisit. Ubicunq; autem hæ reliquiæ fuerint, ut illic testati sunt, illic pax & augmentum, & lenitas aëris semper erit.* Observationi, extremam lineam imponenti, illud succurrit, non nimis absurdum futurum, si eam, quam Abrahami & Davidis nummorum fingendorum attulimus causam, ad hos pariter accommodemus, qui Servatoris nostri imagini, Hebraicam addunt inscriptionem. Nempe, alicui Christiano, linguam Hebraicam edocto, aut, qui superstitionem suam deseruerat, Judæo, verisimile visum est, nihil sacris viatoribus ac-

Tom. 1. Scriptor. Germ. Alemanni p. 18.

bus accidere poſſe gratius, quam ſi monetam, Chriſti vultum exhibentem, e regione, quam vivus incoluerat, iis liceret referre. Quamobrem, hac quoque parte, ſatisfactum eſt, formatique ſunt nummi ſimiles, & quidem Hebraice inſcripti, ut ea res, majorem venerationem, & antiquitatis ſpeciem apud imperitiores conciliaret, ac nummi tanto carius poſſent vendi. Etiam horumduos adumbrare conceditur:

Priorem, non alibi vidimus, quam Viennæ, apud Ampliſſimum, & Patris loco, ſic enim de nobis meritus eſt, ſumme nobis dilectum Virum, FERDINANDUM PERSIUM A LOHNSDORF, Sereniſſ. Electoris Palatini, in Aula Cæſarea Legatum Reſidentem, facilisque eſt interpretatio: JESUS NAZARENUS MESSIAS, DEUS ET HOMO SIMUL. Alter, præterquam, quod & a nobis poſſidetur, in multorum eſt manibus, & paſſim incidas in infantes, qui eum e collo ſuſpenſum geſtant. Atque hujus quidem typum, ſculptor Chriſtianus, rudis Hebræarum literarum, abſente Autore incidit, hinc illi, & in ſeparatione vocum, & in literarum ductibus errores, qui in lectione nonnihil difficultatis pariunt. Interim lego, & interpretor, in parte prorſa אדני ישו DOMINUS JESUS. In averſa: משיח מלך בא בשלום ואדם מאדם עשוי חי: MESSI-

AS REX VENIT IN PACE ET HOMO EX HOMINE FACTUS EST VIVUS, ſeu VERUS. Scio Waſerum l. 2. de Num. antiq. Hebr. c. 3. & Crineſium noſtrum in Babel c. 2. mem. 1. aliter legere, quaſi ibi ſcriptum eſſet, ואור מאדם Sed, noſtræ lectioni, palam ſavet ſenſus perſpicuitas, cui אור nihilum officit, ſi addmittatur: Chriſtum, eſſe Deum verũ, ex Deo vero, Hominẽ verum, ex Homine vero, omnes dicimus, nec eſt qui illũ ſermonem non intelligat: At, valde improprie, obſcureq; loquitur, qui ait: ET LUX DE HOMINE FACTA EST VITA. Tum vero, nullum ו eſt in noſtro nummo, multo minus ר ſed aperte, ſolum & unicum ד Proinde, veriſimile admodum eſt, excidiſſe ם eam ob cauſam, quia ſequenti verbo; idem elementum eſt initiale, idque non tam ſculptoris quam ipſius Autoris, potuit accidere errore: Nec enim eſt alius, quem magis frequenter ſcribentes committunt, quam ut litera, ante ſibi ſimilem, ab iis negligatur.

4. Quæ ad pariendum inepta] Eam intelligunt, quæ pharmaco ſumto, ſterilitatem ſibi concivit, cujus rei exemplum attuli ſupra pag. 264.

5. Nec dotem accipiunt, nec bibunt] Ratio ſic opinantium eſt, quia, etiam illud, quod cum his mulieribus initur conjugium, Legi Divinæ adverſatur; ac proinde haudquaquam exploratione beneficio gaudere debent, qui has thori ſocias habere voluerunt. Dotis jactura, ex temerario oritur cum alieno homine, & clandeſtino commercio. Eſſe vero matrimonium, quod cum Infœcunda, Anu, aut ad pariendum inepta, contrahitur, Legi Divinæ contrarium, inde probant, quod ex tali uxore nulla ne ſperari quidem poſſit ſoboles, cum tamen viris omnibus, & ſic præcipue Judæis, ad quos Dei præcepta maxime attinent, imperatum ſit, ut genus ſuum propagare ſtudeant. Damus iterum locum nobilem ex MS. noſtro Hilch. Pirja Urivia cap. 1. מצורת עשה מן התורה על האיש לפרות ולרבות שני פרו ורבו אבל לא על האשה שני זכבשה ואין האשה דרכה לכנס ונתחייב האיש במצוה זו מבן יח שנה עבר עשרים שנה ולא נשא אשה בטל העשה אבל המתאחר שמתייראי מפני בטול תורה שצריך לחזר אחר מזונות מותר דעוסק במצוה פטור מן המצורת: Id eſt: *E Præceptorum Ajentium numero eſt, quo maribus prolis procreatio præcipitur, ſcriptum enim* (Gen. I, 28.) Augeſcite & implete. *Id tamen præceptum, fœminas non obſtringit*: (Additur enim mox loco allegato:) Et ſubigite eam: (Virorum vero eſt ſubigere,) *fœminarum neutiquam. Caterum, obligari quis incipit ad morem gerendum huic præcepto, ſimul ac XIIX. ætatis annum exegit, quod ſi igitur cui annus XX.*

nondum

nondum ducta uxore prætergreſſus ſit, violatum præceptum eſt. At, ſi quis (pauperior) *conjugium ideo differat, quia metuit, ne ea res ſacra ſua ſtudia impediat, cum deinde de alenda familia ſolicitus eſſe cogatur, id facere licet* : Nam (juxta tritum illud:) Dum quis occupatus eſt in implendo præcepto aliquo, non laborandum ei de præcepto alio.

6. R. Elieſer diverſum ſtatuit] Uti, quot capita, tot ſententiæ, & ſuus cuique mos eſt, ita receſſit R. Elieſer, a communi Sapientum opinione, & circa Infœcundas, Anus decrepitas, ad pariendumque ineptas, explorationem aquarum non omnino inutilem eſſe, ſibi perſuaſit. Nempe, non negabat quidem, peccare eos, qui cum talibus nuptias contrahant, ſed credebat hoc peccatum emendari poſſe, ſuperinducta juvencula, numeroſæ prolis quem parentem factura. Igitur viſum ei, idem de his mulieribus judicandum eſſe, quod de Prægnantibus, & Lactantibus, alioquin Sapientes judicaverant. Atque profecto, eſt quædam cauſæ ſimilitudo, ſed, nihilo minus אין הלכה כרא Id eſt: *R. Elieſeris opinioni non inhærendum.* Cauſa, cur rejecta fuerit, latet niſi fallor, in illis, Num. V, 28. ונקתה ונזרעת זרע *Et innocens erit, & conſequetur ſemen* : quibus videtur innui, fœminas ad pariendum omnino ineptas, explorationi aquarum ſubijciendas non eſſe, quippe carituras beneficio, quod frugi mulieres conſequitur.

ד

אשת כהן שותה ומותרת
לבעלה אשת סרים שותה על
ידי כל העריות מקנין חוץ
מן הקטן וממי שאינו איש׃

IV.

1 SAcerdotis Uxor quæ bibit, marito iterum legitime jungitur. 2 Enuchi 3 Uxor, ad bibendum (*cogi poteſt.*) 4 Adverſus Cognatos quoscunque, locum habet (*ſuſpicio, exindeq; orta Zelotypia, modo*) 5 Impubere, & non homine exceptis.

ANNOTATA.

1. Sacerdotis Uxor quæ bibit &c.] Credat quis, plane ſtultam eſſe hanc admonitionem, tanquam factam de re, poſita extra omnem dubitationis aleam: Idque ipſe Gemaræ משש ſenſiſſe videtur, dum iſtis verbis פשישא ſubjecit. Verum, non plane gratis hæc dici, ibidem deinde oſtenditur, etſi verborum tanta caligine, ut ſolis veſpertilionibus

lionibus aliquid in ea cernere datum sit. Clarius paulo Maimonides in Glossa: שמא יעלה על הדעת אשת ישראל כשנתרת באונס שהיא מותרת לבעלה תהי שותה ותהיה מותרת לבעל אבל אשת כהן שזנת באונס שהיא אסורת עליו הידד לנו לומר שלא תהיה מותרת לו אחר שנשתתה שמא באונס זינתה ולכך חוצלה והיא אסורה עליו ולכך למדנו שהיא שותה ומותרת לבעלה: Id est: (Ista ideo inculcantur,) *ne quis hunc in modum ratiocinetur: Quia Uxor Israëlita* (laici,) *etiam per vim ab alio vitiata, legitime marito suo adhuc jungitur, quamobrem si ipsa bibat,* (aquas amaras, & innocens deprehensa sit,) *jure bono maritalis thori porro est socia:* (sive enim ideo aquæ ei non nocuerunt, quia prorsus intacta mansit, sive quia innocenter vim passa fuit, nihil id refert, tam enim hanc, quam illam, laico retinere fas est.) *At, Sacerdotis uxor, quam* (secundum Dei mandatum Levit. XXI, 7.) *post violentam compressionem marito tenere non licet, hac forte asse, facta exploratione, jure connubii excidit; Licebit enim suspicari, per vim compressam fuisse, & ideo quidem salvam evasisse, sed tamen thori non posse esse sociam. Eam igitur ob causam dicitur,* (verbis claris, Sacerdotis uxorem) *& bibere, & postea legitime adhuc marito jungi.* Bene Codex noster MS. Ez Hechajim, & notanter: סוטרת ששתתה מי המרים ולא מתה מיד מותרת לבעלה ואפילו היה כהן ואעפ שאר החלאים החלו לבא עליה וחלו שאר אברים מותרת אבל התחילו בטנה לצבות וירכה לנפול אסורת ודאית: Id est: *Sota, quæ aquas amaras potavit, nec e vestigio periit, licite adhuc marito jungitur, etiamsi is Sacerdos sit, atq; etiamsi eam infestare morbi quidam, nonnullaq; membra tabescere occipiant. Quod si vero turgescat venter, & femur fiat cadivum, palam est, maritum eam a se segregare debere.*

2. Eunuchi] Docuimus paulo ante, ex eodem incomparabili MS. nostro, quæ איילונית dicatur, nec male ea res cessit, consequens igitur est, ut ejusdem beneficio, Eunuchum quoque definiamus, negligendo quæ ex Jebamot fol. 80. b. aut Maimonide Hilch. Ischut. cap. 2. §. 13. producere licebat. מיום לידת הבן עד שיהיה בן יג׳ שנה נקרא קטן ותינוק ואפילו הביא כבר שתי שערות אין זה סימן כי אם שומ מבן יג׳ ויום אחד ומעלה אם הביא במקום הידוע לשער נקרא גדול ואיש בא זמן זה ולא הביא שתי שערות בוקן

בזקן ונרא אחד מסימני סריס בנו שאין לו זקן ושערו לקוי
ובשרו מחליק ואין מימי רגליו מעלין רתיחות וקולו לקוי ואין
ניכר בין אשה לאיש וכשמטיל מים אין עושין כיפה ושכבת
זרעו דוהרה ואין מימי רגליו מחמיצין ורוחץ בימי הגשמים
ואין מעלה בשרו הבל וסריס זה נקרא סריס חמה בכל
מקום אכל נחתכו או נמעכו או נתקו גידיו או ביציו כשהנוים
עושים נקרא סריס אדם אעפ שנראו בו אחד מסימני סריס
חמה הוי קטן עד שיהא בן עשרי שנה פחות ל יום בא זמן
זה ולא הביא שתי שערות בזקן אם נראה בו אחד מסימני
סריס הוי סריס ודין זה כגדול לכל דבר לא נראה בו מסימני
סריס אינו סריס עד שיהיה כל בו סימני סריס או עד שיהיה
בן חמש ושלשים שנה ויום אחד: Id eſt : *Ab eo die, quo puellus natus eſt, ad completum usq; annum ætatis XIII. vocatur* Minor, *&* Puer, *at q; ſi maxime producat ante pilos duos, non id* (pubertatis) *ſignum, ſed vitium eſt. Natus annos XIII. diemq; unum, aut amplius, ſi produxit in loco noto pilos,* Adultus, *&* Vir *appellatur. Quod ſi vero ad hanc ætatem pertigerit, ſine quam ut pilos duos in mento habere deprehendatur, appareat q; inſuper aliquod ex ſignis Eunuchorum, quæ ſunt defectus barbæ, coma mollis, caro lævis* (nec hirſuta, prout ſolet eſſe virorum,) *urina ſpumam nullam faciens, vox tenera, ita ut neſcias utrum viri ea ſit, an fœmina; urinam procul ejaculandi impotentia; ſemen ſubobſcurum; urina non fœtens, cum diutule aſſervata eſt in vaſe; corpus, quod in bruma, inter lavandum, nullos exhalat vapores, ejusmodi Eunuchus, vocatur communiter Eunuchus Solis. At, ſi cui abciſſum, compreſſum, aut avulſum membrum vel teſtes ſint, ceu τοῖς ἔξω facere ſolemne eſt, is vocatur,* Eunuchus hominis. *Quod ſi igitur, inquam, in quo,* (egreſſo annum ætatis XIII.) *ſeſe offerat ſigni Eunuchi Solis, is pro Minore habetur, usq; donec natus fuerit annos XX. minus diebus XXX. Quo tempore exacto, ſi ne tum quidem pilos duos in mento produxit, adſit q; aliqua ex notis Eunuchorū, pro Eunucho habetur, eiq; idem, quod adultis jus eſt. At, deficiente nota Eunuchorum, non prius Eunuchus cenſetur, niſi aut adſint omnia illa ſigna, aut annum ætatis XXXV. diemq; unum imbleverit.* Judæorum hoc, inter Eunuchos diſcrimen, ipſe Servator tangit Matth. XIX, 12. Εἰσὶ γὰρ εὐνοῦχοι οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεννήθησαν οὕτω· Καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι

νυχοι δὲ τινες ἐνεχλήθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων Ad quem locum, rectè intelligendum, mirificè conferunt, quæ præmisimus.

3. Uxor] Hem! Quid hoc rei est? Siccine Eunuchi Uxores ducunt? Enim vero, num id fas sit, inter clari nominis Theologos, & Jureconsultos Germaniæ nostræ, disputatum nuper est acerrime, & pars pro affirmante, pars pro negante sententia pugnavit. Nolo Arbiter intervenire ipsorum liti, citra Quiritium suffragia, tolerabunt tamen, credo, benigne, ii, qui cum Eunuchis conjugia, tanquam nefaria rumoribus differunt, monentem me, aliter Judæorum Magistris visum esse. Quod, etsi vel ex sola hac Mischna, satis constat superque, addimus tamen etiam hæc Codicis nostri MS. Ez Hechajim גיורת ומשוחררת ואשת גר ואשת עבד משוחרר וממזרת ואשת ממזר ואשת סריס חמה או סריס אדם הן בשאר כל הנשים ושותות: Id est: *Proselyta, & ancilla manumissa, proselyti item uxor, uxorq; servi manumissi, notha insuper, ac nothi uxor, nec non, uxor tam Eunuchi Solis, quam Eunuchi Hominis, ejusdem cum cæteris omnibus mulieribus sunt conditionis, & ad bibendum aquas exploratorias admittuntur.* Nec minus afferendus locus non contemnendus, ex Mosis Kozensis Præc. Affirm. XLVIII. השוטה שקרש פקרת ופקח שקרש שוטה אין כאן קידושין כלל לא מדברי תורה ולא מדברי סופרים כראי ביבמות פרק חרש סריס שקידש בין סריס חמרת בין סריס אדם בין איילונית שנתקדשה הרי אילו קידושין גמורין טומטום ואנדרוגינוס שקידשו אשה או שקדשם איש הרי אילו קידושי ספק וצריכין גט מספק: Id est: *Mente captus, si desponsat sibi mulierem sanam, aut homo sanus, si desponsat sibi mente captam, non hæc ulla ratione sponsalia sunt, sive Legem Divinam, sive Magistrorum placita attendamus, ceu ostenditur in Jebamot c. 14. At, si Eunuchus, sive Solis, sive Hominis, itemq; si Infœcunda, Sponsalia faciant, ea legitima censeri debent. Quod si, genitale membrum in ventre occlusum habens, & Androgynus, fœminam sibi desponsant, aut, si tales, vir aliquis sibi jungat, de horum connubiorum ingenuitate dubitari potest, ob eamq; dubitationem, per libellum repudii faciendum divortium.* Cæterum, merito de uxore Eunuchi, explicate docet Mischna nostra, ad bibendum aquas amaras eam admitti, ne quis opinetur, quia virorum verorũ munus, Eunuchi explere non possunt, ideo nec eorundem privilegia, ipsis competere. Scilicet מבלעדי אישך לתביא אשת הסרים *Verba* (Num. V, 20.) Præter maritum tuum, *complectuntur etiam Eunuchi uxorem*; ita monente Jalkut fol. 207. & apud plerasque gentes, maxime vero Hebræos, receptum, ut consensus & affectio conjugalis, faciat conservetque matrimonium, non concubitus.

4. Adver-

4. Adverſus Cognatos &c.] Recolenda ſunt animo, quæ ſermone præocupavimus ſupra pag. 5. ſeqq.

5. Impubere & non homine exceptis] Maimonides, in Gloſſa, ex Jebamot, *Impuberem*, eum, qui minor eſt annis IX. & die uno, *Non hominem* vero, de Beſtia exponit. Quod ad poſterius attinet, habet conſentientem Bartenoram, ſed in priori, auſus eſt ei contradicere, contendendo, hunc accipi debere, qui minor eſt annis XIII. & die uno. Utri aſſentiendum, ſit neſcio, ſcio tamen cauſam, cur nec de impubere, nec de beſtia interdictum facere liceat. Scilicet, quia Num. V, 13. non niſi eo caſu ſacra conceditur exploratio, quo VIR cum muliere aliena concubuit, igitur etiam adverſus hunc ſolum valet mariti prohibitio, haudquaquam vero adverſus pueros, pecudesque. Non prætereundum hoc loco, quod, uti non valebat interdictum de puero factum, ita nec conceſſum fuiſſe ei, qui admodum puellam duxerat, commercium cum extraneo, uxori parvulæ prohibere, aut aquis amaris, potionare præcepti immemorem. Jalkut fol. 207. col. 3. תחת אישך לרבות בת תשע שנים ויום אחד שיקנו לה וישקו אותה; Id eſt: (Verbis:) Sub viro tuo, (quæ habentur Num. V, 20.) *includitur etiam puella nata annos IX. & diem unum, huic enim interdictum fieri poteſt, eademq; poſt ejus violationem, ad bibendum compellitur.* Conſequens igitur eſt, quod ſi cujusquam conjux, hanc ætatem nondum attigiſſet, tantiſper ceſſaſſe utrumque.

ה

ואלו שבית דין מקנין להן
מי שנתחרש בעלה או נשתטה
או שהיה חבוש בבית שא
האסורין לו להשקותה אפו
אמרו אלא לפסלה מכאן
מכתובתה רבי יוסי אומר
אף להשקותה לכשיצא בעלה
מבית האסורין ישקנה:

V.

IN ſequentibus caſibus, Magiſtratus, [1] *(ex officio,)* zelotypiam exercet. Si cujus maritus [2] obſurdeſcat, aut amentia corripiatur, [3] aut in carcere vinctus detineatur. Sed, *(illa interminatio,)* [4] non porrigit vim, ad potionem., [5] verum ad dotis amiſſionem. [6] R. Joſe tamen, etiam ad uxorē potionandam, *(interdictum valere)* dictitat, ut ſcilicet maritus, carcere liberatus, conjugi, bibendi neceſſitatem imponat.

ANNOTATA

1. Ex officio Zelotypiam exercet] Sed extra ordinem: Tota enim Zelotypiæ lex, proprie tantum ſpectat ad conjuges. Interim, cum viro non licet fungi officio, Magiſtratus vices ſupplet, intereſt enim Reipub. ut Matronarum honor ſervetur ac pudicitia.

2. Obſurdeſcat] Ita ut non poſſit perſentiſcere, qui de uxore rumores ſint.

3. Aut in carcere vinctus detineatur] Adde his אשת שעמום ושהלך בעלה למרינת הים ex Gemara noſtra fol. 27. a. & Jalkut fol. 205. col. 4. Verbis poſtremis, mulierem innui, cujus maritus peregre abiit, omnes intelligunt, & hujus, facit quoque in re præſenti mentionem Maimonides, Hilch. Sota c. 1. §. 10. Idem tamen, neſcio quam ob cauſam eam recenſere neglexit, quæ voce prima ſignificatur. Eſt autem veriſimile, innui uxorem hominis extreme melancholici, & ad mentis exitium triſtitie ſeſe macerantis, ita, ut ne quidem ſui ipſius, nedum rerum aliarum rationem habeat. In margine ℞ Jalkut, שעמום ex Targum per מהומם explicari deprehendes.

4. Non porrigit vim ad potionem] Maritus enim, exploraturus fidem mulieris, Num. V, 15. ipſe uxorem ad Sacerdotem adducere jubetur, proinde nemo præter eum, poteſt admitti.

5. Verum ad dotis amiſſionem] Nota modum, quem in ſuo interdicto Magiſtratus obſervavit, ex Maimonide, loco jam nunc allegato : שמעו בירת רין שהעם מרננין אחריה קוראין אותה ואומרין לה אל תסתרי עם איש פלוני באו עדים אחר כך שנסתרה עמו ושהרת כדי טומאה בירת דין אומרין אותה על בעלה לעולם וקורעין כתובתה וכשיבוא בעלה או יבריא או יצא מבית האסורין נותן לה גט ואינו יכול להשקותה מפני שלא קנא לה הוא : Id eſt : *Si Magiſtratus audiat, populum de uxore* (viri cujusdam e prædictis,) *male ſuſurrare, vocat eam, edicitq; illi* : NE OCCULTATO TECUM VIRO N. *Quod ſi deinde teſtes veniant*, (teſtimonium dicentes,) *ipſam ſeſe cum illo occultaſſe, per tantum temporis ſpatium, ut contaminari potuerit, vetat Magiſtratus, ne unquam impoſterum, cum marito rem habeat, dilaceratq; inſtrumentum ejus dotale. Maritus vero redux, ſanitati redditus, aut carcere liberatus, dat huic olim conjugi, libellum repudii, ſed, potionare aquis amaris eam non poteſt, quia ipſe interdictum non fecit.* Credo, nunquam penitus abjeciſſe Magiſtratum hanc curam Matronarum, fuit tamen

tempus

tempus quo miſſis cæteris rebus, iſti præcipue intenti erant. Codex noſter MS. Ez Hechajim. בחמשה עשר באדר נפקנין בר לצרכי הרבים ובודקין על הראוית לשתות להשקותה ועל ראויה לקנא לה ולהוציאה בלא כתובה לעשות כך: Id eſt : *Die XV. menſis Adar, Magiſtratus ſolitus eſt, rebus ad publicam utilitatem attinentibus vacare, & perquirere tum eas: quæ aquis amaris potionandæ erant, tum, quibus interdictum, dotis privationem illaturum fieri debebat, ut in effectum eæ res deduceretur.* Nititur hæc aſſertio iis, quæ leguntur in principio Miſchnæ Schekalim: בא באדר משמיעין על השקלים ועל הכלאים ובטו בו קורין את המגלת בכרכים ושושים כל צרכי הרבים: Id eſt : *Primo die Menſis Adar ſit proclamatio de Siclis, & de Heterogeneis agrorum. Porro, die XV. ejusdem, prælegitur liber Eſther in Civitatibus,* (quæ inde a temporibus Joſuæ, cinctæ ſunt muro:) *ac quæ ad publicam utilitatem attinent, perficiuntur.* Cum his conferre oportet cap. 1. in Moëd Katon Jeruſchalmi, ubi habetur, אלו הם צרכי הרבים דנים דיני ממונות וכו' ומשקין את הסוטה: Id eſt : *Ad opera quæ ad publicam utilitatem attinent, inter cætera pertinent, Judicia Pecuniaria, & adulterii ſuſpectarum exploratio.*

6. R. Joſe tamen &c.] Suo ſenſu abundare, a Magiſtris jusſus eſt R. Joſe, & non ſecundum ipſum facienda deciſio: אין הלכה כרבי יוסי ita Maimonide, & Bartenora monentibus. Iidem, coronidis loco, Commentariis in hoc caput, præter eas quarum Miſchna noſtra mentionem fecit, annectunt mulieres quasdam alias, quibus bibere aquas amaras non fuit conceſſū. Nos, omnino omnes junctim recēſebimus ex MS. noſtro Ez Hechajim: nec enim eſt liber, in quo brevius & elegantius hæc tradantur:

טו נשים לא שותות אעפ שהיא והוא רוצין ולא נוטלו כתובה ונאסרות על בעליהן משיבאו עדי סתירה אחר עדי קינוי ארוסה ושומרת יבם שנ תחת אישך ואלו אינן תחת אישם וקטנה אשת הגדול שנ אשה גדולה אשת קטון ואשת אנדרוגינוס שנ אשה ואשת סומא שנ ונעלם מעיני אישה וחגרת שנ והעמיד הכהן האשה ואלמת שנ ואמרה האשה וברותת כף של יד או שהיתה עקומה או יבשה שאינה יכולה ליקח בה ואפי כפה אחת שנ ונתן על כפיה ושאינה שומעת שנ ואמר לאשה ואשת חיגר ואלם וחרש וכרות יד שנ אשר תשטה אשה תחת

אשה עד שתהיה היא שלמה כמותו והוא שלם כמותה שכל הדבר המעכבה מלשתות מעכבו מלהשקות וכל המעכבו מלהשקות מעכבה מלשתות : Id eſt : *Quindecim omnino Sotæ ſunt, quibus aquas amaras bibere non conceditur, etiamſi & ipſæ, & mariti illarum, id ut fiat, expetant : Sed, privantur dote, & e veſtigio, rem ultra cum maritis habere prohibentur, ex quo poſt teſtatò factum interdictum, quidam adſunt, de occultatione ſequuta perhibentes teſtimonium. Sunt vero : Deſponſata, & Levirum exſpectans : Scriptum enim* Num. V 19. 20. Sub viro tuo : *Hæ autem, non ſunt in poteſtate virorum.* (Porro:) *Puella nupta Viro, nam toties Num. V. in negotio explorandæ mulieris, adhibetur nomen* אשה *veram uxorem denotans, qualis non eſt minorennis. Adulta, nupta Puero, itemq; quæ nupſit Androgyno; quippe ſimiliter in eodem negotio ſemper adhibetur nomen* אישה *Viri ejus, quæ appellatio non convenit memoratis. Amplius : Uxor cæci, ſcriptum enim* (v. 13.) Et abſconditum ſit ab oculis mariti ejus ? (At cæcus, oculis carere intelligitur.) *Item, mulier claudicans, jubetur enim* (v. 16.) *Sacerdos Sotam ſiſtere : Mulier muta, debet enim Sota reſpondere : Mulier cui manus amputata, contorta, aut arefacta eſt, ita ut apprehendere non poſſit, etiamſi maxime habeat manum unam, ſcriptum enim* (v. 18.) Et imponet manibus illius. *Idem judica, de uxore Claudi, Muti, Surdi, & cui præciſa manus eſt, loquitur enim Scriptura, de muliere, quæ* Sub viro ſuo, *ſive loco viri ſui, ſcortatur, quod indicio eſt, niſi Sota ſana & integra ſit, prout eſt maritus, & niſi ipſe integer ac ſanus ſit, uti eſt ipſa, tum, omne vitium, quod mulierem impedit ne bibat, id etiam impedire maritum, ne conjugem bibere compellat. Et contra, omne vitium, quod maritum impedit, ne mulierem bibere compellat, id etiam, ne bibat, impedire mulierem.* Conveniunt cum his, ad amuſſim, quæ diſſerit Maimonides Hilch. Sota c. 2. §. 2. & 3. in Jalkut tamen fol. 208. col. 2. noto aliquem diſſenſum, ad uxorem mancam manibus, quod attinet, dicitur enim: סוטה גדמת שני כהנים מניפין על ידיהי תנופה Id eſt : *Si Sota manibus mutila ſit, duo Sacerdotes manus ſuas, brachiis ejus ſupponunt, atq; ita fit agitatio oblationis.* Quæ ſi vera ſunt, nihil utique obſtabat, quo minus Sotæ mancæ, ad bibendum admitterentur. Sed, fuit omnino hæc R. Chajæ (iſtum enim ex Jeruſchalmi autorem laudat Jalkut) privata opinio, quæ adſtipulatores nullos reperit, quales multas hactenus notavimus: & nunc, mantiſſæ quoque loco, notanda illa eſt, qua, nequicquam reluctantibus Sapientibus univerſis, ſolus R. Akabia, tueri auſus eſt, & Proſelytas, & Libertas, ab aquarum potatione excludendas eſſe. Illuſtri, etſi obſcuriſſimus eſt, Talmudis loco, in Eda-

in Edajot fol. 11. a. ubi res narratur, finiendum Caput duximus:

עקביא בן מחללאל העיד ארבעה דברים אמרו לו עקביא חזור בך בד׳ דברים שהיית אומר ונעשך אב בית דין לישראל אמר להן מוטב לי להקרא שוטה כל ימי ולא העשות שעה אחת רשע לפני המקום שלא יהיו אומרים בשביל שרה חזר בו הוא היה מטמא שער פקודה ודם הירוק וחכמים מטהרים והוא היה מחיר שער בכור ובעל מום שנשר והניחו בחלון ואחב שחטו וחכמים אוסרין הוא היה אומר אין משקין לא את הגיורת ולא את השפחה המשוחררת וחכמי אומרים משקין אמרו לו מעשה בברכמית שפחה משוחררת שהיתה בירושלם והשקוה שמעיה ואבטליון אמר לה דונמא השקוהו ונדוהו ומת בנדוי ומקלו בת דין את ארונו: Id eſt: *Akabia, Mahalleelis filius, quatuor opiniones* (erroneas, pertinaciſſime) *tuebatur.* (Sapientes) *igitur illum hortati ſunt*, (dicendo:) *Akabia, revoca*, (quæſumus,) *quatuor illas ſententias, quas* (perperam) *docuiſti, atq; nos te faciemus Præſidem ſummi inter nos Senatus. Reſpondit ipſe: Satius eſt, ſtultum me vocari tota vita, quam ut horam unicam coram Numine infinito, impius deprehendar, dicantq; mortales, dignitatis adipiſcendæ cauſa, mutaſſe me ſententiam.* (Cæterum, quod ad illas opiniones attinet, ſciendum,) *ipſum pronunciaſſe immundum, pilum album*, (qui creverat in puſtula, remanſeratque, puſtula non recedente ſolum, ſed & denuo renaſcente. Idem, immundum eſſe aſſeruit, menſtruatæ) *ſanguinem virentem; ſed hæc, Sapientes pro mundis habebant. Porro,* (cum Deus Deuter. XV, 19. prohibeat, tondere primogenitum gregis; e quo loco elicitur, primogenita pecudum omnino Deo ſacra eſſe, & nihil quicquã ex iis ad propriosuſus transferendũ,) *tamẽ indulgebat ipſe uſum lanæ, a primogenita pecude, vitium deinde contrahente, & ob id mactata, ſponte pridem excuſſam, & in feneſtra,* (aut alibi,) *repoſitam. At Sapientes,* (etſi in eo non diſputant, pecudem primogenitam, ex quo vitium ipſa paſſa eſt, jam nunc licite tonderi, imo & mactari

mactari ac comedi posse, tamen) *nequaquam concedunt* (usum ejus lanæ, quæ illibatæ adhuc pecudi, exciderat.) *Amplius, negabat ipse, Sotam Proselytam, aut Libertam, aquis amaris potionandam, contra Sapientes, potionandæ esse contendebant, objiciebantq; Akabiæ, exemplum Carcamitæ, quæ cum liberta esset, ac Hierosolymis degeret,* (incidissetq; in sinistram suspicionem,) *a Schemaja & Abtalione, aquis exploratoriis fuerat potionata. Respondit ipse* דוגמא השקוהו (quibus verbis, vel id dicere volebat, Carcamitam non vere ab ipsis potionatam esse, simulasse tamen Schemajam & Abtalionem, quasi id facerent, alia interim omnia, quam sacra & concepta verba, schedæ inscribentes: Vel hoc volebat, ipsosmet Schemajam & Abtalionem proselytos fuisse, quare, magnum mirum non esse, si erga suæ conditionis mulierem, etiam præter æquum sese benigniores exhibuerunt. Enim vero, iste Akabia, sive quod viros primarios, tantum facinus audere potuisse, ut in sacra re tam turpiter hominibus fucum facere vellent, suspicatus est; sive quod peregrinitatem iis exprobravit, a Sapientibus) *diris devotus est, cumq; mortuus esset, nondum solutus anathemate, Magistratus ejus sarcophagum lapidibus obruere præcepit.* Confer Berachot fol. 19. a.

405.886.

Digitized by Google

Digitized by Google